D. AVGVSTINI



TOMVS. V. ET. VI.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERVM,

Tomus sextus,

Continens τὰ πολεμικά, hoc est, decertationes aduersus hæreses, præcipue Iudęorum, Manichæorum, Priscillianistarum, Origenistarum, Arrianorum, & Iouiniani.

In quo, præter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate possent inficere, aut à catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recens impressus, recognitus, & emendatus.



VENETIIS, Apud Damianum Zenarum.
M D LXXXIIII.



EPISTOLA QVODVVLTDEI Ad Augustinum, petentis vt hæreseon catalogum, conscribat.

A



DOmino merito venerabili, &
vere beatissimo patri Augu-
stino Epo, Quoduultdeus dia-
conus. Diu trepidus fui, & au-
sus hos meos aliquotiens di-
stuli: sed me principaliter, ut dici assolet, ani
mauit beatitudinis tuæ beneuolentia omni-
bus comprobata. Quã dũ considero, magis
timui, ne nõ petendo superbus, nõ quęrẽdo
desidiosus, nõ pulsando piger a dño iudica-
rer. Sufficere autem mihi crederem huiusmo
di tantũmodo voluntatẽ, si fructum adipisci
non possem. Cum autẽ pro certo nouerim,
ostium, diuini sermonis, quod venerationi
tuæ cęlestis gratia patefecit, paratam esse mẽ
tem tuam sanctam, quam possidet Christus,
non solum cunctis volentibus pandere, ve-
rumetiã nolentibus, vt introire non pigeat,
persuadere, occupationi reuerentiæ tuę mul
tiloquio superfluo moram non faciam, sed
B desideriũ obsecrationis meæ brȩuiter indi-
cabo. Nõ nullos in clero huiusce etiam am
plissimæ ciuitatis esse imperitos, ex meipso
coniicio: & quantum vniuerso illi ordini ꝓ
futurum sit quod expecto, considerationi sã
ctitatis tuæ discutiendum offero. Priuilegio
namq; cunctorum, qui hoc de spiritalibus
tuis laboribus promerẽtur, etiã me indignũ
consecuturum esse præsumo, domine meri-
to venerabilis, & uere beatissime pater. *Pre
cor igitur beatitudinẽ tuam, vt ex quo Chri
stiana religio hęreditatis promissæ nomen
accepit, quę hæreses fuerint, sint: quos erro-
res intulerint, inferant: quid aduersus catho
licam Ecclesiam senserint, sentiant, de fide,
de trinitate, de baptismo, de pęnitentia, de
homine Christo, de Deo Christo, de resurre
ctione, de nouo & vetere testamento: & oĩa
omnino, quibus a veritate dissentiunt: quæ
etiam baptismum habeãt, quæ vt nõ habeãt
& post quos baptizet, nec tamen rebaptizet
Ecclesia: qualiter suscipiat venientes, & quid
singulis, lege, authoritate, atq; rõne respon-
deat, digneris exponere. *Nec me tãtæ beati-
tudo tua credat ineptiæ, vt nõ inspiciam quã
tis & q̃ ingentibus voluminibus opus sit, vt
possint ista dissolui. Verum hoc ego fieri nõ
expecto: id. n. multipliciter factũ esse non du
bito: sed breuiter, ꝑstricte, atq; summatim, & C
opiniones rogo cuiuslibet hęresis poni, &
quid contra teneat Ecclesia catholica, quan- *Cõmentarium.*
tũ ĩstructioni satis est, subdi, vt velut quodã
ex oĩbus concepto cõmonitorio, si quis ali-
quã obiectionẽ aut cõuictione vberius, ple-
nius ac plenius nosse voluerit, ad opulenta
& magnifica volumina trãsmittat: qbus a di
uersis, & p̃cipue a veneratione tua in hoc ip
so constat elaboratũ. Sufficiat aũt & admoni
tio talis, vt puto doctis & imperitis, ociosis
& occupatis, & ad cuiuslibet gradus mini-
sterium Ecclesię vndecunq; ꝓmotis: dum &
ille q multa legit, eadẽ breuiter recordat̃, &
cõpẽdio ignarus instruit̃: vt nouerit quid te
neat, qd euitet, qd auerset̃ ne faciat, qd vt fa-
ciat assequat̃. Fortassis aũt, si tñ qd̃ arbitror
verũ est, ẽt aduersus calũniantium malignas
mẽtes, & dolosa labia opus hoc paruũ inter
cętera mirifica testimonio coronæ tuę non
deerit: vt qbus patet cãpus calumniãdi ꝓfu
sior, ualidis ex omni parte cõclusis fidei limi
tib. coarctati, omnibusq; ueritatis telorũ ge-
nerib. circumacti, ẽt vno multiformi iaculo
repẽte ꝓstrati, morticinos spiritus nõ audeãt
anhelare. Video quàm onerosus existam me
liora cogitanti, & disponenti maiora sancto
seni, & quęrelas corporis sustinenti. Sed per
Christum dñm rogo q te participem sapien D
tię suę sine inuidia esse cõcessit, vt hanc gra
tiam dones indoctis Ecclesię, q te agnoscis
sapientibus atq; insipientibus debitorem,
merito ac iure dicturus, Videte qm̃ non mi-
hi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus *Rom 1*
veritatẽ. Potui adhuc offerre supplices & *Eccl. 24. & 33.*
multiplices preces, & mecum imperitorum
classes asciscere: sed malui iam gaudere di-
ctantem, q̃ adhuc occupare legentem.

Augustinus Quoduultdeo.

DOmino dilectissimo filio & condiaco
no Quoduultdeo August. Acceptis lite
ris charitatis tuæ, vbi a me ardentissimo stu-
dio postulasti, vt de omnibus hæresibus, quę
post dñi saluatoris aduentũ aduersus eis do-
ctrinam pullulauerunt, aliquid breuiter scri
berem: q̃ sit hoc difficile, cõtinuo reperta oc
casione rescripsi per filiũ meũ Hipponensiũ
primarium Philocalum: mox autem etiam

ista oblata est,qua nũc rescribo,& breuiter
E difficultatem operis eius ostẽdo. Philastrius
Philastri⁹ alibi Philaster. quidam Brixiensis Episcopus quem cum san
cto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi,
scripsit hinc librum:nec illas hæreses preter
mittens, quæ in populo Iudæo fuerunt ante
aduentum dñi easq; XXVIII. commemora
Epiphanius. uit:& post domini aduẽtum. CXXIII.Scrip
sit hinc ẽt Græce Eps Cyprius Epiphanius,
in doctrina catholicæ fidei laudabiliter dif-
famatus, sed ipse vtriusq; temporis hęreses
colligẽs, XC.complexus est.Cũ ergo ambo
id vellent facere, quod a me petis,quantum
tñ inter se differant de numero interim secta
rũ,vides:qđ vtiq; nõ euenisset, nisi aliud vni
eorum videretur esse hæresis, & aliud alteri.
Neq;.n. putãdũ est aliqua ignorasse Epipha-
niũ,quas nouerat Philastrius, cũ Epiphaniũ
longe Philastrio doctiorẽ inuenerimus: ita
vt Philastrium potius dicere deberemus la-
tuisse plurimas, si tñ plures esset ille cõple-
xus,& iste pauciores.Sed proculdubio in ea
Hæresis, quia difinire dificile. qõne,vbi disceptatᷓ qd sit hęresis,non idẽ vi-
debatᷓ ambobus: & reuera hoc omnino defi
nire difficile est: & ideo cauendum, cũ oẽs
in numerũ redigere conamur,ne p̃termitta-
F mus aliquas,quanuis hęreses sint: aut annu-
meremus aliquas, cũ hæreses non sint. Vide
ergo ne forte librũ sancti Epiphanii tibi mit
tere debeã: ipsum. n. arbitror Philastrio do-
ctius hinc locutum,qui possit apud Cartha-
ginem in Latinam linguã verti facilius atq;
cõmodius,vt tu potius præstes nobis,quod
q̃ris a nobis. Perlatorẽ multũ cõmendo.Sub
diaconus est de nostra diœcesi:de fundo au-
tem viri spectabilis,nobisq; charissimi Orõ
tii.Pro illo autẽ,& ꝓ eius pr̃e,a quo adopta
tus est,etiã ad ipsum scripsi:quas lr̃as cũ lege
rit Chr̃iana benignitas tua, peto vt eas apud
memoratũ virũ tua intercessione adiuuare
digneris. Misi aũt cũ illo ẽt hominẽ Eccle-
siæ, ne ad tuã sanctitatẽ difficili ei esset acces
sus:nõ.n.parũ de illo solicitus sum,a qua me
solicitudine dñs,vt spero,ꝑ tuæ charitatis in
stãtiã liberabit. Peto ẽt mihi rescribere non
graueris, quemadmodũ sit in fide catholica
ille Theodosius, per quem Manichæi non-
nulli sunt proditi: & ipsi quos ab eo prodi-
tos, putamus esse correctos. Si etiam de per
fectione sanctorum Episcoporum fortassis
audisti, fac vt nouerim. Deo uiuas.

Quoduultdeus Augu. idẽ instantius petens.

A DOmino merito venerabili, ac beatissi-
G mo sãcto pr̃i Aug.Ep̃o, Quoduultdeus
diaconus.Vnũ quidẽ reuerentiæ tuæ cõmo-
nitorium,quod per Ecclesiasticũ dignatus es
destinare, suscepi. Nã qđ prius directũ esse
beatitudo tua significauit,ꝑ uirũ honorabi-
lẽ Philocalũ,necdum ad me ꝑuenit. Verum
quanuis cõscius priorũ semꝑ fuerim pctõrũ
nũc tñ euidenter agnoui aspiciẽdo ad id qđ
exoraui* muneris, meã toti Ecclesiæ impedi *al.in acpiscena illud exorau*
mento esse ꝑsonã.Sed omnino cõfido,qm̃ ꝗ
ꝑ vnici sui gratiã, humani generis dignatus
est delere facinora, nec me in pernicie cun-
ctorũ ꝓualere permittet: potiusq; vbi abun-
dauit peccatum, gratiam faciet redundare.
Dñe emerito venerabilis ac beatissime pater *Rom.*
difficultatẽ operis qđ instruendis imperitis-
simis nobis per tuam bñficentiam pręstari
sublimiter *exoraui, nec ipse ignorans ante *al supliciter.*
prædixi,sed de diuini fontis vbertate,quã ti-
bi dñs tribuit,veraci corde præsumsi:nam &
Philastrius Epiphanius venerandi Ep̃i si tale
aliquid scripsisse memoranᷓ,ꝓculdubio me
inter cætera,imo sicut omnia latẽt:nõ tñ ar-
bitror eos hãc curã diligentiamq; adhibuis-
se,vt singulis quibusq; opinionibus contra-
rias etiam opiniones adiungant,* irritasque *al.rit*
subiicerent: tunc deniq; opus illud vtriusq;
H qualecunq; sit,non habet fortassis eã quã de
sidero veritatẽ.Frustra ẽt homini,qui Latina *al.bri tatem*
nõ didicit, Gręca facundia delegaᷓ: ꝗa non
ego tm̃mõ consiliũ,sed & auxiliũ postulaui.
Quid aũt venerationẽ tuã de interpretũ nõ
solũ difficultate,sed ẽt obscuritate admoneo
cũ ipse hoc magis,ac plenè diiudices? Acce-
dit ad cãm, & ꝙ non nullæ ẽt post illorum
obitũ hęreses emersisse doceanᷓ,quarũ nul-
lam illi fecerint mẽtionẽ: quamobrẽ ad pe-
culiare patrocinium pietatis tuę confugio,
& voce mea & vniuersali desiderio paratũ
ad misericordiã sacrosanctũ pietatis pectus
appello, sequestratis saporibus peregrinis,
cõsiderato textu prioris Epistolę,panẽ a fru
mento, qđ nostra*prouincia solet hr̃e pręci *al.p affr nos*
puum,cęlesti ẽt manna conditum,sero pul-
santi,& famem patiẽti nõ deneges.Profecto
I enim nec ego pulsare cessabo,donec ipse cõ
cedas: ut qđ non impetret priuilegium, vbi
nullum est meritum, saltem indefessa impor
tunitas mereatur.

Augustinus Quoduultdeo.

DOmino ſynceriter dilectiſsimo fratri
& cõdiacono Quoduultdeo, Auguſtin⁹
Epiſcopus. Cũ mihi hęc ſcribendi offeretur
occaſio per Euſalenſem presbyterũ, quẽ cõ-
mendo charitati tuę, relegi Epiſtolam tuã, in
qua petis, vt de hæreſib. quę oriri potuerunt
ex quo domini in carne nunciari cępit ad-
K uentus, aliquid ſcriberẽ. Hoc aũt feci, vt vi-
derẽ vtrũ iã videretur* opus ipſum aggre-
di, & inde tibi aliquid mittere: vbi conſidera
ui* tanto eſſe difficilius, quanto vis eſſe bre
uius: ſed ne hoc quidẽ potui, talibus curis ſu
peruenientibus impeditus, a quibus omnino
diſsimulare nõ poſſem: nã me & ab eo quod
habebã in manibus, auerterunt. Hoc aũt eſt,
vbi reſpõdeo libris Iuliani, quos octo ędi-
dit poſt illos quatuor, quibus ante reſpondi.
Hoc.n.cũ Romæ accepiſſet frater Alipius,
nondũ omnes deſcripſerat, cũ oblatã occa-
ſionẽ noluit pręterire, per quẽ mihi quinq;
tranſmiſit: promittens alios tres cito eſſe miſ
ſurũ, & multũ inſtans ne reſpondere differ-
rẽ. Cuius inſtãtia coactus ſum remiſsius ſem
per agere quod agebã, vt operi vtriq; non
deeſſem: vni diebus, alteri noctibus: quantũ
mihi ab alijs occupationibus hinc atq; hinc
venire nõ deſiſtentibus parceretur. Agebam
vero rẽ plurimũ neceſſariã: nã retractabam
opuſcula mea, & ſi quid in eis me offenderet
vel alios poſſet offendere, partim reprehen-
dendo, partim defendẽdo quod legi poſſent
& deberent, operabar, & duo volumina iam
abſoluerã, retractatis oĩbus libris meis quo
rũ numerũ neſciebã: eosq;. CCXXXII. eſſe
cognoui, reſtabãt Epiſtolæ, & tractat⁹ popu
lares, quos Gręci homilias vocant: Et pluri-
mas Epiſtolarũ legebã, ſed adhuc nihil inde
dictauerã, cũ me etiã iſti Iuliani libri occu-
L pare cęperũt, quorũ nũc quarto reſpondere
cępi. Quando ego id explicauero, quartoq;
reſpondero, ſi tres non ſuperuenerint, diſpo
no, ſi Deus voluerit, & quod poſcis incipe-
re, ſimul agens vtrunq;, & hoc ſcilicet, & il-
lud de tractatione opuſculorũ noſtrorũ, no-
cturnis & diurnis temporibus in ſingula di-
ſtributis. Hoc ideo inſinuaui ſanctitati tuæ, vt
quantũ tibi deſiderium eſt ſumẽdi quod po-
ſcis, tanto flagrãtius à dño mihi poſcas adiu
toriũ quo ſeruiã laudabili ſtudio tuo atq; vti
litati eorũ, quibus exiſtimas profuturũ. Dñe
ſynceriter dilectiſsime frater, cõmendo ite-
rũ perlatorẽ, & negociũ pp ꝙ eo perrexit, ſi
cognoueris apud quẽ agendũ ſit, ne pigeat
adiuuare. Nõ.n.poſſumus neceſsitates eiuſ-
modi deſerere, qui noſtri non coloni, ſed ꝙ
maius eſt fratres ſunt, & in charitate Chri-
ſti ad curam noſtram pertinent. Deo viuas.

Al. l. deberem.

Al. l. Vt cõſideres.

Al. l. numerus librorum

D. AVRELII AVGVSTINI in librum de hæreſibus ad Quod- M uultdeum, Præfatio.



QVod petis ſæpiſsime atq; inſtã
tiſsime ſancte fili. Quoduult-
deus, vt de hęreſibus aliquid
ſcribã dignũ lectione cupien-
tiũ dogmata deuitare cõtra-
ria fidei Chriſtianæ, & Chriſtiani nominis
obũbratione fallẽtia: ſcias me olim longe an
tequã peteres, facere cogitaſſe, atq; fuiſſe fa-
cturũ, niſi diligenter conſiderans quale quã
tũq; id eſſet, vltra vires meas eſſe ſentirem.
Sed quoniã fateor nullũ mihi vt te inſtitiſſe
poſcendo, in ipſa tamen moleſta inſtãtia tua
etiã tuũ nomen attendi, & dixi, aggrediar &
faciã. Quoduultdeus. Hoc.n. Deũ velle con-
fido, ſi me ad huius operis terminũ miſeri-
cordi feruore perduxerit, vt p miniſteriũ lin
guæ meæ tanta huius rei difficultas aut oſtẽ-
datur tantũmodo, aut ipſo etiã plenius adiu-
uante tollatur: quorũ duorum, quod priore
loco poſui, iam diu eſt quod animo voluo
ac reuoluo, & quadã meditatione cõtueor.
Quod autẽ poſtea dixi non me accepiſſe cõ
fiteor: & vtrũ dum hoc ago, vt efficiã, dũ, pe
to, dũ quæro, dũ pulſo, ſim fortaſſe acceptu A
rus ignoro: ſcio me tamen nec petiturũ, nec
quæſiturum, nec pulſaturum quantum ſat
eſt, niſi & hunc affectũ munere diuinę inſpi
rationis accepero. In hoc igitur opere, qđ
te vehementer vrgente in Dei voluntate ſu-
ſcepi, cernis me vt id peragã nõ tam crebre
ſcentibus ad me tuis petitionibus eſſe cogen
dum, quam pijs ad Deum non ſolum tuis,
verum & aliorum fratrum quos tibi in hãc
rem fideles ſocios potueris inuenire, oratio-
nib. adiuuandum. Quod vt fiat has ipſas pri-
mas huius laboris mei partes, vbi eſt & iſta
prælocutio, curaui tuæ charitati in auxilio
domini accelerare mittendas: vt propter il-

la quæ restant, noueritis, quantum pro me orare debeatis, quicunq; nosse potueritis, à me iã fuisse susceptũ hoc tam grande negociũ, quod à me desideratis impleri. Petis ergo quod tuę indicant literæ, quas ad me dedisti, cũ primũ a me petere ista cępisti, vt exponam breuiter, perstricte atq; summatim,
B ex quo Christiana religio promissæ hęreditatis nomen accepit: quę hęreses fuerint, sint: quos errores intulerint, inferant: quid aduersus catholicã Ecclesiam senserint, sentiant: de fide, de Trinitate, de baptismo, de pęnitentia, de homine Christo, de Deo Christo, de resurrectione, de nouo & veteri testamento. Istas autẽ inquisitiones tuas in immensum procedere cũ videres, putasti cuiusdã generalitatis adhibendũ esse compendiũ, atq; dixisti, Et omnia omnino, quibus à veritate dissentiunt. Deinde addidisti, Quæ etiã baptismum habeant, quæue non habeant, & post quas baptizet, nec tamen rebaptizet Ecclesia qualiter suscipiat venientes: & quid singulis lege, authoritate, atq; rõne respõdeat. Hęc omnia cũ quæris vt exponantur a me, miror luculentũ ingeniũ tuũ, tot tantarumq; rerum scire veritatẽ, & fastidium iam timendo poscere breuitatẽ. Sed vidisti etiam ipse quid possem hoc loco tuæ huius Epistolæ cogitare: & quasi vigilanter occurristi cogitationi meę, dicẽs, Nec me tãtę beatitudo tua credat ineptię, vt non inspiciã quantis & quã ingentibus voluminib. opus sit, vt possint ista dissolui, verum hoc ego fieri non expeto: id.n. multiplicetur factũ esse non dubito. Et tanquã consiliũ subijciens, quo possit & seruari breuitas, & veritas pandi, adiungis ea verba quæ pauloante iã posui, & dicis, Sed breuiter, ꝑstricte, atq; summatim, & opiniones rogo cuiuslibet hæresis poni: & quid contra teneat Ecclesia catholica, quantũ instructioni satis est subdi. Ecce iterũ mittis in longũ,
C non quia dici ista breuiter siue non valeant, siue non debeant: sed quia tam multa sunt, vt quãlibet breuiter dicenda, multas literas flagitent: tu aũt, vt velut quodã inquis, ex oib. cõcepto cõmonitorio, si qs aliquã obiectionẽ aut cõuictionẽ vberius, plenius ac planius nosse voluerit, ad opulenta & magnifica volumina trãsmittatur, quibus a diuersis, & ꝑcipue, inquis, à veneratione tua in hoc ipso cõstat esse elaboratũ. Quę cum dicis, vnum quasi cõmonitoriũ de his omnibus te desiderare significas. Audi ergo vnde cõmonearis, quid petas. Opiniones omniũ Philosophorũ, qui sectas varias condiderunt, vsq; ad tẽpora sua, (neq;.n. plus poterat) sex non paruis voluminibus quidã Celsus absoluit. Nec D *Celsus.*
redarguit aliquẽ, sed tantũ quid sentirent aperuit, ea breuitate sermonis, vt tantũ adhiberet eloquij, quantũ rei nec laudandæ, nec vituperãdę, nec affirmãdę aut defendẽdę, sed aperiendæ indicandæq; sufficeret, cum fermè centũ Philosophos nominasset: quorum non omnes instituerũt hæreses proprias: quoniã nec illos tacendos putauit, qui suos magistros sine vlla dissensione secuti sunt. Noster vero Epiphanius Cyprius Episcopus, ab hinc nõ longe humanis rebus exemptus, de octoginta hæresibus loquens, sex libros etiã conscripsit, historica narratione cõmemorãs oĩa, nulla disputatione aduersus falsitatẽ pro veritate decertans. Breues sanè sunt libelli, & si in vnũ libellũ redigantur, nec ipse erit nostris vel aliorũ quibusdã libris longitudine cõparandus. Huius breuitatẽ si fuero in commemorandis hęresibus imitatus, quid a me breuiꝰ postulare vel expectare debeas, nõ habebis. Sed non ibi huius mei laboris summa consistit, quod & tibi, vel me demonstrante, vel etiã te præcurrente poterit apparere, cũ hoc fecero, Videbis.n. in eo, quod supradictus Episcopus facit, quantũ desit operi quod ipse vis fieri, quãto magis quod ego? Tu nãq; quãuis breuiter, perstricte atq; summatim, tñ vis etiã responderi cõmemoratis hæresibus, quod ille non fecit. Ego vero hoc magis volo facere, si & Deus velit, vnde possit oĩs hęresis, & quę non est, & quæ ignota, vitari: & vnde recte possit quęcũq; innotuerit, iudicari. Non enim omnis error hæresis *Erro… Hær…* est, quamuis omnis hæresis, quæ in vitio ponitur, nisi in errore aliquo hęresis esse non possit. Quid ergo faciat hęreticũ, regulari quadã definitione cõprehendi, sicut ego existimo, aut oĩno nõ potest, aut difficillime põt: E quod in processu huius operis declarabitur, si Deus rexerit, atq; id quod intendo perduxerit * disputationẽ meã. Quid aũt prosit ipsa inquisitio, et si nõ potuerimus cõprehẽdere, quomodo sit definiendus hæreticus, suo *Al. … sposi…* loco videndum atque dicendum est: nam si hoc comprehendi potuerit, quis non videat

vtilitas

utilitas quanta sit? Erunt ergo primæ partes operis huius de hæresib. quæ post Christi aduentum atq; ascensum aduersus doctrinã ipsius extiterũt, & utcũq; nobis innotescere potuerũt. In posteriorib. aũt partib. quid faciat hæreticũ, disputabitur. Cum ergo dñs ascendisset in cęlum, hi hæretici exorti sunt.

F

1 Simoniani.
2 Menandriani.
3 Saturniani.
4 Basilidiani.
5 Nicolaitæ.
6 Gnostici.
7 Carpocratiani.
8 Cerinthiani, vel Merinthiani.
9 Nazarei.
10 Hebionei.
11 Valentiniani.
12 Secundiani.
13 Ptolemęi.
14 Marcitæ.
15 Colarbasij.
16 Heracleonitæ.
17 Ophitæ.
18 Caiani, aliàs Caini.
19 Sethiani.
20 Archontici.
21 Cerdoniani.
22 Marcionitæ.
23 Apellitæ.
24 Seueriani.
25 Taciani.
26 Cataphryges.
27 Pepuziani, aliàs Quintilliani.
28 Artotyritæ.
29 Tessarescędecatitæ.
30 Alogiani, alias Alogi.
31 Aditæ, alias Adamiani.
32 Elceseitæ, & Samseitæ.
33 Theodotij, alias Theodotiani.
34 Melchisedechitę, alias Melchisedeciani.
35 Bardesanitæ, alias Bardesanistæ. G
36 Noetiani.
37 Valesij.
38 Carthari, qui & Nouatiani.
39 Angelici.
40 Apostolici.
41 Sabelliani.
42 Origeniastæ, alias Origeniani.
43 Alij Origeniastæ vel Origeniani.
44 Paulonitæ, alias Pauliani.
45 Photiniaci, alias Photiniani.
46 Manichęi.
47 Hierachitæ vel Hieraclitæ.
48 Melitiani.
49 Arriani.
50 Vadiani siue Anthropomorphitæ.
51 Semiarriani.
52 Macedoniani.
53 Aeriani.
54 Aetiani, qui & Eunomiani.
55 Apollinaristæ. H
56 Antidicomarianitæ vel Antidicomaritę.
57 Psalliani, siue Euchitæ.
58 Metangismonitæ.
59 Selauciani vel Hermiani.
60 Proclianitæ.
61 Patriciani.
62 Ascitæ.
63 Pattalorinchitæ.
64 Aquarij.
65 Coluthiani, alias Colathiani.
66 Floriniani.
67 De mundi statu dissentientes.
68 Nudis pedibus ambulantes.
69 Donatistæ, siue Donatiani.
70 Priscilliani, alias Priscillianistæ.
71 Cum hominibus non manducantes.
72 Rhetoriani.
73 Christi diuinitatem passibilem dicẽtes.
74 Triformem Deum putantes.
75 Aquam Deo coæternam dicentes.
76 Imaginem Dei non esse animam dicentes, Melitonij.
77 Innumerabiles mũdos opinãtes, Ophei.
78 Animas cõuerti in dęmones & in q̃cunque animalia existimantes, Tertullij.
59 Liberationem omnium apud inferos factam Christi descensione credentes.
80 Christi de patre natiuitati initium a tempore dantes.
81 Luciferiani.
82 Iouinianistæ.
83 Arabici.
84 Heluidiani. I
85 Paterniani, vel Venustiani.
86 Tertullianitæ, vel Tertullianistæ.
87 Abeloitæ, vel Abeloini.
88 Pelagiani qui & Celestiani.
89 Nestoriani.
90 Euthiciani.

CATALOGVS HAERESEON

Ex Epiphanij Eusebijq; cômentarijs collectus, additis alijs nônullis. Obiter Aug. distinguit errorem, hæresim, & schisma.

LIBER VNVS.



Act. 8. 1 L Imoniani à Simone mago, qui
baptizatus à Philippo diaco-
no, sicut in Actibus Apostolo-
rum legitur, pecunia voluit e-
mere à sanctis Apostolis, vt ẽt
per impositionẽ manus eius, daretur spûs-
sanctus. Hic magicis fallacijs deceperat mul-
tos. Docebat aût detestandam turpitudinem,
indifferenter vtendi fœminis. Nec Deum fe-
cisse mundum. Negabat ẽt carnis resurrectio-
nem, & asserebat se esse Christum. Itemq; Io-
uem se credi volebat, Mineruam vero mere-
Luna. σελήνη tricem quandã Selenen, quam sibi sociã sce-
lerum fecerat: imaginesq; & suam & eiusdẽ
meretricis discipulis suis præbebat adoran-
das, quas & Romæ tanquã deorum simula-
chra authoritate publica côstituerat. In qua
vrbe beatus Apostolus Petrus eũ vera omni
potentis Dei virtute extinxit. Dixerat.n. se in
monte Sina legem Moysi in patris persona
dedisse Iudæis. Tpe Tyberij in filij persona
putatiuè apparuisse, postea se i linguis igneis
spm̃sanctum super Apostolos venisse. Chri-
stum aût nec venisse, nec à Iudæis quicquã
pertulisse. Menandriani a Menandro ẽt ipso
2 mago discipulo eius, qui mundum asserebat
non a Deo, sed ab angelis factum. Saturnia-
3 ni, a quodã Saturnino, qui turpitudinẽ Simo-
nianam in Syria confirmasse perhibetur: qui
ẽt mundũ solos angelos septem præter con-
scientiã Dei patris fecisse dicebat. Basilidia-
4 ni, a Basilide, qui hoc distabat a Simonianis,
ꝙ trecentos sexagintaquinq; cœlos esse dice-
bat, quo numero dierũ annus includitur. Vn
de ẽt quasi sanctũ nomen côm̃endabat, ꝙ est
ἀβράξας, cuius nominis literæ secundũ Græ
cam supputationem eundem numerũ com-
M plent. Sunt.n. VII. α & β, & ρ & α, & ξ & α,
& σ, i. vnum & duo, & centũ & vnũ, & sexa-
ginta & vnum, & ducenta, quæ fiunt in sum-
ma trecẽta sexagintaquinque. Mundũ istum
vel hominẽ non credunt a Deo factũ, sed a
trecentesimo sexagesimoquinto cœlo. Ama-
toria carmina studiose discunt. A Iudæis nõ
credunt Christũ crucifixum, sed Simonem
Cyrenensem, qui angariatus sustulit crucem
eius. Nicolaitæ, a Nicolao noı̃ati sunt, vno, 5
vt perhibetur, ex illis septem, quos Apostoli
diaconos ordinauerunt. Iste cũ zelo pulcher
rimæ coniugis culparetur, velut purgandi se
causa, permisisse fertur, vt ea qui vellet vtere
tur. Quod eius factum in sectam turpissimã
versum est, qua placet vsus indifferens fœmi-
narum. Hi nec ab ijs quæ idolis immolantur A
cibos suos separant: & alios ritus gentilium
superstitionũ non auersantur. Narrant etiam
quædam fabulosa de mundo, nescio quę Bar
bara principum nomina miscentes disputa-
tionib. suis, quib. terreant auditores, quæ pru
dentibus risum potius faciunt quam timorẽ.
Intelligunt aût ẽt isti non Deo tribuere crea
turam, sed quibusdam potestatib. quas mira-
bili vel fingunt vanitate, vel credunt. Gnosti- 6
ci propter excellentiam scientiæ sic se appel
latos esse, vel appellari debuisse gloriantur,
cũ sint superioribus omnib. vaniores atq; tur
piores. Deniq; cũ ab alijs per diuersas terra-
rum partes aliter atq; aliter nuncupentur, nõ
nulli eos ẽt Borboritas vocant, quasi cœno- βορβο-
sos, propter nimiã turpitudinẽ, quam in suis ται
mysterijs exercere dicuntur. Aliqui eos a Ni
colaitis exortos putant, alij a Carpocrate, de
quo post loquemur. Tradunt aût dogmata
fabulosissimis plena figmentis: ẽt ipsi Princi
pum, vel angelorũ noı̃b. terribilib. infirmas
aı̃as capiunt: & de Deo rerumq; natura fabu
losa, & a sanitate veritatis aliena, multa con-
texunt. Animarũ substantiam, Dei dicũt esse
naturam, earumq; aduentũ in hæc corpora
cũ alijs aeris aı̃alib. dicunt fieri, per quas pec
cata in corporib. cômittũtur: nam illas aı̃as,
quæ ex Dei procedunt substantia, reuerti ad B
Deum immaculatas: dicuntur quoq; bonum
Deum & malum Deũ in suis habere dogma-
tibus. Carpocratiani sunt a Carpocrate, qui 7
docebat oẽm turpem operationẽ, oẽmq; ad
inuentionẽ peccati: nec aliter euadi atq; trã-
siri principatus & ptãtes, quib. hæc placent,
vt posset ad cœlũ superius peruenire. Hic etiã
Iesum hoı̃em tantũmodo, & de vtroq; sexu
natũ putasse perhibetur, sed accepisse talem
aı̃am quæ sciret ea quæ superna essent atque
nunciaret. Resurrectionẽ corporis simul cũ
lege abijciebat. Negabat mũdũ a Deo factũ,
sed nescio a quib. virtutib. Sectæ ipsius fuisse
traditur

traditur ſocia quædã Marcellina, quæ cole-
bat imagines Ieſu & Pauli & Homeri & Py-
thagoræ adorando incenſumq; ponẽdo. Ce-
8 rinthiani a Cerintho idemq; Merinthiani a
Merintho, mundũ ab angelis factũ eſſe dicen
tes, & carne circuncidi oportere, atque alia
hmõi legis præcepta ſeruari. Ieſum hominẽ
tantũmodo fuiſſe, nec reſurrexiſſe, ſed reſur
recturũ aſſeuerantes. Mille quoq; annos poſt
reſurrectionẽ in terreno regno Chriſti, ſecũ
C dũ carnales ventris & libidinis voluptates,
futuros fabulantur, vnde ẽt Chiliaſtę ſunt ap
9 pellati. Nazarei cũ Dei filiũ cõfiteantur eſſe
Chriſtũ, oĩa tñ veteris legis obſeruant, quæ
Chriſtiani per Apoſtolicã traditionẽ nõ ob-
ſeruare carnaliter, ſed ſpiritaliter intelligere
10 didicerunt. Hebionei Chriſtũ ẽt tantũmodo
hominẽ dicunt. Mandata carnalia legis ob-
ſeruant, circuncifionem, ſ. carnis, & cętera a
quorũ onerib. p nouũ teſtm̃ liberati ſumus.
Huic hæreſi Epiphanius Sãſeos & Elceſeos
ita copulat, vt ſub eodem numero tanquam
vna ſit hæreſis ponat, aliquod tñ intereſſe ſi-
ib. 6. gnificans. Quãuis & in conſequentib. loqua
ap. 28. tur de illis, ponens eos ſub numero ſuo. Eu-
ſebius vero Elceſaitarũ ſectam cõmemorãs,
fidem in perſecutione dicit negandã docuiſ
11 ſe, & in corde ſeruandã. Valentiniani a Valẽ
tino, qui de natura rerũ multa fabuloſa con
finxit. Triginta αἰῶνας, i. ſecula aſſerens exti-
tiſſe, quorum principiũ eſſe profundum &
ſilentium, ꝙ profundum ẽt patrem appellat.
Ex quib. duobus velut ex coniugio proceſ-
ſiſſe perhibet intellectũ & veritatem, & pro-
tuliſſe in honorẽ patris æonas octo. De intel
lectu aũt & veritate proceſsiſſe verbũ & vi-
tã, & protuliſſe æonas decem. Porro de ver-
bo & vita proceſsiſſe hominem & Eccleſiã,
& protuliſſe æonas duodecim. Itaq; octo &
D decẽ & duodecim fieri triginta æonas, habẽ
tes, vt diximus, primũ principiũ de profun-
do & ſilentio. Chriſtũ aũt a patre miſſum, i.
a profundo ſpiritale vel cęleſte corpus ſecũ
attuliſſe: nihilq; aſſumpſiſſe de virgine Ma-
l. riuũ ria, ſed per illã tanquã per rimam * aut per
fiſtulã ſine vlla de illa aſſumpta carne tranſiſ
ſe. De triceſimo ſeculo dicit diabolũ genitũ,
& a diabolo alios natos, qui fecerint hunc
mundũ. Et ideo malitiã non arbitrio tribuit,
ſed naturæ mundi, i. generi diabolico, carnis
reſurrectionẽ negat, Animam tm̃ & ſpiritũ
affirmat per Chriſtum ſaluari. * Secundiani
hoc a Valentinianis diſtare dicũtur, ꝙ addũt 12
opera turpitudinis. Ptolemęus quoq; diſci- Al. l. Se-
pulus Valentini hæreſim nouam condere cu uadriani.
piens, quatuor æonas & alias quatuor aſſere
re maluit. Marcus ẽt neſcio quis hæreſem cõ 13
didit, negãs reſurrectionẽ carnis, & Chriſtũ 14
non vere, ſed putatiue paſsũ aſſeuerans. Duo
quoq; opinatus eſt ex aduerſo ſibi eſſe prin-
cipia, quiddam tale ẽt ipſe de æonibus ſicut
Valentinus affirmans. Colarbaſus ſecutus eſt 15
iſtos non multũ aliter ſentiens, Vitam om-
niũ hominũ & generationẽ in ſeptem ſyde-
ribus conſiſtere affirmans. Heracleonitæ ab 16
Heraclione diſcipulo ſuperiorũ, duo aſſerũt
principia, vnũ ex altero, & ex his duob. alia E
plurima. Feruntur aũt ſuos morientes nouo
modo quaſi redimere, i. per oleũ, balſamum
& aquã, & inuocationes quas Hebraicis ver-
bis dicunt ſuper capita eorũ. Ophitæ a colu- 17
bro nominati ſunt, coluber. n. Græce ophis
dr̃. Hunc aũt colubrum qui decepit Adam &
Euam Chriſtũ arbitrantur. Sed habent ẽt ve-
rũ colubrũ quẽ nutriunt & venerantur. Qui
& incantante ſacerdote egreditur de ſpelun-
ca, & aſcendit ſuper altare innixũ ſpeluncę,
& oblationes eorũ lambit, & inuoluens ſe
circa eas, regreditur ad ſpeluncã: & ita con-
fringunt oblationes in euchariſtiã quaſi a ſer
pente Chriſto vt illi putant ſanctificatas. Tra
dunt huius ſerpentis cultũ a Nicolaitis ſiue
Gnoſticis ad iſtos deductũ. Caiani propter- 18
ea ſic appellati, qm̃ Cain honorant, dicẽtes
eũ fortiſsimę eſſe virtutis: ſimul & Iudã tra-
ditorẽ diuinũ aliquid putant eſſe, & ſcelus
eius beneficiũ deputant: aſſerentes eũ prę ſciſ
ſe quantũ eſſet generi humano Chriſti paſsio
profutura, & occidẽdũ Iudęis propterea tra
didiſſe: illos ẽt qui ſchiſma facientes in pri-
mo populo Dei, terra dehiſcente perierunt,
Chore, Dathan, & Abiron, & Sodomitas co Num. 16
lere perhibentur. Blaſphemãt legem, & Deũ
legis authorẽ: carniſq; reſurrectionẽ negãt.
Sethiani nomen acceperunt a filio Adæ, qui 19
vocatus eſt Seth: eũ quippe honorant, ſed fa
buloſa & hæretica vanitate. Dicũt. n. eum de F
ſuperna matre natũ, quã perhibent conueniſ
ſe cũ ſuperno patre: vnde diuinũ ſemẽ aliud
naſceretur, tanquã filiorum Dei. Hi quoque
multa de principatibus & poteſtatibus vaniſ
ſima fabulantur: quidã eos dicũt Sem filium

20 Noe Christum putare. Archontici à princi-
pibus appellati, vniuersitatē, quam Deus con
didit, opera esse Principū dicunt: operantur
ēt quandam turpitudinem. Resurrectionem
21 carnis negant. Cerdoniani à Cerdone nomi-
nati, qui duo principia sibi aduersantia dog-
matizant: Deumq; legis ac Prophetarum nō
esse patrem Christi, nec bonum Deū esse, sed
Al.l.nec. *iustum, patrem vero Christi bonum: Chri-
stumq; ipsum neq; natum ex fœmina, neque
G habuisse carnem: nec vere mortuū, vel quic
quā passum, sed simulasse passionem. Quidā
vero in duobus principijs suis duos deos ita
eū dixisse perhibent, vt vnus eorum esset bo-
nus, alter aūt malus: resurrectionē mortuorū
22 negant. Spernūt ēt testm̄ vetus. Marcion quo
que, à quo Marcionistæ sunt, qui Cerdonis
secutus est dogmata de duobus principijs:
quamuis Epiphanius eum tria dicat asseruis-
se principia: bonum, iustum, prauum: sed Eu
sebius Synerum quendam, non Marcionem,
trium principiorum atq; naturarum scribit
23 authorem. Appellitæ sunt, quorū Apelles est
Princeps, qui duos quidem introducit deos:
vnum bonum, alterū malum non tñ in duo-
bus diuersis atq; inter se aduersis esse princi-
pijs, sed vnū esse principium: Deum, s. bonū,
& ab illo factum alterum: qui cū malignus
esset, inuentus est in sua mundum natiuitate
fecisse. Hunc Apellem dicunt quidam etiam
de Christo tam falsa sensisse, vt dicerent eū,
non quidem carnem duxisse de cælo, sed ex
elementis mundi accepisse, quæ mundo red
didit, cum sine carne resurgens, in cælū ascē-
dit. Seueriani a Seuero exorti, vinum non bi-
24 bunt, eo ꝙ fabulosa vanitate de Satana & ter-
ra germinasse asserunt vitem. Etiam ipsi non
sanam doctrinam suā, quibus volunt inflant
nominib. Principum, Carnis resurrectionē
φιλουμένη. cum veteri testō respuētes. Hic præterea Phi-
lumenem quandam puellā dicebat inspiratā
diuinitus ad prænuncianda futura, ad quam
somnia atq; æstus sui animi referens, diuina
H tionibus seu præsagijs eius secretim erat soli
tus præmoneri, eodem phantasmate eidem
Philumenæ pueri habitu se demonstrante,
Qui puer apparens, Christum se aliqñ, aliqñ
esse assereret Paulū. A quo phantasmate sci-
scitans, ea soleret respondere quæ se audien-
tibus diceret. Nonnulla quoq; illā miracula
operari solitam, inter quæ illud præcipuum,
ꝙ in angustissimi oris ampullam vitreā, pa-
nem grandem immitteret, cumq; extremis
digitulis leuare soleret illæsum, eoque solo
quasi diuinitus sibi cibo dato fuisse cōtenta.
Taciani à Tacio quodā, instituti sunt, qui & 25
Encratitæ appellati sunt, nuptias dānant, atq;
omnino pares eas fornicationib. alijsq; cor-
ruptionibus faciunt, nec recipiūt in suorum
numerum coniugio vtentem, siue marem, si-
ue fœminam: non vescuntur carnibus, easq;
omnes abominantur: prolationes quasdam
fabulosas seculorum etiam ipsi sapiunt: salu
ti primi hominis contradicunt. Epiphanius
Tacianos & Encratitas ita discernit, vt Encra
titas Taciani schismaticos dicant. Cataphry- 26
ges sunt, quorum authores fuerunt, Mōtanus
tanquam paracletus, & duæ Prophetissæ ip-
sius, Prisca & Maximilla, His nomen prouin
cia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt, ibiq; κατὰ φρύγας.
vixerunt: & ēt nunc in eiusdem partibus po-
pulos habent. Aduētum spiritussancti à dño
promissum, in se potius quam in Apostolis
eis fuisse asserunt redditum. Secūdas nuptias
pro fornicationibus habent: & ideo dicunt
eas permisisse Apostolum Paulum, quia ex 1. Co.
parte sciebat, & ex parte prophetabat: Non-
dum.n.venerat ꝙ perfectum est. Hoc autem
perfectum in Montanum & in eius prophe-
tissas venisse delirant. Sacramenta perhiben-
tur funesta habere. Nam de infantis anniculi
sanguine, quem de toto eius corpore minu-
tis punctionum vulneribus extorquēt, quasi
eucharistiā suam conficere perhibentur, mi-
scentes eum farinæ, panemq; inde facientes:
qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos
pro martyre: si autem vixerit, pro magno sa-
cerdote. Pepuziani a loco quodam nomina- 27
ti sunt, quam ciuitatem desertam dicit Epi-
phanius. Hanc aūt isti diuinum aliquid esse
arbitrantes, Hierusalem vocant. Tantum dan
tes mulieribus principatum, vt sacerdotio
quoque apud eos honorentur. Dicunt enim K
Quintillæ & Priscillæ in eadē ciuitate Pepu-
za, Christū specie fœminæ reuelatum. Vnde
ab hac Quintilliani etiam nuncupantur. Fa-
ciunt & ipsi de sanguine infantis quod Cata
phryges facere supra diximus. Nam & ab eis
perhibentur exorti. Denique alij hanc Pe-
puzam non esse ciuitatem, sed villam dicūt
fuisse Montani & Prophetissarum eius Pri-
scæ & Maximillæ: & quia ibi vixerūt, iō lo-
cum

28 cum meruisse appellari Hierusalem. Artoty-
ritæ sunt, quibus oblatio eorum hoc nomen
dedit: offerunt.n.panē & caseum, dicentes à
primis hominibus oblationes de fructibus
terræ & ouiū fuisse celebratas. Hos Pepuzia
nis iungit Epiphanius. Tessarescę decatitæ
29 hinc appellati sunt, q̄ non nisi quartadecima
L Luna mense Martio, Pascha celebrant, quili
bet septē dierū occurrat dies, & si dies domi
nicus occurrerit, ipso die ieiunant & vigi-
30 lant. Alogiani propterea sic vocantur tāquā
sine verbo: logos.n. Gręce verbū dicit̄, quia
domini verbū recipere noluerunt, Ioannis
Euangeliū respuentes, cuius nec Apocalyp-
sim accipiunt, has videlicet scripturas negāt
31 esse ipsius. Adamiani ex Adā dicti, cuius imi
tātur in paradiso nuditatē, quę fuit ante pec
catū: vnde & nuptias auersantur, q̄a nec prius
quā peccasset Adam, nec priusquā dimissus
esset de paradiso, cognouit vxorē. Credunt
ergo q̄ nuptię futuræ non fuissent, si nemo
peccasset. Nudi itaq; mares fęminaq; conue
niunt: nudi lectiones audiunt, nudi orant, nu
di celebrant sacramenta, & ex hoc paradisū
32 suā arbitrantur Ecclesiam. Elceseos & Sam-
seos hic tanquā ordine suo cōmemorat Epi
phanius, quos dicit a quodam pseudopro-
pheta esse deceptos qui vocabatur Elci, ex
cuius genere duas mulieres tanquā deas ab
eis perhibet adoratas. Cętera Hebioneis tene
33 re similia. Theodotiani à Theodotione quo
dā instituti, hominē tantummodo Christum
asseuerant. Quod dicitur quidē Thodotion
propterea docuisse, quia in persecutione la-
psus isto modo se casus sui deuitare putabat
opprobriū, si nō Deū negasse, sed hominem
videretur. Melchisadeciani, Melchisadech sa
34 cerdotē Dei excelsi, non hominē fuisse, sed
virtutē Dei esse arbitrantur. Bardesanistæ, a
35 quodam Bardesane, qui in doctrina Christi
prius extitisse perhibetur īsignis: quāuis post
ea per omnia in Valētini hæresim lapsus est,
addens de suo vt fato ascriberet cōuersatio
36 nes hominū. Noetiani, a quodam Noeto, q̄
M dicebat Christū eundem ipsum esse patrem
& spiritūsanctum. Valesij & seipsos castrāt,
37 & hospites suos hoc modo existimātes Deo
se debere seruire. Alia quoq; hęretica doce-
re dicuntur & turpia: sed quę illa sint, nec
ipse commemorauit Epiphanius, nec vspiā
38 potui reperire. Chathari, qui seipsos isto no
mine, quasi propter mundiciam superbissi-
me atq; odiosissime nominant: secundas nu
ptias non admittūt, pęnitentiā denegāt, No-
uatum sectantes hæreticum: vnde etiam No
uatiani appellant̄. Angelici, in angelorū cul- 39
tu inclinati, quos Epiphanius iam omnino
defecisse testatur. Apostolici, qui se isto no-
mine arrogantissime vocauerunt, eo q̄d in 40
suā communionē nō reciperent vtentes cō- A
iugibus, & res proprias possidentes quales
habet catholica Ecclesia & monachos & cle
ricos plurimos. Sed ideo isti hęretici sunt,
quoniā se ab Ecclesia separantes, nullum spē
putant eos habere qui vtuntur his rebus, qui
bus ipsi carēt. Encratitis isti similes sunt, nam
& Apotactitæ * appellantur. Sed alia nescio *Al. l. Idest extraordinarij.*
quę propria hęretica docere perhibentur. Sa
belliani ab illo Noeto, quē supra memoraui
mus, defluxisse dicuntur. Nam & discipulū
eius quidam perhibent fuisse Sabellium. Sed 41
qua causa duas hæreses Epiphanius compu-
tet, nescio: cū fieri potuisse videamus vt fue-
rit Sabellius iste famosior, & ideo ex illo ce
lebrius hæc hæresis nomen acceperit. Noe-
tiani enim difficillime ab aliquo sciuntur, Sa
belliani autem sunt in ore multorum. Nam
& Praxeianos à Praxea quidam vocant, &
Hermogenianivocari ab Hermogene potue
runt, qui Praxeas & Hermogenes eadē sen-
tientes in Aphrica fuisse dicuntur. Nec tamē
istę plures sectæ sunt, sed vnius sectę plura
nomina ex his hominibus qui in ea maxime
innotuerunt, sicut Donatistæ, ijdē Parmenia
nistę, sicut Pelagiani ijdem Cęlestiani. Vnde
ergo sit factū, vt Noetianos & Sabellianos,
non vnius hæresis duo nomina, sed tanquam
duas hæreses supradictus episcopus poneret
liquido inuenire non potui: quia si quid in-
ter se differunt, tam obscure dixit, studio for
sitan breuitatis, vt nō intelligā. Loco quippe
isto quo & non tā longe à Noetianis Sabel-
lianos commemorans: Sabelliani, inquit, si-
milia Noeto dogmatizantes præter hoc q̄d
dicūt patrē non esse passum: quomodo de Sa B
bellianis intelligi pōt, cū sic innotuerunt di
cere patrē passum, vt Patripassiani quā Sabel
liani crebrius nūcupētur? Aut si forte ī eo q̄
ait, p̄ter hoc quod dicunt patrē nō esse pas-
sum, Noetianos hoc dicere intelligi voluit,
q̄s eos ī hac ambiguitate discernat? Vel quo
modo possunt intelligi quilibet eorū patrē
passum

passum fuisse non dicere, cum dicant eundẽ
ipsum esse & patrẽ & filiũ & spm̃ sanctum?
Philaster autẽ Brixianus episcopus in proli-
xissimo libro quem de hęresibus condidit,
H & CXXVIII. hæreses arbitratus est compu-
tandas, Sabellianos continuo post Noetia-
nos ponens, Sabellius inquit, discipulus e-
ius, qui similitudinẽ sui doctoris itidem secu
tus est vnde & Sabelliani postea sunt appel
lati, qui & Patripassiani & Praxeiani à Pra-
xea, & Hermogeniani ab Hermogene, qui
fuerũt in Aphrica, qui & ista sentiẽtes abiecti
sunt ab ecclesia catholica. Certe iste eosdem
postea Sabellianos dixit appellatos, qui ea q̃
Noetus sentiebãt. Et alia nomina eiusdẽ sectę
cõmemorauit, & tamen Noetianos & Sa-
bellianos sub duobus numeris tanquã duas
42 hæreses posuit, qua causa, ipse viderit. Origi
niani a quodã Origene dicti sunt, nõ ab illo
qui fere omnibus notus ẽ, sed ab alio nescio
quo, de quo, vel sectatonibus eius Epipha-
nius loquẽs, Originiani, inquit, cuiusdã Ori
genis discipuli, turpis aũt sunt operationis:
isti sunt nephãda facientes, sua corpora cor
43 ruptioni tradentes. Alios autem Originia-
nos continuo subijciẽs, Originiani, inquit,
alij qui & Adamãtij tractatoris illius sectato
res qui & mortuorũ resurrectionẽ negant,
Christũ aũt & spiritũ sanctum creaturam di
cunt: paradisum autẽ & cęlos & alia nõ cre
dunt esse secũdũ literã: sed in allegoria. Hęc
quidẽ de Origene Epiphanius refert. Sed de-
fensores eius dicunt Origenẽ patrẽ & filium
& spiritum sanctũ vnius eiusdemq; substan-
tiæ docuisse, neq; resurrectionem repulisse
mortuorũ: sed qui eius plura legerũt, contra-
dicunt. Sed alia huius Origenis dogmata q̃
catholica ecclesia omnino non recepit: in
quibus nec ipsum falso arguit, nec põt ab e-
ius defensoribus excusari, maxime de pur-
gatione & liberatione: ac rursus post longũ
tp̃s ad eadẽ mala reuolutione rõnalis vniuer
I sæ creaturæ. Quis.n. catholicus Xp̃ianus vel
indoctus nõ vehementer exhorreat, eã quã
dicit purgationẽ malorũ idest etiam eos qui
vitã in flagitijs & facinoribus & sacrilegijs
atq; impietatibus quamlibet maximis finie-
runt: ipsum etiã postremo diabolũ atq; ange
los eius, quamuis post lõgissima tẽpora pur
gatos atque liberatos regno Dei luciq; resti-
tui, & rursus post longissima tp̃a oẽs qui li-
berati sunt, ad hæc mala denuo relabi & re-
uerti, & has vices alternantes beatitudinũ &
& miseriarũ rationalis creaturæ semper fo-
re? De qua vanissima impietate aduersus Phi
losophos, à quibus ista didicit Origenes, in
libris de ciuitate Dei diligentissime disputa
ui. Dicit prętere ipse Origenes, ꝙ filius Dei
sanctis hominibus cõparatus, veritas sit, pa- K
tri collatus mendaciũ: & quantũ distant Apo
stoli Xp̃o, tñ filius patri. Vnde nec orandus
est filius, cũ patre, q̃a nõ est author indulgẽ-
darũ petitionum sed supplicator, Pauliani a 44
Paulo samosateno, Xp̃m nõ sẽp fuisse dicũt,
sed eius initiũ, ex quo de Maria natus est, as-
seuerant, nec eum aliquid amplius quam ho
minẽ putant. Ista hæresis aliq̃ñ cuiusdã Arte
monij fuit, sed cũ defecisset, instaurata est à
Paulo, & postea sic à Photino cõfirmata, vt
Photiniani celebrius nuncupetur. Istos sanè
Paulianos baptizãdos esse in ecclesia catho-
lica Niceno concilio constitutum est. Vnde
credendum est eos regulã baptismatis nõ te-
nere quam secũ multi hæretici cũ de catho-
lica discederent abstulerunt eamq; custo-
diunt. Photinus ab Epiphanio non continuo 45
post Paulũ siue* pro Paulo, sed alijs inter- Al.l.
positis ponitur: non tacetur sanè similia cre
didisse, scd'm aliquid tñ aduersatus ei dicitur
sed quid sit ipsum aliquid, omnino non dici
tur. Philaster autẽ continuatim ponit ambos
sub singulis & proprijs numeris quasi hęre-
ses duas, cũ dicat Photinũ in oĩbus Pauli se-
cutũ fuisse doctrinã. Manichæi à quodã Per 46
sa extiterunt, qui vocabatur Manin* quan- Al.l.
uis & ipsum cum eius insana doctrina cępis nes.i.
set nomen prædicari, nam ante hac Vrbicus sanus.
vocabatur. Sed in Græcia discipuli eius vitã-
tes nomen insanię, quasi doctiores & eoip-
so mendaciores, geminata, n, litera, Mani-
chęũ quasi mãna fundentẽ, pro Manichæo.i.
insano appellauerunt. Iste duo principia in-
ter se diuersa atq; aduersa, eadẽq; æterna &
coæterna, hoc est semper fuisse composuit.
Duasq; naturas atq; substantias boni scilicet
& mali, sequẽs alios antiquos hæreticos o- L
pinatus est: quarũ inter se pugnam & cõmix-
tionẽ, & boni a malo purgationem, & boni
quod purgari non poterit, cum malo in æter
num damnationem secundum sua dogmata
asseuerãs multa fabulatur quæ cũcta intexe-
re huic operi nimis longum est. Ex his autẽ
suis

ſuis fabulis vanis atq; impiis cogunẽ dicere,
animas bonas quas cẽſent ab animarũ mala-
rũ naturæ.ſ.contrarię cõmixtione liberãdas
eius cuius Deus eſt eſſe naturæ. Proinde mũ
dũ a natura boni, hoc eſt a natura Dei factũ,
confitenẽ, q̃dem, ſed de commixtione boni
& mali, q̃ facta eſt, qñ inter ſe vtraq; natura
pugnauit. Ipſam vero boni a malo purgatio-
nẽ ac liberationẽ, non per totum mundũ &
de omnibus eius elementis virtutẽ Dei face
re dicunt, verũetiã electos ſuos p alimenta q̃
ſumunt: & eis q̃ppe alimentis ſicut vniuerſo
mundo Dei ſubſtãtiã perhibent eſſe cõmix-
tam: quã purgari putãt in electis ſuis eo gñe
vitæ, quo viuunt electi Manichęorũ, velut sã
ctius, & excellẽtius auditoribus ſuis. Nã his
duabus pfeſsionibus, hoc eſt, electorũ & au
ditorũ, Eccleſiam ſuam cõſtare volunt. In cę
teris aũt hominibus, ẽt in ipſis auditoribus
ſuis, hanc partem bonę diuineq; ſubſtantiæ,
G quæ mixta & colligata in eſcis & potibus de
tineẽ, maximeq; in eis q̃ gñant filios, arctius
& inquinatius colligari putãt. Quicquid ve *& lu*
ro undiq; purgatur luminis, per quaſdam na *naues*
ues, quas eſſe lunam & ſolem uolunt regno
Dei, tanquam propriis ſedibus reddi. Quas
itidẽ naues de ſubſtantia Dei pura perhibent
fabricatas. Lucemq; iſtam corporeá animan
tiũ mortaliũ oculis adiacentem, non ſolũ in
his nauibus, vbi eam puriſsimam credunt, ve
rumetiã in aliis quibuſq; lucidis rebus vbi
ſecundũ ipſos tenetur admixta, crediturque
purgãda, Dei dicunt eſſe naturã. Quinq;. n.
elementa quę genuerũt principes proprios,
gẽti tribuunt tenebrarum, eaq; elementa his
nominibus nuncupant, fumũ, tenebras, ignẽ
aquã, ventum. In fumo nata animalia bipe
dia, vnde hoĩes docere originem cẽſent. In
tenebris ſerpentia, in igne quadrupedia, in
aquis natatilia, in vẽto volatilia. His q̃nq; ele
mentis malis debellãdis, alia quinq; elemẽta
de regno & ſubſtantia Dei miſſa eſſe, & in il
la pugna fuiſſe p̃mixta, fumo aera, tenebris
lucẽ, igni malo, ignem bonũ, aquæ malæ, aq̃
bonam: uento malo, uẽtum bonũ. Naues aũt
illas. i. duo cęli luminaria ita diſtinguunt, ut
H lunã dicant factam ex bona aqua, ſolem ue-
ro ex igne bono. Eſſe autem in eis nauibus sã
ctas virtutes, quæ ſe in maſculos transfigu-
rant, ut illiciant fœminas gentis aduerſę, &
per hanc illecebram commota eorum con-
cupiſcentia fugiat de illis lumẽ quod mem-
bris ſuis permixtum tenebant, & purgandũ
ſuſcipiatur ab angelis lucis, purgatumq; illis
nauibus imponatur ad regna propria repor
tandum. Qua occaſione, uel potius execra-
bilis ſuperſtitionis quadam neceſsitate, co-
guntur electi eorum, uelut Euchariſtiã con-
ſpſam cum ſemine humano ſumere, ut etiã
inde, ſicut de aliis cibis quos accipiunt, ſub-
ſtãtia illa diuina purgetur. Sed hoc ſe facere
negãt, & alios neſcio quos ſub noĩe Mani-
chęorũ facere affirmãt. Detecti ſunt tñ in ec
cleſia, ſicuti ſcis apud Carthaginẽ, iam te ibi I
diacono conſtituto, qñ inſtante Vrſo tribu-
no, q̃ tũc domui regię pręfuit, alio adducti
ſunt, Vbi puella illa nomine Margarita, iſtã
nefariam turpitudinem p̃didit. Quæ cum eſ-
ſet annorũ nõdũ duodecim, p̃p̃ hoc ſceleſtũ
myſterium ſe dicebat eſſe violatã. Tũc Euſe
biam, quandã Manichęam quaſi ſanctimo-
nialẽ, idipſum p̃p̃ hocipſum paſſam, uix cõ-
pulit confiteri, cum primum illa ſe aſſeruiſ-
ſet integram, atq; ab obſtetrice inſpici poſtu
laſſet, quæ inſpecta & quid eſſet inuenta, to
tũ illud turpiſsimũ ſcelus, ubi ad excipiendũ
& cõmiſcendum concumbentiũ ſemen fari
na ſubſternitur, qđ Margarita indicante ab-
ſens non audierat, ſimiliter indicauit: & re-
centi tempore nonnulli eorum reperti, & ad
eccleſiã ducti, ſicuti geſta ep̃alia quæ nobis
miſiſti oſtendunt, hoc non ſacr̃m, ſed execra
mentũ ſub diligenti interrogatione confeſsi
ſunt: quorum unus noĩe Viator, eos qui iſta
faciũt propriæ cathariſtas. i. mundatores uel
purgatores uocari dicẽs, cum alias eiuſdem
Manichæę ſectæ partes in Macarios, & ſpe-
cialiter Manichęos diſtribui perhibere, oẽs
tamen has tres formas ab uno authore pro
pagatas, & oẽs generaliter Manichęos eſſe
negare non potuit. Certe illi libri Manichæi
ſunt omnibus ſine dubitatione cõmunes, in
quibus libris illa portenta ad illiciendos, &
per concupiſcentiam diſſoluendo utriuſq;
ſexus principes tenebrarum, ut liberata fu-
giat ab eis quæ captiuata tenebatur in eis di-
uina ſubſtantia, de maſculorum in fœminas K
& fęminarum in maſculos transfiguratione
conſcripta ſunt, unde iſta eorum, quamlibet
negant ad ſe pertinere, turpitudo defluit. Di
uinas enim uirtutes quantum poſſunt imi-
tari ſe putant, ut purgent Dei ſui partem

quã ꝑfecto ſicut in omnibus corporibus cęleſtibus & terreſtribus, atq; in oium rerũ ſeminibus, ita & in hoĩs ſemine teneri exiſtimãt inquinatam. Ac per hoc ſequitur eos ut ſic eam ẽt de ſemine humano, quẽadmodũ de aliis ſeminibus, quæ in alimentis ſumũt, debeãt mãducando purgare. Vñ ẽt catharistę appellanť, quaſi purgatores, tãta eã purgãtes diligẽtia, vt ſe nec ab hac tam horrenda cibi turpitudine abſtineant. Nec veſcunť tñ carnibus, tanq̃ de mortuis vel occiſis fugerit diuina ſubſtãtia, tãtumq; ac tale inde remanſerit, qđ iam dignũ non ſit in electorũ ventre purgari. Nec oua ſaltẽ ſumunt, quaſi & ipſa

L cũ frãgunť expirent, nec oporteat vllis mortuis corporibus veſci, & hoc ſolũ viuat ex carne qđ in farina ne moriať excipitur. Sed nec alimonia lactis vtũtur, q̃uis de corpore animantis viuente mulgeatur ſiue ſugatur: nõ quia putant diuinæ ſubſtantię nihil ibi eſſe ꝑmixtũ, ſed q̃a ipſe ſibi error non conſtat. Nam & vinũ nõ bibunt, dicẽtes fel eſſe principũ tenebrarũ, cũ veſcanť vuis. Nec muſti aliq̃d, vel recẽtiſsimis ſorbẽt. Animas auditorũ ſuorũ in electos reuolui arbitranť, aut fęliciore cõpendio in eſcas electorũ ſuorũ, vt iã inde purgatæ in nulla corpora reuertanť. Cæteras aũt aĩas & ĩ pecora redire putãt, & in oĩa q̃ radicibus fixa ſunt atq; alunť in terra Herbas.n.atq; arbores ſic putant viuere, vt uitã quę illis in eſt, & ſentire credãt, & dolere cũ lędunť, nec aliq̃d inde ſine cruciatu eorũ quẽquã poſſe vellere aut capere. Propter qđ agrũ ẽt ſpinis purgaŕ nefas hñt. Vnde agriculturã, quę oium artium eſt innocẽtiſsima, tanq̃ plurimum homicidiorũ rẽ demẽtes accuſant: ſuiſq; auditoribus ideo hæc arbitrantur ignoſci, q̃a ꝓbẽt inde alimẽta electis ſuis vt diuina illa ſubſtãtia in eorum ventre purgata, impetret eis veniã, quorũ traditur oblatione purganda. Itaq; ipſi electi, nec in agris operantes, nec pompa carpentes, nec ſaltem folia vlla vellentes, expectant hæc afferri vſibus ſuis ab auditoribus ſuis, viuentes de tot ac tantis ſecundum ſuam vanitatem homicidiis alienis, monent etiam eoſdem auditores ſuos, vt ſi veſcuntur carnalibus, animalia nõ

M occidãt, ne offendant principes tenebrarum in cęleſtibus colligatos, a quibus omnẽ carnem dicunt originem ducere. Et ſi vtuntur coniugibus, conceptũ tamen generationẽq; deuitent, ne diuina ſubſtantia, quę in eos per alimẽta ingreditur, vinculis carneis ligeť in prole. Sic quippe in oẽm carnẽ. i. per eſcas & potus venire animas eredũt. Vnde nuptias ſine dubitationes cõdemnãt, & quantũ in ipſis & prohibet, qñ generare ꝓhibent, ꝓpꝑ qđ coniugia copulanda ſunt. Adã & Euã ex parentibus principibus fumi aſſerunt natos, cũ pater eorũ noĩe Saclas* ſociorũ ſuorũ fœtus omnium deuoraſſet, & q̃cq̃d inde cõmiſtũ diuinę ſubſtantię ceperat, cum vxore concũbens in carne prolis tanq̃ tenaciſsimos vinculo colligaſſet. Chr̃m aũt fuiſſe affirmãt quẽ dicit noſtra ſcriptura ſerpentẽ, a quo illuminatos eos aſſerunt, vt cognitionis oculos aperirent, & bonum malumq; dignoſcerent. A Eumq. Chriſtũ nouiſsimis tp̃ibus veniſſe ad animas, non ad corpora liberandas. Nec fuiſſe in carne vera, ſed ſimulatã ſpeciem carnis ludificandis humanis ſenſibus prębuiſſe, vbi non ſolũ mortem, verũetiã reſurrectionem ſimiliter mentiretur. Deum q̃ legẽ ꝑ Moyſen dedit, & in Hebręis Prophetis locutus eſt, non eſſe verũ Deum, ſed vnum ex principibus tenebrarum. Ipſiusq; noui teſtamẽti ſcripturas tanquã infalſatas ita legunt, vt quod voluerint inde accipiant, quod nolunt reiiciant, eiſq; tanquã non totum verum habentibus nõnullas apocryphas anteponant. Promiſsionẽ domini Ieſu Chriſti de paracleto ſpirituſancto in ſuo archimanichæo* dicũt eſſe completam. Vnde ſe in ſuis literis Ieſu Chriſti Apoſtolũ dicit, eo ꝙ Ieſus Chriſtus ſe miſſurũ eſſe promiſerit, atq; in illo miſerit, ſpiritumſanctũ. Propter quod etiam ipſe Manichęus duodecim diſcipulos habuit ad inſtar Apoſtolici numeri, quem numerum Manichæi hodieq; cuſtodiunt. Nã ex electis ſuis habent duodecim, quos appellant magiſtros, & tertiumdecimum principẽ ipſorũ. Epos autem ſeptuagintaduos, qui ordinant a magiſtris: & presbyteros, qui ordinantur ab Epis. Habent ẽt Epi diaconos. Iã cęteri tm̃ modo electi vocanť. Sed mittuntur etiam ipſi qui videntur idonei, ad hunc errorem vel vbi eſt ſuſtentandum & augendum, vel vbi non eſt ẽt ſeminandum. Baptiſmum in aqua nihil cuiquã perhibẽt ſalutis afferre, nec quẽquam eorum quos decipiunt baptizandum putant. Orationes faciunt ad ſolem per diẽ B quaquauerſum circumit: ad lunam per noctem

[Marginal notes: al. Sad; Ioan. 1; al. here. archa Manic.]

ctem si apparet, si aũt nõ apparet, ad Aquilo
Liberum arbitrium. niam partẽ, qua sol cũ occiderit ad Orientẽ
reuertit: stãt orantes. Peccatorũ originẽ non
libero arbitrio uoluntatis, sed substantię tri
buunt gentis aduersæ: quã dogmatizantes es
se hoĩbus mixtã, oẽm carnẽ nõ Dei, sed ma-
læ mẽtis phibẽt esse opificiũ: quã à cõtrario
Gal. 5. principio Deo coæternã esse aiũt. Carnalem
cõcupiscentiã, qua caro cõcupiscit aduersus
spiritũ, nõ ex vitiata in primo hoĩe natura no
bis inesse infirmitatẽ, sed substantiã uolũt es
se cõtrariã, sic nobis adhęrentẽ, ut qñ libera
mur atq; purgamur, separet̃ a nobis, & ĩ sua
natura ipsa immortaliter uiuat. Easq; duas
[An]imæ duæ aĩas, uel duas mẽtes, unã bonã, alterã malam
in uno hoĩe inter se habere cõflictum, qñ ca
ro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus ad
C uersus carnẽ. Nec in nobis sanatũ hoc vitiũ,
sicut nos dicimus, nũquã futurũ: sed a nobis
seiunctã atq; seclusam substantiã istã mali,
& finito isto seculo post cõflagrationẽ mũdi
in globo quodã, tanq̃ in carcere sempiterno
esse uicturã. Cui globo affirmãt accessurum
semper & adhæsurũ, quasi coopertoriũ atq;
tectoriũ ex animabus: natura quidem bonis,
sed tñ quæ non potuerant a naturæ malę cõ
47 tagione purgari. Hierachitę, quorũ author
Hieracha * nũcupatur, resurrectionẽ carnis
Hierax negãt: Monachos tãtum & monachas & cõ
iugia nõ habentes in cõmunionẽ recipiunt.
Ad regnũ cęlorum non ptinere paruulos di
cũt quia non sunt eis vlla merita certaminis
48 quo uitia superent. Melitiani a Melitio nũcu
pati, nolẽtes orare cũ cõuersis: idest, eis, q in
49 persecutione ceciderũt, uel schisma fecerũt.
Nunc aũt dicuntur Arrianis esse coniuncti.
Arriani ab Arrio, in eo sunt notissimi erro-
re, quo patrẽ & filiũ & spiritumsanctũ nolũt
esse unius eiusdemq; naturę atq; substãtiæ,
aut ut expressius dicatur essentię quę οὐσία.
Gręce appellat̃: sed esse filiũ creaturã, spiri
tũ vero sanctũ creaturã creaturæ: hoc est, ab
ipso filio creatũ uolũt. In eo aũt ꝙ Christum
D sine anima solã carnem suscepisse arbitrant̃,
minus noti sunt. Nec aduersus eos ab aliquo
inueni de hac re aliqñ fuisse certatũ. Sed hoc
uerum esse & Epiphanius non tacuit, & ego
ex eorum quibusdã scriptis & collocutioni-
bus certissime comperi. Rebaptizãri, quoq;
ab his catholicos nouimus, utrum & nõ ca-
50 tholicos, nescio. Vadianos, quos appellat &

Epiphanius schismaticos, nõ hęreticos uult
uideri. Alii uocant Anthropomorphitas,
qm̃ Deũ sibi fingunt cogitatione carnali in
similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis
qđ rusticitati eorũ tribuit Epiphanius, par-
cẽs eis ne dicant̃ hęretici. Eos aũt separasse se
dicit a cõmunione nr̃a, culpãdo Ep̃os diui-
tes, & Pascha cum Iudęis celebrãdo. Quãuis
sint q eos in Aegypto Ecclesię catholicę cõ
municare asseuerẽt. De Photinianis autem,
quos isto loco Epiphanius cõmemorat iam
superius satis locutus sum. Semiarrianos Epi 51
phanius dicit, q similis essentię dicũt patrem
& filiũ, tanq̃ non plenos Arrianos, quasi Ar
riani nec similem uelint, cũ hoc Eunomiani
dicere celebrent̃. Macedoniani sunt a Mace *ὁμοιου-*
donio Constantinopolitanæ Ecclesiæ Ep̃o, *σιον.*
quos & πνευματομάχους Gręci dicũt, eo ꝙ
de spiritusancto litigẽt. Nã de patre & filio 52
recte sentiunt, ꝙ vnius sint eiusdẽq; substãtię B
uel essentię, sed de spũsancto hoc nolũt cre
dere, creaturã eũ esse dicẽtes. Hos potius q-
dam Semiarrianos vocant, ꝙ in hac q̃stione
ex parte cũ illis sunt, ex parte nobiscũ. Quã-
uis a nõnullis phibeantur, nõ Deũ, sed deita
tem patris & filii dicere spiritumsanctum, &
nullã ppriã habere substantiã. Aeriani ab Ae 53
rio quodã sunt nominati, q cũ esset presby-
ter, doluisse fert̃, ꝙ Ep̃s non potuit ordinari,
& in Arrianorũ hęresim lapsus, ppria quoq;
dogmata addidisse nõnulla, dicẽs, orare uel
offerre p mortuis oblationẽ non oportere,
nec statuta solẽniter celebrãda esse ieiunia,
sed cũ quisq; uoluerit ieiunãdũ, ne uideatur
esse sub lege. Dicebat ẽt prębyterũ ab Ep̃o
nulla differentia debere discerni. Quidã phi
bent istos sicut Encratitas uel Apotactitas nõ
admittere ad cõmunionẽ suã, nisi continen-
tes, & eos q seculo ita renũciauerint, vt pro-
pria nulla possideãt, ab esca tñ carnium non
eos abstinere dicit Epiphanius. Philaster ue-
ro & hãc eis tribuit abstinentiã. Aetiani ab 54
Aetio sunt uocati, iidemq; Eunomiani ab Eu H
nomio Aetii discipulo, quo nomine magis
innotuerũt. Eunomius qppe in dilectica prę
ualẽs, acutius & celebrius defendit hęresim,
dissimilẽ p oĩa patri asserẽs filiũ & filio spiri
tũsctm̃. Fertur ẽt usqueadeo fuisse bonis mo
ribus inimicus, ut asseueraret, ꝙ nihil cuiq; F
obesset quorũlibet ppetratio ac pseueran-
tia pctõrum, si huius q̃ ab illo docebatur fi- *Sola fides*

dei

Dei particeps esset. Apollinaristas Apollina-
ris instituit, q de aīa Chri a catholica dissen-
55 serũt, dicẽtes sicut Arriani Deũ Chrm carnẽ
sine aīa suscepisse. In qōne testimoniis Euan
gelicis victi, mentẽ, qua rōnalis est aīa hoīs,
nō fuisse in anima Chri, sed p hac ipm ver-
bũ in ea fuisse dixerũt. De ipsa vero eius car
ne sic a recta fide dissensisse phibent, vt dice
rent carnẽ illam & verbũ vnius eiusdẽq; sub
stãtiæ, cõtentiosissime asseuerãtes, verbũ car
nẽ factũ: hoc est, verbi aliqd in carnẽ fuisse
cõuersum atq; mutatũ, nō aũt carnẽ de Ma-
56 riæ carne susceptã. Antidicomarianitæ ap-
pellati sunt hæretici, qui Mariæ virginitati
vsqueadeo contradicũt, vt affirmẽt eam post
Christum natum viro suo fuisse cõmixtam.
57 Psallianorũ postremã ponit Epiphanius
hæresim, qđ nomẽ ex lingua Syra est, Græce
G aũt dicunt εὐχῖται ab orãdo sic appellati. Tã
tũ.n. orãt, vt eis qui hoc de illis audiunt in-
credibile videat. Nã cũ dñs dixerit, Oportet
Luc. 18 semper orare & nō deficere. Et Apostolus,
1. The. 5 Sine itermissione orate: qđ sanissime sic ac-
Quo sem cipit, vt nullo die intermittant certa tẽpora
per sit oran orãdi, isti ita nimis hoc faciũt, vt hinc iudi-
dum. cent inter hæreticos nominãdi. Quãuis non
nulli eos dicãt de purgatiōe animarũ nescio
quã phantasticã & ridiculã fabulã narrare,
porcã. s. cũ procellis suis videri exire de ore
hominibus qñ purgatur, & in eũ visibili simi
liter specie ignẽ qui nō cõburat intrare. His
adiungit Epiphanius Euphemitas Martyria-
nos, & Satamanos, & hos oẽs cũ illis tãquã
Monachi vnã hęresim ponit. Dicunt Euchitæ opinari,
otiosi. monachis nō licere sustẽtandę vitæ suę cau-
sa aliqd operari, atq; ita seipsos monachos
pfiteri, vt omnino ab opibus vacẽt. Vsq; ad
istos ergo de hæresibus opus suũ pduxit su-
pradictus Eps Cyprius, apud Græcos inter
magnos, habitus, & a multis in catholicę fi-
dei sanitate laudatus. Cuius ego in cõmemo
randis hæretici nō modũ, sed ordinẽ sum se
H cutus. Nã & aliqua ex aliis posui q ipse non
posuit: & aliqua nō posui, q ipse posuit. itaq;
alia latius q ipse, alia ẽt breuius explicaui, pa
remq; in nōnullis exhibui breuitatẽ, oīa mo
derãs sicut intẽtionis meæ ratio postulabat.
Proinde ille de octuaginta hæresibus, separa
tis viginti, quas ante domini aduentũ extitis
se sicut ei visum est cõputauit, reliquas post
domini ascensum natas sexaginta, breuissi-
mis libris quinq; comprehẽdit, atq; omnes
in sex libros totius eiusdẽ sui operis fecit cõ
cludi. Ego aũt qui sm petitionẽ tuã eas hę-
reses memorare institui: q post glorificatio-
nẽ Chri se aduersus doctrinã Christi, ẽt sub
velamine Christiani nominis extulerunt: qn
quagintaseptẽ ex Epiphanii ipsius opere in
meũ transtuli, duas in vnã referens, vbi nul-
lã differentiã potui reperire: & rursus vbi il-
le ex duabus vnã facere voluit, sub numeris
suis singulas posui. Sed adhuc cõmemorare
debeo, siue quas apud alios reperi, siue quas I
ipse reminiscor. Nũc ergo addo quas Phila-
ster posuit, nec posuit Epiphanius. Metãgis- 58
monitę dici possunt, q metãgismon asserũt,
dicẽtes sic esse in patre filiũ, qũo vas in vase
quasi duo corpora carnaliter opinãtes, ita vt
filius inter in patrẽ tanq vas minus in vas ma
lus. Vnde & tale nomen hic error accepit, vt *Tran*
μεταγγισμὸς Græce diceretur: ἀγγεῖον qppe *slatio.*
illa lingua vas dicitur, sed introitus vnius va
sis in alterũ. Latine vno nomine non potest
dici sicut Græce potuit, μεταγγισμὸς. Seleu
ciani ver Hermiani ab authoribus seculo & 59
Hermia, q elemẽtorũ materiã de qua factus
est mundus, nō a Deo factam dicũt, sed Deo
coæternã. Nec animam deo tribuũt creatori
sed creatores esse animarum angelos volũt
de igne & spiritu. Malum autem asserunt es
se aliquando a deo, aliquando a materia. Ne
gant saluatorem in carne sedere ad dexterã
patris, sed ea se exuisse perhibent, eademq;
in sole posuisse, accipientes occasionem de
Psalmo vbi legitur, In sole posuit tabernacu
lum suum. Negant etiam visibilẽ paradisum. *Psal.*
Baptismũ ĩ aqua nō accipiũt. Resurrectionẽ
non putant futuram, sed quotidie fieri in ge- 60
neratione filiorum. Proclianitæ secuti sunt
istos, & addiderunt Christũ nō in carne ve- 61
nisse. Patriciani a Patricio nũcupati, substan
tiam carnis humanę nō a Deo, sed a diabolo
conditã dicunt, eamq; sic fugiẽdã & detestã
dã putant, vt qdã eorũ phibeant, etiã morte 62
sibi illata carere carne voluisse. Ascitæ ab v-
tre sic appellati sunt. ἀσκὸς.n. Græce, Latine
vter dicitur, quem phibentur inflatũ & oper
tũ circumire bachãtes, tanq ipsi sint Euan-
gelici vtres noui, vino nouo repleti. Pattalo K
rinchitæ intantum silentio student, vt nari-
bus & labiis suis digitum opponant, ne
vel ipsam taciturnitatem voce præripiant, 63
quando

q̄ñ tacendū sibi esse arbitrantur, vnde etiā illis est nomen inditū: πάτταλος.n. dicitur Grȩce palus, & ῥύγχος nasus. Cur aūt per palū digitum significare maluerint, & a quibus hoc nomen compositū est, nescio, cū Græce digitus δάκτυλος, & possint vtiq; dactylorinchitæ multo euidentius nūcupari. Aquarij ex
L hoc appellati sunt, ꝙ aquā offerūt in poculo sacramenti, nō illud ꝙ omnis Ecclesia. Co
Esa. 45. luthiani a quodā Colutho, qui dicebāt Deū nō facere mala: cōtra illud ꝙ scriptū est, Ego
Gen. 1. Deus creās mala. Floriani à Florino, qui ecōtrario dicebat Deū creasse mala: cōtra id q̄d scriptū est, Fecit Deus oīa, & ecce bona valde. Ac per hoc q̄uis contraria inter se dicentes, tamen ambo diuinis eloquijs resistebant.
[...]li. l. Quo nō Deus [c]reet mala. Creat.n. Deus mala, pȩnas iustissimas irrogādo, quod Coluthus non videbat: nō aūt malas creando naturas atq; substantias, inquantū sunt naturæ atq; substantiæ, vbi Florinus
De mundi statu [d]issentien[te]s. errabat. Hæresim quandā sine authore & sine nomine Philaster cōmemorat, quæ dicit, hunc mundū ēt pōt resurrectionē mortuorū in eodē statu, in quo nunc est, esse mansurū:
[A]po. 21. neq; ita esse mutadū, vt sit cȩlū nouū & terra noua, sicut sancta scriptura promittit. Est alia hȩresis nudis pedibus semp̄ ambulantiū, in
[Ex]o. 3. [Io]sue 5. [Es]a. 20. eo q̄d dn̄s dixerit ad Moysen vel ad Iosue, Solue calciamētū de pedib. tuis. Et ꝙ ꝓpheta Esaias nudis pedib. iussus fuerit ambulare. Inde ergo hæresis est, quia non ꝑꝑ corporis afflictionē sic ambulant, sed quia testimonia taliter intelligunt. Donatiani vel Donatistæ sunt, qui primū ꝑꝑ Cȩcilianū cōtra suā voluntatē ordinatum Ecclesiæ Carthaginensis Episcopum, schisma fecerunt, obijcientes ei crimina non probata, & maxime ꝙ a traditoribus diuinarū scripturarū fuerit ordinatus. Sed post causam cū eo dictā atq; finitam, falsitatis rei deprehensi, pertinaci dissensione firmata, in hæresim schisma verterūt: tanquā Ecclesia Christi propter crimina Cȩciliani,
M seu vera, seu, quod magis iudicib. apparuit, falsa, de toto terrarū orbe perierit, vbi futura promissa est, atq; in Aphrica Donati parte remāserit, in alijs terrarum partibus quasi contagione cōmunionis extincta. Audent etiam rebaptizare catholicos, vbi se amplius hȩreticos esse firmarunt, cum Ecclesiȩ Catholicȩ vniuersȩ placuerit, nec in ipsis hæreticis baptisma commune rescindere. Huius hæresim Principē accipimus fuisse Donatū, qui de Numidia veniens, & contra Cȩcilianū Christianā diuidens plebē, adiunctis sibi eiusdē factionis Episcopis, Maiorinū apud Carthaginē ordinauit Episcopū. Cui Maiorino Donatus Episcopus alius in eadē diuisione successit, qui eloquentia sua sic confirmauit hanc hȩresim, vt multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari. A
Extant scripta eius, vbi apparet eū ēt nō Catholicā de Trinitate habuisse sentētiam: sed quāuis eiusdē substantiȩ, minorē tn̄ patre filium, minorē filio putasse spiritumsanctū. Verū in hunc quē de Trinitate habuit eius errorem Donatistarū multitudo intenta nō fuit, nec facile in eis quisquā qui hoc illū sensisse nouerit inuenitur. Isti hȩretici in vrbe Roma Mōtenses vocātur, quibus hinc ex Aphrica solent. Ep̄m mittere: aut hinc illuc Aphri Episcopi eorū pergere, si forte ibi eū ordinare placuisset. Ad hanc hȩresim in Aphrica & illi pertinent, qui appellantur Circuncelliones, genus hominum agreste & famosissimȩ audaciæ, nō solū in alios immania facinora perpetrando sed nec sibi eadē insana feritate parcēdo. Nā per mortes varias maxime prȩcipitiorū & aquarū & igniū seipsos necare cōsuerunt, & in istū furorē alios quos potuerint sexus vtriusq; seducere, aliq̄ñ vt occidātur ab alijs, mortē nisi fecerint cōminātes. Veruntn̄ plerisq; Donatistarum displicent tales, nec eorū communione cōtaminari se putant, qui Christiano orbi terrarū dementes obijciūt ignotorū crimen Aphrorū. Multa & inter ipsos facta sunt schismata, & ab eis se diuersi cȩtibus alij atq; alij separarunt, quorū separationē cȩtera grandis multitudo non sensit. Sed apud Carthaginē Maximianus contra Primianū ab eiusdē erroris cētū fermè episcopis ordinatus, & à reliquis B
trecentis decē, cū eis duodecim q̄ ordinationi eius ēt p̄ñtia corporali interfuerunt, atrocissima criminatione dānatus, cōpulit eos nosse ēt extra ecclesiā dari posse baptismū Chr̄i. Nā quosdā ex eis, cū eis quos extra eorū ecclesiā baptizauerāt, ī suis honorib. sine ulla in quoquā repetitione baptismatis recepērūt, nec eos vt corrigerēt per publicas potestates agere destiterūt, nec eorū criminib. ꝑ sui cōsilij sentētiā vehemēter exaggeratis cōmunionē suam contaminare timuerunt.

Circūcelliones.

Priſcillianiſtę quos in Hiſpania Priſcillianus inſtituit maxime Canoſticorū & Manichæorū dogmata permixta ſectantur. Quamuis & ex alijs hæreſib in eas ſordes, tanq̃ in ſententiā quandā horribili confuſione confluxerint. Propter occultandas aūt cōtaminationes & turpitudines ſuas, habēt in ſuis dogmatibus & hæc verba, Iura, periura, ſecretum prodere noli. Hi animas dicunt eiuſdē naturę atq; ſubſtantiæ, cuius eſt Deus, ad agonem
C quendā ſpontaneū in terris exercendum, per ſeptē cęlos, & per quoſdā gradatim deſcendere principatus, & in malignū Principem incurrere, a quo iſtū mundū factum volunt, atq; ab hoc Principe per diuerſa carnis corpora ſeminari: Aſtruunt ēt fatalibus ſtellis homines colligatos, ipſumq; corpus noſtrum ſecundū duodecim ſigna cęli eſſe cōpoſitū, ſicut hi mathematici vulgo appellātur. Conſtituentes in capite arietē, taurū in ceruice, geminos in humeris, cancrū in pectore: & cętera nominatim ſigna percurrentes, ad plantas vſq; perueniunt, quas piſcibus tribuunt, quod vltimū ſignū ab aſtrologis nūcupatur. Hæc & alia fabuloſa, vana, ſacrilega, quæ perſequi longū eſt, hęreſis iſta contexit. Carnes tanquā immundas eſcas etiā ipſa deuitat. Cōiuges quibus hoc malū potuerit perſuadere diſiungens, & viros à nolentibus fęminis, & fęminas à nolentibus viris. Opificium quippe omnis carnis non Deo bono & vero, ſed malignis angelis tribuunt: hoc verſutiores etiā Manicheis, ꝙ nihil ſcripturarū canonicarū repudiāt, ſimul cū apocryphis legentes omnia & in authoritate ſumētes, ſed in ſuos ſenſus allegorizādo vertentes, quicq̃d in ſanctis libris eſt ꝙ eorū euertat errorē. De Chriſto Sabellianā ſectā tenēt eundē ipſum eſſe dicentes, non ſolū filiū, ſed ēt patrē, & ſpiritū ſanctū. Dicit Philaſter, eſſe alios hæreticos qui cū hominibus non ſumunt eſcas, ſed vtrum cū alijs qui eiuſdē ſectæ non ſunt, an ēt inter ſeipſos id faciant, non exprimit. Dicit ēt eos de patre & filio recte, de ſpiritu autē
D ſancto non catholice ſapere, ſe ꝙ eū opinentur eſſe creaturā. A Rhetorio quodā exortā hęreſim dicit nimiū mirabilis vanitatis, quæ omnes hęreticos recte ambulare, & vera dicere affirmat, quod ita eſt abſurdum, vt mihi incredibile videatur. Alia eſt hæreſis, quæ dicit in Chriſto diuinitatē doluiſſe, cum

Cū hoīb. nōmandu cantes.

figeretur caro eius in cruce. Eſt alia, q̃ triformē ſic aſſerit Deū, vt quędam pars eius ſit pater, quædā filius, quædā ſpūs ſanctus: hoc eſt, ꝙ Dei vnius pater ſint, quę iſtam faciūt Trinitatem, velut ex his tribus partibus compleatur Deus, nec ſic perfectus in ſeipſo, vel pater, vel filius, vel ſpiritus ſanctus. Alia eſt quæ dicit aquā non a Deo creatā, ſed ei ſemper fuiſſe coæternā. Alia dicit, corpus hominis, nō animā eſſe imaginē Dei. Alia dicit, in E
numerabiles mundos, ſicut opinati ſunt qui dā Philoſophigētiū. Alia ſceleratorū animas cōuerti in dęmones dicit, & in quęq; animalia ſuis meritis cōgrua. Alia deſcēdēte ad inferos Chriſto credidiſſe incredulos, & omnes inde exiſtimat liberos. Alia ſempiterne natū, nō intelligens filium, putat illā natiuitatem ſumpſiſſe a tempore initium: tn̄ volens coęternum patri filiū confiteri apud illū fuiſſe antequā de illo naſceretur exiſtimat: hoc eſt, ſemper eū fuiſſe, veruntn̄ ſemper eū filiū non fuiſſe, ſed ex quo de illo natus eſt filium eſſe cępiſſe. Has hęreſes, quæ abſq; authorū nominibus ſunt, putaui in hoc opus meū de Philaſtri opere tranferendas: & alias quidē ipſe cōmemorat, ſed mihi appellandæ hęreſes nō videtur. Quaſcunq; autem ſine nominibus poſui, nec ipſe earū nomina cōmemorauit Luciferianos à Lucifero Caralitano epiſcopo exortos, & celebriter nominatos, nec Epiphanius, nec Philaſter inter hęreticos poſuit: credo tātūmodo ſchiſma, nō hęreſim eos cōdidiſſe credētes. Apud quēdā tn̄ cuius nomē in eodē eius opuſculo nō inueni, in hæreticis Luciferianos poſitos legi ꝑ hęc verba: Luciferiani, inq̃t, cum teneant in omnib. catholicā veritatē, in hūc errorē ſtultiſſimū prolabūtur, vt animā dicāt ex tranſ-
F fuſione generari: eandēq; dicunt & de carne & carnis eſſe ſubſtantiam. Vtrū ergo iſte ꝑ hoc ꝙ de anima iſta ſentiūt, ſi tn̄ vere ita ſentiūt, eos inter hæreticos ponēdos eſſe crediderit, recteq; crediderit: an ēt ſi id nō ſētirēt, ſiue non ſentiūt, iō tn̄ ſint hęretici, quia diſſenſionē ſuā pertinaci animoſitate firmauerūt, alia q̃ſtio eſt, neq; hoc loco mihi videt eſſe tractāda. Iouinianiſtas quoq; apud iſtū reperi quos iā nouerā. A Iouiniano quodā Monacho iſta hęreſis orta eſt ętate noſtra, cū adhuc iuuenes eſſemus. Hic omnia peccata, ſicut Stoici Philoſophi, paria eē dicebat,

nec

nec poſſe peccare hominẽ lauacro regenerationis accepto, nec aliquid prodeſſe ieiunia vel a cibis aliquib. abſtinentiã. Virginitatem Mariæ deſtruebat, dicens eã pariendo fuiſſe corruptã. Virginitaté ẽt ſanctimonialium, & continentiã ſexus virilis in ſanctis eligentib.
G cçlibem vitã, i coniugiorũ caſtorũ atq; fideliũ meritis adęquabat: ita vt q̃dã virgines ſacræ ꝓuectæ iã ætatis in vrbe Roma, vbi hæc docebat, eo audito nupſiſſe dicantur. Non ſane ipſe vel habebat vel habere volebat vxorẽ, ꝙ non ꝑꝑ aliquod apud Deũ maius meritũ in regno vitæ perpetuæ profuturũ, ſed ꝑꝑ præſenté prodeſſe neceſsitatẽ, ne homo coniugales patiatur moleſtias, diſputabat. Cito tñ iſta hæreſis oppreſſa & extincta eſt, nec vſque ad deceptioné aliquorũ ſacerdotũ potuit peruenire. Cũ Euſebij hiſtoriã perſcrutatus eſſem, cui Rufinus, a ſe in Latinam linguã translatę, ſubſequentiũ ẽt temporũ duos libros addidit, non inueni aliquam hæreſim quã nõ legerim apud iſtos, niſi quã in ſexto libro ponit Euſebius, narrans eã extitiſſe in Arabia. Itaq; hos hæreticos, qm̃ nullũ eorũ ponit authoré, Arabicos poſſumus nuncupare, qui dixerunt animas cũ corporibus mori atq; diſſolui, & in fine ſeculi vtrunq; reſurgere. Sed hos diſputatione Origenis præſentis, & eos alloquentis, celerrime dicit fuiſſe correctos. Iã nunc illę cõmemorandę ſunt hæreſes, q̃ apud nos, non apud iſtos repertæ ſunt, ſed in recordationé noſtrã q̃uocunq; venerunt. Heluidiani exorti ab Heluidio, ita virginitati Mariæ contradicunt, vt eã poſt Chriſtum alios ẽt filios de vtero ſuo Ioſeph peperiſſe contendant: ſed mirũ in iſtos prætermiſſo Heluidij nomine, Antidicomaritas Epiphanius appellauit. Paterniani, inferiores partes humani corporis non a Deo, ſed a diabolo factas opinantur, & omniũ ex illis partib. flagitiorum licentiã tribuentes impuriſsime
H viuunt. Hos ẽt Venuſtianos quidam vocant. Tertullianiſtæ, a Tertulliano, cuius multa leguntur opuſcula eloquentiſsime ſcripta, vſque ad noſtrum tẽpus paulatim deficientes, in extremis reliquijs durare potuerũt in vrbe Carthaginenſi: me aũt ibi poſito ante aliquot annos, ꝙ ẽt te meminiſſe arbitror, omni ex parte conſumpti ſunt. Paucisſimi etiã qui remanſerant, in catholicam tranſierunt, ſuamq; baſilicam quæ nunc ẽt notiſsima eſt, catholicę tradiderunt. Tertullianus ergo ſicut ſcripta eius indicant, animam dicit immortalẽ quidem, ſed eã effigiatum corpus eſſe contendit: neq; hanc tantũ, ſed ipſum etiã Deũ corporeũ eſſe dicit, licet non effigiatũ. Nec tñ hinc hæreticus creditur factus. Poſ-
ſet. n. quoquo modo putari ipſam naturam ſubſtantiamq; diuinã corpus vocare, nõ tale corpus cuius partes aliæ maiores, aliæ minores valeant vel debeant cogitari, qualia ſunt omnia quæ proprie dicimus corpora: quãuis de anima tale aliquid ſentiat. Sed potuit, vt dixi, ꝓpterea putari corpus Deũ dicere, quia non eſt nihil, non eſt inanitas, non eſt corporis vel animæ qualitas, ſed ubiq; totus, & per locorũ ſpatia nulla partitus: in ſua tñ natura atq; ſubſtantia immutabiliter permanet. Nõ ergo ideo eſt Tertullianus factus hęreticus, ſed quia tranſiens ad Cataphryges, quos ante deſtruxerat, cępit ẽt ſecundas nuptias contra Apoſtolicã doctrinã tanquã ſtupra damnare, & poſtmodum ẽt ab ipſis diuiſus, ſua conuenticula propagauit. Dicit ſane ipſe animas hominum peſsimas poſt mortem in dęmones verti, ſtatum aũt animæ credit per traducem propagari. Eſt quædam hæreſis ruſticana in campo noſtro, i. Hipponenſi, vel potius fuit: paulatim. n. diminuta, in vna exigua uilla remanſerat, in qua quidem paucisſimi, ſed omnes hoc fuerunt. Qui oẽs modo correcti & catholici facti ſunt, nec aliquis illius ſuperſedit erroris. Abelonij vocabantur, punica declinatione nominis. Hos nõnulli dicunt ex filio Adæ nominatos, qui eſt uocatus Abel: unde Abelianos uel Abeloitas eos nos poſſumus dicere. Non miſcebantur uxoribus, & eis tñ ſine uxoribus uiuere ſectæ ipſius dogmate non licebat. Mares ergo & fęminæ ſub continentiæ profeſsione ſimul habitantes, puerum puellam ſibi adoptabant in eiuſdẽ coniunctionis pacto ſucceſſores ſuos futuros: morte præuentis quibusq; ſingulis alij ſurrogabãtur: dum tñ duo duobus diſparis ſexus in illius domus ſocietate ſuccederẽt. Vtrolibet quippe parente de-
K functo, uno remanenti, uſq; ad eius quoque obitũ filij ſeruiebant. Poſt cuius mortẽ ẽt ipſi puerũ & puellã ſimiliter adoptabant: nec unquã eis defuit unde adoptarent, generantib. circunquaque uicinis, & filios ſuos inopes ad ſpem hæreditatis alienæ dantib. libenter.

Deus q̃uo corporeus dici poßit.

1. Tim. 5

2. sen. di. 28. c. Pelagianorum. Pelagianorũ est hęresis hoc tpe omnium recentissima à Pelagio monacho exorta. Quẽ magistrũ Cęlestius sic secutus est, vt sectatores eorũ Cęlestiani ẽt nuncupentur. Hi Dei
1. retractat. c. 9. gratiæ, qua prædestinati sumus in adoptionẽ filiorũ per Iesum Chrm̃ in ipsum, & qua e-
Ephes. 1. ruimur de ptãte tenebrarum, vt in eũ creda-
Col. 1. mus atq; in regnum ipsius transferamur, pp
Ioan. 6. ꝙ ait, Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum
Rom. 5. a patre meo. Et qua diffunditur charitas in
Galat. 5. cordib. nostris, vt fides per dilectionẽ opere-
Ioan. 15. tur intrũ inimici sunt, vt sine hac posse hominẽ credant facere oĩa diuina mandata: cũ
L si hoc verũ esset, frustra dñs dixisse videretur, sine me nihil potestis facere. Denique Pelagius a fratribus increpatus, ꝙ nihil tribueret adiutorio gratiæ Dei ad eius mandata faciẽda, correptioni eorũ hactenus cessit, vt nõ eã libero arbitrio præponeret, sed infideli calliditate supponeret dicens, Ad hoc eã dari hominib. vt quæ facere per liberũ iubentur arbitriũ, facilius possint implere per gratiã. Dicendo vtiq; vt facilius possint, voluit credi, ẽt si difficilius, tñ posse hoĩes sine gratia diuina facere iussa. Illã vero gratiã Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicũt, nisi in libero arbitrio, ꝙ nullis suis præcedẽtib. meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tñ ipso adiuuante per suã legẽ atq; doctrinã, vt discamus quæ facere & quæ sperare debeamus. Nos aũt ad hoc per donũ spũs sancti, vt quæ didicerimus esse faciẽda faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiã confitentur, qua ignorãtia pellitur, Charitatẽ aũt Dei negant qua pie viuitur, vt, s. cũ sit Dei donũ, scientia quæ sine charitate inflat, non sit Dei donũ ipsa charitas, q̃ vt scien-
1. Cor. 8. tia non inflet, ædificat. Destruũt ẽt orationes quas facit ecclesia, siue pro infidelib. & doctrinæ Dei resistentib. vt conuertant ad Deũ: siue pro fidelib. vt augeatur eis fides & perseuerent in eo. Hæc quippe non ab ipso acci-
M pere, sed à seipsis hoĩes habere cõtendunt, gratiã Dei qua liberamur ab impietate dicentes secundũ merita nostra dari, Quod quidẽ Pelagius in epali iudicio Palæstino damnari metuẽs, dãnare cõpulsus est, sed in posteriorib. suis scriptis hoc inuenit docere. In id ẽt progrediũtur, vt dicãt vitã iustorũ in hoc seculo nullũ oĩno habere pctm̃, & ex his ecclesiam Xp̃i in hac mortalitate pfici, vt sit oĩno sine macula & ruga, quasi nõ sit Christi ecclesia, quæ in toto terrarũ orbe clamat ad Deũ, Dimitte nobis debita nostra: Paruulos ẽt negant secundũ Adã carnaliter natos, cõtagiũ mortis antiquæ prima natiuitate contrahere. Sic. n. eos sine vllo peccati originalis vinculo asserunt nasci, vt prorsus non sit, ꝙ eis oporteat scd̃a natiuitate dimitti: sed eos ppea baptizari, vt regeneratione adoptati admittanť ad regnũ Dei, de bono in melius trãslati, nõ ista renouatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nã ẽt si nõ baptizentur, promittũt eis extra regnũ quidẽ Dei, sed tñ æternã & beatã quandã vitã suam. Ipsum quoq; Adã dicunt ẽt si non peccasset, fuisse corpore moriturũ, neq; mortuũ merito culpæ, sed cõditione naturæ. Obijciuntur eis & alia nõnulla, sed ista sunt maxime ex quib. intelliguntur ẽt illa vel cũcta, vel penè cuncta pendere. Nestoriani a Nestorio Epo Patriarcha Constantinopolitano, qui cõtra fidẽ catholicã dogmatizare ausus est, dñm nostrum Iesum Christũ hominẽ tñ, nec id ꝙ mediator Dei & hominũ factus est, in vtero virginis de spũsancto fuisse conceptũ, sed postea Deũ homini fuisse permixtum, nec Deũ hominẽ passum sepultumq; dicebat: euacuare contendens omne nostrũ remediũ quo verbũ Dei sic hominẽ suscipere dignatum est in vtero virginis, vt vna ꝑsona fieret Dei & hominis, ppea sic singulariter & mirabiliter natus, mortuus ẽt pro peccatis nostris, cũ ea q̃ nõ rapuerat solueret, Deus homo a mortuis resurgens ascendit in cęlũ. Euthiciani ab Euthice quodã Constantinopolitanæ Ecclesiæ presbytero monacho exorti sunt, qui cũ videretur refutare Nestoriũ, in Apollinarẽ Manichęumq; transiuit, & humanitatis in Christo denegans veritatẽ, quicquid a verbo nostræ proprietatis receptũ est, diuinæ tantummodo ascribit essentiæ, vt sacrm̃ salutis humanæ, ꝙ non nisi in vtraq; substantia est, nostram in Christo naturam negando dissolueret: stulta impietate non inspiciens vniuerso corpori auferri ꝙ capiti defuisset. Ecce quã multas cõmemorauimus hæreses, nec tñ modum tuæ postulationis impleuimus. Ex quo enim Christiana religio, vt verbis tuis vtar, hæreditatis promissæ nomen accepit, q̃ hęreses ortæ sint, qũo cõmemorare oẽs potui, q̃ oẽs nosse non potui? Quod ideo existimo, quia

Mat. 6.
A
B

quia nullus eorũ quorũ de hæresi scripta legi, oẽs posuit: Qñquidẽ inueni apud alium, quas apud alium non inueni, & rursus apud istũ quas ille non posuit. Ego aũt ꝑpea plures quã ipsi posui, quia collegi ex omnibus quas oẽs apud singulos nõ inueni, additis ẽt his quas recolẽs apud vllũ illorum inuenire non potui. Vnde merito credo nec me posuisse oẽs, qui nec oẽs qui de hac re scripserunt legere potui, neq; hoc quenquã eorum video fecisse quos legi. Postremo etiã si oẽs

C forsitan posui, quod nõ puto vtrũ oẽs sint vtiq; nescio. Et ideo ꝙ uis me loquente finiri, non saltem potest me cognoscente comprehendi. Audiui scripsisse de hæresibus sanctũ Hieronymum, sed eius opusculũ nec in nostra bibliotheca inuenire potuimus, nec vnde possit accipi scimus. Quod si tu scieris, perueniat illud, & forsitan habebis melius aliquid quam hoc nostrum quanuis nec ipsum, licet hominẽ doctissimũ, omnes hæreses arbitrer indagare potuisse. Et certe Abeloitas nostræ regionis hęreticos quantũ existimo, ille nesciuit. Sic forte & alibi alios in obscurissimis locis reconditos, eiusq; notitiam ipsa locorũ obscuritate fugientes. Iã vero illud quod habent tuæ literæ, vt omnia oĩno dicamus quibus hæretici à veritate dissentiunt, etiã si omnia scirẽ, facere non possum: quanto minus possim qui omnia scire non possum? Sunt.n. hęretici, quod fatendũ est, q̃ singulis vel non multo amplius dogmatibus oppugnãt regulã veritatis, sicut Macedoniani vel Photiniani, atq; alij quicunq; ita sese habent. Illi aũt vt ita dixerim fabulones, idest, quia fabulas vanas easdemq; longas perplexasq; contexuerunt, tã multis falsis dogmatibus pleni sunt, vt ipsi quoq; illa numerare nõ possint, aut difficillime possint. Nec vlli alieno vlla hæresis facile sic innotescit vt suis, vnde nec earũ quas cõmemoraui oĩa

D dogmata me dixisse vel didicisse profiteor. Quis.n. nõ videat quanta res ista operã, & q̃ multas literas flagitet? Nec ideo tñ parũ prodest errores istos, quos huic operi intexui, lectos cognitosque vitare. Quid.n. contra ista sentiat catholica Ecclesia, quod a me dicendũ putasti supfluo q̃ritur, cũ ꝑpea hoc scire sufficiat eã cõtra ista sentire, nec aliquid horũ in fidẽ quenquã debere recipere. Q̃uo aũt quæ contra hæc veritas habet, asserenda ac defendenda sint, modulum operis huius excedit. Sed multũ adiuuat cor fidele, nosse, q̃d credendũ non sit, si disputãdi facultate id refutare nõ possit. Omnis itaq; Christianus catholicus ista non debet credere, sed non omnis qui ista non credit, cõsequenter debet se Christianũ catholicum iã putare vel dicere. E

Possunt enim hęreses alię quæ in hoc opere nostro cõmemoratæ non sunt, vel esse vel fieri, quarũ aliquã quisquis tenuerit, Christianus catholicus non erit. Quid ergo faciat hęreticũ deinceps requirendũ est, vt cũ hoc domino adiuuãte vitamus, non solũ ea quę scimus, verũmetiam quę nescimus, siue quæ iã orta sunt, siue quę adhuc oriri poterunt hæretica venena vitemus. Huius autẽ sit iam voluminis finis, quẽ propterea vobis antequã totũ hoc opus perficerem, credidi esse mittendum, vt eum quicunque legeritis, ad id quod restat implendum quod tam magnum esse cernitis, me orationibus adiuuetis.

DE QVINQVE HAERESIBUS.

ORATIO.



Ebitor sum fateor, non necessitate cogente, sed quod est vehementius, charitate. Ad cõpellendũ nõ põt esse molestus exactor, qñ ad reddendũ deuotus est debitor. Sed vt impleã quod ꝓmisi, adiuuate me sanctus orationibus vestris, vt Deus omnipotens det gratiã sermonibus meis, vt satisfaciã pijs mẽtib. & auribus vestris. Si meminisse dignamini qui in tempore affuistis, quinq; hostium genera esse diximus; contra q̃ expugnanda inducias postulauimus, vt necessaria arma preparare possemus. Promissus dies illuxit, nos quoq; impigre ad certamen dño adiuuante processimus. Adiutoriũ nostrũ a domino qui fecit cęlum & terram. F

Ps. 123 Donabit certanti victoriam, qui certandi dedit audaciam. Non nos hostium turba, non nos bellantium reuocet forma, non quasi vitrea fulgetia terreant arma. * Goliam magnum, robustũ, armis terribilẽ, ingentiq; turba munitum, Dauid solus, puer, paruus, atq; inermis vno lapidis ictu postrauit, totaque Allophylorum casta turbauit atque fugauit.

Cap. 1.

Al. l. Nõ quasi fulmen fulgẽs vitrea terreatar matura pagani.

1. Reg. 1.

Quid aũt aliud petra cõtra Goliã manu Da-
uid miſſa, niſi Xp̃m cõtra diabolũ ex ſemine
Dauid venturũ ſignificauit? Aggrediamur iã
& errorũ quæ diximus quinq; genera pro-
ponamus. Pagani dicunt, Quid eſt quod nos
Pagani. exhorretis atq; abijcitis tanquã multos colẽ
tes Deos? Ecce & vos Deũ quẽ prędicatis co
lendũ filiũ habere dicitis, & ſine alterius cõ-
mixtione ſexus natũ eſſe cõfingitis. Iudęi di
Iudæi. G cũt, Quomodo vnũ colitis Deum, qñ & ho-
minẽ quẽ patres noſtri crucifixerunt dñm di
centes, hominibus extorquetis vt tanquã fi-
Manich. liũ Dei vobiſcũ venerentur & colant. Mani-
chęi dicũt phantaſma eſſe, ꝙ dr̃ Deũ Ieſum
Chriſtũ fęmineo potuiſſe naſci ex vtero. Nõ
enim dignũ eſt, inquiunt, vt tanta maieſtas ꝑ
ſordes & ſqualores fęminæ tranſiſſe creda-
Sabellia. tur. Sabelliani, ijdẽ Patripalſiani, dicunt, v-
nus eſt Deus pater & filius, qm̃ qui pater, ip
ſe eſt filius. Nam ſi aliter dixerimus, dicimur
Arriani. multicolæ. Arriani dicunt, Alius eſt pater, a-
lius eſt filius, ſed minor eſt filius: Quomodo
enim fieri poteſt, vt genitori genitus exiſtat
Fiducia æqualis? Ecce ſunt errorũ propoſitę quæſtio
aduerſus nes, quaſi hoſtiũ cõpoſitę acies. Cõtra iſtas
hæreticos acies peſtiferas ſanctiſsimi fratres, ſumite ar
Cap. 2. ma Dei, vt poſsitis reſiſtere in die malo, & in
Ephe. 6. omnibus perfecti ſtare. Accingimini lum-
bos veritate, nemo trepidet, nemo formidet:
eſt lorica iuſtitię, eſt ſcutum fidei, in quo ſa-
gitæ malignorũ ignitę excipiantur & extin-
guantur. Eſt galea ſalutis, eſt gladius ſpiritus,
quod eſt verbũ Dei. Quiſquis fideliũ Chriſti
militum his fuerit armis munitus, nõ cuiuſ-
quã formidabit perſonã, non terrore tempo
ris à certamine reuocabitur. Eia fratres certa
men in promptu eſt, feruet opus, vrget ad-
uerſarius, ſpicula parat, iacere tentat, nemo
H expaueſcat. Fratres, plures ſunt nobiſcũ quã
4. Reg. 5. cũ illis. Nobiſcũ eſt Moyſes ille magnus ami
cus Dei, qui vt hoſtẽ vinceret præliantẽ ma-
Exo. 17. nus ad cęlũ extendit, iã tunc figurã crucis
Chriſti oſtẽdens: ipſe diuino imperio, tumẽ
tis ponti, voluentes flexuoſis finibus vndas,
Exo. 14. vno ictu virgę percuſsit, & traijciendo po-
pulũ aridos interim vertit in cãpos. Nobiſcũ
eſt Ieſus poſt Moyſen populi dux Iſraelitici
fortiſsimus præliator, cuius ẽt nomen indi-
cat ſaluatorem: ipſe potentia ſui & diuina fi-
ducia, diẽ, ſui curſus metas ne perageret, ſta-
Ioſue 10. tuit, & nocti ne accederet imperauit. Ipſe

gentium reges non ſingillatim, ſed gregatim
ſuperauit, captiuauit, humiliauit & occidit.
Nobiſcũ eſt Dauid manu fortis, Quid dicã?
Seruus Dei, electus Dei, amicus Dei, parens
Dei nouerat & bene nouerat, non ſolũ parce
re ſubiectis & debellare ſuperbos, verumetiã
virtutes oſtendere & patientiã cuſtodire. Ip- I
ſe inimicos ſuos cũ perſequeretur non per-
nicioſus, & cũ vinceret, non extitit impius.
Nobiſcũ ſunt alij ſancti viri, qui omnia fu-
turæ pręuiderunt. Nõ eſt ergo quod nos ter-
reat. Tantũ expectate, audite & orate, inten-
tor & auctior circa me veſtra ſit oratio. Nõ
diutius immoremur, iam quæ propoſuimus
proſequamur. Quid dicis Pagane? Deus, in-
quis, ſi delectatus eſt filio, indiguit cõiugio:
ſi horruit coniugiũ, ſolus eſt ſine filio. Quid *Ex*
enim poterat inueniri ſimile Deo, ꝙ cõiun- *mete*
geret Deo, & pareret filiũ Deo? Deinde ſi vt *Sibil.*
dicitis, habet Deus filiũ iã non vnum colitis *Cap.*
Deũ. Quid agimus? Ab Allophylo telũ miſ-
ſum, excepimus, quid remittimus? Quodli-
bet miſerimus telũ, licet perueniat ad illũ,
nihil prodeſt. Quare? Quia durus eſt, quia la- *Pſ.*
pideus eſt, idola colit: Et ſcriptũ eſt, Similes
illis fiant omnes qui faciunt ea, & oẽs qui cõ
fidunt in eis. Sanctas ſcripturas non accipit.
Quatenus ergo lapidem quo percutiatur, vt
percuſſus quaſſet, quaſſatus cõminuatur, cõ
minutus in puluerẽ conuertatur, conuerſus
in puluerẽ cõpluatur, cõplutus ſeratur, ſatus
faciat fructũ, nõ qui igne cõſumatur, ſed qui
in horreo recõdatur. Hermes, ꝗ Latine Mer-
curius dicitur, ſcripſit librũ qui λόγος τέλειος
appellatur, ideſt, verbũ perfectũ: magnũ no-
mẽ libri huius, quia magnus eſt de quo ſcri-
ptus eſt liber. Quid enim perfectius verbo, ꝗ *Pſal.*
ſolus eſt inter mortuos liber? Audiamus q̃d
loquatur Mercurius de verbo perfecto. Dñs,
inquit, & omniũ factor deorũ, ſecundũ fecit
dominũ. Et poſt pauca vt oſtẽderet quid di-
xerit, repetiuit & dixit. Quoniã ergo hunc fe
cit primũ & ſolũ & vnũ. Bonus autẽ ei viſus
eſt & pleniſsimus omniũ bonorũ. Quãtũ ple
niſsimus, Ioannes euangeliſta dicat, De ple- K
nitudine eius nos omnes accepimus, gratiã *Ioan.*
pro gratia. Bonus aũt ei viſus eſt, & pleniſsi-
mus omnium bonorum. Et ſequitur, Lęta-
tus eſt. Cui, vel cum quo lætatus eſt? Dicat
ipſa ſapientia Dei, filius Dei. Ego erã cui ag-
gaudebat. Ergo lætatus eſt & valde dilexit

tanquam

tanquam vnigenitũ ſuũ. Quẽ primo factũ di
xit, poſtea vnigenitũ appellauit. Itẽ alio loco
ſic dixit. Filius benedicti Dei atq; bonæ volũ
tatis, cuius nomẽ non põt humano ore nar-
rari. Quærebas Pagane coniugem Dei? Audi
Mercuriũ, para frontẽ, & excipe lapis lapidẽ
cade vt erigaris, frangere vt confirmeris, de-
ſtruere vt ædificeris. Ictus lapidis non cutem
diuidat frontis, nõ venã rũpat ſanguinis, nõ
L aperiat foueã vulneris, ſed ſignũ faciat cru-
cis. Cõiugẽ Dei q̃ris? abijciatur ex corde tuo
Al. l. im- rogo improba * prauitas. Cõiunx Dei bona
pura. voluntas eſt. Qũo aũt pater ſit Deus, & filius
Deus, nec tñ duo dij, ſed vnus ſit Deus, tecũ
diſputare nõ debeo, quia niſi credideris intel
…a.7. ligere nullatenus poteris. Et tñ filiũ Dei Deũ
fatetur Mercurius. Audiamus quid ẽt Sybilla
vates eorũ de eodẽ dicat. Aliũ, inquit, dedit
Deus filijs hominũ colendũ. Quantũ appa-
ret, in his ſententijs Mercurij & Sybillæ, Sa-
bellius ẽt iudicatur. Mercurius & patrẽ Deũ
dicit & filiũ, & Sybilla dicit Deũ aliũ. Sabel-
lius dicit non aliũ, quia eundẽ patrẽ aſſerit
eſſe quẽ filium. Optimũ valde eſt, ſi mõ non
ad vnũ tm̃, ſed ẽt ad quantoſcunq; miſſus ꝑ-
uenire potuerit, aduerſarios hoc ictu percu-
tiamus. Itẽ Sybilla dicit, Ipſum tuũ cogno-
ſce Deũ Dei filiũ eſſe. Verſus iſte & paganũ
increpat & Iudęũ. Alio loco filiũ Dei συμβού-
λον appellat, i. conſilium vel conſiliarium. Et
Propheta dicit, Vocabitur nomen eius admi
rabilis conſiliarius Deus fortis, pater futuri
ſeculi. Hinc Arrianus arguitur, qui cũ dicit,
…9. minorẽ Dei filiũ, dicit aliq̃n Deũ non habuiſ
ſe filiũ. Et ſi fuit ſine filio, fuit ſine conſilio.
Ecce ad quæ & ad quãta pericula prouoca-
mur. Sed quia Deus nunq̃ fuit ſine conſilio,
ẽt contradicente Arriano, nunq̃ pater potuit
…57. eſſe ſine filio. Quid agis Pagane? Aperi aures,
noli eſſe ſicut aſpis ſurda, quæ obturat aurem
ne audiat vocẽ incantantis. Nõ tibi meos au-
thores profero, tuus eſt Mercurius, cui inter
M deos tãtus honor cultusq; a vobis allatus eſt,
vt eius noĩe diẽ dñi vocaretis. Ipſum audi, ip
ſe te cõuincat, ipſe expugnet, vt cũ te vicerit,
illi cedas, & mihi credas. Mercurius dixit, Di
lexit Deus vnigenitũ ſuũ. Ipſe dixit, Filius be
nedicti Dei atq; bonæ voluntatis. Et ne de e-
ius noĩe tędiũ interrogationis ſuſtineret, ſe-
cutus adiunxit, Cuius nomen non põt huma
no ore narrari. Quid tu Mercuri, ab homi-
nib. dicis nomen Dei filij narrari non poſſe?
A te narretur qui non hõ, ſed Deus ab hoĩb.
æſtimaris. Loquitur aũt ad filiũ ſuũ dicens,
Eſt. n. quis filij inenarrabilis ſermo ſapientiæ
ſpũſſanctus, Nõne hoc eſt, In principio erat Ioan. 1.
verbũ? Dic Hermes, ſermo iſtę ſapientiæ ha-
bet matrẽ? Sequit̃ de ſolo Deo, Dñs eſt om-
niũ dñante Deo mortalibus. Et quia ab hoĩb.
indagari non põt, addit & dicit, Super hoĩes
eſt. Nomen filij Dei narrare non poſſum, q̃a
Deus non ſum: dicant hoĩes quaſi homines A
ꝙ non ſum, ego agnoſco ꝙ ſum. Sermo Sa-
pientiæ de ſolo Deo eſt. Non ergo ibi Paga-
ne humanũ ſuſpiceris aut fingas fuiſſe con-
iugiũ, de ſolo Deo eſt dñs Deus, & ſuper ho
mines eſt. Increpat te Sybilla dicens, Ipſum
tuũ cognoſce dñm Dei filiũ eſſe, Ipſum tuũ
cognoſce Deũ: Ipſum, non alium, non Mar-
tẽ, non Ioueẽ, non Mercurium, ſed quẽ confi
tetur Mercurius. Quid miraris Chriſtianę, ꝙ
talia iſti de patre & filio dicant? Et dęmones Iac. 2.
credunt & contremiſcunt. Nempe in euan-
gelio tranſeunte dño dicunt, Nouimus ꝙ ſis Mar. 1.
filius Dei, veniſti ante tp̃s perdere nos. Vtinã
qũo dęmones iudicẽ, ſic homines agnoſce-
rẽt Saluatorem. Quid dicit Iudęus? Vnus eſt Ex vetere
nobis Deus pater, ipſum, non aliũ nouimus. teſtõ. c. 4
Illum vero quem dicitis Chriſtũ, patres no-
ſtri non Deũ, ſed hominẽ occiderunt. Nem-
pe hoc eſt ꝙ dixi, Vtinam qũo dęmones iu-
dicem, ſic homines agnoſcerẽt Saluatorem.
Ecce dęmones uiderunt & tremuerunt: ho-
mines uiderunt & occiderunt, Dęmones cõ
feſsi ſunt, homines perſecuti ſunt. Quæ infę
licitas & quanta miſeria, imparem ẽt dęmo-
nibus inueniri? Item hoĩes credũt, dęmones
pereunt: hoĩes ſaluantur, dęmones puniun-
tur. Sed hæc immutatio eſt dexteræ excelſi, Pſal. 76.
non præſumptio hominis de ſuis uirib. cõfi
dentis. Contra iſtũ Iudęum non laboro, pu-
gnent contra illũ codices ſui, pugnent lex &
Prophætæ: & aut uictus & humiliatus ſalua- B
bitur, aut ſuperbus & pertinax * punietur.
Dixit dñs ad Moyſen, Ecce ego mitto ange- Al. l. con-
lum meum qui præcedat te, & cuſtodiat in tumax.
uia, & introducat in locũ quem paraui. Ob-
ſerua eũ, & audi uocem eius, nec contemnẽ-
dum putes. Audiſti angelum, agnoſce dñm,
nec contẽnendũ eſſe putes. Quare? Quia non Exo. 23.
remittet cum peccaueris, & eſt nomen meũ
in illo. Quis eſt ille tam magnus, cui Deus &

potestatem suā dedit & nomen? Dñs virtu-
Psal. 23. tū, ipse est rex gloriæ. Et vnde probamus, ꝙ
cū dr angelus, debeat intelligi Deus? In libro
Gen. 19. qui appellatur Genesis. Venerūt, inquit, duo
angeli Sodomā vespere, sedēte Loth pro fo-
rib. ciuitatis: quos cū vidisset, surrexit, & iuit
obuiā eis. Quid plura? Suscepit, & obsecutus
est eis tanquā peregrinis. Cōsuetudine hospi
talitatis liberatus est à periculo ciuitatis, &
C tēporale euasit incendiū, & æternū consecu-
tus est pmiū. Discite Christiani, sine discre-
tione hospites suscipere, ne forte cui domū
clauseritis, cui humanitatē negaueritis, ipse
sit Christus. Nō amplius euagemur à propo-
sita actione. Angeli venerunt ad Loth & di-
xerūt. Videte & aduertite, quia angeli loqui
dñr. Quid dixerunt angeli? Salua animā tuā,
noli respicere post tergū. Hoc scriptū est in
Luc. 9. Euangelio, Quia nemo ponens manū super
aratrum, & tergo respiciens, aptus est regno
Dei. Neq; stes in oī circa regionem: terrenis
nō inhæreas voluptatib. sed in mōte saluū te
fac. Spes tua Deus sit, ne & tu simul pereas cū
Sodomitis. Dixitq; Loth ad eos. Videte ho-
minē videntē, non cęcū, sicut Iudęū & Sabel
lianū: nō lippientē, sicut Arriani: sed oculos
sanos habētē, sicut catholici christiani. Et an
gelos vidit, & dñm intellexit. Quid dixit an-
Gen. 19. gelis? Dixitq; Loth ad eos, Dñe mi quia inue
nit seruus tuus gratiā ante te, & magnificasti
misericordiā tuā, quā fecisti mecū, vt salua-
res animā meā. Magna res, cū volo Iudęum
ferire, Moyses fortissimus vir hastā verbi sui
vibrauit, & misit, factū est vt per Iudęum ad
Sabellianū transiret, Arrianumq; percuteret.
Quid agis Loth sancte? Angelos vides, non
vnū, sed duos, & dicis, Dñe mi. Ad vnū ver-
bū facis, vnū precaris, & non metuis ne alte-
ri iniuriā facere videaris? Absit. Recedite Iu-
dei, recedite Sabelliani quia nō videtis: rece-
dite Arriani quia parū videtis. Ego video, ꝙ
video: & quia video, nec cōtēno, nec erro.
Duos video, æquales video. Vnū rogo, nulli
iniuriā facio: qa patrē & filiū nō diuido. Nā
vt intelligatis me non falli, cū duos tanquam
vnū deprecor, videte virū duo, an vnus rñ-
D deat. Precib. petijt, vt in modica ciuitate &
proxima refugiū haberet & viueret. Rñdetur
ei. Videamus quot sunt qui rñdent. Verba li-
bri subsequuntur. Dixitq; ad eū, Quasi rñsio
singularis est. Adhuc sequere, videamus, Ec-
ce et in hoc suscepi preces tuas, vt non sub-
uertā vrbem, pro qua locutus es. Festina er-
go, & saluare ibi: quia non potero facere q̄c
quā, donec ingrediaris illuc. Vides Iudęe, &
dici angelū, & esse Deū. Audis Arriane duos
patrē & filiū dicentē, nec tñ eundē patrem
quem filiū pp Sabellianos: sed patrē & filiū.
Audis ꝙ dictū est? Suscepi preces tuas. Audis
quid dicit? Non subuertā vrbem. Audis, Non E
potero facere quicquā? Ergo Iudęus legat an
gelū, intelligat Deū: Sabellianus legat duos
venisse, Arrianus legat vnum respondisse: &
nō contēnant, sed errorē fugiant, ne ad ignē
æternū perueniant. Sed vt plenius ostendā-
mus dictū angelū debere intelligi Deū, huius
lectionis sequentia recitemus. Igitur, inquit, Gen. 19
dñs pluit super Sodomā & Gomorā sulphur
& ignē a dño de cęlo. Quid est dñs a dño, ni Ps. 109
si filius a patre? Sicut & alio loco, Dixit dñs
dño meo, i. pr filio suo, sede a dextris meis.
Donec ponā inimicos scabellū pedū tuorū.
Item in Exodo, apparuit, inquit, Moysi ange Exo. 3
lus dñi in flamma ignis de rubo, & vidit qm
rubus ardebat igni, rubus aūt non cremaba-
tur. Et dixit Moyses, vadā & videbo hoc grā
de visum quare non crematur rubus. Cū vi-
disset aūt dñs, quia accedit videre, vocauit eū
dñs de rubo. Ecce angelus ipse dñs. Et sequi-
tur dicēs, Moyses, Moyses. Et ille dixit, Quid
est dñe? Ait illi dñs: Ne accesseris huc, nisi sol
ueris calciamenta de pedib. tuis, locus. n. in
quo stas, terra sancta est. Adhuc audi quid di
xerit ei. Ego sum Deus patrum tuorū: Deus
Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Et ideo
Iudęus sic legat angelum, vt intelligat dñm,
& timeat Deum. Sabellianus sic confiteatur
patrem, vt non neget filiū, Arrianus sic confi
teatur patrem, vt non minuat filiū. Iesus etiā
Naue, sicut liber dicit, qui eius nomine con
scriptus est cū contra hostes dimicaret, in ip
so constitutus procinctu, vidit virum stantē
contra se & euaginatū tenentem gladiū, per F
rexitq; ad eū, & ait, Noster es, an aduersario
rum? Qui respondit, Nequaquam, sed sum Iosue 5
Princeps exercitus dñi, & nunc adueni. Ceci
dit aūt Iesus pronus in terrā, & adorauit. Et
nunc sequere Iudęe ducem tuū. Videt, inter-
rogat, & adorat. Visio cōtionem habet: vī. n.
& ꝙ agnoscitur, & ꝙ non cognoscitur. Ergo
visio cōtionem habet, interrogatio ignoratio
nem, adoratio fidem: quem vidit? hominem.
Quis

Quis est homo iste? Ipse est cuius contra inimicas gentes prænũciabatur, desiderabatur, expectabatur aduentus. Et homo est, inquit, & quis cognoscet eũ? Quis est iste Princeps exercitus dñi? Nonne ipse est, qui in Euangelio interrogatus quis esset, respondit, Principium, qui & loquor vobis? Quid turbaris Iesu Naue? Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, aduersus dñm, & aduersus Christũ eius? Vides armatũ, noli metuere: non contra te venio, sed pro te: quia non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Quid est Iesu ꝙ uides, interrogas & adoras? Audi, Hominẽ uideo, interrogo quẽ uideo, audio non quẽ uideo: adoro nõ ꝙ uideo, sed ꝙ credo. Quia fides ex auditu, auditus aũt per uerbũ Christi. Quid ergo quæris? Aduerte & sequere, Hominẽ uideo, sed præ filijs hominũ est ꝙ intelligo. Nescio quid mihi coruscat, & tanq̃ de latebris fulgidũ aliq̃d splendet. Vado ad eũ quia uenit ad me, scrutabor ꝙ video: hoc grande uisum ꝙ uideo, & hõ est, & non est hõ, imo & hõ est, ꝑ Manicheũ, & plusq̃ homo est, ꝑ Iudeũ. Perge Iesus meus dux meus perge. Quare, nisi quia cũ tu me inquiris, me acquiris? Ecce uenio, hominẽ inuenio: intus nescio quid intelligo obscurũ est, nondum uideo, tecta est facies Moysi uelamine, impedit aciẽ, *latet ueritas. Non cognosco quid sit, opus est interrogatione. Dic tu hõ, Noster es, an aduersariorũ? Si aduersariorũ es, & hõ es, & inimicus es: si noster es: & hõ es, & Saluator, Post me uenit sed ante me factus est. Si Iesus es, & Saluator es. Interroget Iesus Iesum, interroget priorẽ posterior, sed tñ minor maiorem interroget deficiens crescentẽ: figura interroget ueritatẽ, imo figura intelligat ueritatẽ, ut lucescat dies, & remoueantur tenebræ temporales Ecce venio, scio, spiritus carnẽ & ossa nõ hẽt, inquiro palpo carnẽ: quæro, intueor armatũ. Adhuc latet mysteriũ. Interrogo uirũ, audio uerbũ, credo uerbũ, remoueo uelum, adoro Deũ. In eo ꝙ Iesus uidit, nec cognoscit furiosam gentẽ Iudeorũ significabat: q̃ si uidẽs cognouisset, nunq̃ dñm gloriæ crucifixisset. In eo aũt ꝙ audiendo credidit & adorauit istũ significabat populũ, de quo scriptũ est, Populus quẽ non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Audi adhuc, Quærebas Deũ genuisse filiũ, audi quid dicit pr̃ per Esaiã Prophetã, Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariã dicit dñs? Ergo ego qui generationes cæteris tribuo nunq̃d sterilis remanebo, dicit dñs Deus tuus? Cui dictũ est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quid me stimulas Arriane, & rides, cum audis, hodie? Apud Deũ nunq̃ crastinus, nũquã hesternus dies est, sed semper hodie, nõ mensiũ circulis soluitur annus, nõ succedentib. ac decedentib. transigit̃ mensis dieb. non horæ mutant̃, non uariant̃ tp̃a uel momẽta, * ubi Deus est: nec termino includit̃, nec initio inchoatur. Audiat adhuc Iudeus q̃d per Prophetã dicat dñs, audiat Arrianus: audiant & oẽs qui filiũ Dei aut non esse, aut esse minorẽ dicũt, Ego, inquit, Deus, & nõ est alius Et quid de filio dñe, si tu solus es Deus? Audi adhuc, q̃d festinas? In memetipso iuraui. Vbi est iuratio, nulla est dubitatio. In memetipso iuraui: Egredietur de ore meo iustitiæ uerbũ, Ecce habes filiũ, Egredietur de ore meo iustitiæ uerbũ, & non reuertetur. Quid est nõ reuertetur? Ne Sabellianus dicat. Ipse est pater qui filius, Egressum uerbũ non reuertet̃: q̃a pr̃, pater est: filius, filius est. Sileat aliquãtulũ hæreticorũ loquacitas, nullã habentes uerecundiã, impleant dñi sñiam, & filio Dei aut nullus aduersabitur: aut qui aduersus extiterit, confundetur, Egredietur, inquit, de ore meo iustitiæ uerbũ, & nõ reuertet̃: quia mihi curuabitur oẽ genu, & * per me iurabit oĩs lingua Deo Et filius quid? Audi ergo in dño dici, Meæ sunt sũmę iustitiæ & imperiũ. Age ergo. Et quid postea? Ad eũ uenient, & cõfundentur oẽs qui repugnant ei. Ite nunc oẽs Pagani, hæretici, Iudei, aduersamini, & repugnate filio Dei. Ad eũ uenietis, & confundemini oẽs q̃ repugnatis ei. Nõ parua de filio Dei secundũ diuinitatẽ locuti sumus, & resistentib. inquantũ potuimus aduersarijs, non pepercimus. Nũc uolo ad eius incarnationẽ accedere, & Manicheus insistit improbus. Quare? Quia Dei filiũ non vult dici ẽt hoĩs filiũ. Et ubi est ꝙ scriptũ est. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustũ: aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ & iustitia oriatur simul, ego dñs creaui eum? Itẽ, Ecce paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus ẽ principatus eius super humerũ eius, & uocabitur nomẽ eius admirabis, cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Itẽ, Ecce

Marginal notes (left column): Ioan. 8. — Psal. 2. — G — Rom. 10. — Exo. 33. — Al. l. velamen impedit faciem. — Luc. 24. — H — 1. Cor. 2. 17.

Marginal notes (right column): Ps. 66. — Psal. 2. — I — Al. l. Momẽta vbi dies, nec. — Esa. 45. — Al. l. Et confitebitur. — K — Esa. 45. — Esa. 9.

Ecce virgo cōcipiet in vtero, & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emanuel. *Esa.7. Mat.1.* Dicit aliquis, Cū Manicheo certare disposueras, non cū Iudęo. Contra Manichœū noua tela sunt necessaria, nō antiqua, quia nouū, non vetus accipiet testim̄. L Sed mihi, qui cōtra vtrosq; suscepi certamē, vndiq; arma sunt necessaria maxime, quia ista noua ex veterib. fabricata sunt: ergo nec illa abijciēda, & ista portāda sunt. Diuersis.n.telis diuersi cōciduntur aduersarij. Ordo itaq; iste seruandus est, vt loquēs de Euāgelio, nō sileā de Prophetis.

Cōtra Manichæos. Cap.5

Sed ego, īquit Manicheus, nec Moysen accipio, nec Prophetas. Quid agis de Paulo Apostolo, qui in exordio Epistolæ suæ ad Romanos scribens, ait, *Rom.1.* Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in Euangeliū Dei, ꝙ ante ꝓmiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid sc̄d̄m carnē? Audis, quia Euangeliū per Apostolos nō exhiberetur, nisi per Prophetas antea promitteret? Audis, qꝛ Dei filius sc̄d̄m diuinitatē factus est filius hoīs secūdū carnē? Quid est.n.in quo Prophetæ cōtrarij sunt Euangelio? Dixit.n. Propheta, *Esa.45.* Rorate cęli desuper, & nubes pluāt iustū. Veniat angelus, & prædicet verbū, aperiat terra, audiat Maria, germinet Saluatorē, pariat Iesū. Propheta dixit: *Esa.7. Mat.1.* Ecce virgo in vtero cōcipiet, & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emanuel. Hoc ēt Euangelista cum diceret, secutus est, & exposuit dicēs, *Mat.1.* Nobiscū Deus. Frustra Manicheę conaris aduersari Prophetis. Ecce Apostolus dicit, *Rom.1.* De filio suo qui factus est ei de semine Dauid sc̄d̄m carnē. Quod Prophetæ præuiderunt & prædixerunt, hoc Apostoli viderunt & prædicauerūt: qui erat, factus est. Quid erat? quid factus est? Deus erat, hō factus est: suscepit humanitatē, non amisit diuinitatē: factus humilis, mansit sublimis: natus est homo, nō destitit esse Deus: M natus est paruulus, latens magnus: qui libenter amplectitur Deū natū, nō horreat virginis partum. Dicit tibi Deus creator hominis, filius hoīs, Quid est ꝙ te permouet in mea natiuitate? Non sum libidinis cōceptus cupiditate. Ego matrē de qua nascerer, feci: ego viā meo itineri ꝑparaui atq; mundaui: Hanc quā despicis Manicheę mater est mea: sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cū eā facerē, potui in illa inquinari cū ex ea ascerer. Sicut transitu meo illius non est corrupta virginitas, sic & mea non est ibi maculata maiestas. Si Solis radius cloacarū sordiciē deficcare nouit, eis inquinari nō nouit: quāto magis splendor lucis æternæ, in quo nihil inquinamenti incurrit, quocunq; radiauerit, mūdare pōt, ipse pollui non pōt? Stulte, vnde sordes in virgine matre, vbi non est concubitus A cū hoīe patre? Vnde sordes in ea, ꝗ nec cōcipiendo libidinem, nec pariendo est perpessa dolorē? Vnde sordes in domo, ad quā nullus hospes accesserit? Solus ad eā dn̄s & fabricator eius venit, vestē quā non habebat induit: eamq; sicut inuenit, clausam reliquit. *Psal.81* Sicut ille natus est solus iter mortuos liber: sic istius ex qua natus est matris pudor, solus est integer. Eua inobediens meruit pęnā, Maria obediendo consecuta est gratiā. *Gen.3. Luc.1.* Illa gustando ꝓhibitū, maledicta: hæc credens angelo, est benedicta. Illa nobis mortē contulit, hæc virgo vitam nobis peperit. Quid agis Manicheę? Christianū premis, nō Christū defendis. Taceat immunda vanitas, quia munda nata est diuinitas.

Cōtra Arrianos. Cap.6.

Vellē adhuc Manicheū persequi, sed infestū patior Arrianū, qui cōfidit in virtute sua, & in abundantia diuitiarū suarū gloriatur. *Psal.4* Iam quidem cū alijs rāderemus, nec ipsi tacuimus. Sed iā nunc seruato ipsius ordinis modo, videamus quæ spicula iaciat. Nullius terreat persona potentis, omnis caro fęnum. Vides quotidie fęnū crescere, vides florere, quid expauescis? Tales fructus deserta germinat terra. Agricolas non accuso, sed q̄ro. Vbi mihi estis ò boni agricolę? Quid agitis? Quare vacatis? Videtis quo malo ista plena sit terra? Hinc spinæ, hinc tribuli, hinc fęnū surgit. *Esa.40* Spinas incendite, tribulos eradicate, fęnū secate, noua semina spargite, nō terreat hyems: & si abundat iniquitas, vestra tā ferueat charitas. *Mat.2* Serite hyeme, ꝙ metatis ęstate. Sed quib. dico? Vbi estis fontes lachrymarū? *Iob.9. Psal.5* Quibus agricolis loquor? Alij sunt mortui, alij fugati: terra tradita est in manu impij, tribulatio, & necessitas inuenerunt nos domine. B Da nobis auxilium de tribulatione, vt salus hominis non sit vana, sed vera. Quid dicis Arriane? Interroganti quæso respondeas. Nolo despicias paruulum, non te grandis forma iuuabit, non magna protegunt arma, vnius lapidis ictus frōtem penetrat galeatā. Dic mihi ergo quod te interrogo, Credis in *1.Re.17.*

Deum patrẽ oĩpotentẽ? Credo,inquis. Cre-
dis in filiũ eius Ieſum Chriſtũ Deum & dñm
noſtrũ?Credo, inquis.Credis Deũ & homi-
nẽ Ieſum Chriſtũ cõceptũ de ſpirituſancto,
natũ ex virgine Maria?Credo, inquis.Benefa
cis. Adhuc interrogo, Sicut pater Deus eſt,
ita alius eſt pater, alius filius?Et maxime.Ae-
C qualis eſt patri filius?Aequalis inquis. Quid
reſtat? Ecce ad omnia quæ interrogaui reſpõ
dit. In eo ꝙ credere ſe dicit Deũ patrem &
Deũ filiũ,contrarius eſt mecũ Pagano. In eo
ꝙ Chriſtũ Deũ & hominẽ conceptũ de ſpi-
rituſancto, natũ ex virgine Maria, mecũ eſt
contra Iudæum & Manichæum.In eo ꝙ cre
dit aliũ eſſe patrẽ,alium filiũ, mecũ eſt con-
tra Sabellianũ. Age ſi mecũ eſt in omnibus,
Pſ. 142. quare litigamus? Si vna nobis eſt hęreditas,
ſimul poſsideamus, fratres ſumus, Ecce quã
bonũ & quã iocundũ habitare fratres in vnũ.
Si bonũ & iocundum eſt habitare fratres in
vnũ quę eſt noua fabrica ante murũ? Simul
Pſal. 15. ad cuſtodiã noſtrę hæreditatis vigilemus.Ec
ce.n.hęreditas noſtra pręclara eſt nobis.Ha
bemus inuidos,habemus inimicos.Ipſi poſ-
ſidere volunt, non nobiſcũ, ſed contra nos.
Nemo ſibi vſurpet aliquid, hæreditas iſta ſic
eſt nobis dimiſſa,vt indiuiſa poſsideatur,nõ
partibus diſsipetur.Simul colligamus,ne di
uidendo perdamus: Paupertas ſolicitũ me
fecit,rogo te noli foras pręter me colligere:
ne incipiamus ſpargere. Qui enim mecũ nõ
colligit ſpargit.Quaſi oblitus ſum, cum quo
agebã:ſed non ſum oblitus, interrogo Arria
num, quẽ deſidero eſſe catholicũ Chriſtia-
num, Dicit aliquis, Ad omnia quæ voluiſti
reſpondit, in reſponſionibus illius nihil in-
uenit aduerſum,Quid amplius quęris?Expe
cta frater, noli facile iudicare, habeo adhuc
quod interrogem:noli cito te illi cõmittere,
D reſponſio claret, virtus latet. Quid dixiſti?
Aequalis eſt patri filius? Aequalis,inquis.Eia
modo vigilia, modo maniſeſtabitur quod
latebat.Quomodo dicis æqualẽ patri filium?
Operatione,an origine?Poteſtate,an ęterni-
tate?An forte in vtroq;? Abſit inquis, Opera
tione & poteſtate æqualis eſt, non æternita-
te,quõ enim fieri põt,vt vnigenitus ſit æqua-
lis ingenito? En adeſt ille qui mecũ quaſi co
hæres ambulabat,dolus apparuit qui latebat.
Mecũ poſsidere putabatur,vult diuidere,ſed
non permitto. Prorſus reſiſto, leges habent
vt teſtatoris voluntati in omnibus pareatur.
Si quis contra voluntatẽ teſtatoris facere vo
luerit,careat hæreditate.Sed non ſilent leges *Cic. Silẽt*
inter arma. Ad hoc ꝓrſus laboratur, ad hoc *leges in-*
pugnatur vt legibus ſeruiatur. Teſtamentum *ter arma.*
profero,verba teſtatoris recito: ſi eſt quod
diuidatur, ibi inuenio, ſi non eſt quod diui-
datur de teſtamento,ibi reſiſto.Audi quid ha E
bet teſtamentũ, Pacẽ meã do vobis,pacẽ re- *Ioan. 14.*
linquo vobis. Hæc eſt hæreditas, & quis eſt
ipſe ſaluator? Lege teſtamentũ, & inuenies.
Cũ Propheta de dño loqueretur,ait,Magnifi *Mich. 5.*
cabitur vſq; ad terminos orbis terrę, & erit *Lucæ. 2.*
ipſe pax. Gloria in excelſis Deo, & in terra
pax hominibus bonæ voluntatis, nõ diuiſo-
ribus ſanctę vnitatis ſed hominibus bonę vo
lũtatis.Ipſe eſt hæreditas,ipſe teſtator,ipſum
quæris diuidere.Quid partitis vnũ?Si vnũ di
uiſeris,integrũ nihil habebis. O Arriana hę- *3. Reg. 3.*
reſis,ò crudelis & impia Meretrix indicante
Salomone ne vnũ viuũ, ne vndecunq; con-
ceptũ iamq; partũ perderet,non permiſit di
uidi filiũ ſuũ,& tu diuidis dñm Deũ tuũ? Il-
la & ſi meretrix,tñ pia, quia mater: tu aũt &
& meretrix & impia,non vt mater,quod pa-
ris, præfocas:quod nõ paris,cõgregas.Quõ
alienũ lactas quę tuũ necas? Viſcera tua du-
ruerunt,illius tremuerunt. Quid dixit? Date
illi puerũ, ne diuidatis eũ: filius.n.meus eſt.
Sed melius apud illã integrũ gaudeo viuũ,q̃
diuiſum lugeã mortuũ. Filius meus eſt, in-
quit, ſed quid prodero mater puero,ſi vitam
quã non confero,affero: volo illius crudelis
a paruulo auferre vbera, ſed magis cogor iu
dicis timere machęrã. Date illi filiũ meum,
meus eſt natus:ſed migret ad illã totus,apud
me maneat affectus. Date illi puerũ totũ,ve-
runtñ nõ auferatur vita mẽbrorũ, non diui-
datur ĩtegritas,mihi nõ eripitur pietas,Quid
dixit, Date illi puerũ,nolite diuidere eũ? Ec-
ce ego dico, totũ poſside, & noli diuidere F
hæreditatẽ.* Non inquit,ſed ſi vis habere pa *al. l. Deũ.*
cẽ,ſine præiudicio diuide hęreditatẽ. Et quõ
habeo diuidere,Pater maior ẽ,filius minor?
O partes,ò iuſtitia,ò ęqualitas.Vna pars ma
ior eſt,alia minor.Non conſentio,non facio
partem,quia nõ diuido pacẽ. Si.n.fracta fue
rit pax, iam non erit pax. Sed quõ apud te
pax illibata eſſe poteſt,apud quem fides inte
gra non eſt? Quare? Quia mecum non vis
poſsidere,& pacem vis dimittere, hęredita-
tem

tem non potes obtinere. Postremo si more tuo non parcis, sed perfidiæ studes, vade interpella iudicē, videamus quid tibi dicturus est. Habes iudicē ordinariū, nolo mihi adducas ex diuersis partibus alias atq; alias potestates. Nō mihi armiger, sed legifer necessarius est. Et vbi, inquis, istū inuenio? Vbi aūt eū nō inuenies? Audi Prophetā dicētē, Dn̄s iudex noster, dn̄s legifer noster. Nec contēnendū iudicē putes, audi quid sequitur, Dn̄s rex noster, dn̄s ipse saluabit nos. Ecce habes iudicē. Si parū est, & rex noster ante te est. Sic est in cęlo, vt nō deserat terrā. Cęlum, inquit, & terrā ego impleo. Vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationē seculi. Nobiscū est, & cū patre est: quia nec patrē dimisit, cū ad nos descendit: nec deseruit, cū ad patrem ascendit. Ipsum interpella, ipsi dic, Dn̄e, dic fratri meo vt diuidat mecū hæreditatē. Audi rn̄sum diuinū audi iudicē iustū: audi pacē, fugientem litē, quid ait? Amice quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos? Vis diuidere pacē: & quæris adire iudicem pacem? Iudex tuus nolo esse, Ego pax sum, litigare non noui: consentientibus assideo, litigantes fugio. Si tu cū esses inimicus patri meo, recōciliaui te per me, quō ergo a patre meo separabis me? Ego cū esses longe, veni vt reducerē te: cū inter montes & syluas errares, q̄siui te: inter lapides & ligna inuenite: in lapidibus offendebas, ipsis adhærebas, quia ligna & lapides adorabas. Et ne luporū ferarūq; auido ore laniareris, collegi te, humeris meis portaui te, pr̄i meo reddidi te, laboraui, sudaui, caput meū spinis supposui, manus meas clauis obieci, lancea latus meū aperuit, quantis non dicā iniurijs, sed & asperitatibus laceratus sum, sanguinē meū fudi, animā meā posui, vt mihi coiungerē te, & tu diuidis me? Audi quid rn̄deatur discipulo, qui filiū nouerat, & patrē quærebat. Ait Philippus dn̄o, Domine ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Nunquid non & ipse filiū separabat a patre? Iā te inquit, nouimus, sed patrē tuū non nouimus. Et quid vis? Ostēde nobis patrē, & sufficit nobis, dn̄s ad eū, Si velis & tu Arriane audire, cū Apostolo errasti, redi cū Apostolo. Sit illius obiurgatio etiam tua curatio. Quid ait dominus? Tanto tempore, inquit, vobiscū sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem: ego veni

[Margin: G; *Esa. 33.*; *Hier. 23.*; *Mat. 28.*; *Luc. 12.*; *Mat. 26. & 27.*; *Ioan. 14.*; H]

patri meo te applicare, & tu noli me separare. Quid q̄ris quasi alterum p̄ter me? Qui me videt videt & patrē: tanta in nobis est vnitas, tāta similitudo, tanta charitas: vt ego in patre sim, & pater in me. Sentio Sabelliane quid mussitas, aut in Arriano me concludere, aut ab Arriano auocare festinas. Sed in nomine patris & filij & spiritussancti: non trium, sed vnius Dei: cū illi rn̄deo, te nō prętereo. Quid dixit dominus? Qui me videt, videt & patrē. Nunquid dixit, Qui videt me, videt patrem: aut, Ego sum filius simul & pater? Sed dixit, Ego in patre, & pater in me: q me videt, videt & patrē. Vnius substantiæ qui dicit, & patrē discernit, & filiū. teq; demonstrat nec patrā habere, nec filiū. Dic mihi Arriane. Patrē dicis Deū? Et maxime, Quid filiū? Ipsum quoque Deū profiteor. Bene agnoscis, quia cum prænunciaretur in carne venturus, de ipso Propheta dixit, Dicite, Pusillanimes, confortamini: nolite timere, ecce Deus noster adducet tributiones, Deus ipse veniet & saluabit nos. Agnosce in eo quod te agnoscere dicis, si Prophetæ non aduersaris. Quid ergo dicis de patre? Deus est. Quid filius? Deus est. Coæternus est patri filius? Nō. Ergo erat tēpus, q̄n non erat filius secundū te. Si erat tempus, quando non erat filius, ergo fuit tempus ꝙ non fecit filius. Si fuit tempus quod non fecit filius, non oīa per ipsum facta sunt: iam enim erat tempus, quando non erat filius. Si erat tempus quando nō erat filius, Ioannes Euāgelista nō debuerat dicere, In principio erat verbum: sed, In principio erat tempus. Ioannes dicit, Omnia per ipsum facta sunt: & Arrianns contradicit. Dic Arriane, Vnde scis quia erat tempus, quādo non erat filius? An forte dicturus es, Et Ioannes vnde scit, quia in principio erat verbū? Quia super pectus dn̄i discumbebat, & inde hauriebat, ꝙ in conuiuio Christi bibebat, quia in principio erat verbū. Tamen dic mihi, Quando in principio erat verbum, vel quando Ioannes super pectus domini recumbebat, & a verbo domini discebat, quia verbum erat in principio, & verbū Deus erat, Arrius vbi erat? Nescio, si audes dicere ibi erat. Notū est enim & legitur quo tēpore natus est, meritoq; sit damnatus. Notū est etiam quomodo vixerit, quomodo mortuus fuerit: & ideo non audes dicere de Arrio sicut de verbo,

[Margin: I; *Esa. 35*; *Ioan. 1*; *Ioan. 1*; K]

&

& fuit,& eſt: quia nec tunc fuit Arrius, mo-
do eſt.Sed vt in omnib. excludatur Arrianus
audi quid per Salomonē dicatur, Dñs fecit
Prou. 8. regiones & fides inhabitabiles ſub cęlo. Cũ
pararet cęlũ, aderã illi. Et poſt pauca, Eram
ego apud illũ cuncta diſponens. Ego erã qñ
faciebat fortia fundamenta terræ. Ego eram
cui aggaudebat. Sed dicis, de tpe agitur, vtrũ
fuerit filius antequã eſſet tp̃s? Audi ipſum per
L Prophetam dicentem, Ex tpe. Ex tpe, inquit.
Quid eſt ex tpe? Nunquid ex quo eſſe tp̃s cę
pit? Non ſic impie Arriane, nõ ſic: ſed ex tpe
antequã fieret tp̃s, ibi erat. Quære iam, qñ nõ
erat, qui ante tempora erat: In principio erat
verbũ. Melius & Græci dicunt λόγος. Logos
quippe verbũ ſignificat & rationē. Vides er-
go quia ſemper erat, de quo tu audes dicere,
non erat. Aut ſi dicis Deũ aliqñ ſine verbo,
Eſa.35. aut ſine ratione fuiſſe, iá non filio tm̃, ſed &
patri aduerſarius eris. Ego inquit, ex ore altiſ
...cel.24. ſimi pro dij. Quis dicit? Verbũ. Et verbũ hoc
ꝙ eſt, Ioannes dicit, Deus erat verbũ. Et ver-
bũ ergo, & cuius erat verbum, non duo, ſed
vnũ ſunt. Nõ inquis, quia verbũ poſterius eſt
eo cuius eſt verbũ: vnde apparet filium patre
eſſe minorē. Negas itaq; filiũ Dei eſſe Deũ?
Nõ nego, inquis, & patrē Deũ dico, & filiũ
Deũ: ſed patrē maiorē, filiũ minorem. Quã-
diu pater maior, filius minor? Dic mihi, quia
video te calculari uelle æternitatem: quot an
nis p̃cedit Deus pater filiũ ſuum? Vbi diē na-
tiuitatis filij Dei legiſti? Filij Dei dico, non
dico filij Dei & hominis. Vbi ergo diē nati-
uitatis ipſius ex patre legiſti? Cũ quo Mathe
l.crea matico creationis * ſyderũ conſtellationē q̃-
s. ſiſti, atq; tractaſti? Quæ tpa, quas horas, quæ
momenta, quos numeros, quas minutas mo-
mentorũ natiuitatis illius, qui ea condidit,
collegiſti? Quieſcat ergo hæretica, non reli-
gio, ſed ſuperſtitio: de Chriſti initio deficit
calculatio. Quia cũ auditur, ſine initio æter-
nitas, nulla ibi quæritur ætas. Si pater Deus,
& filius Deus, Pater maior, filius minor: iam
M non unus Deus, ſed duo dij. Si duo dij ſunt,
Eſa.43. quid eſt ergo ꝙ dicit dñs per Prophetã, An-
te me non eſt formator Deus, & poſt me nõ
erit? Quid dicis Arriane? Cui iſtas deputas uo
ces? Si patris ſunt, dicendo, Ante me non eſt
formator Deus, & poſt me non eſt alius: aut
ipſe pater non erit, aut filius non erit Deus.
Si.n.hoc diceret, Ante me non eſt formator
Deus: nec adderet, poſt me non erit, liberum
tibi erat hæc uerba patri tantũmodo applica
re, Cũ aũt ſequitur & dicit, Poſt me nõ erit:
ſecundũ te, ut dixi, & ſe patrem & filium ne-
gat Deũ. Itē ſi filij ſunt hæc uerba, patrē ſuũ
& Deũ negat & patrē. Si.n.non diceret, Ante
me non eſt formator Deus, ſed tm̃ diceret:
poſt me nõ erit, poſſet forſitan dici filiũ illud
fuiſſe locutũ, Modo aũt cum dicit, Ante me Pſal. 2.
non eſt formator Deus, & poſt me non erit:
patrē ſuũ nec Deũ dicit eſſe, nec patrē. Item A
ſi patris ſunt hæc uerba, quis dicit, cui dicit,
Filius meus es tu, ego hodie genui te? An for
te, ꝙ abſit, mendacij arguendus eſt Deus? Sed
ſi filij uerba ſunt, quis dicit, cui dicit, Pater
meus uſq; modo operatur? An forte & iniu-
rioſus patri iudicandus eſt & ingratus? Sed
nunquid ingrato diceretur, Poſtula a me, & Ioan. 14.
dabo tibi gentes hæreditatem tuã & poſſeſ-
ſionem tuã terminos terræ? An forte Prophe
ta, aut q̃d diceret neſciuit, aut fallere uoluit:
aut ut mitius aliquid de Propheta dicamus,
finxiſſe credo ſibi duos confabulantes, i. pa-
trē & filiũ, & patre dicente, Ante me non eſt
formator Deus, adiunxit filius dicendo, Et
poſt me nõ erit. Humana ſunt quæ agimus,
an diuina? O ſcelus. Proh dolor, parce, par-
ce hæretica impietas. Cũ tu Deũ non capias,
nos quoq; ad blaſphemiã prouocas. Nõ hoc
docet ſancta Eccleſia, Pater, pater eſt: filius,
filius eſt: & ille nunquã non fuit pater, & iſte
nunquã non fuit filius: ambo æterni: nec cę-
perunt eſſe, nec deſierunt: Quod pater loqui
tur, filius loquitur, quia uerbũ patris eſt: &
ꝙ filius loquitur, pater loquitur, quia pater
uerbi eſt. Ipſum uerbũ dicit, Verba quæ ego Ioan. 14.
loquor, a meipſo nõ loquor. Cõcedite q̃ſo
creatori, ꝙ ipſe p̃ſtitit creaturæ, & in creatu-
ra ſi poteſtis capite creatorem. Ecce ignis &
ſplēdor duo ſunt, alter ex altero eſt, nec ſine
altero alter eſt. Ignis pater, ſplendor filius.
Ipſe ſi poſſet, diceret, ꝙ luceo, nõ a me ipſo B
luceo, ſed qui me miſit, ipſe mihi dedit ut lu
ceã. Ignis.n.ſplēdorē mittit. Et ſicut filius de
Deo patre dicit, Pater mecũ eſt: ita & ſplen- Ioan. 16.
dor diceret ſi dicere poſſet, ignis mecũ eſt:
Extingue ignē, ſplēdor nuſquã parebit. Iſte
ergo ignis pater, & ſplendor filius, unus ſine
cõiuge pater, alius ſine matre filius. Nec diui
di alter ab altero põt: & cũ ſit alter ex altero,
initiũ tñ alterius eſſe nõ põt ſine altero. Hoc
enim

enim posse, à creatore tributũ est creaturæ.
Quid pŏt ipse creator? Accedat Paganus, ac-
cedat Sabellianus, videat Arrianus, & contem-
plentur lucernã, in ipsa & videãt q in Deo vi
dere non pñt. Nõ facio iniuriã, si aliqua par-
te tanti creatoris cupiens ostendere ptãtem,
ignis siue lucernę afferã ante illũ similitudi-
Ps. 118. nẽ. Scriptũ est.n. Lucerna pedib. meis verbũ
Deu. 4. tuum dñe, & lumen semitis meis. Et de Deo
C dictũ est, Ignis cõsumens. Accedite ergo, &
lucernã diligenter considerate, vestrasq; fa-
tuas tenebras remouete. Paganus intueat, &
illic sine cõiugio esse patrẽ discat & filiũ, &
qũo natus est filius: & si cęcus non es, ibi vi-
de: inter ignẽ & splendorẽ quære mediũ. Si
nullũ est mediũ, nullũ est cõiugiũ: Noli vel-
le scrutari mediũ, ne magnũ patiaris incen-
diũ. Accedat Sabellianus, videat duos in vnũ
Ioan. 14. ignẽ & splendorẽ. Nunquid nõ recte dicere
pŏt splẽdor, ego in igne & ignis in me: sicut
& filius dicit, Ego in patre & pater in me?
Accedat Arrianus, videat & ipse alterũ ex al-
tero, nec tñ nasci posse alterũ sine altero, Ne
mo eorũ prior, nemo posterior. Coęui sunt
pater & filius, splendor & ignis. Nec ignis si-
ne splendore, nec splendor sine igne. Aut cer
te si placet mitte manũ, diuide alterũ ab alte-
ro, ostende mihi ignẽ sine splendore, vel splẽ
dorẽ sine igne. Absit, absit, ardere tantũmodo
poteris, separare alterũ ab altero nõ poteris.
Sicut.n. ignis & splendor alter ex altero est
vt esse alter sine altero non posit: ita Deus
pater & filius Deus alter ex altero est, nec es-
se alter sine altero pŏt. Nõ illis ortus qui nõ
est, sed æternitas vna est, vna substantia. Ignis
& splendor tẽporales sunt, pater aũt & filius
æterni sunt. Sunt dico, quia pater & filius:
Deus dico, quia vnũ. Dualitas in prole, vni-
tas in deitate. Alterũ facit vnius natiuitas, sed
vnũ ostendit esse diuinitas, Cũ dico filius, al
ter est: cũ dico Deus, vnus est. Alius est, quia
filius est: aliud quidẽ non est, quia Deus est.
D Erubescite Arriani, Tunicã hominis iam iu-
Ioan. 17. dicati in cruce pendentis carnifices Pilati nõ
sunt ausi cõscindere. & vos conamini chari-
tatẽ Dei in cęlo sedẽtis, imo Deũ ipsam cha
ritatẽ diuidere? Sed conamini quantũ pote-
stis, conamini, vos iã in infernũ ruistis: nam
illã tunicã nunquã rupistis. Itẽ per Prophetã
Esa. 45. dñs dicit, Non est vltra absq; me Deus. Deus
iustus & saluans non est præter me. Hic Sa-
bellianus exultat. Vt.n. vnũ eundemq; patrẽ
ostendat & filium, talib. se testimonijs credit
muniri. Et contra Arriani, vt probent aliũ es- Contra Sabellium. Cap. 7.
se patrẽ, alterũ filiũ, alia proferunt testimo-
nia, in quibus dicant, Alter est pater, alter est
filius: alter maior, alter minor: vt pater dicat Esa. 42
filio, Dedi te in lucem gentiũ: & filius dicat, Ioan. 8
Pater misit me. Quantũ intelligo, lucẽ istam
gentiũ cõprehendere non valent, atq; perspi
cere: vnde cęcati, non in eã possunt ambula
re, sed potius oberrare. Arrianus aliud, Sabel
lianus aliud. Quale bellũ? Quid ad hæc ca-
tholicus? Arma, inquit, q̃ portant, mea sunt, E
mihi militant ambo: cõtra se pugnãt, sed pro
me: vtinã ambo deficiant, & nõ alter ad alte-
rũ transeat, sed ad me properent: & ego ali-
quid, vnde vtriq; percutiant, proferã. Tu Ar-
riane dicis, maiorẽ esse qui mittit, minorem
q mittitur. Interrogo te & ego, Quis est ma-
ior, qui præcedit, an qui præceditur? Itẽ quis
est maior cui præparatur aliquid veniẽti, an
qui pparat? Cui exhibetur officiũ, an qui ex-
hibet? Vtiq; si hominũ genus interroges, re-
spondebit illũ esse maiorẽ, qui præparatur,
qui præceditur: vel cui officiũ exhibetur. Tu
aũt inde vis probare minorẽ filiũ, quia mis-
sus est: & ego ostendã eũ qui misit, præcede-
re illũ quem misit: nec vnum dico eorũ ma-
iorẽ, quia non audeo dicere vel minorẽ. Esa
ias Propheta dicit, Hæc dicit dñs Christo Esa. 45
dño meo, cuius apprehẽdi dexteram, vt sub-
ijciam ante faciẽ eius gentes. Ecce iam filio
misso, qũo præcursor est pater. Adhuc seque
re me, Et dorsa regum vertam, & aperiã co-
rã eo ianuas, & portæ non claudentur, Ecce
ille qui miserat, pręcursor factus est. Quis.n.
maior aut superior, ante minorem ianuas a-
perit? vel qũo fiet, nisi paululum præcesserit?
Audi adhuc, Et portæ, inquit, non clauden-
tur. Qũo? Ego quoq; ante te ibo. Audis quia
qui miserat, & comitat, & præcedit, mittit,
& nõ discedit, parum est quia non discedit,
insuper & præcedit. Iã tu discerne qui sit ma F
ior, qui potior: ego.n. nullã discretionem vi-
deo, sed potius æqualitatẽ conspicio. Filius
dicit de patre, Misit me. Pater filio dicit, Ego
ante te ibo. Recedat de medio discordiosa ca
lamitas: æqualitas hoc exhibet, nõ dispariIi-
tas. Adhuc sequere, vt clarius appareat q cui
dicat, Ego ante te ibo, & gloriosos terrę hu-
miliabo. Hic esto & tu Pagane. Audi qd di-
cat

cat Propheta, Nõ mihi ego quod volui scri-
psi, Codex, in quo est scripta leguntur, in ar-
mario Iudæi habet. Inimicus meus testis est
meus, ab ipso quære: aperi, lege, & crede. Dorsa
G inquit, regnũ vertã & gloriosos terrę humi-
liabo. Nõne reges terræ vides, qui ante pse-
quebant Christianos nũc integros esse Chri-
stianos? Nonne vides eos, qui humiliabãt Ec
clesiã, humiles introire in Ecclesiã? Nõne ip-
sos hñe defensores, quos ante habuit psecu-
tores? Ego, inquit, ante te ibo, & gloriosos
terræ humiliabo, Portas æreas conterã, & ve
ctes ferreos confringã. Et dabo tibi thesau-
ros abscõditos, & arcana secretorũ: vt scias
quia ego sum Deus, qui voco nomẽ meum,
qm̃ Deus Israel. Audiat Sabellianus, Deus di
cit, hõ dicit. Ergo duo sunt, qui dicit, & cui
dicit. Audiat & Arrianus. Ego Deus, & nõ est
alius extra me. Diu ẽ, ex quo cõtra istas duas
hæreses certãdo laboro, & penè sum fatiga-
tus. Veni dñe meus Iesu prẹliator fortissime
princeps exercitus dñi, qui diabolũ vicisti,
Psal. 34. & seculũ. Apprehẽde arma & scutũ, & exur-
ge in adiutoriũ mihi. Processurus ad prẹliũ,
& victurus in mũdo mundũ, orauit: nõ tanq̃
virtutis oĩpotens, sed vt nobis pp ꝑ venerat
Ioan.17. humilitatis ministeriũ exhiberet. Et quid di-
xit? Pater clarifica filiũ tuũ. Modo Arrianus
maledictus dicit, Vides qa minor est, & cla-
ritatẽ nõ haberet, nisi patrẽ petisset: Expecta
hõ, quid festinas? Tu hominem vides, in qua
forma nõ solũ patre, sed & angelis minorẽ,
Homo patet, Deus latet. Tu mihi ostẽdis ho
minẽ humilẽ, aperi oculos, & vide Deũ sub-
limẽ, nõ angelis minorẽ, sed patri coęqualẽ.
Pater, inquit, filiũ tuũ clarifica: ecce minorẽ.
Adhc sequere, Vt & filius tuus clarificet te,
Ecce æqualẽ: Inuenimus filiũ agnoscentẽ pa
trẽ, atq; orantẽ, eiq; cõiunctũ, non vt puta-
batur ingratũ. Videamus quid de filio dicat
H & pater. Assumpsit Iesus Petrũ & Iacobũ &
Mat.17. Ioannẽ fratrẽ eius, Euangelij verba sunt, &
& duxit illos in montẽ excelsum seorsum, &
transfiguratus est ante eos, Et resplenduit fa-
cies eius sicut Sol, vestimenta autẽ eius facta
sũt alba sicut nix. Et ecce apparuit illis Moy
ses & Helias cũ eo loquẽtes. Qui sunt Moy-
ses & Helias, nisi lex & Prophetæ? Loquebã
tur cũ illo, quia locuti erant de illo, ostende
bant quę prædixerant, manifestabant quem
prophetauerant. Loquebãtur. Putas, quid lo
quebantur? Vt Iudæi conuincerentur, Paga-
ni cõuerterentur, Manichęi confunderẽtur,
hęretici cõprimerentur, catholici cõfirmarẽ
tur. Loquebatur lex & gratia, lenitas & aspe
ritas, terror & mansuetudo, pręceptũ & ad-
iutoriũ, ferramentũ & medicus, & vmbra &
lux, pręco & iudex, sententia & misericor-
dia. Et quid postea? Respondens Petrus dixit I
ad Iesum, Dñe bonũ est nobis hic esse. Si uis
faciamus hic tria tabernacula tibi Vnũ, Moy
si vnũ, & Heliæ vnũ: Quid dicis sancte Petre?
Mũdus parturit & tu secretũ petis? Vides tot
gentes in vnũ cõuenisse, & tu requiẽ quæris?
Vides tenebras mundi, & tu lumen abscon-
dis? Nemo accendit lucernã & ponit eã sub
modio, sed super candelabrũ vt luceat omni
bus qui in domo sunt. Ista domus totus est
mundus, lucernæ accensio, verbi est incarna
tio, Candelabrũ aũt crucis est lignũ, Lucer-
na in candelabro lucens, Christus in cruce
pendens. Nemo accendit lucernam, & ponit Mat.5.
eam sub modio, sed super candelabrũ vt lu-
ceat omnibus qui in domo sunt, Vides tu, vi
deamus & nos. Tenebræ sunt, nõ offendamus
in Paganis, nõ erremus cũ hæreticis, luceat,
nobis lucerna, doceat nos verbũ in carne. Vi
deamus quid dicit Euangelista, videamus si
admissum est cõsiliũ Petri. Adhuc, inquit, eo
loquente, ecce nubes lucida obũbrauit eos,
Et ecce vox de nube dicens. Omnes audia-
mus, nemo aures claudat. Audiãt pagani irri
sores audiãt Iudæi persecutores, audiant Ma
nichęi phantasmatũ somniatores, audiãt hæ
retici erronei litigatores, audiant & maxime
audiãt et catholici fideles Dei cultores. Isti
audiãt vt instruãtur, illi vt corrigãtur, aut isti
audiãt ne seducãtur, illi vt puniant. Quid di-
cit vox de nube? Hic est filius meus dilectus
in quo mihi bene cõplacui. Vbi estis q aduer Mat.17.
famini filio Dei? Pater dicit, Hic est filius
meus & tu dicis, nõ hẽt filiũ Deus? Tu paga-
ne, qd stas foris & murmuras? Intra huc in
scholã Dei aperi aures cordis tui, audi vocẽ K
dñi tui & disce filiũ Dei. Quo fugietis Iudæi
q occidistis filiũ? Quo fugietis, vbi vos abscõ
detis? Qui mõtes, q petrę sup vos casurę sũt?
Et si i cauernis petrarũ vos abscõderitis, ĩde
extrahã vos dicit dñs. Sed & vos venite, intra
te, cõsilium meum audite, desperare nolite, Psal.36.
qm̃ sunt reliquiæ homini pacifico, Sæuistis,
occidistis, sanguinem Christi fudistis, filio

Dei increduli fuiſtis, in periculo poſiti eſtis,
Quid facere nũc debetis, niſi vt credẽtes ba-
tizemini & viuatis? Sãguinẽ quẽ fudiſtis, nõ
eſt ꝙ horreatis, Fuſus eſt ſanguis medici, &
factus eſt medicamẽtũ phrenetici. Quid du-
bitatis? Guſtate & videte qm̃ ſuauis eſt dñs.
Quid tu Manicheæ, quãdiu phãtaſmata ſom
M niabis? Euigila, & vide, nubila tonãt. Quid to
Pſal. 33. nant? Hic eſt filius meus dilectus. Vide in ter
Mat. 17. ra hominẽ verũ, audi de cęlo Deũ verũ. Vide
in terra hominis filiũ, audi de cęlo Dei eſſe
filiũ. Vtrũq; verũ eſſe cognoſce, i. Deũ & ho
minẽ, filiũ Dei & filiũ hominis vnũ eundẽq;
eſſe Deũ & hominẽ Agnoſce hominẽ, & pla
cabis Deũ. Caue ne offendas ĩ petra, ne mor-
tis patiaris ruinã, quia ꝙ tu ſomnias, vanitas
eſt: ꝙ Deus tonat, veritas eſt. Audi tu Sabellia
ne, audi de cęlo patrẽ, vide in terra filiũ, &
noli dicere, idẽ pater qui filius. Audi & tu Ar
riane, & in patre & in filio noli errare, ſed ſe
quere vnitatẽ, & vide diuinitatẽ. Dñe audia-
mus, quid dicis de filio tuo, Hic eſt, inquit,
filius meus dilectus in quo mihi bene cõpla
cui. Et q̃d aliud? Ipſum audite. Deo gratias. In
tonuit ꝑceptũ Dei, & remotũ eſt cõſiliũ Pe-
tri, Gratias tibi Deus ęterna virtus, gratias ti-
bi Deus pater omnipotẽs, qui & filiũ tuũ oñ
diſti, & mihi doctorẽ dediſti. Recedat Sabel
lianus, recedat Arrianus recedant cęteræ pe
ſtes, recedat omnis iniqua doctrina. Doceat
Deus, nõ iniqu⁹ Arrius: doceat Dei filius, nõ
filij aduerſarius. Dic dñe meus Ieſu, doce, vt
diſcã ꝙ doceã. Sabellianus dicit, ipſe eſt pa-
ter qui filius. Arrianus dicit, alius eſt pater,
alius filius: pater maior, Aduerſatur, clamat,
litigat, pugnat, turbas cõgregat, cõtra Chri-
ſtũ dimicat. Ille ſanguinem fudit, vt redimat,
iſte pecuniã ſpargit, vt perimat: Speluncã fa-
bricat, illic catholicũ præfocat, Chriſtianũ
A vocat paganũ, baptizato ingerit baptiſmum,
cõtra id quod ſcriptum eſt, Qui ſemel lotus
Ioan. 13. eſt, non indiget denuo lauari. Clamat homo
Chriſtianus ſum: quid me dicis eſſe quod nõ
ſum? Clamat fidelis ſum: & ille dicit, Accipe
à me pecuniã. Clamat, Redẽptus ſum: & ille
Accipe a me aurũ. Quid das, aut quid aufers?
Das pecuniã, vt auferas gratiã: das pecuniã,
vt auferas vitã: das pretium, vt auferas quod
emptus ſum. Quid emis ab empto? Pretium
meum non aurum, ſed ſanguis Chriſti eſt:
non me ſeducis non me decipis: quantuncũ-
que mihi conferas, non mihi tollis pretium
meũ. Pecunia tua tecũ ſit in perditionẽ: nã ꝓ-
tiũ meũ non habet æſtimationẽ. Clamat ho- Act. 8
mo, fidelis ſum, & exufflatur: clamat in noĩe
patris & filij baptizatus ſum: & tu irritum fa
cis. Quid ergo Chriſtiano reſeruas, in quo
patrẽ & filiũ & ſpiritumſanctũ exufflas? An
forte nouã fidem, nouũ baptiſma, nouũ Deũ
de tranſmarinis partibus aduexiſti? Dic meus
ſancte Paule, doce diuini iuris perite, ſpon-
ſi amice, homo iſte modo venit, mundũ ſub-
uertit, & fidei vnitatem ſcindit, Trinitatem
diuidit, ſibi non conſentientẽ rebaptizare cõ
tendit. Quid facio? In Chriſto Ieſu per Euan- 1. Co 4.
geliũ tuũ me genuiſti, in ipſo baptizatus sũ.
An forte alia fides, aut aliud baptiſmat, Ab-
ſit, inquit, Vna fides, vnum baptiſma, vnus Ephe 4.
Deus & pater omniũ. Si ergo vna fides, imò
q̃a & vna fides, vnũ baptiſma, vnus Deus &
pater omnium: iam credidi, iam baptizatus
ſum, iam Deum habeo patrem: quare homi
cidã patior Arrianũ? Subueni domine meus
Ieſu, & accingere gladiũ tuũ circa femur po
tentiſsime. Omniũ potentiſsime egredere, Pſal. 4.
occide eos in ſe, vt viuant in te, & deſinant
perſequi me. Sabelliani te ſubtrahunt, Arria B
ni te minuũt: tu quid dicis de te? Pater dixit
vt te audiamus. Cũ te audimus, ipſum audi-
mus: vno ictu vtroſq; percute aduerſarios.
Pereãt, inquit, vaniloqui, & mentis ſeducto-
res, Arrianus & Sabellianus, Nã ego & pater
vnũ ſumus. Nõ dixit, ego & pater vnus ſum: Ioan. 10.
ſed, ego & pr̃ vnũ ſumus. Quod dico, vnũ:
audiat Arrianus: ꝙ dico, ſumus; audiat Sabel
lianus. Nõ diuidat Arrianus, vnũ: non deleat
Sabellianus, ſumus: ſed ambo veniãt, & ſint
ẽt ipſi in nobis vnũ, ſicuti ego & pater vnum
ſumus. Ergo ſi pater & filius vnũ sũt, imo q̃a Ioa
indubitanter vnum ſunt, & nõ duo dij, ſed v-
nus Deus: non iniquũ aliquid Propheta ſcri-
bit, ſe verũ dixit Deũ dicentẽ, Ante me nõ eſt Eſa.
formator Deus, & poſt me non erit. Docuit
veritas veritatẽ & gladio ſic acuto omnẽ pe
remit errorẽ. Si adhuc hæretici reluctantur,
audiant catholici definitiuã ſententiã, quam
ſequantur. Audiſti patrem quid dixerit de fi-
lio, audiſtis filium quid de patre dixerit vel
de ſe. Si quis vobis euangelizauerit præter Cõcil
id quod accepiſtis anathema ſit. Diximus de Cap.
patre & filio quod potuimus, & quantũ po- Gal
tuimus, ſi tamen aliquid dignè potuimus.
De

De ſpirituſancto tacuimus, ſed nō eū ꝑteri-
uimus: quicquid.n.de patre & filio diximus
etiam de ſpirituſancto diximus. Eſt.n.in illis
& cū illis æqualis vnus & verus Deus: nō mi
nor, aut tertius Deus. Quid adhuc dicam fa-
tigatis, fatigatus? Qui ſpiritumſanctum à pa-
tre & filio ęternitate & ſubſtantia, vel cōmu-
1. Ioan. 4 nione ſeparat, eum qui negat ſpiritūſanctum
non eſſe patris & filij, plenus eſt ſpiritu im-
mundo, vacuus eſt ſpirituſancto. Ideo enim
dicitur Deus charitas, quia partibus non di-
C uidit vnitatem, ſed ineffabiliter coagulat Tri
Pſal. 60. nitatem. Ipſa enim Trinitas vnus Deus turris
fortitudinis a facie inimici, qui in ſe creden-
tes cuſtodit in ſecula ſeculorum, Amen.

AD LECTOREM.

Hic ſequebatur opuſculum ad Deo gratias de ſex quęſtionibus, expoſitis contra Paganos. Hoc reperies inter Epiſtolas, Epiſtola quadrageſimanona.

CONCIO AD CATHECVMENOS, contra Iudęos, Paganos & Arrianos.

O R A T I O.

Christia vigi- c. 1. INter preſſuras atq; anguſtias ꝑ-
ſentis tēporis & noſtrę officia
ſeruitutis cogimur dilectiſsimi
nō tacere, quū potius expediat
flere magis q̃ aliquid dicere:
veruntñ ne quid minus lucri arcæ dominicę
[...]t. 25. accedens dicatur nobis, Serue nequã & pi-
ger, tu errogares pecuniã meã, & ego veniēs
cū vſuris exigerē eã: peto charitatē veſtrã, vt
quæ ipſe paterfamilias per nos vobis mini-
[...]. 13. ſtrauerit, libenter accipere dignemini. Apo-
ſtoli Pauli verba ſunt, Nox pręceſsit, dies aūt
appropinquauit, Deponētes ergo opera tene
brarū, īduite arma lucis. Expulſa itaq; noctis
caligine, effugatisq; tenebris peccatorū, ra-
D dius veri luminis fulgeat in cordibus veſtris.
Exigit.n.à nobis rō eius tãtæ congregationis
& noctis tranſactę, vobis reddere rationē,
& iſtius diei de tanto ſacramento ꝑcepto
uerã ſempiternãq; demonſtrare ſalutē. Si.n.
dilectiſsimi opera tenebrarū trãſactæ noctis
cōſideremus, & quid egerimus dño donan-
te explicare ualuerimus nos in nocte, nō ope
ra noctis, ſed diei peregiſſe. Neq;.n.delecta-
tione ſomni ſopitos ſenſus noſtros agnoui-
mus, neq; uanis phãtaſmatib. animas noſtras
illuſas, nec ipſa corpora noſtra ſtramentorū
calore depreſſa in alto ſopore requies incli-
nauit: ſed uigilãdo, orãdo, pſallendo, cōtra
aduerſariū diabolū dimicãdo, & magnã lu- E
cē incluſam cordibus noſtris ſenſimus, & in
nocte opera Dei peregimus.* Quid.n.egimꝰ
in hac nocte? Captiuatorem captiuauimus. Al. l. Et in
Quid egimus in hac nocte? Tenebras diabo- nocte dia
licas a cordibus ueſtris excuſsimus lumē ue- bolū fuga
rū hauriēdū eſſe demōſtrauimus. Quid.n.a- uimus,
ctū eſt in hac nocte? Veniens uera fortitudo Christū
alligauit fortē, & uaſa domus eius diripuit. induxi-
Quid actū ē in hac nocte? Extirpata eſt ſuper mus.
bia, introducta eſt humilitas. Quid actū eſt ī
nocte? Princeps oīum uitiorū expulſus eſt, Mat. 12.
fons omniū bonorū ſuſceptus eſt. Videtis di
lectiſsimi q̃ bona habeatis præparata, & ex
quo onere, uel ex quibus ſarcinis peccatorū
releuamini, ab iſto qui uos uocat vt ſuſcipia
tis iugū eius ſuaue, & ſarcinã eius leuē. De-
ponētes itaq; opera tenebrarū, īduite uos ar- Mat. 11.
ma lucis. Quid ſit hoc, ex uerbis ſymboli ꝙ Rom. 13.
mō accepiſtis, uobis expoſitū eē cognoſcit.
Quid eſt deponere opera tenebrarū, niſi re-
nūciare diaboli pōpis, & angelis eius? Et qd
eſt, induite uos arma lucis: niſi credite ī Deū
patrē oīpotētē? Prius tñ dilectiſsimi diſcutia Diabolus
mus, qui ſit, uel quid ſit diabolus, uel q̃ ſint qui ſit.
pōpę eius, quibus renūciãtes opera deponi- Cap. 2.
mus tenebrarū, tūc demū de Deo patre oīpo
tēte ꝗ eſt uera lux quãtū ipſe donauerit cha-
ritati ueſtræ dicemus. Quid ē diabolus? An-
gelus ꝑ ſuperbiã ſeparatus à Deo, qui in ue- Diabolus.
ritate nō ſtetit, author mēdacij, à ſemetipſo
deceptus qui alterū decipere cōcupiuit. Iſte
aduerſarius, effectus aduerſarius humani ge
neris, inuētor mortis, ſuperbię inſtitutor, ra
dix malitiæ, ſcelerū caput, princeps omniū
uitiorū, ꝑſuaſor ēt turpiū cogitationū. Hic De pæni.
dū illū primū hominē à Deo factū, Adã, ſ. pa 2. c. Prin
trē omniū noſtrū ītueret, uideretq; hominē ceps.
ex limo terrę ad imaginē Dei factū pudici- F
tia ornatum, tēperãtia cōpoſitū, charitate cir
cūdatū immortalitate ueſtitū, æmulus atque
inuidus hoc hoīem terrenū accepiſſe, ꝙ ipſe
dū eēt angelus ꝑ ſuperbiã cognoſcit amiſiſ-
ſe, inuidit ſtatim inſatiabilis homicida, eoq;

nostros primos parẽtes illis donis ac tantis bonis expoliauit insuper & peremit. Namq; dilectissimi cũ tanta bona homini diabolus abstulisset pudicitiã, continentiã, charitatẽ,
H
immortalitatẽ eumq; turpẽ ac nudũ reddidisset, obsitũ suis pannis deridens eũ, suo dño obstrinxit, atq; ex illo vinculo omnẽ prolẽ eius sibimet obligauit. Turpes.n. pannos suscepit Adã, qñ à diabolo expoliatus pudicitia, accinctus est impudicitia: amissa tẽperantia, intemperãs effectus est: perdita charitate, malus inuẽtus est: expoliatus immortalitate, morti propinatus est. Quid perdidit, & quid accepit: Ad hoc.n. per turpissimos pannos suos posteros obligauit: Renunciemus huic dãnosę hereditati, pupilli effecti sumus: antequã exactor veniat, tã pessimæ hęreditati renunciemus. Si quis itaq; huic hæreditati, in qua sunt panni diaboli, pompæ, s. & angelis eius renunciare neglexerit, cũ iudex venerit, sicut Euangeliũ loquit̃, tradetur debitor exactori, exactor aũt debitorẽ incarcerẽ trudet. Amẽ dico vobis, ait dñs, non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantẽ, Oẽ itaque genus humanũ tanq̃ pauperẽ & pupillũ cõmẽdat scriptura diuina, dicens Deo, Tibi derelictus est pauper pupillo tu eris adiutor. Eiusq; aduersariũ diabolũ demõstrans, secutus adiunxit, Cõteres brachiũ peccatoris & maligni. Assit itaq; alius pius hõ, & aliquam misericordiã pupillo & pauperi exhibeat. Ferocẽ.n. atq; callidũ aduersariũ patitur, & hic pupillus in causa sua defecit: qm̃ eũ suus aduersarius prauis actibus obligauit. Adhibeamus huic pupillo idoneos d̃fensores; & Apostolorũ tanq̃ iurisperitorũ cęlestiũ ei patrociniũ subrogemus. Quid est agendũ apud tales ꝓ tali? Apud vos itaq; Petre, Paule, Ioannes, cęteriq; sãcti cõsiliarij veri iudicis, amici summę potestatis causam exponimus, q̃ optime nostis, huius pauperis & pupilli, generis, s. humani: qui ex paterno chirographo debitor inuẽtus est reus, atq; obstrictus ab aduersario detinet̃, nõ est aliud quẽadmodum huic subueniat̃ nisi ex vestro consilio. Quid
I
itaq; in hoc negocio serenitati vestrę videatur pro huius miseri libertate ex cõi tractatu, vtinã * pro eo dignamini proferre sentẽtiã. Et vos.n. astrinxerat hęc obligatio, nisi vobis gratia Christi subueniret. Liberati liberat e consiliũ quod a iudice accepistis, ꝓmite: vt hoc sequatur q̃ captiuus detinet̃ur, atq; ex mala seruitute p̱ vestrã defensionẽ ad verã ꝑueniat libertatẽ. Hæc est vox oĩũ: q̃ fecimus faciat. Quid obsecro facturus est? Renũciet diabolo põpis & angelis eius. Hęc est illa dãnosa hæreditas, cui renũciare cõpelli mur. Videtis dilectissimi quã sententiã pro-
K
tulerũt nostri defensores. Vigilet itaq; vnusquisq;, ne nõ ex toto renuncians post professionẽ apud eũ diabolus suos pannos recognoscat: & incipiat semp̱ reus detineri, quẽ Christus voluit sua gr̃a liberare. Nec sibi male blãdiãtur, qui post gratiã acceptã corrigi nolunt, atq; rursus ad illas suas pristinas redeunt voluntates. Expectatur.n. dies iudicij, aderit ille æquissimus iudex, qui nullius potẽtis ꝑsonã accipiet, cuius palatiũ auro vel argẽto nemo corrũpet. Astabũt oẽs aĩę, vt referat vnaquęq; scd̃m eaq̃ p̱ corpus gessit, siue bonũ siue malũ. Presto.n. erit aduersarius diabolus, recitabunt̃ verba ꝓfessionis nr̃ę. Et si talis inuẽtus fuerit quisq;, vt debitor ex hac vita migret, exultabit ille aduersarius in cõspectu serenissimi iudicis, superiorẽ se esse declamãs, agẽsq; talẽ causam apud talẽ iudicẽ. Aequissime, inquit, iudex, iudica, Iustitia & iudiciũ præparatio sedis tuæ. Iudica meũ esse qui tuus esse noluit: meũ est, mecũ damnandus est. Post renũciationẽ vt quid inuasit pãnos meos? Quid apud eũ impudicitia faciebat, cui ipse renũciauerat? Quid intẽperãtia, quid auaritia, quid ira, quid superbia, q̃d cętera mea? Postremo æquissimæ fugientẽ à me, confugientẽ ad te, postea cũ meis quibus renunciauerat apprehendi, inuasorẽ detinui. In ipsa quodãmodo mea possessione à me apprehẽsus est. Quid.n. in circo faciebat, atq; ibi furias, lites, insanas voces, inanesq; victorias, cũ iã a se alienus sibimet videbat̃? Quid in theatro faciebat renunciator turpiũ voluptatũ? Quid in amphitheatro crudelitates sæuas oculis suis intuendo? Thesaurizauit sibi irã in die irę. Hæc omnia mea post renũciationem inuasit, meus esse voluit, & mea
L
concupiuit. Iudica, iudica æquissime, qm̃ quẽ tu nõ dedignatus es tanto pretio liberare, ipse mihi se postmodũ voluit obligare. Poterit ne os aperire is q̃ post professionẽ suam talis inuenitur, vt iuste diabolo addicatur? Videte quid agatis filij mei, fratres mei, Videte quid agatis quomodo hanc pro

fessionem

Renunciare satanæ q.l.c.3.
Matt. 5.
Psal. 9.
al. l. Vnitam.
Relapsi à baptismo. c.
Rom. 2
2. Cor.
Psal. 8
Rom.

feſsionem veſtram cuſtodiatis. Cõteſtamur
vobis ipſum iudicẽ omneſq; poteſtates cę-
leſtes, quæ & nos audiũt admonẽtes, & vos
excipiunt profitentes, ne in uacuũ gratiã ac-
cipiatis, ſed corde integro, tota virtute, per-
fecta fide renũciantes atq; ſpernẽtes tam dã-
noſam diaboli hæreditatẽ ne pupilli vel pau
2. Cor. 6. peres remaneatis. Credite in Deũ patrẽ om-
Triadis nipotentẽ. Mutantes patrẽ, mutate hæredita-
vnitas. tem. Quis eſt iſte pater omnipotens? Patrem
Cap. 5. quidem omniũ quem credimus, omniũ no-
ſtrũ atq; totius mundi cognoſcimus eſſe per
gratiã: ſed & propriũ eius filium quærimus
M per ſubſtantiã, qm̃ & antequã ab illo mũdus
formaretur, pater erat. Si pater erat, cuius pa
ter erat? erat ei vtiq; filius ex ipſo, cum ipſo,
hoc ꝙ ipſe, ſed non ipſe, qm̃ ille pater, hic
filius: qm̃ omnipotens pater omnipotentem
filiũ genuit de ſe, talẽ qualẽ ſe nouit: vt totus
maneret in ſe, & eſſet pater filij, & filius pa-
tris: Deus ex Deo, dies ex die, lumen de lumi
ne: non tñ duo dij, aut duo dies, aut duo lu-
minaria, ſed vnus Deus, vnus dies, vnum lu-
men. Non capis videndo, intellige credẽdo:
munda oculos cordis, imo potius ipſa lux
quã deſideras videre, mundet cor tuũ, vt ſit
a pc̃torum tenebris mũdatũ. Beati.n. ait dñs,
mundo corde, quia ipſi Deum videbunt. Ec-
at. 5. ce extende aciẽ oculi cordis & vide, & au-
res cordis accõmoda & audi. Pater.n. & fi-
lius duo ſonant: ſed cũ ipſe filius dicit, Ego
in patre, & pater in me eſt. Verbũ.n. patris eſt
Ioan. 14. filius. Pater aũt nunquã fuit ſine verbo, qm̃
in principio erat verbũ, & verbũ erat apud
Deum, & Deus erat verbũ: hoc erat in prin-
n. 1. cipio apud Deũ. Hoc ergo verbũ filius cum
eſt in patre, & pater in filio ſuo verbo ſuo.
Non ergo duo dij, ſed vnus Deus. Dies ex
die, duos videntur ſignificare dies: ſed cũ ip-
n. 8. ſe filius in Euangelio dicit Iudęis, Abrahã pa
n. 18. ter veſter exultauit vt videret diẽ meũ, & vi-
dit & lętatus eſt. Abrahã aũt tres viros vidẽs
A ſub quercu Mãbre, non tres appellauit dños
ſed vnum appellauit dñm, tanquã tres dies
n. 14. vnum. Vnde ipſe dñs in Euangelio unum vo
lens intelligi diẽ patrem & filiũ, Philippo re
quirenti patrẽ tanquã alterum diẽ, qui iam
filiũ uidebat diem, diẽ oſtendens quo oculo
quærere deberet uidere Dei unitatem, quia
oculũ carnis fixerat in humanitatem, Philip-
pe, inquit, qui me videt, videt & patrem.

Ego.n. & pater non duo dies, ſed unus. Si po
tes capere, cape ſempiternũ diẽ. Lumen de Trinitas
lumine duo ſonare uidentur luminaria, ſed incõprehẽ
abſit a nobis ne nos error Manichęorũ cõ- ſibilis. c. 6
prehendat, qui tm̃ Solem æſtimant eſſe Chri
ſtũ: ſed nos Solẽ iuſtitiæ credimus, uerbũ pa
tris inſeparabile, æqualẽ cũ patre manentẽ,
& omnia cũ illo diſponentẽ: patrẽ per filiũ
omnia facientẽ, fabricã mũdi per uerbũ ſuũ
conſtruentem: filiũ ad nos uenientẽ, nec pa-
trem deſerentẽ, ſemper cũ illo, nuſquam vſ-
quã eſſe ſine illo: illuminantem, & de ſe &
de illo ſplendentẽ, radiantẽ, coruſcantẽ, non
duo luminaria, ſed unũ lumen. Ego.n. ait & B
pater unũ ſumus. De ipſo uerbo unigenito Ioan. 10.
ait propheta Dauid, Semel locutus eſt Deus, Pſal. 61.
duo hæc audiui. Qũo ſemel locutus eſt Deus
& ſecũdo ſonuit, niſi quia uerbũ in tranſgreſ
ſibile procedẽs de corde patris, ſuſcepit car-
nem, ut eſſet homo ex utero matris: uenit &
manſit, ad nos uenit, a patre non receſsit. Ec-
ce per hoc ꝙ ſemel locutus eſt Deus, ſurre-
xit omnis fabrica noſtra. Per hoc ꝙ ſecundo
ſonuit, factus eſt pax noſtra, ut ſolueret ini-
micitias in carne ſua. Hoc uerbũ, hoc lumen Epheſ. 2.
nõ reſpiciens Arrianus, audet dicere filium
minorem, quẽ nos cõfitemur æqualẽ: & in-
ſana contumacia vult de uerbo in corde pa-
tris manente diſputare, cũ ſemetipſum non
ualeat intelligere. Inſane hæretice prius redi
ad te, conſidera te totũ ſi potes cõprehende-
re te, & tunc diſputa de illo qui fecit & me
& te. Vide q̃ non altũ ſapiebat, ſed in ſimpli-
citate cordis Deũ noſſe quærebat ille humi-
lis Dauid, qui in uno lapide ſuperbã frontẽ
deiecit Goliæ. Vide quam non alte ſapiebat, 1. Re. 17.
conſiderauit.n. quid in ſeipſo ageretur: con-
ſiderauit animam ſuam, inſpexit fabricã, diſ-
cuſsit ſe intus quid eſſet, & ex qua parte iſtã
tam pulchram molem gubernaret, atque in
uaſculo luteo quomodo habitaret aĩa plena
tantis theſauris ſapientiæ & ſcientiæ & pru-
dentiæ: ubi illic eſſent tanta, tam precioſa, tã C
grandia: q̃ loca anima obtineret, in qua nul-
lus eſt locus: atq; ex uno fonte qũo procede
rent ſingulæ uirtutes ſine diminutione & ex-
euntis & profundẽtis. Vidit hæc, cõſiderauit
hæc, noluit nec ualuit comprehendere ſe, &
exclamauit Deo dicẽs, Mirificata eſt ſcientia
tua ex me, inualuit, & nõ potero ad illã. Hoc
fuit dicere, Quando te poſſum cõprehende- Pſ. 138.

re tam magnũ, qui meipſum non valeo expli
care extremum & paruum? Vide & aliũ hu-
milem requirentem modulũ ſuæ infirmita-
tis, & non excedentẽ, ſuperbos ad humilita-
Eccl. 1. tem inclinantẽ. Arenam inquit maris, & plu-
uiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit?
Altitudinẽ cęli, & latitudinem terræ, & pro-
funditatẽ abyſsi quis menſus eſt? Sapientiam
D Dei præcedentẽ omnia quis inueſtigauit? Ec
ce Propheta dicit, imo ipſe dñs qui loqueba
tur per Prophetã, ꝙ ſapientiã Dei nullus in-
1. Cor. 1. ueſtigauit. Chriſtus eſt.n. Dei virtus, & Dei
ſapientia. Nullus ſecundũ diuinitatem potuit
inueſtigare ſapientiam, quia ſecundum id ꝙ
filius natus eſt de patre ſine aliqua matre, na-
Cõtra Arrianos. tiuitatẽ eius quis enarrabit? Dic mihi hæreti-
ce, qui audes dicere, ꝙ minor ſit Dei ſapien-
Cap. 7. tia: dic mihi, altitudo cęli quãta ſit, latitudo
Mat. 10. terræ, profundũ abyſsi? Numera ſi potes plu
uiæ guttas, arenam maris, & dies ſeculi: tuos
ẽt numera capillos, qm̃ omnes capilli capi-
tis veſtri numerati ſunt. Demonſtra mihi atq;
explica parua iſta inferiora, & tunc tibi cre-
dam poſſe te inueſtigare ſuperiora. Sed non
potes, non vales. Spiritus Dei te conuincat,
qui vos hæreticos ante præuidit. Qui.n. iſta
quæ ſuperius diximus, conſcripſerunt atque
ſenſerunt, ſpiritu agebantur veritatis, non er
roris. Tu aũt hæretice, cũ hæc non vales ex-
plicare, audes de ipſa quæ inueſtigari nõ põt
Dei ſapientia diſputare, & magnus tibi vide-
ris, quia diſputas nullo altercante tecũ, nullo
iudice præſidente. Et dũ ſuffragatur tp̃s erro-
ri tuo, exiſtimas te aliquid eſſe, cũ ſis nihil: &
ſeductus multos ſeducere cupis, alios pecu-
nia, alios potentia: tales tibi congregas quos
plurimos tecũ perdas. Non eſt tibi labor hic
vtilis ad ſalutem, ſed potius ad perniciẽ. Ta-
lia.n. docendo, imo non docẽdo, ſed potius
blaſphemando, non cuilibet potenti, ſed ipſi
Deo patri in eius filio facere demonſtraris
E iniuriã. Maior eſt pater, minor eſt filius: me-
lior eſt pater, inferior filius. Has contumelias
nec homo quilibet ſapiens libenter accipiat,
qui filium meliorem ſeipſo, aut parem habe
re cõtendit. Vnde ẽt illud dictũ propheticũ,
Lætatus eſt pater in filio ſapiente, in vita ſua
Eccl. 30. viuit, & in obitu non eſt contriſtatus, Mor-
tuus.n. eſt pater, & tanquã non ſit mortuus.
Quare non eſt mortuus? Similẽ.n. reliquit ꝓ
ſe. Ecce Propheta dicit, ſapientẽ filium hoĩs
eſſe ſimilẽ patri, & tu hæretice audes dicere
ipſam ſapientiã Dei filiũ patri eſſe diſsimilẽ.
Propheta dicit, mortuũ hominem patrẽ in
eo, ꝙ filium ſimilem reliquit, viuere in filio:
& tu audes ipſam ſempiternam vitam, ꝙ eſt
Dei filius, ſeparare ab illo qui nunq̃ moritur
patre? Et quid, inquit, facturus ſum? Ipſe di- *Aequalitas perſonarũ.*
xit, Pater maior me eſt. Quia non intelligis,
ideo tibi male ſonat ꝙ bene dixit. Nã ipſe di *Ioan. 1.*
xit, imo & confirmauit. Prorſus ipſe dixit, Pa
ter maior me eſt: ipſe fili⁹ dixit. Vide qñ hoc F
dixit, In ſuſceptione humanæ naturæ poſitus
hoc dixit. Tunc dixit, Pater maior me eſt: qñ *Mat. 2*
dixit, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.
Tunc dixit, Pater maior me eſt: qñ fleuit, qñ *Pſal. 8*
laſſatus eſt, qñ eſuriuit, qñ ſitiuit. Tunc dixit,
Pater maior me eſt: qñ & dicit ſcriptura, mi-
noratum paulominus ab angelis. Nunquid
ẽt inſana ſuperbia ita irreuerens progreditur
veſtra, vt verbum Dei manens apud patrem,
audeatis dicere in illa diuinitate angelis eſſe
minorem? Si non audes hæretice hoc dicere,
ſerua hos gradus, & periet error tuus: Filius
apud patrem, æqualis cum patre, qm̃ ſempi-
ternus cum ſempiterno, ſemper manens cũ
ſempiterno, manet ęqualis, miſſus, & veniẽs:
in ſuſceptione hominis minor, non ſolum
patre, verumetiam angelis, æqualis in forma
Dei minor in forma ſerui. Aequalis cum pa-
tre creans angelos, æqualis cum patre homi
nes faciens, æqualis cum patre nouum con-
ſtituens mundum: minor patre, perditum re
parans mundum. Aequalis cum patre, vitam
largiens, æternam: minor patre, mortem ſu-
ſcipiens noſtram. Hũc itaq; filium credimus *Chriſti natiuitas*
in ſuſceptione hominis minorem, in diuini- *Cap. 9.*
tate patri æqualem, factũ, ſicut Apoſtolus di- *Rom. 8*
cit, ex ſemine Dauid. Quem virgo Maria de *1. Tim*
ſpiritu ſancto concipiens, & in cuius vtero
verbũ carnẽ ſuſcepit, nobis factus eſt media-
tor homo totus & Deus verbũ, anima & ca-
ro vnus Chriſtus. Hoc quippe nobis ẽt ordo
huius ſacri declarat, ꝙ poſteaquã credimus
in Deum patrem omnipotentem, credimus G
& in Ieſum Chriſtũ filiũ eius conceptum de
ſpiritu ſancto, natũ ex virgine Maria. Et hęc
natiuitas perturbat omnem cogitationẽ hu-
manam, qm̃ virtus eſt eam operata diuina.
Nam quando admittet ratio noſtræ genera-
tionis, vt virgo concipiens, virgo poſt partũ
permanens, filius videatur, integritas inuio-

lata seruetur? Et hoc non potest implere qui libet natus homo: ille aũt ponit: quia nõ erat solus homo sed Deus & homo: qui propterea voluit nasci homo, quia perierat omnis homo. Primũ itaq; miraculũ magnũ huius mediatoris ac singulare fuit, quod sic natus est: vt ille qui veniebat multos docere, facere miracula, quia ipse per se & per illos faciebat, haberet tamen aliquid propriũ qui nihil vsurpauerat alienũ. Solus enim de virgine na-
H tus est, quia solus sine amplexu viri & fęminæ de spiritu sancto cõceptus est: solus sine corruptione impleuit vterũ matris, quia solus pro nobis super cęlos ascendit vt sederet ad dexterã patris. Acceperũt ab illo discipuli vt facerent multa & magna miracula, & fecerũt: nec tñ quispiã prædicatur aut creditur de virgine natus, aut de spiritu sancto conceptus; nisi ille vnus qui creator temporũ inuentus, in tẽpore est etiã ipse creatus, suscipiens quã integrã formauerat humanã naturã, vt per ipsam quodãmodo redemptor nostrã repararet ruinam. Et hic Dei filius, & hoĩs filius Dei filius de corde patris hoĩs filius ex
Psal. 18. vtero matris. Idẽ ipse vnus Christus qui processit ex vtero virginali tanquã sponsus de thalamo suo. In quo vtero spiritales nuptię celebratę, Deus coniunctus est carni, & caro adhęsit Deo, vt esset vnus Christus & totus homo. Hic ergo procedens velut sponsus de thalamo suo, ad cuius nuptias cõmota vniuersa exultare visa est creatura. (Crudelitas Herodis. c. 10.) Nãq; angelorũ chorus ex his nuptijs pacem designat hominibus bonę volũtatis, quia qui erat Dei filius, factus est hoĩs filius, (Luc. 2.) suscipiens ꝙ non erat, non amittens quod erat. (Mat. 2.) His nuptijs cęli nouã stellã, nouũ atq; splendidũ lumen illo sponso operante producũt: vt lumẽ verũ sedentibus in umbra mortis nunciarẽt natum, & velut in lingua sua laudarent hunc sponsum procedentẽ quẽ sciebãt ad hoc suscepisse hominẽ mortalẽ ut faceret immortalẽ. Ad hunc sponsum Magi ab extremo terræ
I ueniũt, {cõmoniti requirũt,} uocati munera offerunt infantẽ natũ necdũ quidẽ uidentes, sed stella indice regẽ adorare cupientes. Ex his nuptijs regis nati, turbatur Herodes, perturbati & Iudęi regẽ totius creaturæ non intelligentes: quærit Herodes quẽ audit regẽ natũ infantẽ perdere, ne illo crescente posset regnũ amittere. Iudæi nolentes habere Dei filiũ regem, vbi Christus nasceretur Herodi prodũt, atq; de unius infantis nece vtrorũq; voluntas astringitur. Postquã enim Herodes Iudęis narrantibus didicit, vbi Christus occidendus posset inueniri, uocans ad se Magos, tempus ab eis inquisiuit stellę, missisq; in Bethleẽ ait, Ite, diligenter inquirite de puero, ut & ego ueniens adorẽ eũ. (Mat. 2.) Labia dolosa, q̃d
in ore & corde loqueris mala? K Aliud.n. habet tua lingua, aliud clamat conscientia. Teipsũ decipis talia cogitando, erras, falleris & fallis. Frustra in malo uigilat falsitas, non à te sicut de te inquiritur ueritas. Ecce audiunt te Magi, aliud quidẽ foris dicẽtẽ, sed nesciũt te intus aliud cogitantẽ, & pergunt ita ut amplius ad te nõ reuertantur. Ille enim eos admonebat, qui sapientiã tuã deridẽs, Hoc Magos facere præcepit quod rex iusserat uerus, non quod sub dolo persuaserat falsus. Per aliã, inquit Euangelista, uiã regressi sunt in regionẽ suã. Verũ cũ te à Magis delusum sensisses Herodes, uoluisti omnes infantes terræ illius perdere, ut unũ quem quærebas possis occidere. Sed ille sponsus noster qui processit de thalamo suo, (Psal. 18.) ut ex ore infantiũ & lactẽtiũ perficeret laudẽ, (Psal. 8.) finiuit implere te uoluntatẽ tuã: ut ętas quæ lingua propria Christũ non poterat confiteri, testimonio mortis suę confiteretur, & crudelitas immanis demonstraretur tua, & ad nuptias cęlestis sponsi infantiũ congregaretur turba. Dic Herodes, si te Christus offendit, quia eius Magis annunciantibus audisti regnũ, quid te offederũt ij qui tecũ aduersus Christũ sentiebant Principes Iudæorũ quorũ filios interficiens ipsos magis atrocissima pęna in suis filijs afflixisti? Nã Christum minime inuenire potuisti. Sed quid tecũ diutius agã? Ipsos conueniam Iudæos qui dũ infantẽ Christum noluerunt agnoscere, filios suos pro illo compulsi sunt
amittere: quos quidẽ occidit mortiq; propi- L
nauit Herodes uester amicus, sed his immortalitatem ęternãq; uitam donauit Christus, quem uestrum etiam nunc dicitis inimicum. (Contra Iudæos.) Vos inquam conuenio ò Iudæi, qui usq; in hodiernum diem negatis filium Dei. Non ne uox uestra illa est, quãdo eum uidebatis miracula facientem, atque tentantes dicebatis, (Cap. 11. Ioan. 10.) Quousque animas nostras suspendis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Ille aũt ad considerationem miraculorum uos mittebat dicens,

cens, Opera quæ ego facio ipſa teſtimoniū
de me perhibent: Chriſto teſtimoniū dicerēt
Pſ. 73. nō verba, ſed facta. Vos aūt nō agnoſcentes
Ioan. 8. ſaluatorē, qui operabatur ſalutē in medio ter
rę veſtrę, adijcientes in malo aiſtis, Tu de te-
ipſo teſtimoniū dicis, teſtimoniū tuū non eſt
verū. Sed ad hæc ille quid vobis reſpōderit,
Deu. 18. aduertere noluiſtis. Nonne ſcriptū eſt in lege
veſtra, ꝙ duorū hominū verū ſit teſtimoniū?
Preuaricatores legis, intendite legē. Teſtimo
niū quæritis de Chriſto, & in lege veſtra ſcri
ptū eſt, ꝙ duorū hominū teſtimoniū verum
ſit. Procedant de lege veſtra, nō tantum duo,
M ſed etiā plures teſtes Chriſti, & conuincant
Eſa. 7. auditores legis, nec factores. Dic Eſaia teſti-
moniū Chriſto, Ecce, inq̄t, virgo in vtero cō
cipiet & pariet filium, & vocabis nomē eius
Emanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum
Baruc. 3. Deus. Accedat & alius teſtis. Dic tu Baruch
teſtimonium Chriſto, Hic eſt, inquit, Deus
noſter, & non æſtimabitur alius abſq; illo,
qui inuenit omnē viā ſcientiæ, & dedit eam
Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo: Poſt
hæc in terris viſus eſt, & cū hominibus con-
uerſatus eſt. Ecce duo teſtes idonei ex lege ve
ſtra ex quorū teſtimonio non ſunt compun-
Ex Daniele. c. 12. cta corda ueſtra. Sed alij atque alij ex lege
Chriſti teſtes introducantur, vt frontes durſ
ſimæ inimicorū conterantur. Veniat & ille
Daniel ſanctus, iuuenis quidē ętate, ſenior
vero ſciētia ac manſuetudine conuincat om
nes falſos teſtes: ſicut conuincit ſeniores im-
pudicos, ita ſuo teſtimonio Chriſti conterat
Dan. 9. inimicos. Dic ſancte Daniel, dic de Chriſto
quod noſti, Cū venerit, inquit, ſanctus ſan-
ctorū, ceſſabit vnctio. Quare illo pñte cui in
Ioan. 8. ſultantes dicebatis, Tu de teipſo teſtimoniū
dicis, teſtimoniū tuum nō eſt verū, ceſſauit
vnctio veſtra, niſi quia ipſe eſt qui venerat
ſanctuſſanctorū? Si vt vos dicitis, nondum
venit, ſed expectatur vt veniat ſanctuſſancto-
rū, demonſtrate vnctionem. Si autem quod
A verū eſt, ceſſauit vnctio veſtra, agnoſcite ve
niſſe ſanctūſanctorū. Ipſe eſt enim & lapis il
Dan. 2. la abſciſus de monte ſine manibus cōciden-
tiū, ideſt, Chriſtus natus de virgine ſine ma-
nibus cōplectentiū: qui tantū creuit, vt mōs
magnus fieret, & impleret vniuerſam faciē
terrę. De quo monte dicit Propheta, Venite
Eſa. 2. Pſal. 67. aſcendamus ad montē dñi. Et de quo Dauid
dicit, Mons Dei, mons uberrimus: vt quid

ſuſpicamini montes in caſeatos, montem in
quo placuit Deo habitare in eo? Cum.n. ipſe
dñs Chriſtus diſcipulos ſuos interrogaret,
quē dicerent eſſe hoīes filiū hominis, Rñde-
rūt. Alij Heliā, alij Hieremiā, aut vnū ex Pro
phetis. Et ille, Vt quid ſuſpicamini mōtes in- Mat. 16
caſeatos, montē in quo placuit Deo habitare
in ipſo? Hunc cognouit Petrus dicens, Tu es
Chriſtus filius Dei. Agnouit montē, & aſcen
dit in montē. Teſtimoniū dixit veritati, & di- B
lectus eſt à veritate. Supra petrā fundatus eſt Mat. 26
Petrus, vt mortem ſuſciperet illū amando,
quē ter negauerat timendo. Dic & tu Moyſes Itē teſtimonia e
legiſdator, dux populi Iſrael, teſtimonium lege &
Chriſto. Prophetā vobis excitabit Deus de prophet.
fratribus veſtris. Omnis anima quę nō audie reliquis
rit Prophetā illū, exterminabitur de populo Cap. 13
ſuo. Prophetā autē dictū Chriſtum, ipſum Mat. 13
audi in Euangelio Chriſtum, Nō eſt, inquit, Mar. 6.
Propheta ſine honore, niſi in patria ſua. Ac- Rom. 1.
cedat autem Dauid ſanctus, teſtis fidelis, ex Pſal. 71
cuius ſemine proceſsit ille, cui lex & Prophe
tæ teſtimoninm reddunt. Dicat & ipſe teſti-
monium Chriſto. Adorabunt, inquit, eū om Pſ. 109
nes reges terrę, omnes gētes ſeruient illi. Cui Pſal. 2.
ſeruient? Dic, cui ſeruient? Vis audire cui ſer
uient? Dixit dominus domino meo, ſede ad
dexteram meā, donec ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuorum. Et expreſsius atq;
nominatim, Quare, inquit tumultuatę ſunt
gentes & populi meditati ſunt inania? Aſtite-
runt reges terræ, & Principes conuenerunt
in vnū, aduerſus dñm, & aduerſus Chriſtum
eius. Accedat & alius teſtis: Dic & tu Abacuc Abac.
Propheta teſtimoniū Chriſto, Dñe, inquit,
audiui auditū tuū & timui, cōſideraui opera
tua Deus, & expaui. Quę opera Dei iſte
miratus expauit? Nunquid fabricam mundi
iſte miratus expauit? Abſit, ſed audi ad quid
expauit. In medio, inquit, duū animaliū in-
noteſces opera tua Deus, Verbū caro factū
eſt. In medio duū animalium cognoſceris. Ioan. 1.
Qui quouſq; deſcendiſti, expaueſcere me fe
ciſti, quia verbū per ꝙ facta ſunt oīa, in pſe- C
pio iacuiſti. Agnouit poſſeſſorē bos ſuū, & Luc. 2.
aſinus præſepe dñi ſui. In medio duū anima- Eſa. 1.
liū cognoſceris. Quid eſt in medio duū ani-
maliū cognoſceris: niſi aut in medio duū te-
ſtamentorū, aut in medio duorū latronū, aut
in medio Moyſi & Heliæ cum eo in monte Luc. 2
ſermocinantiū? Ambulauit, inquit, verbum: Mat. 2

&

&exiuit in campos. Verbum caro factũ est,
Baru.3. & habitauit in nobis. Hoc & Baruch ait,
Post hæc in terris uisus est, & cũ hominibus
conuersatus est. Ecce qũo conueniunt sibi te
stes ueritatis: ecce qũo conuincunt filios fal-
sitatis. Sufficiũt uobis ista ò Iudęi, An adhuc
ad uestram confusionem ex lege & ex gente
uestra alios introducemus testes, ut illi testi-
D moniũ perhibeant, cui perdita mente insul-
tãtes dicebatis, Tu de teipso testimoniũ per-
hibes, testimoniũ tuum non est uerũ? Quod
si uelim ex lege & ex Prophetis oĩa quæ de
Ioan 8. Christo dicta sunt, colligere, facilius me tp̃s
Simeonis quã copia deserit. Verumtñ senem illum ex
& Zacha gente uestra natũ, sed in errore uestro non re
riæ testi lictũ, Simeon sanctũ in mediũ introducam:
monium. q meruit decrepitus teneri in hac luce, quo-
Cap. 14. adusq; uideret ueram lucem. Quem quidem
iam ætas cõpellebat ire, sed expectabat susci
Luc. 2. pere quem sciebat uenire, Cum iste senex ad
monitus esset a sancto spiritu, ꝙ non ante
moreretur quam uideret Christũ Dei natum
quem cognoscens uenit ad templũ. Vbi ue-
ro eũ portari manibus matris uidit, & diui-
nã infantiam pia senectus agnouit, tulit infan
tem in manib. suis. Ille quidem Xp̃m ferebat,
sed senem Xp̃s regebat. Regebat qui portaba
tur, ne ille ante promissum a corpore solue-
retur. Quid tñ dixerit, quem cõfessus fuerit,
aduertite inimici, non Xp̃i, sed uestri. Benedi
cens Deũ exclamauit senex ille & dixit, Nũc
Ibidem. dimittis dñe seruum tuũ secundum uerbum
tuum in pace, Quia uiderunt oculi mei salu
tare tuum. Illi etiam parentes Ioannis Zacha
rias & Helisabeth, iuuenes steriles, in senecta
fęcundi, dicant ẽt ipsi testimonium Xp̃o. Di-
cant de Xp̃o quid sentiant, & testem idoneũ
Xp̃o nutriant. Aiunt.n. suo paruulo nato, Tu
Luc. 1. puer Propheta altissimi uocaberis, Præibis
enim ante faciem dñi parare uias eius. Ipsiq;
matri & uirgini Helisabet ait, Vnde mihi, ut
ueniat mater dñi mei ad me? Ecce.n. ut facta
est uox salutationis tuæ in auribus meis, exul
E tauit in gaudio infans in utero meo. Intelli-
gens.n. Ioannes matrẽ dñi sui uenisse ad suã
matrem, inter ipsas angustias uteri adhuc po
situs, motu salutauit, quem uoce nõ poterat.
Qui postea ipse Ioannes præcursor & ami-
cus, humilis & fidelissimus seruus, testis ido
neus factus, tanto maior in natis mulie-
rum, quanto existimabatur esse ꝙ non erat.
Christum.n. eum esse Iudęi credebant, sed il
le non se esse clamabat dicens, Quem me su *Luc. 3.*
spicamini esse non sum ego, sed ecce uenit
post me, de cuius pedibus non sum ego di-
gnus soluere corrigiã calciamẽti eius. O fi-
delis testis & amice ueri sponsi quantum te
humiliauisses, si ad corrigiã calciamẽti eius
soluendam dignũ te esse dixisses. Sed dũ hoc
non te dignũ dicis, Iudęis falsis testibus con-
tradicis. Et hæc a te dicta sunt antequã Chri-
stum uideres: qui cũ ad te ipse uenit excelsus F
& humilis implendæ dispensationis suæ gra
tia, ut a te baptizaretur, qui nullum habebat
omnino pc̃tm̃, quid rñderis, quem cognoue
ris, quale testimoniũ protuleris, audiant ini-
mici qui audire nolunt, Ecce, inquit, Tu ad
me uenis baptizari, Ego a te debeo baptiza-
ri. Agnouit seruus dñm, agnouit peccati ori-
ginalis uinculis obligatus, ab omni nexu pec
cati liberũ. Agnouit præco iudicẽ, agnouit
creatura creatorem, agnouit paranymphus
sponsum. Nã & hæc uox Ioannis est. Qui ha
bet sponsam sponsus est. Amicus aũt sponsi
stat & audit eum, & gaudio gaudet propter *Ioan. 3.*
uocem sponsi. Sufficiunt uobis ista ò Iudęi, *Ex libris*
sufficiunt uobis tanti testes & testimonia ex *Ethnico-*
lege uestra & ex gente uestra? An adhuc im- *rũ. c. 15.*
pudentia nimia audebitis dicere, ꝙ alterius *Mat. 25.*
gentis uel nationis homines Xp̃o deberent *Acto. 15.*
testimoniũ perhibere? Sed si hoc dicitis, re-
spondet quidem ille uobis, Nõ sum missus,
nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Sed
sicut uos in actib. Apostolorũ increpat Pau-
lus. Vobis primũ oportuerat annunciari uer
bum Dei, sed quia repulistis illud, nec uos
dignos uitæ æternæ iudicastis, ecce, inquit,
conuertimus nos ad gentes: demonstremus
ẽt nos ex gentibus testimonium Christo fuis
se prolatum, qm̃ ueritas non tacuit claman-
do ẽt per linguas inimicorum suorũ. Nonne
qñ Poeta ille facundissimus inter sua carmi-
na, Iam noua progenies cęlo demittitur al-
to, dicebat: Christo testimoniũ perhibebat?
In dubium hoc ueniet nisi alios ex gentibus *Eccl. 4.*
idoneos testes pluraq; dicentes in mediũ in-
troducam. Illum regem qui uestrã superbiã G
captiuando perdomuit, Nabuchodonosor
regem, s. Babylonis non prætermittam. Dic
Nabuchodonosor quid in fornace, quo tres
uiros iustos iniuste immiseras: dic, dic qd tibi
fuerit reuelatũ. Nõne, inquit, tres uiros mi- *Dan. 2.*

ſimus in fornacē ligatos? Et aiūt ei, Vere rex.
Ecce, inquit, ego video quatuor viros ſolu-
tos deambulātes ī medio ignis, & corruptio
nulla eſt in eis, & aſpectus quarto ſimilis eſt
filio Dei. O alienigena, vnde tibi hoc? Quis
tibi annunciauit filiū Dei? Quæ lex, quis Pro
pheta annūciauit tibi filiū Dei? Nōdū quidē
mundo naſcitur, & ſimilitudo naſcentis a te
H cognoſcitur. Vnde tibi hoc? Quis tibi iſtud
annunciauit, niſi quia ſic te diuinus ignis in-
tus illuminauit, vt cū illic apud te captiui te-
nerentur inimici Iudęi, ſic diceres teſtimo-
Deut.17. niū filio Dei. Sed quia in ore duorū vel triū
De Sybillinis vaticiniis. teſtium ſtat omne verbum, ſicut ipſe dn̄s cō-
futans veſtram cōtumaciam, in lege, inquit,
veſtra ſcriptum eſt, ꝙ duorum hominū teſti
Cap. 16. monium verum ſit, etiam ex gentibus tertius
Ioan.8. teſtis introducatur, vt teſtimonium veritatis
omni ex parte roboretur. Quid Sybilla vati-
cinando etiam de Chriſto clamauerit, in me
dium proferamus, vt ex vno lapide vtrorū-
que frontes percutiantur, Iudęorum ſcilicet
atque Paganorum, atq; ſuo gladio, ſicut Go
1.Re.17. lias, Chriſti omnes percutiantur inimici.
Vaticiniū Sybillæ. Audite quid Sybilla dixerit,
Iudicij ſignum, tellus ſudore madeſcet.
E cęlo rex adueniet per ſecla futurus.
Scilicet in carne præſens, vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent, incredulus atq; fidelis.
Celſum cū ſanctis, æui iam termino in ipſo.
Sic aīæ cum carne aderūt quas iudicat ipſe.
Cum iacet incultus denſis in vepribus orbis.
Reijciēt ſimulachra viri cunctā quoq; gazā.
Exuret terras ignis pontumq; polumq;.
Inquirens, tetri portas effringet auerni.
Sanctorum ſed.n.cunctæ lux libera carni,
Tradetur, fontes æternaq; flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tūc quiſq; loqueť.
Secreta, atq; Deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus oēs.
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris.
Voluetur cęlum, lunaris ſplendor obibit.
Deijciet colles, valles extollet ab imo.
I Non erit in rebus hoīum ſublime vel altum.
Iam æquantur cāpis montes & cerula pōti.
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni.
Et tuba tunc ſonitū triſtem demittet ab alto.
Orbe gemēs facinus miſerū variosq; labores
Tartareūq; chaos mōſtrabit terra dehiſcens.
Et coram domino reges ſiſtentur ad vnum.
Decidet è celo, ignisq; & ſulphuris amnis.

Hæc de Chriſti natiuitate, paſsione & re-
ſurrectione, atq; ſecūdo eius aduentu ita di-
cta ſunt, vt ſi quis in Græco capita horū ver-
ſuū diſcernere voluerit, īueniat ἰησοῦς χειστὸς
ὑιὸς θεοῦ σωτὴρ: Ideſt, Ieſus Chr̄s filius Dei
Saluator. Quod & in Latinū tranſlatis eiſdē
verſib. apparet, p̄ter quā ꝙ Græcarū literarū K
proprietas non adeo potuit obſeruari. Alios
verſus Sybillinos Chriſti paſsionē apertius
demonſtrantes intentiſsime audiamus.
In manus iniquas & infideliū poſtea veniet.
Dabunt Deo alapas manibus inceſtis.
Et orib. immūdis expuent ſaliuas venenoſas.
Dabit aūt in verbera oīno innocens dorſum.
Et colaphos accipiēs tacebit, ne qs agnoſcat
Qđ verbū & vnde venit, vt mortuis loquať:
Et coronam portabit ſpineam.
In cibū aūt fel, & ad ſitim acetum dederunt,
Inhoſpitalitatis hanc monſtrabant menſam.
Ipſa enim ſtulta, Deum tuum nō cognouiſti.
Ludentē mortalibus mentibus, ſed ex ſpinis
Coronaſti corona, horridumq; fel miſcuiſti
Templi vero velum ſcindetur & die.
Media nox tenebroſa nimis tribus horis.
Et mortis factum finiet trium dierum ſom-
no ſuſcepto,
Et nunc a mortuis regreſſus in lucem venit.
Primus reſurrectionis initiū reuocatꝰ oñdit.

Credo iā vos ò inimici Iudęi tantis teſtib.
ita obrutos confutatosq; eſſe ipſa veritate, vt
nihil vltra repugnare, nihil quęrere debeatis.
Qui &ñ ipſa veritate cui nimia inſipiētia, vel
potius amentia, cū oīa noſſetis q̄ de Chriſto
eſſent dicta atq; conſcripta, inverecunda ēt
fronte dicebatis, Tu de teipſo teſtimoniū di *Ioan.8.*
cis, teſtimoniū tuū non eſt verum. Verumtn̄
vt diuinæ maieſtatis veritas luceſcat, ſupra
tot teſtiū p̄claras voces, ſuo creatori vniuer-
ſa creatura teſtimonium Chriſto dixiſſe viſa
proclamat. Nonne cęlū teſtimoniū dixit, qn̄
nouū ſydus in noua hominis progenie velut L
lingua & digito, quo potuit natū Deū homi-
nē gentib. demonſtrauit? Nonne mare teſti-
moniū dixit, qn̄ oblitus quodāmodo natu-
ræ ſuæ liquidus humor, ſoliditate ſuſcepta,
ſui dn̄i portauit impreſſa veſtigia: vt imple-
retur illud ꝙ dictū eſt, In mari.n.via tua, &
ſemitæ tuæ in aquis multis: qn̄ eleuatū ſeruū
Chriſti ſupra ſe ſapientem, vt demonſtraret
quantū intereſſet inter creaturā & creatorē,
lymphis

lymphis vnda Petrum abſorbuiſſet, niſi dñs
rerũ mergenti Petro manũ porrexiſſet? Non-
Mat. 14. ne terra teſtimoniũ dixit, qñ eius conſperſa
Ioan. 9. ſaliua, ex ea cęci nati oculos inũgens, lumẽ
Gen. 1. non videnti reſtituit: & fabricã ꝙ minus ha-
buit è limo terræ artifex reparauit, qui totũ
hominẽ de terra ante formauit? Nonne infer
na Chriſto teſtimoniũ perhibuerunt, qñ vi-
Ioan. 11. ta ſua perdita Lazarũ quẽ diſſoluendũ acce-
perant, integrũ per quatriduũ reſeruauerũt,
vt incolumẽ redderent, cũ uocem dñi ſui iu
bentis audirent? Quid in ipſa eius paſsione
actũ eſt? Nonne contra ueſtrã impudentiã fe
M rocemq; amentiã ipſam quodãmodo publi
cã lucem teſtẽ citabo? Sicut putabatis, homo
tm̃ a uobis interficiebatur Chriſtus. Quod &
ſi tm̃ eſſet, uobis parcere debuiſtis, ut manus
ueſtras alienas redderetis a ſanguine innocẽ
tis. Quæ cęcitas infuſa eſt in cordib. ueſtris,
ut nec illa uos tanta terreret medio die ſolis
obſcuritas, & inter eius radios claros ampu-
tata lux, nox recondita in diẽ, imo nox uſur-
pauit diẽ, nec curſum ordinis ſeruauit: & ob
tenebratur cęlũ, luget terra, uelũ templi con
ſcinditur, petræ ſcinduntur, inferna reſeran-
tur, omnis penè creatura expaueſcit mortẽ
Chriſti. Nec tñ in his tantis aperti ſunt oculi
Mar. 1. ueſtri? O Iudęi, dœmones qui ueſtra corda
Ioan. 8. poſſederunt dixerũt, Scimus qui ſis, quid ue-
Ex euen- niſti ante tp̃s perdere nos? Et uos dixiſtis, Tu
tis. c. 18. de teipſo teſtimoniũ dicis, teſtimoniũ tuum
non eſt uerũ. Sed non intelligentes actiones
ueſtras, egiſtis cauſas ueſtras. Deniq; noſtræ
ſaluti militabat ueſtra malitia: ille.n. qui ad
hoc uenerat ut pro nobis moreref, inſanas
Luc. 23. uoces, Crucifige crucifige clamantiũ, ut ho-
Mat. 26. mo nõ expauit, quia ut Deus ante eas præui-
dit. Quantũ laboraſtis, ut diſcipulũ Iudã pe-
cunia corrũperetis, & a malo uenditore ma
li emptores Chriſtũ non poſsidendũ cõpara
retis, nundinas malas agentes animæ ueſtræ
Mat. 27. qñ fundebatis pretiũ ſalutis noſtræ. Quantũ
laboraſtis, ut iudicẽ a ueſtro ſcelere manus
A lauantẽ, calũnijs, Cęſaris noĩe oppoſito op-
primeretis, ut id impleret ꝙ fieri uolebatis.
Quantũ laboraſtis, ut Chriſtus occideretur
& latro dimitteretur: quantum laboraſtis ut
Chriſtus contumeliã pateretur, ſpinis coro-
naretur, in ligno ſuſpenderetur, lancea per-
foraretur, quantũ clamaſtis, quantũ ſudaſtis,
quantũ laboraſtis: ſed omnis iſte labor ueſter
fructus eſt noſter. Denique a uobis Chriſtus
occiditur, nobis reſurgit. A uobis in ligno
ſuſpenditur, clauis confixus in cruce detine
tur, & a ducibus noſtris diſcipulis ſuis in me
dio eorum clauſis ianuis inuenitur. Pecunia
milites corrũpendo Chriſti reſurrectionem
opprimere uoluiſtis, & ecce eius reſurrectio
toto mundo iã celebratur, & ꝙ dediſtis, iam
perdidiſtis. Implere nõ potuiſtis ꝙ uoluiſtis,
audite iam ꝙ audire non vultis. Die tertio a B
mortuis reſurgens, aſſumptus in cęlũ, ſedet
ad dexterã patris: diſperſit uos per nos, per
uniuerſas terras, ut ubiq; prophetias de eius
natiuitate, paſsione, reſurrectione, aſcenſio-
ne, quæcunq; dicta ſunt uos perferatis, atque
lucernã legis, tanquã lignea candelabra ſen-
ſu carentia, gẽtib. miniſtretis. Quod propter-
ea factũ eſſe cognoſcite, ne gentes hæc oĩa
quæ aguntur, dũ prædicantur a nobis, dice-
rent fuiſſe conficta. Hanc ẽt ipſam ueſtrã di-
ſperſionem fuiſſe prædictã, Dauid Propheta Ps. 58.
declarat dicẽs, Ne occideris eos, ne qñ obli-
uiſcantur legem tuã, ſed diſperge eos in uir-
tute tua. Diſperſio hæc ergo ueſtra teſtimo- Ioan. 8.
niũ perhibet Chriſto cui dixiſtis, Tu de teip
ſo teſtimoniũ dicis, teſtimoniũ tuũ non eſt
uerũ: & cętera: Vt ex ueſtro teſtimonio ini-
micorũ, alij inimici confundantur, qui Chri
ſtũ magicis artib. feciſſe dicũt quæcunq; fe-
cit miracula. Nã & hoc ꝙ mortuus colitur
magicæ potentiæ deputandũ eſſe cõtendũt.
Proferte codices propheticos, ò Iudęi Chri-
ſti inimici, ut ex ipſis alij Pagani conuincan
tur inimici. Prophetas longe antequã naſce-
retur ante ſe præmiſit, qui omnia quæ ſupe-
rius diximus, ꝓdixerunt. Hinc iã iudicate qui
recte ſapitis. Nunquid ſi magicis artib. fecit
ut coleretur mortuus, Magos miſerat anteq̃
natus? Confundimini, corrigimini qui talia
de Chriſto uel ſentitis uel creditis uel dicitis.
Confundimini & uos Iudęi, qui lucernã le-
gis in manibus habentes, alijs lumen præbe-
tis, & uos in ſanctis intendere non curaſtis, C
ſed expectatis quidẽ & uos ut ueniat qui uẽ-
turus eſt. Et ueniet, ſed nõ ſicut vultis ueniet:
ueniet excelſus ille qui a uobis interfectus
eſt nullius criminis reus: manifeſtus ueniet
Deus, & uidebitis iudicantẽ quẽ contẽpſiſtis
miracula facientẽ. Qualis erit tunc & ueſtra
cõſcientia, cũ uobis ille nullã iã exhibet pa-
tientiã, quia uos inuenit in anima mortuos,

qui venturus est iudicare viuos & mortuos.
Cõtra Arrianus. Cap. 19.
Credimus in spm̃sanctũ, quẽ nos credimus Deũ, æqualem patri & filio, manentem in patre & filio, inseparabilẽ patri & filio, regnantem cũ patre & filio: Trinitas vna, & tertia in vnitate persona spũssanctus, q̃ operatur omnia in omnibus. Hũc & Arriani blasphemãt, patre filioq; esse minorem. Hunc eorũ errorem ille Euangelista reuocat dicens,
Mat. 12.
Si quis dixerit verbũ in filiũ hominis, remittetur illi: si quis dixerit verbum in spm̃sanctum, nõ
D
remittetur illi, nec in seculo isto, nec in futuro seculo. Quid est Arriane, quò progressa fuit immanitas tua? Dicis verbũ in filiũ hominis, quia secundũ diuinitatẽ filiũ Dei asseris esse minorem. Dicis verbũ in spm̃sanctũ, in ipsa illa indiuidua vnitate etiam filio esse minorẽ, Dicendo tale verbũ de verbo, tale verbũ de spũsancto, nõ remittuntur nec hic nec in futuro seculo peccata tua, & tu rebaptizãdo polliceris dimittere aliena? Donũ spũssancti agnoscimus esse remissionẽ omniũ pctõrum, suffragante nobis ipsa veritate, q̃ post
Ioan. 20.
resurrectionẽ suã ait discipulis suis, Accipite spm̃sãctũ, si cui remiseritis peccata, remittuntur illi. Vos aũt sacrilego ausu, quib. iam Christi dono & spũssancti, per baptismũ & originalia & propria cũcta dimisit omnino peccata, in iã baptizatis exufflatis Christum, respuistis spm̃sanctũ: & renatũ non abluere, sed sordidare: non liberare, sed obligare: nõ viuificare, sed mortificare cõtẽditis. Nec mirũ si has ruinas quotidie fabricatis, qui petrã integrã Christũ in fundamento habere noluistis: qui a vestro errore separat veritatis filios quos sic fouet vt nutriat, non sic vt tu blandiendo decipit vt occidat.
Resurrectio. c. 20
Apud catholicam fidẽ dilectissimi noueritis tm̃ esse verã fidẽ, germanã pacẽ, perpetuã salutem. Non.n.in angulo est, sed vbiq; tota est. Si quis ab ea discesserit, atq; in hæreticorũ errorẽ se tradiderit, vt fugitiuus seruus iudicabitur, non ut fi-
E
lius adoptiuus: nec ad vitã æternam resurget, sed potius ad damnationẽ: qm̃ bonis malisq; promittitur resurrectio. Omnes quidẽ resurgemus ait Apostolus, sed non oẽs immutabimur. Et quid prodest fratres mei resurgere, & non immutari? Qui.n.in illa vita non fuerit immutatus, a iusto iudice inuenitur esse dãnatus. Damnatus aũt æternã non consequitur vitã, qui de aduersario diabolo victricẽ nõ valuit accipere palmam. Quid.n.prodest dilectissimi, illius vinculis in idolorum cultu non inhærere, quos diabolus hæreticorũ caput iuste decenterq; possidet. Qui vult ad æternã vitam peruenire, contra oẽs diaboli laqueos debet fortiter inuigilare.
Differentia tẽporalis vitæ e æternæ. Cap. 21
Non.n.qualis est ista vita, ita inuenietur & illa. Quantũ aũt distat inter hanc & illã, debet nosse charitas vestra. Hic falsitas, ibi veritas. Hic perturbatio, illic fida possessio. Hic pessima amaritudo, illic sempiterna dilectio. Hic periculosa elatio, illic est secura exultatio. Hic time- F
tur ne qui erat amicus, efficiatur subito inimicus: illic semper manet amicus, quia nullus illuc admittitur inimicus. Hic quicquid est bonũ, timetur ne pereat: illic quicquid acceperis, ab illo seruabitur qui fecit, vt ne tu trãseas, & q̃ acceperis nõ amittas. Hic mors, ibi vita. Hic oĩa quæ creauit Deus, illic ipse pro omnib. & in omnibus Deus, & q̃ digna
1. Co. 15
dicuntur, si tñ aliqua dñr. Non.n.sufficit humana lingua laudare, q̃ sensus mortaliũ non valet cõprehendere. Veniemus illuc fratres mei, vnde & ibi videbimus q̃ oculus hic nõ
1. Cor. 2
vidit, Ibi audiemus q̃ auris hic non audiuit, Ibi intelligemus q̃ cor humanũ cõprehendere hic non valebit, videntes scientesq; exultabimus inenarrabili gaudio. Et quale gaudiũ
1. Pet. 1.
erit vbi nullus timor erit? Quale gaudiũ erit cũ te videris esse socium angelorũ, participem regni cęlorum, regnare cum rege, nihil concupiscendo oĩa possidere, sine auaritia diuitẽ, sine pecunia administrantẽ, sine successore iudicantẽ, sine metu Barbarorum regnantem, sine morte æterna vita viuentem?
De via ad patriam Cap. 22 Ps. 18.
Sed vt ad ista veniamus, viã tutissimã quæ illuc ducit non amittamus. Quæ est via? Christus ex toto, ex capite, ex corpore. Ex capite æqualis filius in manente manens. Ex corpore minor, viã istã vt gigas velociter transiẽs. Caput & corpus, Christus & Ecclesia. Nec ab illo separemur, aliquid aliud de illo, sicut hæretici credendo: nec ab ista, prauis nostris G
moribus declinando. Hæc est mater vera, pia mater & casta, intrinsecus sui viri dignitate ornata, non forinsecus mẽdacio fallente turpiter colorata. Non nos ab ista matre & nomen confictum seducat alienum, non nos ecclesiæ species aliena decipiat. Sponsa non est quæ uirum suum non cognoscit: turpis est quæ tanti uiri speciẽ suis sermonibus fuscare

re

re contendit. Frustra tunc ecclesię nomē im-
ponet Iudęa specie subdola decipiens, quia
decepta. Video quidem quod capies formā
tuam sub specie aliena, Quid te cōponis, q̄d
tantū te exornas, quid fimbrias tuas expan-
dis, cur te contra veram sponsam ęquare
Hier. 3. contendis? Non te respicit sponsus, quia nō
es spōsa. Sed pulchram te dicis esse, & de au-
Psal. 44. ro atque ornamentis plurimis gloriaris: re-
spondet tibi speciosus forma prę filijs homi
num: species fornicariæ facta est tibi, irreue-
H rens facta es in omnibus. Quod si dixeris,
quare? respondet, quia sub specię sponsę cō-
ponis te, & mentiris sponsum tuum esse me.
Species fornicariæ facta est tibi, irreuerens
facta es in omnibus, non sicut patrem appel-
las me, Ego enim & pater vnum sumus. Non
sicut patrem appellasti me, & Principem vir
ginitatis tuę. Verba sunt Christi per prophe-
tam, Si ego essem princeps virginitatis tuę,
seruares integritatem tuam, sicut integram
seruaui matrem meam. Quia ergo nec Prin-
cipem virginitatis tuę, nec patrem agnoscis,
nec ęqualem, nec ego te agnosco virginem.
Noli te amplius iactare esse quod non es, a-
gnose turpitudinem tuam: Arrius abstulit in-
tegritatem tuam: Non es igitur sponsa, quia
non es integra. Frustra enim illum sponsum
vocas qui non est tuus. Turpem enim viduā
non accipit Christus. Redi, redi, repudiata
redi, confusa redi, serpentinis fraudibus vio
lata redi, non diuinitate cœlesti composita,
sed humanis assertionibus reconuenta redi,
fallere te metipsam potes, illum non potes.
Nouit enim ille quam quęrat, agnoscit quā
vocat semper enim viuit mater, Nouerca,
quid te supponis? Non potes excludere pul
chram. Nam cum turpis sis ancilla, species
fornicariæ facta est tibi. Non enim seruas v-
ni viro fidem, quæ catholicam non tenes v-
I nitatem. Ille enim sponsus matrem quęrit ve
ram, quæ pie filios suos nutriat, non turpem
quę alienos fraudulenter occidat. Vide quæ
sit hęc mater vera, quæ adhuc te tolerat suos
filios præfocantem, suo viro iniuriam faciē-
tem. Tolerat, quia patientiam exhibet sui spō
si & expectat auras libertatis, vt vindicetur
ab eo eius humilitas, quoniam eam viri sui
obtinet charitas. Ipse est enim qui viuit & re
gnat cum Deo patre & cum spiritu sancto
in secula seculorum, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

ADVERSVS IVDAEOS.

ORATIO.



Eatus Apostolus Paulus doctor K *Cap. 1.*
gentiū, & in fide & veritate ex
hortans nos, vt in eadem fide
cuius idoneus minister effect⁹
est, stabiles firmiq; maneamus
præcepto admonet, terret exēplo, Vides, in- *Rom. 11.*
quit, bonitatē & seueritatē Dei. In eos quidē
qui ceciderunt, seueritate: in te aūt bonitatē
Dei, si permanseris in bonitate. Hoc dixit v-
tiq; de iudæis, qui tāquā rami ex illa olea, q̄
in sanctis Patriarchis, tanq̄ in radice fructi-
fera, propter incredulitatē fracti sunt: vt gen
tiū propter fidē insereretur oleaster, & fieret
particeps pinguedinis oleę, ramis naturali-
bus amputatis. Sed noli, inq̄t, gloriari aduer
sum ramos: nā si gloriaris, nō tu radicē por-
tas, sed radix te. Et q̄m saluantur aliqui ex il-
lis, cōtinuo subiunxit, Alioquin & tu excide
ris: sed & illi si nō permanserint in infidelita-
te, inserentur, Potens est enim Deus iterū in-
serere eos. Illi ergo qui permanent in infide-
litate, ad illā sententiā domini pertinent vbi *Matt. 8.*
ait, Filij autē regni huius ibūt in tenebras ex-
teriores: ibi erit fletus & stridor dentiū. Gen
tes aūt permanentes in bonitate, ad illud q̄
superius ait, Multi ab Oriēte & Occidēte ve
nient, & recumbent cū Abrahā & Isaac & Ia
cob in regno cęlorū. Itaq; illis Patriarchis ī
radice viuentibus, & infidelis superbia na-
turaliū ramorū, iusta Dei seueritate confrin-
gitur, & fidelis humilitas oleastri, gratia di-
uinæ bonitatis inseritur. Sed q̄n Iudęis ista di
cuntur, Euangeliū Apostolumq; cōtemnūt,
& quod dicimus non audiunt, quoniā quod
legunt non intelligunt. Nā vtiq; si intellige- *Esa. 49.*
rent de quo prędixerit Propheta, quem le- L
gunt, Dedi te in lucē gentium, ita vt sis salus
mea vsq; in fines terræ: nō sic cęci essent, nō
sic ęgroti, vt in dn̄o Christo nec lucē agno- *Ps. 18.*
scerent, nec salutem. Item si intelligerent,
quod infructuose atque inaniter cantant, de
quibus sit pręnunciatum, In omnem terram
exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ
verba eorum: ad sonum Apostolorum vigi-
larent,

larent,& verba eorũ diuina esse sentirent. De sanctis ergo scripturis, quarũ & apud ipsos magna habetur authoritas, sumẽda sunt testimonia, quorũ etsi nolint oblata vtilitate sanari, aperta possint veritate conuinci. Sed primo eorũ ille redarguendus est error, quo putant ad nos iã nõ pertinere instrumenti veteris libros, quia iã nõ vetera, sed noua sacramenta seruamus. Dicũt enim nobis, Quid apud vos facit lectio legis & Prophetarũ, cuius pręcepta seruare non vultis? Eo ꝙ carnẽ prępùtij non circuncidimus masculinam, &

A vescimur carnibus quas lex dicit immundas, nec sabbata, & neomenias, & dies festos eorũ carnaliter obseruamus, nec victimis pecorũ sacrificamus, Deo, nec pascha in oue & azymis similiter celebramus: & si qua sunt alia vetera sacramenta, quæ generali vocabulo vmbras futurorũ appellat Apostolus, q̃a ea significabant suo tpe reuelanda, quę nos reuelata suscepimus, vt remota vmbra Iudęorũ, luce frueremur. De quibus singulatim nimis longũ est disputare, quemadmodũ exuẽdo veterẽ hominẽ circũcidimur nõ in expoliatione corporis carnis: & quos cibos vitãt in pecoribus, vitamus in moribus, & exhibemus corpora nostra hostiã viuã sanctã, Deo placentẽ, cui & animas nostras desiderijs sanctis ꝑ sanguine intelligenter effundimus, & Christi velut agni immaculati sanguine ab oĩ iniquitate mundamur. Qui ꝑ ꝑ similitudinẽ carnis peccati, ẽt caprino pecore in veteribus sacrificijs figuratus est, nec eũ negat in crucis cornibus taurũ, qui in illo agnoscit maximã victimã. In illo requiem cũ inuenimus, vere sabbatizamus: & Lunę nouę obseruatio, vitæ nouę est sanctificatio. Et pascha nostrũ immolatus est Christus, & azyma nostrũ est synceritas veritatis fermentũ nõ habens vetustatis: & si qua alia sunt, in quibus nũc immorari opus nõ est, quæ illis veterib. adũbrata sunt signis, ĩ isto habẽt finẽ, cuius regni non erit finis. In illo quippe omnia oporB tebat impleri, qui venit legẽ & Prophetas nõ soluere, sed implere. Proĩde illa vetera signa rerũ nõ euacuauit arguendo, sed implendo mutauit, vt alia essent quæ nũciarẽt venisse iã Christũ. quã fuerãt illa quę prænunciabant esse venturũ. Quid sibi autẽ vult, ꝙ sic pręnotantur quidã Psalmi, quos & ipsi legũt, & habent in literarum authoritate sanctarũ, vt

Quatenus nos seruamus legẽ Moysi. c. 2.

Col. 2.

Ibidem.

Rom. 12.

Gen. 22.

1. Cor. 5.

Mat. 5. Christus legẽ non aboleuit sed impleuit. c. 3.

in eorũ titulis scriptũ sit, Pro ijs qui immutabuntur: textus vero eorundẽ Psalmorũ prędicat Christũ: nisi quia eorũ mutatio per illũ futura prædicta est, per quẽ nunc apparet impleta: vt populus Dei, qui nunc est popu- C lus Christianus, iã nõ cogatur obseruare, q̃ propheticis tẽporibus obseruabantur: nõ q̃a damnata, sed quia mutata sunt, non vt res ipsæ quæ significabantur perirent, sed vt rerum signa suis quæq; tẽporibus conuenirent. Deniq; in Psalmo quadragesimoquarto, Nam ipse primus est eorũ qui hmõi titulũ præferunt, Pro ijs qui immutabuntur, vbi etiã legitur, canticũ pro dilecto, apertissime Christus ostẽditur, Speciosus forma prę filijs hominũ. Qui cũ in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est, esse se æqualẽ Deo. Ibi ei dicitur. Accingere gladio tuo iuxta femur: quod in carne esset hominibus locuturus. Per gladiũ quippe sermo, per femur caro significatur: quia semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, vt ille per diuinitatẽ speciosus forma prę filijs hominũ, etiã illud fieret per infirmitatẽ, quod de illo alius Propheta, Vidimus eũ, & non habebat speciẽ, neq; decorẽ: sed vultus eius abiectus, & deformis positio eius. Nã in eodẽ Psalmo, ꝙ nõ tantũ homo, sed etiã Deus sit Christus apertissime ostẽditur, cũ dicitur, Thronus tuus Deus in seculũ seculi, virga ęquitatis * virga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis ꝑ participibus tuis. Ab vnctione q̃ppe ꝙ Græce χρίσμα dr̃, Christus est appellatus, ipse est Deus vnctus à Deo, q̃ & ipsam cũ cęteris sacramẽtis carnalẽ in spiritalẽ mutauit vnctionẽ. Ibi ei de Ecclesia dicitur, Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Vbi significatur linguarũ varietas in omnibus gentibus: quarũ tamen vna & & simplex fides est intus, Omnis. n. pulchritudo filiæ regis intrinsecus, Quã Psalmus al- D loquitur dicens, Audi filia & vide. Audi pro missum, vide cõpletũ, & obliuiscere populũ tuũ & domũ patris tui. Sic noua implẽtur, sic vetera cõmutãtur. Quoniã cõcupiuit rex speciẽ tuã. Speciẽ quã fecit ipse per se, non inuenit in te. Qũo. n. speciosa esses eius oculis, quando eras tuis fędata peccatis? Ne tamen spem tuam arbitreris esse in hominibus, sequitur & dicit, Q̃m ipse est dñs Deus tuus.

De Psal. 44. c. 4.

Psal. 44
Phil. 2.

Esa. 53.

al. l. Directionis.

tuus. Ne formā serui spernas, ne potentis infirmitatē excelsiq; humilitatē derideas, ipse est Deus tuus. In eo ꝙ paruus apparet, magnus latet, in vmbra mortis Sol iustitiæ, in cōtumelia crucis, dn̄s gloriæ. Quāuis eū persecutores necent, infideles negēt, ipse est dn̄s Deus tuus, per huius corpus immutantur, q̄ antea per vmbras figurabantur. Psalmus quo-

Ex Ps.68 Cap. 5.

que sexagesimusoctauus habet in titulo, Pro ijs qui cōmutabuntur. Et cantatur ibi passio dn̄i nostri Iesu Christi, transfigurantis in se quasdā ēt voces mēbrorum: hoc est, fideliū suorū. Non.n. ipse vlla delicta habuit, sed no-

Ps. 68.

stra portauit. Vnde dicit, Et delicta mea a te non sunt abscondita. Ibi scriptū est & prænūciatum, ꝙ in Euangelio legimus, factū, Dederunt in escā meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Per hūc ergo immutata sūt vetera, q̄ titulus Psalmi prædixerat immutanda. Quod Iudęi legentes & nō intelligentes, aliquid se dicere existimant, cū requirunt a nobis qūo accipiamus authoritatem legis & Prophetarum, cū sacra nō obseruemus quæ ibi præcepta sunt. Non obseruamus quia mutata sunt. Mutata sunt aūt q̄ mutanda prænunciata sunt, & in eū credimus cuius reuelatione mutata sunt. Non ergo obseruamus sacra, quæ ibi præcepta sunt, quia intelligimus quę ibi prædicta sunt, & tenemus quę ibi promis-

[Io]an. 19.

sa sunt. Isti aūt qui hæc nobis objiciunt, adhuc amari sunt ex parentib. suis, qui dederūt in escā dn̄o fel, & adhuc veteres ex aceto, ꝙ ei potandū obtulerunt: & ideo nō intelligūt, E

[Ps]al. 68.

quia in eis impletur ꝙ sequitur, Fiat mensa eorū corā ipsis in laqueū, & in retributionē & scandalum. Ipsi.n. fel & acetum facti sunt, felleas* & acidas pani vino epulas ministrando. Qūo.n. hæc videant, de quib. ibi prædictū est, Obscurentur oculi eorū ne videant. Et qūo sint recti vt sursum corda habeant, de quibus prædictū est, Et dorsum eorū semper incurua? Nec de omnib. hæc dicta sunt, imo vero de omnib. ad quos pertinent quæ prædicta sunt. Ad eos.n. qui vel tunc ex illis crediderunt in Christū, vel nunc vsq; credunt, vel deinceps vsq; in finē seculi credituri sūt, ista non pertinent aduersum Israel, s. qui videbit dn̄m facie ad faciem. Neq;.n. omnes qui ex Israel sunt, hi Israel: neque qui semen sunt Abraham, omnes filij, sed in Isaac, inquit, vocabitur tibi semen. hoc est, nō ij qui filij carnis, hi filij Dei, sed filij promissionis deputātur in semine. Sed hi pertinent ad spiritalem Sion & ciuitatem Iudę, i. Ecclesiæ, de quib. Apostolus dicit, Eram aūt ignotus facie Ecclesijs Iudeæ, quæ sunt in Christo: qm̄ sicut Galat. 1.

in eodē Psalmo paulopost ponitur, Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt eam, & hæreditate acquirent eam. Et semen seruorum eius possidebit eā, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea. Sed cū hæc audiunt Iudęi, carnaliter accipiunt, & terrenā Hierusalem cogitant, quæ seruit cū filijs suis: non matrem nostram æternā in cęlis. Itē Psalmus septuagesimusnonus similiter prænotatur, Pro ijs qui immutabuntur. F

Galat. 4. Ex Ps.79 Cap. 6.

In quo Psalmo inter cœtera scriptum est, Respice de cęlo & vide, & visita vineam istā. Et perfice eā quam plantauit dextera tua, & super filiū hominis, quem cōfirmasti tibi. Ipsa est.n. vinea, de qua dr̄, Vineam ex Aegypto transtulisti. Non.n. Christus aliam plantauit, sed ipsam veniendo in melius cōmutauit. Sic & in Euangelio legitur, Malos male perdet, & vineam suam loca- Mat. 21.

bit alijs agricolis. Non.n. ait, Eradicabit, aliamq; plantabit: sed eandem ipsam locabit alijs agricolis. Eadem nanq; est sanctorū societate ciuitas Dei, & congregatio filiorum promissionis, mortaliū decessione ac successione cōplēda: atq; in fine seculi simul in omnibus immortalitatem debitam receptura: q̄ alio modo in alio Psalmo per oliuā fructiferam significatur, & dicit, Ego aūt sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericor- Psal. 51.

dia Dei in æternū, & in seculum seculi. Neque.n. quia fracti sunt infideles, & superbi, ac per hoc infructuosi rami, vt insereretur oleaster gentiū: ideo perire potuit radix Patriar- Rom. 11.

charum & Prophetarū. Quia etsi fuerit, inquit Esaias, numerus filiorū Israel sicut are- Esa. 10.

na maris, reliquiæ saluæ fient: sed per eū, de quo dr̄, Et super filium hominis, quē confir- G

masti tibi: & de quo reperit, Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium ho- Psal. 79.

minis, quem confirmasti tibi. Et non discedimus a te. Per hunc filium hominis, i. Christū Iesum: & de suis reliquiis, hoc est Apostolis, & aliis multis, qui ex Israelitis in Christum dn̄m crediderunt, accedente plenitudine gētiū, vinea sancta perficitur: vt remotione veterū, atq; institutione nouorū sacrorum titulus

tulus eius Psalmi, Pro his qui cõmutabuntur, implentur. Apertioribus itaque testimonijs cũ eis agendũ est, quæ siue dissentiant, siue consentiant, tñ sentiant. *Hier. 31.* Ecce dies veniunt dicit dñs, & confirmabo super domũ Iacob testm̃ nouum: non secundum testm̃, ꝙ constitui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorũ, vt ducerem eos de terra Ae-

H gypti. Ista certe prædicta mutatio, non per Psalmorum titulos intelligentibus paucis significatur, sed manifesto præconio propheticæ vocis exprimitur. Aperte promissum est testm̃ nouum, non secundum testm̃ ꝙ factũ est ad populum, qñ eductus est de Aegypto. Cũ ergo in illo veteri testamento præcepta sint ista, quæ nos ad nouum pertinentes obseruare non cogimur, cur non Iudęi se potius in vetustate superuacua remansisse nõ cognoscunt, q̃ nobis noua promissa tenentib. ꝙ vetera non obseruemus, obijciunt? Qm̃ ergo sicut scriptum est in Cantico Canticorũ, *Gen. 2.* Aspirauit dies, remoueantur vmbræ: spiritalis significatio lucescat, carnalis celebratio iã requiescat. *Psal. 49.* Deus deorum dñs locutus est, & vocauit terram à Solis ortu vsq; ad occasum: vtiq; omnem terram ad testm̃ nouum, cui dicitur in alio Psalmo, *Psal. 95.* Cantate dño canticum nouum, cantate dño omnis terra. Nõ ergo sicut antea ex monte Sina, locutus est vni populo, quem vocauit ex Aegypto Deus deorum: sed sic locutus est, vt vocaret terrã, a Solis ortu vsq; ad occasum. Quã si Iudęus vellet intelligere locutionem, audiret hanc vocationem: & in eis esset quibus in eodem *Psal. 49.* Psalmo dicitur, Audi populus meus, & loquar tibi Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum. Non super sacrificia tua arguam te, holocausta aũt tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregib. tuis hircos. Qm̃ meæ sunt omnes bestiæ syluæ, pecora in mõtibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cę-

I li, & species agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est. n. orbis terræ & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum & sanguinem hircorũ potabo? Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & glorificabis me. Certe & hic sacrificiorũ veterum aperta mutatio est. Illa. n. Deus accepturum se non fuisse prædixit, cultoribus suis sacrificium laudis indixit: & hoc non ꝙ a nobis tanq̃ indigens expetat laudẽ, sed vt in ea nobis consulat ad salutem: nam eundem Psalmum ita conclusit, Sacrificium laudis glorificauit me, & ibi via est, vbi ostẽdam illi salutare Dei. Quid est salutare Dei, nisi filius Dei, Saluator mundi: dies filius ex die patre, hoc est lumen de lumine: cuius ad-

K uentus reuelauit testm̃ nouum? Vnde etiam ibi dicitur, Cantate dño canticum nouum, cantate dño omnis terra. *Psal. 95.* Cantate dño, benedicite nomini eius. Statim euangelizandus ipse monstratur, atque additur, Bene nunciate diem ex die salutare eius. Ipse igitur sacerdos & victima sacrificium laudis impleuit, malorum operum tribuens indulgentiam, & bene operandi largiens gratiam. Ad hoc. n. dño sacrificium laudis ab eius cultorib. immolatur, vt qui gloriatur in domino glorietur. *Hiere. 9.* *1. Cor. 1.* Sed hoc Iudęi cum audiunt, erecta ceruice respondent, Nos sumus, de nobis hoc dictum est: nos. n. sumus Israel populus Dei. *Veri Israelitæ.* Nos in verbis dicentis agnoscimus, Audi populus meus, & loquar tibi Israel, & testificabor tibi. *Cap. 7.* *Psal. 49.* Quid sumus ad ista dicturi? Nouimus quidem Israel spiritalem, de quo dicit Apostolus, *Galat. 6.* Et quicunq; hanc regulam sequũtur, pax super illos, & misericordia & super Israel Dei. Istum autem Israel scimus esse carnalem, de quo idem dicit, Videte Israel secũdum carnem, Sed ista isti non capiunt, & eoipso seipsos carnales esse conuincunt. Quos paululum quasi præsentes alloqui libet, Itane vos ad eum populũ pertinetis, quem vocauit Deus deorũ à Solis ortu vsq; ad occasum? Nonne vos ex Aegypto in terram Chanaan translati estis? Non illuc vocati a Solis ortu vsq; ad occasum, sed inde dispersi in Solis ortum & in occasum. Nonne vos ad eius inimicos potius pertinetis, qui dicit in Psalmo, *Psal. 58.* Deus meus misericordia eius pręueniet

L me, Deus demonstra mihi inter inimicos meos, ne occideris eos, ne qñ obliuiscantur legis tuæ. Disperge illos in veritate* tua? *Al. l. virtute.* Vnde non obliuiscentes legẽ Dei, sed eandẽ circunferentes, gentib. ad testimoniũ, vobis ad opprobriũ, nesciẽtes eã populo ministratis, qui vocatus est à Solis ortu vsq; ad occasũ. An vero negabitis & ea quæ tãta authoritate prædicta, tanta manifestatione cõpleta sunt? Aut maiore cęcitate non intuemini, aut mi-

rabili

rabili impudentia non fatemini? Quid ergo
Esaiæ 2. ad illud rñsuri estis, quod Esaias Propheta
proclamat, Erit in nouissimis tẽporibus ma-
nifestus mõs domus dñi paratus in cacumi-
ne montiũ, & exaltabitur super colles, & ve
niẽt ad eũ vniuersæ gẽtes, & dicẽt, Venite a-
M scẽdamus in montẽ dñi & in domũ Dei Ia-
cob, & annũciabit nobis viã salutis, & ingre
diemur in eã: Ex Sion.n.lex prodiet, & ver-
bũ dñi ex Hierusalẽ? An & hic dicturi estis,
Nos sumus? qm̃ audistis domũ Iacob & Siõ
& Hierusalẽ: quasi nos negemus de semine
Iacob esse Christũ dñm scd̃m carnẽ, qui si-
gnificatus est vocabulo montis sup cacumẽ
montiũ, ꝙ omnes celsitudines eorũ eius cel
situdo transcendit: aut negemus Apostolos
& illas Ecclesias Iudçæ, q̃ post Christi resur-
rectionẽ in eũ continuo crediderunt, ad do-
mũ Iacob pertinere, aut vero alius intelligẽ-
dus sit spiritaliter Iacob, quam ipse populus
Christianus qui cũ sit minor natu, quã popu
lus Iudæorũ, tamen eum crescendo supera-
uit, & subdidit: vt impleretur quod de duo-
bus illis fratribus in figura prædictum est, Et
[G]en. 25. maior seruiet minori. Siõ autẽ & Hierusalẽ,
quanuis spiritaliter intelligitur Ecclesia, ma
gis tñ aduersus istos idoneũ testimoniũ est,
ꝙ ex isto loco, vbi Christũ crucifixerunt, &
lex & verbũ domini processit ad gentes. Lex
enim quæ illis per Moysen data est, de qua
superbius extolluntur, de qua melius cõuin-
cuntur, non intelligitur prodisse de Sion &
Hierusalẽ, sed de monte Sina. Ad terrã quip-
pe promissionis, vbi est quæ appellatur etiã
Hierusalẽ, post quadraginta annos cũ ipsa le
ge venerunt: non aũt ibi eã vel inde accepe-
perunt. Euangeliũ vero Christi, & lex fidei,
quod certũ est, inde processit. Sicut etiã ipse
dñs, posteaquã resurrexit, loquens discipulis
suis, & ostendẽs prędicta diuinorũ eloquio-
A rũ in se esse cõpleta, Quoniã sicut scriptum
[Lu]c. 24. est, inquit, & sic oportet. Christũ pati, & re-
surgere a mortuis die tertio, & prædicari in
nomine eius pęnitentiã & remissionẽ pecca
torũ per omnes gentes, incipientibus ab Hie
[Esa]iæ 2. rusalẽ. Ecce quod prophetauit Esaias dicẽs,
Ex Sion.n.lex prodiet, & verbũ dñi ex Hie-
rusalẽ: ibi.n.veniens desuper secundũ domi
[Ac]t. 2. ni promissionem spiritussanctus, eos quos
tunc vna domus cõtinebat, impleuit, & lo-
qui linguis omniũ gentiũ fecit: & inde exie-
runt prędicare Euangeliũ in notitiã omniũ
gentiũ. Sicut.n.lex illa quæ processit de mõ-
te Sina, quinquagesimo die post celebratum
pascha conscripta est digito Dei, quo signi-
ficatur spiritussanctus: ita lex ista, quę proces
sit de Sion & Hierusalẽ, non in tabulis lapi-
deis, sed in tabulis cordis sanctorũ Euange- B
listarũ scripta est per spiritũ sanctũ, quinqua 2. Cor. 3.
gesimo die post verũ pascha passionis, & re-
surrectionis dñi Christi, quo die spiritussan-
ctus est missus, qui fideliter fuerat ante pro-
missus. Ite nunc ò Israelitę scd̃m carnẽ, non
scd̃m spiritũ. Ite nunc, & adhuc contradicite
apertissimæ veritati: & cũ auditis, Venite a- Esa. 2.
scendamus in montẽ dñi, & in domũ Dei Ia
cob: dicite, Nos sumus, vt cęci offendatis in
montẽ, vbi collisa facie peius perdatis fron-
tẽ. Si vere vultis dicere, Nos sumus: ibi hoc
dicite, vbi auditis, Ob iniquitatẽ populi mei
ductus est ad mortem. De Christo.n.dictum Esa. 53.
est quẽ vos in parentibus vestris duxistis ad
mortẽ, qui sicut ouis ad immolandũ ductus
est, vt pascha, quod nescientes in pecude ce-
lebratis, nobis per Christũ, q̃ est agnus Dei,
cõsecraret: nã pascha nostrũ immolatus est 1. Cor. 5.
Christus. Si vere vultis dicere, Nos sumus: Esa. 6.
tunc dicite quando auditis, Incrassa cor po- Esa. 65.
puli huius & aures eorũ oppila, & oculos eo
rũ graua. Tunc dicite, Nos sumus: qñ auditis,
Tota die expandi manus meas ad populum Psal. 68.
nõ credẽtem, & contradicẽtẽ. Tunc dicite,
Nos sumus: quando auditis, Excęcentur ocu
li eorũ ne videant, & dorsa eorũ semper in-
curua. In his atq; hmõi propheticis vocibus
dicite, Nos sumus: vbi sine vlla dubitatione
vos estis: sed vt cęci estis: vt esse vos dicatis,
vbi non estis: & non vos agnoscatis vbi estis.
Sed in hęc manifestiora q̃ dicturus sum, pau
lisper attendite. Certe cũ auditis in bono Is- Vocatio
rael, dicitis, Nos sumus. Et cũ auditis in bo- gentium.
no Iacob, dicitis, Nos sumus: Et cũ à nobis Cap. 8.
causa reqrĩt, rñdetis, Qm̃ Iacob ipse est &
Israel, ex quo Patriarcha ꝓpagati sumus, vn
de merito patris nr̃i appellatione censemur.
Nõ ergo vos alto & graui sõno dormiẽtes,
ad spiritalia q̃ nõ capitis excitamᵘ: neq; nũc
q̃uo spiritaliter accipiẽda sint ista vocabula, C
vobis in auditu & visu spiritali surdis & cę-
cis ꝑsuadere conamur. Nẽpe & vos fatemi-
ni, & lectio libri Geneseos manifeste decla-
rat, vnus homo erat Iacob & Israel: & vnde
gloria-

gloriamini, ipsa est domus Iacob, quæ do-
Esaiæ 2. mus est Israel. Quid ergo est quod idẽ ipse
Propheta, cũ prenunciasset montẽ futurum
paratũ in cacumine montiũ, ad quẽ venturę
essent vniuersæ gentes: quia nõ de monte Si-
na vni genti, sed de Syon & Hierusalẽ lex &
verbũ dñi processurũ esse omnibus genti-
bus: ꝙ manifestissime in Christo & Christia
nis videmus impletũ. Paulopost dicit, Et nũc
tu domus Iacob, venite ambulemus in lucẽ
dñi? Hic profecto dicitis, vt soletis, Nos su-
D mus. Sed ꝙ sequitur, paulisper attendite, vt
cũ dixeritis quod vultis, ẽt ꝙ nõ vultis, audia
tis. Nã propheta cõiungit & dicit, Dimisit.n.
plebẽ suã domũ Israel. Hic dicite, nos sum⁹:
hic vos agnoscite, & nobis quia ista cõme-
moramus, ignoscite. Si.n. libenter auditis, ad
vestrũ dicuntur alloquiũ, si vero indignanter
auditis, ad vestrũ dicuntur opprobriũ. Dicã-
tur tñ oportet, siue volẽtibus siue nolentibus
vobis. Ecce nõ ego, sed propheta quẽ legitis,
per quẽ Deũ locutũ nõ potestis negare, quẽ
authoritate diuinarũ scripturarũ nõ potestis
Esa. 58. auferre, quẽadmodũ illi dñs imperauit, ex-
Esaiæ 2. clamat vehementer: & sicut tuba exaltat vocẽ
suã, vosq; increpat dicẽs. Et nunc tu domus
Iacob, venite ambulemus in lucẽ dñi. Occi-
distis Christũ in parẽtibus vestris. Tandiu nõ
credidistis, & contradixistis: sed nõdũ peri-
stis, quia nõdũ de corpore existis: & nunc ha
betis spatium penitendi, & nũc venite, Olim
quidẽ debuistis, sed & nũc venite: nondum
finiti sunt dies, cui non venit vltimus dies.
Aut si vos tanquã domũ Iacob prophetã se-
cutos, iã in lucẽ domini creditis ambulare,
quæ sit domus Israel quã dimisit, ostendite.
Nos.n. vtrosq; monstramus, & quos ex illa
domo vocando discreuerit, & quos illic re-
manentes dimiserit. Vocauit.n. inde nõ solũ
Apostolos, sed etiã post Christi resurrectio-
nẽ populũ magnũ: vnde superius iã diximus,
Dimisit aũt illos, quod ẽt vos non credendo
imitamini & vosipsos, qui eos imitando in
E eadẽ pernicie demoramini. Aut si vos estis
quos inde vocauit, vbi sunt quos dimisit? Nõ
enim potestis dicere quod nescio q̃ aliã gen
tẽ dimiserit, cũ propheta clamet, Dimisit.n.
Esaiæ 5. plebẽ suã domũ Israel. Ecce quod estis, non
ꝙ vos esse iactatis. Dimisit.n. & vineã, de qua
expectauit vt faceret vuas, fecit aũt spinas: &
mandauit nubibus suis ne pluerent super eã
imbrem: sed ẽt inde eos vocauit, quibus di-
cit, Iudicate inter me & vineã meã: De quib.
dñs ait, Si ego in Beelzebub eijcio demonia,
filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices
erunt vestri. Quibus hoc promittens, Sedebi Mat. 12.
tis, inquit, super duodecim sedes, iudican- Mat. 1
tes duodecim tribus Israel. Sedebit itaq; do-
mus Iacob, quæ in lucẽ domini vocata am-
bulauit, iudicare domũ Israel, hoc est plebẽ
ipsius dimisit. Quõ.n. iuxta eundẽ Prophetã,
Lapis quẽ reprobauerunt ædificantes, hic fa- F
ctus est in caput anguli: nisi ex circũcisione ps. 11
& preputio populi tanquã parietes de diuer
so venientes, in angulo sibimet tanquã in pa
cis osculo copulãtur? Vnde dicit Apostolus,
Ipse est enim pax nostra, q fecit vtraq; vnũ. Ephe.
Qui ex domo Iacob siue Israel vocantẽ se-
cuti sunt, ipsi sunt lapidi angulari cohęren-
tes, & in domini luce ambulantes: Quos ve-
ro ibi dimisit, ipsi sunt ruinã ędificantes, &
angularẽ lapidẽ reprobãtes. Postremo si hęc Ex
verba prophetica secundũ cor vestrũ in aliũ Proph
sensum detorquere conamini ò Iudæi con- ta. c. 9
tra salutẽ vestram resistẽtes filio Dei, Si hęc,
inquam, verba si vultis accipere, vt eadem sit
plebs & domus Iacob vel Israel, & vocata &
dimissa: non in alijs vocata, in alijs dimissa,
sed vniuersa propterea vocata, vt ambularet
in lucẽ domini: quoniam propterea erat di-
missa, ꝙ non ambulabat in lucẽ domini: Aut
certe sic in alijs vocata, i alijs dimissa, vt nul-
la facta separatione mẽsę dominicę, ad Chri
sti sacrificium pertinentis, sub eisdem vete-
ribus sacramentis essent vtriq;, s. qui in luce
domini ambulantes, eius præcepta seruarũt:
ij qui iustitiam respuentes, ab eo deseri mer-
uerunt: Si hãc ergo sic intelligere vultis, q d
dicturi estis, & quomodo aliũ Prophetã in-
tellecturi, qui vobis omnino hanc amputat
vocẽ, tanta manifestatione clamantẽ, Nõ est Mala.
mihi voluntas in vobis, dicit dominus om-
nipotẽs, & sacrificiũ nõ accipiã de manibus
vestris. Quia ab oriente Sole vsq; in Occidẽ
tẽ nomen meum clarũ factũ est in gentibus:
& in omni loco sacrificiũ offertur nomini
meo, sacrificiũ mundũ: qm̃ magnũ est no- G
mẽ meum in gentibus, dicit dominus omni-
potens. Qua tandem voce tantæ rerum eui-
dentiæ reclamatis? Quid vos amplius nimis
impudenter extollitis, vt grauiore ruina
miserabilius pereatis? Non est mihi vo-
luntas

luntas in vobis, dicit, nõ quicunque, ſed dñs omnipotẽs. Quid tñ de Abrahę ſemine gloriamini, q vbicunq; auditis Iacob aut Iſrael, aut domum Iacob, aut domum Iſrael cũ aliqua laude dici, contẽditis hoc nõ potuiſſe dici, niſi de vobis, cum dñs omnibus * dicat, (* oĩpotẽs.) Non eſt mihi voluntas in vobis, & ſacrificiũ nõ accipiam de manib. veſtris? Certe hic negare nõ poteſtis, non ſolum illum non accipere ſacrificiũ de manib. veſtris, ſed nec vos illi offerre manib. veſtris. Sed quare hoc illi offeri de manib. veſtris nõ vult? Locus. n. vn⁹
I eſt lege dñi conſtitutus, vbi manib. veſtris ſacrificia iuſsit offerri, pręter quem locũ oĩno prohibuit. Hunc ergo locum qñ veſtris meritis amiſiſtis, etiam ſacrificium qđ ibi tñ licebat offerri in locis offerre aliis nõ audetis. Ecce omnimodo impletum eſt, qđ ait Propheta. Et ſacrificium non accipiã de manib. veſtris. Nam ſi in terrena Hieruſalẽ maneret vobis templũ & altare, poſſetis dicere in eis hoc eſſe completum, quorum iniquorum inter vos cõſtitutorum ſacrificia dñs nõ acceptat, aliorum vero ex vobis atq; in vobis acceptare ſacrificia, q Dei præcepta cuſtodiũt, hoc non eſt cur poſsit dici, vbi nullus oĩno veſtrum eſt, qui ſecũdum legem, quę de mõte Sina proceſsit, manib. ſuis ſacrificiũ poſsit offerre. Neq; hoc ita prædictum & impletũ eſt, vt vos propheticæ ſententiæ * reſpõdere (* prophetica ſnĩa.) permittat, quia manib. non offerimus carnẽ, (Pſal. 49.) ſed corde & ore offerimus laudem, ſm illud in Pſalmo, Immola Deo ſacrificium laudis. Etiam hinc contradicit vobis, qui dicit, Nõ eſt mihi voluntas in vobis. Deinde ne exiſtimetis non offerentib. vobis, nec illo accipiẽte de manib. veſtris, Deo ſacrificium nõ offerri, quo qdem ille non eget, qui bonorum noſtrorum nullius indiget, tñ ꝙ ſine ſacrificio
K non eſt, qđ non illi, ſed vobis vtile eſt, adiungit & dicit, Quia ab Oriente ſole vſque in Occidentem nomen meum clarum eſt factum in omnibus gentibus, & in omni loco ſacrificium offertur nomini meo, ſacrificiũ mundum, qñ magnũ nomen meum in gentibus, dicit dñs omnipotens. Quid ad hæc reſpõdetis? Aperite oculos tandem aliquando, & videte, ab Oriente ſole vſq; in Occidentẽ non in vno ſicut vobis fuerat conſtitutum, ſed in omni loco offerri ſacrificium Chriſtianorum, non cuilibet Deo, ſed ei qui iſta prædixit, Deo Iſrael. Vnde & alibi dicit Eccleſiæ ſuæ, Et q eruerit te, ipſe ceu Iſrael vniuerſę terræ vocabit. (Eſa. 45.) Scrutamini ſcripturas, (Ioan. 5.) in qb. putatis vos hr̃e vitam ęternam. Et profecto hr̃etis, ſi Chriſtũ in eis intelligeretis & teneretis. Sed perſcrutamini eas ipſæ teſtimonium perhibẽt de hoc ſacrificio mundo, qđ offert Deo Iſrael, nõ ab vna gente veſtra, de cuius manib. non ſe accepturũ prædixit, ſed ab omnib. gentib. quæ dñt, Venite aſcẽdam⁹ (Eſai. 2.) in montem dñi. Nec in vno loco, ſicut vobis præceptũ erat in terrena Hieruſalem, ſed in omni loco, vſque in ipſam Hieruſalem. Nec L
ſm ordinem Aaron, ſed ſecũdum ordinem Melchiſedech. Chriſto enim dictũ eſt, & de Chriſto tãto ante prædictum eſt, Iurauit dñs (Pſa. 109) & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in ęternum, ſm ordinem Melchiſedech. Quid eſt, iurauit dñs, niſi inconcuſſa veritate firmauit? Et quid eſt, non pęnitebit eum, niſi hoc ſacerdotium nulla oĩno rõne mutabit? Neque. n. ſicut hoĩem, pęnitet Deum, ſed Dei dr̃ pęnitentia, quãuis ab illo inſtitutæ rei cuiuſq; mutatio, quæ credebaẽ eſſe mãſura. Proinde cũ dicit, Non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternũ ſm ordinẽ Melchiſedech, ſatis oſtendit eũ pęnituiſſe, hoc eſt, eũ mutare voluiſſe ſacerdotium, qđ conſtituerat ſm ordinem Aaron, ſicut de vtroque videmus impletum. Nam & Aaron ſacerdotium iam nullum eſt in aliquo templo, & Chriſti ſacerdotium in æternum perſeuerat in cęlo. Ad hãc ergo lucem dñi vocat nos Propheta, cum dicit, Et nũc tu Iacob domus venite ambulemus in lucem dñi. (Eſa. 2.) Tu domus Iacob, quã vocauit & elegit, nõ tu q̃ dimiſit. Dimiſit. n. plebem ſuã domum Iſrael. Quicunq; inde venire vultis, ad hãc pertinebitis, q̃ vocabit, illa carebitis, quam dimiſit. Lux qppe dñi, in qua ambulãt gentes, illa eſt de qua idem Propheta dicit, M
Dedi te in lucem gẽtium, vt ſis ſalus vſq; in fines terræ. (Eſa. 49.) Cui hoc dictum eſt, niſi Chriſto? De quo impletum eſt, niſi de Chriſto? Non eſt iſta lux in vobis, de quibus identidem dictum eſt, Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant, vſq; in hodiernum diem. (Rom. 11.) Non eſt inquam, in vobis hæc lux ideo omni cæcitate lapidem reprobatis, qui factus eſt caput anguli. Ergo accedite ad eum, & illuminamini. (Pſa. 117) Quid eſt, accedite niſi credite? Quo (Pſal. 33.)

enim eatis, vt ad eum accedatis, cum ille ſit
Danie. 2. lapis, de quo Daniel Propheta dicit, ꝙ cre-
ſcendo tam magnus mõs factus ſit, vt imple-
ret vniuerſam faciẽ terræ? Sic. n. & gẽtes quæ
Eſaiæ. 2. dicunt, Venite aſcendamus in montem dñi,
nuſquã terrarũ pergere & peruenire cõten-
dunt. Vbi ſunt, ibi aſcẽdunt, qa in omni loco
ſacrificium offert̃ ſm ordinẽ Melchiſedech.
Et ſicut alius Propheta dicit, Exterminat De⁹
oẽs Deos gẽtium terræ, & adorant eũ vnuſ-
quiſq; de loco ſuo. Cũ ergo vobis dr̃, Acce-
dite ad eum, non dr̃, naues aut iumenta præ-
A parate, & veſtris victimis onerate, & de tam
lõginqua terra pergite ad locum, vbi Deus
ſacrificia veſtrę deuotionis acceptet, ſed ac-
cedite ad eũ, qui in veſtris aurib. prædicatur,
Accedite ad eũ, qui ante oculos veſtros glo-
rificat̃, Ambulando non laborabitis, ibi. n. ac
Qualiter ceditis vbi creditis. Hæc fratres chariſsimi, ſi
cũ Iudæis ue gratanter, ſiue indigãter audiãt Iudęi, nos
diſſerẽdũ tñ vbi poſſumus, cũ eorum dilectione prędi
ſit. c. 10. cemus. Nec ſuperbe gloriemur aduerſus ra-
Rom. 11. mos fractos, ſed potius cogitemus cuius gra
tia & q̃ta miſericordia, & in qua radice inſer
ti ſumus vt nõ alta ſapiamus, ſed humilib. cõ
ſentientes, nõ eis cum præſumptione inſultã
do, ſed cũ tremore exultando dicamus, Veni
te ambulem⁹ in lucem dñi, qm̃ magnum eſt
nomẽ eius in gẽtib. Si. n. audierint, & obaudie
rint, erũt inter eos, de qb. dictum eſt, Accedi-
te ad eũ, & illuminamini, & vultus veſtri nõ
Pſal. 33. erubeſcẽt. Si aũt audiũt & non obaudiunt, vi
dẽt & inuidẽt, inter eos ſunt, de qb. dictũ eſt,
Peccator videbit, & iraſcet̃, dentib. ſuis fren-
Pſa. 111. det, & tabeſcet. Ego aũt, dicit Eccleſia Chr̃o,
Pſal. 51. velut oliua fructifera in domo dñi, ſperaui in
miſericordia Dei ĩ ęternũ, & ĩ ſeculũ ſeculi.

DE ALTERCATIONE ECCLE. Et Synagogæ,

DIALOGVS.

B



Varum matronarum vobis cenſorib. cauſam videor ſuſcepiſſe, vtraq; negocia magis lateribus panditurus, vt quicquid ex iudicio veſtro veritas expoſtulata diremerit, id vna de duab. obſeruet. Idcirco in hoc cętu veſtro ius recito, tabulas offero. Lege agat̃, qa de poſſeſsione cõtentio eſt, & reuoluere imperiali ſanctione ſententias nõ morabor, vt quicquid veritatis ordo perſpexerit, iuxta legem diuinitus datã, cõcẽtus veſtri ſñia promulgetur. Vna quibuſdam tpib. adulterio deprehẽſa poſſeſionis noſtræ præco, qua ꝑſuaſione iura temerauerat, alia merito caſtitatis per ſñiam donatoris, poſsidentem illam quæ aurib. veſtris vr̃ exacta, nõ nulla apud ſeculum prius clandeſtina fraude priuauerat, redhibitione compellit̃ quotidie reddere, & adhuc quantũ reddiderat debet. Totum. n. quicquid poſſeſsioni defenderat, abiuramus. Ergo ſi cauſæ faciem, ſi frontem parabolæ vultis audire, Gentes hæreditatẽ noſtram poſſeſsionem, & terminos terræ no- *Pſal.* C
bis auguſtali iure cõceſſam, potens quondã, diues auro mulier ſynagoga perſuaſit. Mox ſupplicauimus, pręces retinemus in manib. introductio protinus fundi, habita poſſeſsio in noſtro iure conſiſtit. Reſolui nolumus tñ, quicquid ornamẽtorum mulier inquieta ꝑſuaſit. Quæ cum poſtularet̃ vt redderet, lentius quam deberet exoluit. Nũc ergo ad hãc matremfamilias & viduam, noſtra materfamilias, hoc eſt ad ſynagogam ECCLE. dixit, Recita quid merueris, & ego qd meruero, recitabo. SYNA. rñdit, Prophetæ ad me oẽs venerunt, qđ tu diffiteri nõ poteris. ECCL. dixit, Certum eſt ꝙ Prophetæ, dum ad te veniunt, remorandi pro tpe velut ad hoſpitam cucurrerunt: nam probo eoſdem ſponſi mei iuuenes metatores. ſ. Chriſti gerulos literarum, mandatorum etiam portitores, inuidiæ cauſa a te fuiſſe interfectos. Nunquid ſi ad te veniſſent, a te quiſpiam eorum potuiſſet occidi? Sed quia ad me veniebant, cauſa zeli homines meos recipi cum non ſuſtineres, gladio & fuſtibus affeciſti. SYNA. reſpondit, Etiam ſi iſtud quod aſſeris feci, recte & honeſte peccaui, quia ego regem noueram, cuius literas frequenter acceperam, & tu ſyluicula quærebaris, quæ Barbarorum ritu rure collib. intra inuia vel ſecreta, agreſti quo
dam tugurio commanebas. Nam quid te ali D
quando ruſticius fuit? Tu cum gentib. cum quibus ego ſæpe pugnaui, paſtorali more balantia credo pecora ſequebaris, ego ſceptro & legionib. fulta, apud Hieroſolymam purpureo amictu regnabam: ego Romanũ poſſidebam imperium, ego reges, milites, & alienigenarum gentiũ duces occidi, mihi Perſa

& Indus aurum, gemmas, ebur, argentum & sericum, totasq; opes aduexit, tu montana rustica, apta pecorib. tu presſis in vallib. tm̄ diuersabare solicita, tu ex vasta rupe cōdensior, cui rimosus lapis timidū quōdā pręstabat hospitiū, lac de caseo vaccinia cū glāde mādebas, ego Pharaonē suis currib. ego Aegyptios, ego Chananços, Hiebusęos, & Cethęos, & Pheresæos reges occidi. ECCLE. dixit, Recognosco q̄ loqueris, & laudes tuas diffiteri nō possum. Scio qa vrbis tuæ & ambitiosa fora, & capitolia celsa vidisti, armorum tuorū impresſio, & fulgētia clypeorū si
E gna, spicula, enses, iacula missorū telorū expressum equestriū exercituū gemit⁹ magnos ornatos duces & tyrānos strauit. Scio potentiā tuam, q̄ Hierosolyma illa pōpatili fastu ructuabat. Scio.n. quia tibi quōdā Romanus orbis intremuit, & terra gentium palpitauit, sed memor esse dēs quid pp vnam mulierē
Gen. 34. Dinam feceris in Sichem. Imbelles hoīes, & innocentiæ suæ honore fulgentes, latronum ritu vastasti. SYNA. respōdit, Potestas regni permissę libertatis accepit audaciā. Nunqd in eo peccasse me credis, si sub imperio meo maculaui quos volui, aut meos forsitā rebelles occidi? Qui potestatem regnādi dederat, faciendi vtiq; quicquid vellem indulserat dignitati. Aut dic mihi, si legem non habet qui proprio regnat imperio, & qui posſidet totum, necesse est vt regni potentiā quocunq; volet extendat. ECCLE. dixit, In eo me gaudeo sublimatam, q̄ celsis celsior sum facta, & regna regnātiū deieci, & ecce sub pedib. meis purpurata quondā regina versaris. Ille est.n. rex regum, qui eidem imperare cœperit, quæ se viderit aliqn̄ regnasse, Regnasti fateor, Romana tibi terra subiacuit, reges & principes ceciderunt, & si qn̄ conflixeras, captiuus hostis succubuit. Noli irasci, si tu quæ fueras domina, mihi facta videaris ancilla.
F SYNA. rn̄dit, Quia te tanto præconio declarasti, proba ancillā, & dominā recognosco. ECCLE. dixit, Habeo tabulas, recito testm̄, qđ scriba quondā tuus vates scripsit, & Aarō magistratu præsente signauit. SYNA. rn̄dit, Scio testm̄ sub regno meo conscriptum, sed volo discere vbi me dictator voluminis seruire mandauit. ECCLE. dixit, Lege quid Rebeccæ sit dictum cum pareret, Duæ gentes in
[Ge]n. 25. vtero tuo sunt, & duo pupuli de ventre tuo diuident, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Certe maiorem te paulo ante dixisti regnasse, triumphasse, sceptrū tenuisse, purpurā posſedisse, me minusculā vallib. delituisse quōdā, vel in collib. habitasse saxorum, te auro, ornamēto, bysſo, serico, gemmis claruisse nobilib. me minorē pecorum lacte vixisse. Ego oues & pecora, tu militem posſidebas. Inde est quod ego minor atque pauperior, tu maior & diues subiugata mihi eligas* populo seruitura minori. *forte degas.
SYNA. rn̄dit, Recognosco titulum testamēti, video literas quas ipsa in thesauro meo & in bibliotheca seruaui. Sed dicito mihi qūo G
tibi seruio, quæ adhuc filios meos liberos esse recognosco, Vacant negociis, nauigandi potestas libera, compedes nesciūt, nullus vineā laboriosæ necesſitatis fossura discerpit, nescio an tibi sim seruitute subiecta. ECCLE. dixit, Testm̄ recolis, apices recognoscis, & adhuc non recipis seruitutem. SYNA. rn̄dit, Dic tu mihi qđ asseris, recognosco Moysen, audio, & refugere non posſū, sed qualiter tibi seruiam scire non possum. ECCLE. dixit, Mutare te nō potes, semp negas & fallis, semper de falsitate contendis. Certe regnasse te ante dixisti, cū populus Israel locum tenuisset imperii* Si adhuc regnas, liberam te esse cognosco, & nec dū mihi seruitute subiectā. *a.l latum tenuisset imperiū.
Alioquin si recte populo Israel Christianus populus regnat, constat te ancillam esse non liberam, quam video seruituti subiectam. Respice in legionibus signa, nomen saluatoris intende, Christicolas imperatores aduerte, & cōsidera te de regno esse discussam, & nobis iuxta testamenti fidem quod seruas, confitere, tributum mihi soluis, ad imperium nō accedis, hr̄e non potes pręfecturam. Iudęum esse Comitem non licet, senatum tibi introire prohibet, præfecturam nescis, ad militiā non admitteris, mēsas diuitum non attingis, *Comes hic dignitatis nomē est.*
H charismatis ordinem perdidisti, totum tibi non licet, cui etiam ad manducandum vt vel male viueres, paucula condonamus. Ergo si iis quæ summa quæ prima sunt caruisti, lege quid Rebeccæ sit dictum, cum geminos pareret. Duę gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. SYNA. respondit, Quid tamen feceram vt me diuinitas de regno discuteret, & pri-

varet imperio? ECCLE. dixit, Si tu vt graui-
χαράττω ter peccaſti, tã grauis pœna ſit ſeruitutis ſub
interitu mortis debitæ, nec ancilla potes eſſe
nec libera. Nã cum primũ Moyſes in monte
Sina charaxatas decalogo duplices tabulas
accepiſſet, vos contra Deum idola popoſci-
Gen. 32. ſtis, dicẽtes ad Aaron, Fac nobis Deos q nos
antecedãt. SYNA. rñdit, Hic me miſerã er-
raſſe cognoſco, ſed mox eos qui idola popo
ſcerunt, vſque ad vltimã mortẽ damnationis
ꝑuaſit interitus. Quid ergo poſteri fecerũt, ſi
mox illi ſeniores, qui iſtud admiſerant, pęnę
ſuæ merita ſuſceperunt? ECCLE. dixit, Certũ
habeo ꝙ legiſti, ſed q̃ legeris retinere nõ po-
teris, & ipſum agnoſco. Sed recole ſcriptũ,
Et annuncient filii filiorũ ſuorum, qm̃ pecca
ta parẽtum eorum in filiis creuerunt, & non
laxabo illis dicit dñs. Et alibi ait, Parentes
I vuas acerbas manducauerunt, & filiis dentes
Ezech. 18. ſtupuerũt. SINA. rñdit, In quo tibi plaudis?
ſub cuius regno imperiũ tenes? Prius ad me,
vel in populo meo Chriſtꝰ aduenit. ECCLE.
dixit, Sic erat dignum, vt totũ qcquid fuerat
aſtruendum, diuina ſapiẽtia præueniret. Si. n.
ad me Chriſtus principaliter aduenisſet, et te
ſub aduentu ipſo primæ natiuitatis repudia-
re voluiſſet, hodie diceres, Nõ venit ad me,
neſciui qd colerem: nã ſi & in populo meo
dignatus fuiſſet accedere, quem Prophetę
Deũ dixerant, cõfiterer. Ad te venit mortuos
tuos virtutũ imperio ſuſcitauit, loquaces ꝑ-
ſtitit mutos, greſsib. reddidit claudos, cęcos
oculauit, paralyticos abſolutis artub. expedi
uit, leproſos ſanitati reſtituit, & nõ eſſe Deũ,
quem Deum legeras, prophana mẽte dixiſti.
Idcirco, qa dixiſti Saluatorem & dñm prius
ad te veniſſe recolo, & elogio tuo rurſus cõ-
K tendo. Lege qd tibi Eſdras ex ꝑſona Saluato-
ris ſcripſit, Ad meos veni, & me mei non re
ceperũt. Quid tibi faciam Iacob? Noluit me
audire Iuda, transferã me ad alteram gẽtem.
Vnde vides te non debere gloriari ꝙ videris
Chriſtum. Maior. n. cauſa criminis eſt videre
cui ſeruias, & cõtemnere cui dẽas ſeruitutẽ.
Defenderes forſitan te, ſi diceres, Non noui
dñm, neſciui Prophetas fuiſſe mentitos. Attñ
& Prophetę dixerunt, & ipſum dñm, quem
Prophetæ cecinerãt, cũ ſuis mirabilib. agno
uiſſes, & miſerabili refutatiuncula blaſphe-
maſſes, vides te ſub tanti criminis reatu excu
ſare non poſſe. SYNA. reſpondit, Dixerant
quidem Prophetæ eſſe venturum, ſed vnctũ
Dei, ſed puerum ſãctum de virgine. Vnde an
ipſe dominus venire velit, penitus ignorabã.
ECCLE. dixit, Recte ergo Eſaias ait, Vade & Eſaiæ.
dic populo iſti, Aure audietis, & nõ intellige
tis, & videntes videbitis, & nõ cognoſcetis.
Incraſſauit. n. cor populi huius, & aurib. gra
uiter audierũt, & oculos ſuos clauſerunt, ne
forte videant oculis, & aurib. audiant, & cor
de intelligãt, & reuertant̃, & curẽ illos. Nam
& Hieremias ait, Me derelinquerunt fontem Hier. 2.
aquæ viuę, effoderunt ſibi lacus detritos, &
non potuerũt aq̃ potare. Et quid adiecit idẽ
Propheta? Miluus cognouit tp̃s ſuum, turtur Hier. 8
& hirundo, grues, paſſeres cuſtodierunt tem
pora introitus ſui, populus aũt meus me non
cognouit. Nam & in Salomone credo ꝙ le- Prou.
geris, qui ait, Quærent me mali, & non inue
nient, odio. n. habuerunt ſapientiam, ſermo- L
nem autem dñi non receperunt. Vides ergo
te Deum Dei filium blaſphemis oculis, & ꝓ
phano pectore reieciſſe. Ergo ſi legis Eſaiã, Eſaiæ.
legis Prophetas, Deum Chriſtum frequẽter
audiſti, ſic. n. ait, vt tibi & de virgine, & de fi
lio, ſicuti ipſa dixiſti, rñdeam, Pariet virgo fi
lium, & vocabit̃ nomẽ eius Emmanuel, qui
interpretat̃, nobiſcũ Deus. Et Dauid ait, Pro-
pterea vnxit te Deus, Deus tuus. Et in Geneſi Pſal. 4
ſic ait, Et fecit Deus hominem ad imaginem Gene.
ſuam. SYNA. rñdit, Nolo te in tanto plauſu
efferãt lectiones, ſed ad illud conuertere, qđ
mihi arbitror profuturum. Reſpice te nec le
gem accepiſſe, nec circũciſionem meruiſſe,
in quo ſigno gẽtilitas ſegregat̃. Inde eſt ꝙ &
ſignum meum habeo, & legem quam Moy-
ſes protulit, non amitto. ECCLE. dixit, Legẽ
te accepiſſe teſtaris, ſed legem veteris teſta-
menti, Ego autem Euangeliorum nouam le M
gem accepi. Et vt ſcias veterem nouitate cõ-
preſſam, lege Eſaiam qui tibi ait, Illa vetera Eſa.
tranſierũt, ecce facta ſunt noua, nunc orient̃.
Nam quod dicis te in ſalutẽ populi, circun-
ciſionis ſignaculum accepiſſe, hodie probo
ſtultitiã tuã fuiſſe deceptã. Si ergo per circũ
ciſionẽ æternitas donabat̃, vides te caput ac-
cepiſſe, non pedes, & vno oculo vel vna ma
nu fuiſſe truncatã: mediã vixiſſe, & mediam
fuiſſe emortuã. Nã ſi dicis populũ tuũ in ſi-
gno tuę paſsionis eſſe ſaluandũ, qd faciẽt vir
gines tuæ, quid faciẽt viduæ, quid matres ẽt
ſynagogæ, ſi circunciſionis ſignum populo

ad æternam vitam profeciſſe teſtaris? Ergo
Iudæas fœminas hr̄e nō decet, viri.n.circun
cidunt,mulieres aūt præputium non admit-
tunt, ergo ſalue eſſe non pn̄t,ſi circūciſione
ſaluamini. Vides ergo te viros, hoc eſt circū
ciſos hr̄e poſſe Iudæos,mulieres aūt,quę cir
cuncidi nō pn̄t,nec Iudæas nec Chriſtianas,
ſed Paganas eſſe profiteor. Audi, doceo te
clariſsime circunciſionis inſignia, q̄ circūci
ſionē accipere potuiſſes, nunq̄ prodigiū de
Hier. 4. regno perpeti cecidiſſes. Reſpice qđ Hiere-
mias ait: Hæc dicit dn̄s viris Iudæis qui habi
A tatis in Hieruſalē, Renouamini inter vos no
uitate,& ne ſeminaueritis in ſpinis, Circūci-
dite vos Deo veſtro, & circuncidite præpu-
tiū cordis veſtri. Qđ & ipſe Moyſes ait, quē
tu ſimiliter ſequebaris, licet mihi mandata
Deu. 30. portaret, Erit, inquit, in nouiſsimis dieb. cir-
cūcidet Deus cor tuum,& cor ſeminis tui ad
dn̄m Deum tuum amandum: Et Apoſtolus
Coloſ. 2. Paulus ait circuncisi eſtis circunciſione non
manufacta,nō in explicatione carnis, ſed in
circunciſione Chriſti. Quid ad hęc dicimus
ſynagoga? Ecce non carnis,ſed cordis circun
ciſio mādabatur. ſ. vt vitia cordis incideres,
vt libidinē deſecares, vt idololatriæ caput au
ferres, vt tunicam fornicationis ſcinderes,
Quia ait ꝓpheta, In lapide męchata es & in
Hier. 3. ligno, Vides ergo te non accepiſſe in ſignum
ſalutis circūciſionem,ſed in ſignū potius pu
doris & turpitudinis. Nā putas ſignū eſſe qđ
veſtitu tegit, quod præ verecundia non pro-
fert, quod vxori tantummodo debitum eſſe
cognoſcit, q̄a officina & mulieres tuas depi
lato capite ac decaluato ī aſinis ſæpe vidi dā
natas. Vtiq; ſi ſignum ſalutis eſt illud qđ adul
terā ſtuprauit, ꝙ virginē vitiando cōpreſsit,
mulier quæ de circunciſionis ſalute ſibi tur-
piter luſit dānari nō debet, nec ille puniri, q̄
adulterā de ſalutifero circūciſionis ſigno cō
preſſam vel in mortē reiecit. Neſcio an illic
B ſignum ſalutis eſſe potuiſſet, vnde facinoris
admiſſa damnant. Populus aūt meus ſignum
ſalutis in fronte geſtādo, totum hoīem viros
ac mulieres, de alto ſignaculi, caſta de ſubli-
mib. & publica libertate defendit. SYNA. re
ſpōdit. Vellem addiſcere vbi ſignum frontis
acceperis, vel quis Propheta ſignū iſtud qđ
dicis, hoc eſt ſignum frontis ſignaculo ſācti
ficationis inciderit. ECCLE. dixit. Habes Eze
Ezec. 9. chielē prophetam, qui ex pręſentia maieſta
tis exclamat, Itæ,& cædite,& nolite parcere
oculis veſtris, Nolite miſereri ſeniorib. iuue
nes, virgines, paruulos & mulieres interfici-
te vſq; ad internitionem, omnem aūt ſuper
quem ſignum ſcriptum eſt in fronte, ne teti-
geritis. Idem quoq; ipſe Propheta ſic ait, Va
de per mediam Hieruſalem,& notabis ſignū
ſup̄ frontem virorū, qui ingemiſcūt & mœ
rent ob iniquitates q̄ fiunt in medio ipſorū.
Itē in Apocalypſi, Vidi agnū ſtantem in mō Apoc. 14.
te Sion, & cum eo centum quadraginta qua
tuor milia, & habebāt nomen eius & nomē
patris eius ſcriptū in frōtib. ſuis. Vides ergo
ſignum mihi datū, & inſigne crucis q̄ dimiſ-
ſa te atq; derelicta, paſsio ſaluatoris ornauit.
SYNA. rn̄dit, De ſigno frōtis īterrogata cru C
cis ſignaculum ꝓpoſuiſti, quaſi vero anteq̄
ſaluator venerit, vates antiquiſsimi inſignia
p̄dicauerint, & ideo dicito mihi ſi legiſti ꝙ
Chriſtus paſſurus eſſet & in cruce penderet.
ECCL. dixit, Audi ſynagoga,& nū vt docea
ris, ſed vt puniaris, aduerte legē, & inuenies
vbi ſaluator manib. extenſis crucem figurali
ter prophetauit: Et ſic.n. Eſaias ex perſona ſal Eſa. 65.
uatoris ait, Expandi manus meas tota die ad
plebē contumacē & contradicētē mihi, quæ
ambulauit vias non bonas, ſed poſt peccata
ſua. Nā & Hieremias ait, venite mittamus li Hier. 11.
gnum in panē eius. Et in Deuteronomio, q̄a Deu. 28.
pentateucho vtebaris, Et erit, inquit, vita tua
pendēs ante oculos tuos die & nocte. Sic &
Pſalmidicus refert, Exclamaui ad te dn̄e, tota
die expandi ad te manus meas. Nā in nume- Pſal. 87.
ris, hoc eſt in lege tua, quam tu prior accepe
ras, ꝙ Chriſtus ſuſpenſus eſſet & in cruce pē
deret, ſic ait, Nō quaſi homo Deus ſuſpēdit,
neq; quaſi filius hoīs minas patitur. Et alibi
Propheta ait, Dn̄s regnauit a ligno. Ecce mi- Nu. 23.
racula paſsionis, ecce ſpeculū lucis, ecce po-
puli tui iniqua commenta, vt Deum Dei fi-
lium in crucem ſuſpenderent. SYNA. rn̄dit,
Facta recolo, & dicta ſimiliter recognoſco,
ſed quę tu es quę me increpare videaris? Tu
ruſtica, tu aliquādo montana, tu Dei legibus D
aliena, quæ gentilico more viuebas, ego in
lege verſabar, ad me Prophetæ venerunt, mi
hique iuſſa & præcepta portabant. ECCLE.
dixit, Audi ſynagoga, audi vidua, audi dere-
licta, ego ſum quod tu eſſe non potuiſti, ego
ſum regina quæ te de regno depoſui, ego
ſum ſponſa quæ derelictis idolis de ſylua &

de monte descendi, vt ait Patriarcha tuus, Ec
Gen. 27. ce odor filii mei sicut odor agri pleni quem
benedixit dñs. Vnde venis virgo cum lacte,
cum florib. intemerata iuuencula, opaco de
nemore, ciuis simplex, læta pallio niuali cõ-
posita? Sponsus meus speciosus præ filiis ho
minum, rex regum, qui caput meũ mitra cõ-
posuit, ac me protinus purpurauit, venientẽ
excepit. SYNA. rñdit, Qualiter istud poteris
comprobare, ꝙ & tu spõsa sis, & Christus in
lege videat̃ sponsus. ECCLE. dixit, Si ad me
principaliter Prophetæ cucurrissent, hodie
diceres ignorasse legẽ non habuisse Prophe
tas, nescire te quid esset scriptum. De tuis igit̃
Prophetis reuincẽdam te recognosce. Audi
Iohel 2. ergo quid Prophetę de sponso & sponsa mã
dauerint. Nam sic Iohel Propheta ait, Canite
tuba in Sion, sanctificate ieiuniũ, & indicite
E orõnem, aggregate pupillum, sanctificate ec
clesiam, excipite maiores natu, colligite par
uulos & lactentes, procedat sponsus de cubi
culo suo, & sponsa de thalamo suo. Nam cer
tum habeo ꝙ tu illa es Hierusalẽ, de qua &
Psal. 18. sponsus & sponsa, vt ait Dauid. Et ipse tanq̃
sponsus procedẽs de thalamo suo, Exultauit
vt gigas ad currendã viam, a summo cœlo
egressio ei⁹, Et occursus eius vsq; ad summũ
eius, nec est qui se abscõdat calore eius. Et in
Apoc. 21 Apocalypsi Ioannes ait, Veni ostendam tibi
nouã nuptã spõsam agni. Et eduxit me in spũ
in montẽ magnum, & ostendit mihi ciuitatẽ
sanctã Hierusalem descendentẽ de cęlo, ha-
bentem claritatem Dei. Sic etiã ipse Ioannes
Apoc. 19 ait, Regnabit dñs Deus oĩpotens, exultemus
& lætemur, demus ei claritatẽ, qm̃ venerunt
agni nuptiæ, & vxor eius se pręparauit. Vides
ergo & spõsam & vxorẽ dictã fuisse ꝑ legẽ,
sponsam, ꝙ spõdeo fidem me redditurã dño
saluatori, vxorem, ꝙ per cõceptum baptismi
spũ maritãte, filios vteri mei lauacro turgẽte
F producam. In quo puerperio generationis
gratioris, spũs & aĩa nuptiali societate iungũ
tur. SYNA. rñdit, Illud scire desidero, ne for-
te putes me oblitam fuisse qđ dixeris, totũ vt
videar scrutari, quid est quod Prophetam di
xisse contendis, quid est quod ait in Deutero
Deu. 21. nomio, Et erit pendens vita tua ante oculos
tuos die & nocte? ECCLE. dixit, Non quod
te doceã, eloqui vel effari contendo, sed nec
taciturnitas dubitationis lineam ducat, ac ꝑ
hoc de tuo te testõ conuinco. Saluator enim
die & nocte pependit in cruce, hoc est sexta
feria per diem, & huius diei per noctem vsq;
ad sabbatũ, quo dixistis iuxtam legẽ hoĩem
in ligno nõ licere pẽdere. Hæc tibi interim,
vt fecisti, dicta esse videant̃: nam ad cãm ve-
ritatis, & ad dogmatis nodum illud cõtem-
plare qđ dicimus, Et erit, inq̃t, vita tua pen-
dens ante oculos tuos die ac nocte. In vna.n.
die fuit dies & nox. Lucem diei subito tene-
brarum horrore nocturna caligo distinxit, si
cut saluator cũ suspenderet̃ in ligno, ab hora
diei sexta vsq; ad horam nouã tenebræ factę
sunt, nox lumen abstulit, & totã diẽ feralis &
luctuosa caligo cęcauit. Vides ergo in vno
die & diem fuisse & noctem. Merito ꝑꝑ hãc
idem passionẽ in Deuteronomio ait, Et erit
vita tua pendens ante oculos die ac nocte.
SYNA. rñdit, Ergo si in cruce suspensus est,
si pepẽdit, si occisus est, qũo resurrexit? Qũo
tu illũ asseris viuere, resurrexisse, & in cœlis G
in dextera patris residere? Doce ergo me, si
mortem vicit, si resurrexit, qui vr̃ occisus, ita
tñ vt mihi quæ dicis, de Prophetis assignes.
ECCLE. dixit, Audi misera audi infęlicissi-
ma, audi mulier parricida, q̃ adhuc de Chr̃i
morte, de resurrectione subdubitas. Lege qđ
dixerit ex persona saluatoris Dauid Psalmo
quintodecimo, Nõ derelinques aĩam meam
in inferno, nec dabis sanctũ tuum videre cor
ruptionem. Quis est sanctus nisi Christus.
Quis est incorruptus, nisi filius Dei? Sicut ait
in Psalmo vicesimonono, Dñe deduxisti ab
inferis aĩam meam. Itẽ in Psalmo tertio, Ego
dormiui & somnum cæpi & exurrexi, qm̃
dñs suscepit me. Et idem rursus Dauid ex per
sona patris ad filium ait, Exurge gloria mea, Psal. 56
exurge, exurgã diluculo. Nã diluculo ꝙ ait,
hoc est post diem tertiã calcata morte infe-
risq; damnatis, reciduat viuus ex mortuis vẽ Psal. 29
turus, vt ait Propheta, Ad vesperum demora H
bit̃ fletus, & ad matutinum lætitia. SYNA. re
spondit, Aliud interrogaueram, & aliud immi
sisti, de resurrectione cognoui, & ꝙ inferos
superauit, ad didici. Sed qm̃ dixisti die tertia
resurrexisse dominum saluatorem, quod an
fuerit factum ignoro. ECCLE. dixit, Scio
quia memor es, sed pœnitentiæ causa non
vis confiteri quod nosti. Error macerat con-
scientiam, & crimen memoriam tollit. Audi
ergo Christum ab inferis vt nos viuificaret
die tertia resurrexisse. Lege Osee ꝓphetam, Osee. 6.
qui

qui ait, Viuificauit nos die tertia. Et in Deute
ronomio sic ait, Dixit dñs ad Moysē, Descē
Exo. 19. de & sanctifica populum meum, sanctifica
illos hodie & cras, & lauent vestē suā, & sint
parati in perendinū diem, i. in diem vltra cra
stinū. Die. n. tertia descendit dñs in monte Si
na. Et in Euangelio sic ait, Progenies nequā
Luc. 11. & adultera signū petit, & signum non dabit
ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Qūo. n. Ionas
fuit in ventre ceti trib. dieb. & trib. noctib. ita
erit filius hominis trib. dieb. & trib. noctib.
in corde terræ. SYNA. rñdit, Recognosco,
I vera sunt quę mihi teste prophetia narrātur,
Nūc scire desidero vbi sit vbi lateat Christus
q de terra resurrexit, volo. n. videre, si postea
per Prophetas aliquid post passionē vel post
resurrectionem habeat potestatis. Legi. n. ad
saluandum populum venturum esse Heliam
vnctum Dei. ECCLE. dixit, Ergo misera qđ
negare non potes, confitere, & audi omnia?
veritas cælare non potest, tota se vsque ad
Dani. 7. cœlos claritatis libertas extēdit. Lege Danie-
lem qui ait, Videbam in visione noctis, & ec
ce in nubib. cœli quasi filius hominis veniēs
venit vsq; ad veterem dierum, & stetit in cō-
spectu eius, & qui assistebant obtulerunt eū.
Et data est ei potestas regia, & omnes reges
terræ per genus, & omnis claritas seruiēs ei,
& potestas eius æterna, quæ nō auferetur, &
regnum eius ęternum quod nō corrumpet.
SYNA. respondit, Gloriam habere vnctum
Dei, hoc est Christum negare non possum.
Sed hoc mihi dicito, si posteaquā passus est
& resurrexit, Gloriā istam adipisci potuit &
tenere. ECCLE. dixit, Lege Esaiam Prophe
tam qui ex persona saluatoris ait, Nunc exur
gā dicit dominus, Nunc clarificabor & exal
tabor, nunc videbitis, nunc intelligetis, nunc
K cōfundemini, vana erit fortitudo spiritus ve-
Psa. 109 stri, ignis vos consumet. Sed & Dauid ait, Di
xit dominus dño meo, sede à dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos scabellum pe-
dum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet do
minus ex Sion, & dominaberis in medio ini
micorum tuorum. SYNA. respondit, Ergo
& Deus & filius Dei. ECCLE. dixit, Vtique
stulta. Qui de homine gignit, homo est, ita
& qui de Deo oritur, Deus profecto signat.
SYNA. respondit. Non assertionibus credo,
sed lege reuinci desidero. Non enim te sed
Prophetas audire contendo. ECCLE. dixit,

Respice quod Psalmidicus ait, & scies dñm
Deum esse saluatorem. Exurgat, inquit, Deus Psal. 67.
& dissipentur inimici eius, & effugiant qui
oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus
deficiant, & sicut tabescit cera a facie ignis,
sic pereant peccatores a facie Dei. Cantate
Deo, psallite nomini eius, viam facite ei qui
ascendit sup occasum, dñs nomē est illi. Qui
producit vinctos in fortitudine, qui habitāt
in monumentis. Et rursus idem Dauid, Exur-
ge dñe & iudica terram, qm̄ tu hęreditabis in Psal. 49.
oīb. gentib. Et alibi, Deus deorum dñs locu- Mat. 1.
tus est. Et, Pariet virgo filium, & vocabit no Psal. 44.
men eius Emanuel, quod est interpretatū, no L
biscū Deus. Et, Propterea vnxit te Deus Deus
tuus. Habes ergo & Deum & dñm & regem.
SYNA. rñdit, Et Deum & dominum reco-
gnosco, sed regem mihi probari desidero.
ECCLE. dixit, Stultissima mulierum, si Deū
confiteris, regem fateri non debes? Aut nun-
quid Deus potest esse, nisi regnauerit? Omne
regnum sub pedib. Dei iacet, Et quicquid re-
gna tenent, maiestas possidet Dei. Ergo re-
gem dubitas, quē Deum pfecto cognoscis?
SYNA. rñdit, Non quidem dubito, sed volo
mihi Israel veritate signari. ECCLE. dixit, Le
ge Dauid, & inuenies in Psal. 71. Deus iudi-
cium tuum regi da, & iustitiam tuam filio re
gis. Et in Psal. 73. sic ait, Deus aūt rex noster
ante secula, operatus est salutē in medio ter-
ræ. Et in Psal. 2. Ego aūt constitutus sum rex
ab eo super Sion montem sanctū eius, annun
cians imperium eius. Et apud Malachiam sic Malac. 1.
ait, Rex magnus sum ego, dicit dñs, & nomē
meum illustrabo apud gentes. Et in Psal. 96.
Dominus regnauit, exultet terra, lætent insu
læ multæ. Et alibi, Eructauit cor meū verbū Psal. 44.
bonum, dico ego opera mea regi. SYNA. rñ
dit, Præuenisti me, rñdere nihil possum, non
assertione verborū, sed lege videor esse dāna M
ta. ECCLE. dixit, Interroga quæcunq; volue
ris, & ego de tuo testamēto reuincā. SYNA.
respondit, Certe dicis te diffiteri nō posse, qꝫ
Christ' Deus sit Abrahæ, Deus Isaac, & De'
Iacob. Vtique Abraham Iudæus fuit, quomo
do ergo me dicis damnandam? ECCLE. di-
xit, Bene, qꝫ iam cœpisti reciprocare sermo-
nes, & de obliquitate verborum per flexuras
parabolarum membra palpare: nam & Pe-
trus & Paulus prędicatores mei Iudæi fue-
runt, sed derelicta te, ad fontem vitæ, æter-

namq; gratiam conuenerunt. Nã Abraam,
quem nominasti,cum paganus esset,& idola
confringeret,sic ad diuinæ maiestatis amici-
tias cõuolauit:inde incolumis iam Dei ami-
cus,ad te rursus accessit, sed & postmodum
a te ad gẽtes,hoc est ad nos, iterũ redire mã
Gen. 12. dauit.Sic.n.in Genesi ait, Dixit, inquit, dñs
Deus Abrahæ, Exi de terra tua, & de cogna-
tione tua,& de domo patris tui, & vade in il
lam terram,q̃ tibi ostendero, & faciam te in
gentem magnã,& benedicã te & magnifica-
bo nomen tuum. Vides ergo Abrahæ præce
ptum,vt exiret de terra tua & de cognatione
A tua,& de domo patris tui, & veniret ad terrã
gẽtiũ,& princeps fieret sup gẽtes, & magnũ
Gen. 27. nomẽ acciperet. Nam & in figura saluatoris
benedixit Isaac Iacob, Seruient tibi, inquit,
gentes,& adorabunt te principes,& eris dñs
fratrib. tuis, & adorabunt te filii matris tuæ.
SYNA. respõdit, Ergo omnes ad te venerũt,
& ego,quæ tot & tantos filios habui, & filio
rum multitudine gloriata sum, vt derelicta
despicior,quę fui mater populis,aut si tibi vt
plures filios habeas in lege mandatũ est, pro
bare debes ex lege.ECCL. dixit, Nunc flecte
ris, nũc te antiquus rigor extollit mox, & ad
Esa. 54. malitiã replicaris.Dicit.n.dñs,Dilata locũ ta
bernaculi tui, & aulæorũ tuorum longas fac
mensuras, & palos tuos confirma. Adhuc in
dexterã tuam,& in sinistrã extende,& semen
tuũ gentes possidebunt, & ciuitates desertas
inhabitabis.Noli timere, qa deuicta es, neq;
verearis, qa maledicta es, qm̃ confusionem
æternam obliuisceris. Fui vtiq; maledicta cũ
idola sequerer,fui cõfusa, cũ diuinitatis mã-
data nescirẽ,fui sterilis, qa baptismũ non ha
bebã:quo imperio maiestatis filios enutrirẽ:
B nũc exaltata sum in filios, & per dñm Chr̃m
1. Re. 2. æterna regna suscepi. Merito & in βασιλειῶν
idest regnorũ, ait, Sterilis peperit septem, &
Gen. 25. quæ plurimos filios habebat, infirmata est.Et
Apostolus ad septẽ ecclesias epistolas mittit.
Et Iacob accepit vxores duas,maiorem Liã,
oculis infirmiorib.typum Synagogę, & mi-
norem speciosam Rachel,typũ ecclesię,quę
& sterilis diu mansit,& postea peperit,& be
nedicta est.Merito ait in Genesi, Et dixit dñs
ad Rebeccam,Duæ gentes in vtero tuo sunt,
& duo populi de ventre tuo diuident, & po
pulus populum superabit, & maior seruiet
Osee. 1. minori. Item apud Osee Prophetam, Voca-
bo, inquit, non populum meum populum
meum, & nõ dilectam dilectam. Erit.n.quo Rom. 9.
loco dicet,non populus meus, illo loco di- Esa. 1.
cent filii Dei viui.Nam & in Esaia legis, Ter
ra vestra deserta,ciuitates vestræ exustæ, re-
gionẽ vestram in cõspectu vestro alii come
dent,& ecce deserta est, & subuersa populis
alienis.Derelinquet filia Sion sicut casa in vi
nea,& sicut custodiariũ in cucumerario, &
quasi ciuitas quæ expugnat,Nunc ergo si iux
sta legẽ derelicta es & desolata, & qd ego fe
ci,quæ qa credidi dotalib. tabulis,regnũ ma-
gnum accepi, qđ & tu proculdubio hr̃e po-
tuisses, si nõ te criminis furore & prophano C
parricidio prædãnasses: nã memor es qd ex
persona tua Esdras ille Propheta tuus excla-
met,vbi filiis tuis miserabilẽ seruitutẽ indixi
sti. Ite filii,qa vidua sum,& derelicta,educa-
ui vos cum lętitia,amisi vos cũ luctu & tristi
tia.SYNA. respondit, Ergo homicidiũ feci?
ECCLE. dixit, Vide si apud te, humani san-
guinis persecutrix, homicidii crimen admi-
seris:nam negare nõ potes, quin iustos Dei
Prophetas occideris.SYNA. rñdit,Quis mi-
hi probat,q maculauerim manus meas san-
guine Prophetarum?ECCLE. dixit,Gladius
tuus p apicẽ mucronis madido adhuc cruo
re distillat, & reuinci desiderat? Audi ergo
quid Helias testat,Aemulando, inqt, æmula 3. Re. 19.
tus sum dño meo omnipotenti, qm̃ derelin-
querũt te filii Israel,& altaria tua demolierũt
& Prophetas tuos interfecerunt gladio & re
mansi ego solitarius,& quærunt aiam meam
vt auferant eã. Vide etiã qd Esdras prædixe-
rit, Discesserunt à te & abierunt post legem
tuã & Prophetas tuos interfecerunt,qui ob-
testabant eo vt reuerterent ad te.Sic etiam &
Hieremias scripsit, Misi ad vos seruos meos D
Prophetas ante lucẽ mittebam & non exau- Hier. 7.
diebatis me, neq; intendebatis aurib. vestris
ne ambularetis post Deos alienos, vt seruire
tis eis,& pcepta mea audire noluistis. SYN.
rñdit,Nunc recolo,nũc recognosco.Sed qd
diceret ante,nesciui,quia prophetas istos ne
gligenter audiui.ECCLE.dixit,Nõ quod lo-
queris,sed quod intellexeris in lege etiam vr̃
esse testm̃,vt ait Esaias, Erũt hi omnes sermo
nes, sicut sermones libri q signatus est, quẽ Esai. 29.
si dederis homini nescienti literas ad legen-
dum,dicet, Non possum legere, signatus est
enim. Sed in illa die audiẽt surdi sermonem
libri,

libri,& qui in tenebris, & qui in nebula sũt,
Hier.23. oculi cęcorum videbũt. Et vt Hieremias ait,
In nouissimo die cognoscetis eũ vos. Sic &
Dan.12. Daniel scripsit, Muni sermones, signa librum
vsq; ad tp̃s consummationis, quo adducant̃
multi, & impleat̃ cognitio, q̃m quum fit di-
spersio cognoscent omnia. Hęc cognita sunt
omnia, & in suo ordine cuncta fęliciter cu-
currerunt, Et ideo tuo te gladio scito esse dã
natam, tuo testamento percussam, tuorum
Prophetarum, hoc est, oĩum Iudæorum elo-
E quiis. Ad hoc protuli quæ monstraui, Euan-
gelia & Apostolos mihi meisq; seruando, q̃
si legisses amplius immugisses. Gaudete popu
li, gaudete Christicolæ, sterilis peperit, & q̃
filios habebat, cum filiis suis ante defecit.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, De vtilitate credẽdi ad Honoratum.

LIBER VNVS.

Quis sit hæreticus & q̃uo p Manichæos Aug. deceptus suaserit. Cap. 1. 24. q. 3. Hæreticus est. 1. sen. di. 3. ca. neutem.

SI mihi Honorate, vnum atque
idem videret̃ esse, hæreticus, &
credens hęreticis homo tã lin-
gua quam stylo in hac cã con-
quiescẽdũ mihi esse arbitrarer.
Nunc vero cum inter duo plurimum inter
sit, q̃n quidẽ hæreticus est, vt mea refert opi-
nio, qui alicuius tp̃alis commodi, & maxime
glorię principatusq; sui gratia, falsas ac no-
uas opiniones vel gignit vel sequit̃: ille autẽ
qui huiusmodi hominibus credit, homo est
imaginatione quadam veritatis ac pietatis il
lusus. Cum hæc ergo ita sint, nõ putaui apud
te silendum esse, quid mihi de inuenienda ac
F retinenda veritate videat̃, cuius vt scis ab in
eũte adolescẽtia magno amore flagrauimus,
sed res est longe remota a vanorum hoĩum
mentib. qui nimis in hæc corporalia p̃gressi
atq; lapsi, nihil aliud putant esse, quã quod
istis quinq; notissimis nunciis corporis sen-
tiunt, & quas ab his plagas atq; imagines ac
ceperunt, eas secũ volunt etiam cum conant̃
recedere à sensibus & ex earum mortifera &
fallacissima regula, ineffabilia penetralia ve-
ritatis rectissime se metiri putant. Nihil est fa
cilius mi charissime, quam non solum se di-
cere, sed etiam opinari verum inuenisse, sed
quam re ipsa difficillimum sit, agnosces, vt
confido his literis meis. Quæ vt tibi prosint,
aut certe nihil obsint, oĩbusq; oĩno, quorũ
in manus forte deuenerint, & rogaui Deum
& rogo, & spero ita fore, si bene mihi con-
scius sum, q̃ ad hunc stylum pio & officio
aĩo, nõ vani nominis appetitione, ac nugato
riæ ostentationis accessi. Est igit̃ mihi propo
situm, vt probem tibi si possim, q̃ Manichęi
sacrilege ac temere inuehantur in eos, qui ca
tholicæ fidei authoritatem sequentes, anteq̃ G
illud verum quod pura mente conspicit̃ in-
tueri queant, credendo præmuniuntur, & il-
luminaturo præparant̃ Deo. Nosti.n. Hono-
rate, non aliam ob causam nos in tales hoĩes
incidisse, nisi q̃ se dicebant, terribili authori
tate separata, & mira & simplici rõne eos q
se audire vellent introducturos ad Deum, &
errore omni liberaturos. Quid. n. me aliud
cogebat annos ferè nouem spreta religione, *Lib.3. Cõfess. ca.6. & 11. et lib.5. c.6.*
quæ mihi puerulo a parẽtib. insita erat, hoĩes
illos sequi ac diligenter audire, nisi q̃ nos su
perstitione terreri, & fidem nobis ante ratio
nẽ imperari dicerẽt, se aũt nullum premere
ad fidẽ, nisi prius discussa & enodata veritate?
Quis nõ his pollicitationib. illiceret̃, præser-
tim adolescentis aĩus cupidus veri, etiã non
nullorum in schola doctorum hominum di
sputationib. superb. & garrulus, qualem me
tunc illic inuenerunt, spernentem. s. quasi ani
les fabulas, & ab eis promissum, apertum &
syncerum verum tenere atq; haurire cupien
tẽ? Sed quæ rursum ratio reuocabat ne apud
eos penitus hærerem, vt me in illo gradu
quem vocant auditorum tenerem, vt huius
mundi spem atque negotia non dimitterem,
nisi quòd ipsos quoque animaduertebã, plus *Hic est p̃cipuus hæreticorũ mos.*
in refellendis aliis disertos & copiosos esse,
quam in suis probandis firmos & certos ma
nere? Sed de me quid dicam, qui iam catholi
cus Christianus eram, qui nunc vbera Eccle H
siæ, post longissimam sitim penè exaustus at
que auidus, tota auiditate repetiui, eaq; al-
tius flens & gemens concussi & expressi, vt
id maneret, quod mihi sic affecto ad recrea-
tionem satis esse posset, & ad spem reducen-
dã vitę ac salutis? Quid ergo de meipso dicã?
Tu nondum Christianus, qui hortatu meo
cũ eos vehementer execrareris vix adductus
es, vt audiendi tibi atq; explorandi videren-
tur, qua q̃so alia re delectatus es, recordare
obsecro

obſecro te,niſi magna quadam prȩſumptio-
ne ac pollicitatione rationum? Sed quia diu
multumq; de imperiorum errorib.latiſsime
ac vehementiſsime diſputabãt,qđ cuiuis me
diocriter erudito eſſet facillimum, ſero didi
ci.Si q̲d etiam ſuorum nobis inſerebant, ne
ceſsitate retinendum,cum alia non occurre-
rent,in quib.acquieſceremus,arbitrabamur.
Itaque nobis faciebant,qđ inſidioſi aucupes
ſolent,qui viſcatos ſurculos prope aquã de-
figunt,vt ſitientes aues decipiant. Obruũt.n.
& quoquo modo cooperiũt alias quȩ circa
ſunt aquas, vel inde etiam formidoloſis mo
litionib.deterrent, vt in eorum dolos nõ ele
ctione ſed inopia decidat. Sed cur non ipſe
I mihi rñdeo,ꝙ iſtæ lautæ ac lepidæ ſimilitudi
nes, atq; huiuſmodi reprehenſiones, in oẽs
qui aliquid docent, a quouis aduerſario ef-
fundi vrbaniſsime ac dicaciſsime poſsũt? ſed
hoc putaui aliq̲d tale inſerẽdum literis meis,
vt eos admoneam, deſinant talibus agere, vt
quemadmodum ille ait,ſeparatis nugis loco
rum communium,res cum re,cã cum cã,rõ
cum rõne confligat.Quare deſinãt dicere il-
lud qđ in ore habent quaſi neceſſarium,cum
eos quiſq; deſerit qui diutius audiſſet, lumẽ
per illum tranſitum fecit. Vides.n.tu mea ma
xima cura, nam de illis non nimis æſtuo, q̃
hoc mane & facillimum ad reprehendendũ
cuiuis eſſe poſsit. Itaq; hoc diſcutiendum di
mitto prudentiæ tuæ. Non.n.vereor ne me ar
bitreris inhabitatum lumine,cum vitȩ huius
mundi eram implicatus,tenebroſam ſpẽ ge-
rẽs de pulchritudine vxoris, de põpa diuitia
rum,de inanitate honorũ, cȩteriſque noxiis
& pernicioſis voluptatib. Hȩc.n.omnia, qđ
te nõ latet,cum ſtudioſe illos audirem, cupe
re & ſperare non deſiſtebam.neq; hoc eorũ
doctrinȩ tribuo. Fateor enim & illos ſedulo
K monere,vt iſta caueant,ſed modo me dicere
deſertum lumine, cum ab his omnibus vm-
bris rerũ me auerterim, ſoloq; victu ad vale
tudinem corporis neceſſario contentus eſſe
decreuerim: illuſtratum aũt atque fulgentem
fuiſſe cũ iſta diligerem & his inuolutus tene
rer,hominis eſt,vt mitiſsime dicã, minꝰ acu
te cõſiderantis res,de q̲b. loqui multũ amat.
Sed veniamꝰ ad cãm ſi placet. Nã bene noſti
ꝙ reprendentes Manichæi catholicam fidẽ,
& maxime vetus teſtm̃ diſcerpentes & dila-
niantes,commonẽt imperitos, qui profecto

Manichæi damnãt uetus teſtamentum. Cap. 2.

neſciũt quatenus ſint accipienda illa,& quẽ-
admodum hauſta vtiliter in venas quaſi va-
gientium adhuc aĩarum medullaſq; deſcen-
dant. Et q̲a ſunt ibi q̃dam quæ ſuboffendant
aĩos ignaros & negligentes ſui quȩ maxima
turba eſt, populariter accuſari pñt, defendi
aũt populariter ꝑꝑ myſteria quæ his conti-
nent,non a multis admodum pñt. Qui vero
pauci hoc facere nouerunt,non amant pro-
patula & famigerula q̃dam in diſputatione
certamina,& ob hoc minime noti ſunt, niſi
his qui eos inſtantiſsime requirunt. De hac
igit̃ Manichȩorũ temeritate qua vetus teſtm̃
& catholicam fidem reprehendunt, accipe
obſecro quæ me moueant. Opto aũt ac ſpe-
ro te hoc aĩo accepturũ,quo a me dicuntur. L
Scit aũt Deus,cui nota ſunt arcana conſcien
tiæ meæ, nihil me in hoc ſermone malitioſe
agere,ſed vt exiſtimo accipiendum eſſe,veri
probãdi cã: cui vni rei viuere iam diu ſtatui
mus,& incredibili ſolicitudine,ne mihi erra
re vobiſcum facillimum fuerit,iter autem re
ctũ tenere vobiſcũ ſit, ne durius loquar diffi
cillimum. Sed præſumo ꝙ & in hac ſpe, qua
ſpero vos viam ſapientiæ mecũ obtenturos,
nõ me deſerit ille cui ſacratus ſum, quẽ dies
noctesque intueri conor,& qm̃ ꝑꝑ peccata
mea, propterq; conſuetudinem plagis veter
noſarũ opinionum ſauciatũ oculum aĩȩ ge-
rens, inualidũ me eſſe cognoſco, ſæpe rogo
cum lachrymis. Et quemadmodum poſt lon
gam cæcitatem ac tenebras luminib. vix aper
tis,& adhuc lucem palpitãdo atq; aduerſan-
do,q̃ tñ deſiderant, recuſantib. præſertim ſi
eis ſolem iſtum quiſpiã conet̃ oſtendere, ita
mihi nunc euenit,non neganti eſſe ineffabile
quoddam & ſingulare aĩæ bonum, qđ mẽte
videat̃, & me ad contemplandũ nondũ eſſe
idoneũ cũ fletu & gemitu confitẽti. Non me
ergo deſeret,ſi nihil fingo,ſi officio ducor,ſi
veritatẽ amo,ſi amicitiam diligo,ſi multum M
metuo ne fallaris. Omnis igit̃ ſcriptura,quæ
teſtamentum vetus vocatur, diligenter eam
noſſe cupientib. quadrifariam traditur,ſecũ
dum hiſtoriam, ſm ætiologiam, ſecundum
analogiam,ſm allegoriam. Ne me ineptum
putes,Græcis nominib. vtentẽ. Primum quia
ſic accepi,nec tibi hoc aliter audeo intimare
quam accepi. Deinde tu quoque animaduer
teris,non eſſe harum rerum apud nos vſitata
nomina,q̃ ſi fabricaſſem interpretando,eſſẽ
pro-

Compar

Quadr plex ſcri pturarũ ītellectu Cap. 3.

profecto ineptior, si autem circumloquerer:
minus essem in differendo expeditus. Id tm̄
oro credas, quoquo modo errem nihil a me
inflato ac tumido fieri. Secũdum historiam
ergo tradit̄ docet̄ quid scriptum aut quid ge
stum sit, q̄d non gestum, sed tãtummodo scri
ptum quasi gestũ sit. Secundum ætiologiam,
cum ostẽdit̄ quid, qua de causa vel factũ vel
dictum sit. Secũdum allegoriam, cum docet̄
non ad literã esse capiẽda q̄dam quę scripta
sunt, sed figurate intelligẽda. His omnib. mo
dis dñs noster Iesus Christus & Apostoli vsi
sunt. Nã de historia illud sumptum est, cum
obiectum esset, q̄ die sabbati discipuli eius
Mat. 21. spicas euulsissent: Nõ legisti, inquit, q̄d fecit
1. Re 21. Dauid cum esuriret & qui cum eo erãt, q̃uo
intrauit in domum Dei, & panes propositio
A nis manducauit, quos non licebat ei mandu-
care, neq; eis qui cũ eo erant, nisi solis sacer-
Mat. 19. dotibus? Ad ætiologiam vero illud pertinet,
q̄ cum Christus p̄hibuisset vxorem abiici,
nisi fornicationis cã, relatumq́; esset ab inter
rogantib. Moysen libello dato repudii p̄mi-
sisse licẽtiã, Hoc, inquit. Moyses fecit p̄p̄ du-
ritiam cordis vestri. Hic.n. causa reddita est,
cur illud a Moyse pro tp̄e bene permissum
sit, vt hoc q̄d Christus p̄cipiebat, alia iã tp̄a
demonstrare videret̄. Horum aũt temporum
vices atq; ordinem, mira quadam diuinę p̄-
uidentiæ dispositione digestum atq; cõposi-
tum, longum est explanare. Iam porrò analo
gia, qua vtriusq; testamenti cõgruentia per-
spicit̄, quid ego dicam vsos fuisse oẽs quorũ
authoritati illi cedunt, cum secum ipsi consi
derare possint, quam multa soleant dicere
l. imissa immixta * esse scripturis diuinis, a nescio q̄-
bus corruptorib. veritatis? Quæ vox mihi sẽ-
B per q̄dem etiam cum eos audirem inualidis
sima visa est, nec mihi soli, sed etiam tibi: nã
bene memini, & nobis oĩbus, qui paulo ma-
iorem diligẽtiam in iudicando hr̄e conaba-
mur, q̃ turba credẽtium. Nunc vero posteaq̃
mihi sunt exposita atq; enodata multa q̃ me
maxime mouebãt, ea.s. in q̄b. illorum plerũ-
que se iactat, & quo securius sine aduersario
eo effusius exultat oratio, nihil mihi videt̄ ab
eis impudẽtius dici, vel vt mitius loquar, in-
curiosius & imbecillius, q̃ scripturas diuinas
esse corruptas, cum id nullis in tam recenti
memoria extantib. exemplarib. possint con-
uincere. Si.n. dicerent eas sibi penitus accipiẽ
das non putasse, q̄ ab his essent conscriptæ,
quos verum scripsisse non arbitrarent̄, esset
vtcunq; tergiuersatio eorũ tectior, vel error
humanior. Hoc. n. de illo libro fecerunt qui
actus apostolorum inscribit̄, quod eorũ cõsi
lium, cum mecum ipse pertracto, nequeo sa
tis mirari. Non. n. sapientiam hoĩum in hac
re, sed cor mediocre desidero. Tanta. n. liber
iste habet quæ similia sint his quæ accipiunt,
vt magnæ stultitiæ mihi videat̄, non & hunc
accipere, & si q̄d ibi eos offendit, falsũ atq;
immissum, dicere. Aut si talis orõ impudens
est, sicuti est, cur ĩ Pauli epistolis, cur in qua
tuor euangelii libris ea valere aliquid putẽt,
in q̄b. haud scio an multo plura sint propor-
tione, q̃ in illo libro esse potuerunt, quę a co
ruptorib. interiecta credi volunt? Sed nimirũ
illud est quod mihi vr̄, quod peto placidissi
mo & seuerissimo iudicio mecũ cõsideres. C
Nosti.n. q̄ authoris sui Manichæi personam
in Apostolorum numerũ inducere moliẽtes
dicũt spm̄ sanctũ quem dñs discipulis se mis
surũ esse promisit, per ipsum ad nos venisse.
Itaq; si illos actus Apostolorũ, acciperent in *Acto. 2.*
q̄b. euidenter aduentus sancti spũs pręd icat̄,
non inuenirent, q̃uo id immissum esse dice-
rent. Volunt.n. nescio quos corruptores di-
uinorum librorũ ante ipsius Manichæi tp̄a
fuisse. Corrupisse autem illos, qui Iudæorũ
legem Euangelio miscere cupiebant. Hoc au
tem de spũ sancto dicere nequeunt, nisi forte
diuinasse illos asserant, & posuisse in suis li-
bris quod contra futurum aliq̄n Manichęũ,
qui spiritum sanctum per se missum esse di-
ceret, proferret̄. Verum de spiritu sãcto aliàs
planius aliquid eloquemur. Nunc ad hoc
quò intenderam redeamus. Nam & historiã
veteris testamenti, & ætiologiam & analo- D
giam in nouo testamento inueniri satis vt pu
to est demonstratum, de allegoria restat ostẽ
dere. Ipse liberator noster in Euangelio alle- *Mat. 12.*
goria vtitur ex veteri testamento. Generatio,
inquit, hæc signum quærit, & non dabitur ei
nisi signũ Ionæ prophetæ. Sicut enim Ionas
in ventre ceti tribus diebus & tribus noctib.
fuit, sic & filius hominis trib. diebus & trib.
noctib. erit in corde terræ. Nam quid ego de
apostolo Paulo dicam? qui etiam ipsam Exo
di historiam futuræ Christianæ plebis alle-
goriam fuisse significat ad Corintios episto- *1. Co. 10.*
la prima. Nolo autem vos ignorare fratres,

quia

quia patres nostri omnes sub nube fuerũt, & omnes per mare transierunt, & oẽs in Moyse baptizati sũt in nube & in mari, & omnes eundem cibum spiritalem manducauerũt,& omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant aũt de spiritali,cõsequente eos petra,petra aũt erat Christus. Sed nõ in plurib. eorum beneplacuit Deo. Prostrati sunt.n.in deserto.Hæc aũt figurę nostræ fuerunt,vt nõ sim⁹ cupidi malorũ, sicut & illi cõcupierũt. Neq; idola colam⁹,sicut q̀dam ex illis,sicut scriptũ est,Sedit populus manducare & bibere,& surrexerũt ludere. Neque fornicemur, sicut q̀dã ex illis fornicati sunt, & ceciderũt vna die vigintitria milia hoĩum.Neq; tentemus Chrm̃, sic q̀dã eodẽ tẽtauerunt,& a serpẽtib interierũt. Neq; murmurem⁹,sicut q̀dã eorũ murmurauerũt, & perierũt ab exterminatore. Oĩa aũt ista in figura cõtingebãt illis.Scripta aũt sunt ad correptionẽ nostrã, in quos fines seculorum deuenerunt. Est itẽ apud Apostolum allegoria quædam sanè ad causam maxime pertinens, ideo ꝙ iidẽ ipsi eam in disputando proferre atque ostentare cõsueuerũt. Idem.n.Paulus dixit ad Galatas, Scriptum est.n.ꝙ Abrahã duos filios habuit, vnum de ancilla,& vnum de libera, sed is q̀ de ancilla,secundũ carnem natus est, qui aũt de libera,per promissionẽ,quæ sunt per allegoriã dicta. Nam hęc sunt duo testamenta, vnum q̀dem de monte Sina in seruitutem generãs,quod est Agar.Sina.n. mons est in Arabia,qui cõfinis ei quę nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Quæ autem sursum est Hierusalem,libera est,quæ est mater omnium nostrum. Hic igit̃ illi homines nimiũ mali, dum frustrare legem conantur eas scripturas approbare nos cogunt. Attendunt.n. quod dictũ est, in seruitute esse eos qui sub lege sunt,& id vltimum prę cæteris ventilãt, Euacuati estis à Christo qui in lege iustificamini,a gratia excidistis. Nos hæc omnia vera esse concedimus, nec illam legem necessariam esse dicimus,nisi ei quib. est adhuc vtilis seruitus:Ideoq; vtiliter esse latam, ꝙ homines qui reuocari a peccatis ratione non poterãt,tali lege coercendi erant,pœnarũ.s. istarum,quæ videri ab stultis pñt, minis atq; terrorib.a q̀b.gratia Christi cum liberat, nõ legem illam damnat, sed aliq̃n nos obtemperare suæ charitati,non seruire timori legis in

Exo. 32. *Nu. 25.* E *Nu. 21.* *Iudit. 8.* *Gala. 4.* *Gen. 21.* *Gala. 3.* F

uitat.Ipsa est gratia.i.beneficium, quod non intelligunt sibi venisse diuinitus, qui adhuc esse cupiunt sub vinculis legis.Quos merito Paulus obiurgat tanquã infideles, quia a seruitute cui certo tpe iustissima Dei dispositione subiecti erant,iam per dñm nostrũ Iesum se liberatos esse non credunt. Hinc est illud eiusdem Apostoli, Lex.n.pædagogus noster erat in Christo. Ille igitur pędagogum dedit hoĩb.quem timerent,qui magistrum postea, quem diligerẽt.In q̀b.tñ legis præceptis atq; mãdatis q̀b.nunc Christianos vti fas est, quale vel sabbatum est,vel circũcisio, vel sacrificia & siquid hmõi est, tanta mysteria continent,vt oĩs pius intelligat nihil esse perniciosius,q̃ quicquid ibi est accipi ad literam,i.ad verbum, nihil aũt salubrius quam spũ reuelari.Inde est,Litera occidit, spũs autem viuificat.Inde est,idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet, quod non reuelatur, qm̃ in Christo euacuat̃. Euacuat̃ namque in Christo non vetus testamentum, sed velamẽ eius, vt per Christũ intelligat̃ & quasi denudet̃,quod sine Christo obscurũ atq; adopertum est.Statim q̀ppe idẽ Apostolus subiicit, Cum aũt transieris ad Christum auferet̃ velamen:Non.n.ait,auferet̃ lex, aut testm̃ vetus. Non igit̃ per dñi gratiam tanquam inutilia ibi tegerent̃, ablata sunt, sed tegmen potius quo vtilia tegebant̃. Hoc modo agitur cum iis qui studiose ac pie, non turpide atq; improbe scripturarum illarum sensum requirunt, demõstraturq; sedulo & ordo & rerũ, & causæ factorum atque dictorum,& veteris testamenti ad nouum tanta congruentia, vt apex nullus, qui non consonat relinquat̃, & figurarum tanta secreta, vt omnia quæ interpretando eruũtur, miseros esse cogant fateri, qui hæc volunt ante cõdemnare quam discere.Sed vt omissa interim altitudine sciẽtiæ,sic agam tecum quomodo agendum arbitror cũ familiari meo.i.sicut ego possum, nõ sicut doctissimos viros posse miratus sũ. Tria genera sunt erroris, quibus homines errant cum aliquid legunt. De singulis dicam. Primum genus est in quo id quod falsum est verum putatur, cum aliud qui scripsit putauerit. Alterum & quamuis non tam late patens, non tamen minus noxium, cum id q̀d falsum est verum putat̃,id tamen putatur,q̀d etiã ille qui scripsit putauit. Tertium est, cũ ex

Gala. 3. *I.Re.14.* *Exo. 20.* *Gen. 17.* G *2.Co.3.* *Ibidem.* H *Trifariã errari.* *Cap. 4.* *Tria genera erroris circa lectionem scripturarum.*

ex alieno ſcripto intelligitur aliquid veri, cũ
hoc ille qui ſcripſit non intellexerit. In quo
genere non parum eſt vtilitatis, immo ſi dili
gentius conſideres, totus legendi fructus eſt
integer. Primi generis exemplum eſt, vt ſi qſ
quam, verbi gratia, dicat & credat Radamã-
thum apud inferos audire ac diiudicare cãs
mortuorum, eo ꝙ Maronis in carmine id le
Aene. 6. gerit. Hic.n. errat duab. modis, ꝙ & rem non
credendam credit, neq; id putandus eſt cre-
didiſſe ille quẽ legit. Alterum genus aĩaduer
ti ſic põt, ſi quis ꝗa Lucretius aĩam ex atomis
eſſe ſcribit, eamq; poſt mortem in eaſdem
atomos ſolui atq; interire, id verum ac ſibi
credendum arbitreť. Nã & hic non nimis mi
ſer eſt, ſi de re tanta id quod falſum eſt pro
certo ſibi perſuaſit, quanq̃ id Lucreti⁹, cuius
libris deceptus eſt, opinatus ſit. Quid.n. huic
I prodeſt de authoris ſnĩa certum eſſe qñ ſibi
eum non per quem erraret, ſed cum quo er-
raret elegerit? Tertio generi eſt illud accom-
modatum, ſi quis Epicurum lecto eius in li-
bris aliquo loco, vbi continentiam laudat, in
virtute illũ ſummũ bonũ poſuiſſe aſſeueret,
& ideo nõ eſſe culpandũ. Huic.n. quid obeſt
error Epicuri, ſi ſummũ bonũ hoĩs, volupta
tem ille corporis credit, cum iſte nõ ſe dede
rit tã turpi noxiæq; ſnĩæ, neq; ob aliam cãm
ei placeat Epicurus, niſi ꝙ eum sẽſiſſe putat,
qđ ſentiri non oporteat? Hic error non mõ
humanus eſt, ſed ſępe etiã hoĩe digniſsimus.
Quid.n.n. mihi de aliquo quẽ diligerem nun
ciareť, ꝙ ſibi cum eſſet barbatus pueritiam
atq; infantiam ita placere multis audientib.
dixerit, vt etiam iurauerit ſe ſimiliter velle vi
uere, idq; ita mihi probareť, vt impudenter
negarem, num reprehendendus viderer, ſi eũ
exiſtimarem cum hoc diceret ſignificare vo
luiſſe, ſibi placere innocẽtiam, & ab eis, ꝗb.
hominum genus inuolueretur cupiditatibus
K animum alienum, & ex eo illum magis ma-
giſq; diligerem, q̃ antea diligebam, etiam ſi
fortaſſe ille in puerorum ætatib. libertatem
quandam in ludendo & cibando, atque igna
uum ocium ſtultus adamaſſet? Fac.n. eum eſ-
ſe defunctum poſtquam hoc mihi nunciatũ
eſt, nec interrogari à me potuiſſe quicquam
vt aperiret ſnĩam ſuam, eſſet ne quiſquam
tam improbus qui mihi ſuccẽleret, cũ hoĩs
laudarem propoſitum & voluntatem per il-
la ipſa verba quæ acceperam? Quid ꝙ etiam
iuſtus rerum exiſtimator non dubitaret for-
taſſe laudare opinionem ac volũtatem meã,
cum & innocẽtia mihi placeret, & homo de
hoĩe in re dubia bene potius exiſtimarẽ, cũ
etiam male diceret? Quę cum ita ſint, audi ẽt
earundem ſcripturarum totidem cõditiones *Scripturæ ueritas.ca. 5.*
& drĩas. Nam neceſſe eſt totidem occurrant.
Aut.n. vtiliter ſcripſit quiſpiam, & non vtili-
ter ab aliquo intelligiť. Aut vtrunq; inutiliter
fit, aut vtiliter intelligit lector, cum illa cõtra
qui legitur ſcripſerit. Horum trium primũ
non improbo, vltimum nõ curo. Nam neq;
poſſum reprehendere hoĩem, qui nulla ſua
culpa male intellectus eſt, nec moleſte hẽre
quemquam legi, qui verum nõ viderit, cum
obeſſe legentib. nihil videam. Vnum igitur
genus eſt probatiſsimum, & quaſi purgatiſsi
mum, cum & bona ſcripta ſunt, & in bonam
partem accipiunť a legentib. Id quoq; tñ ad
huc in duo diuidiť, non.n. penitus excludit L
errorem. Nam euenit plerunq;, vt cum bene
ſenſerit ſcriptor, bene etiã lector ſentiat, ſed
aliud q̃ ille, & ſępe melius, ſępe inferius, vti-
liter tñ. Cum aũt & hoc ſentimus quod ille
quem legimus, & ideſt vitæ bene agẽdę accõ
modatiſsimum, cumulatiſsime ſeſe hẽt veri-
tas, nec aliunde aperiť falſitatis locus. Quod
gen⁹ cũ de reb. obſcuriſsimis lectio eſt, rariſ
ſimum oĩno eſt, neq; id mea ſnĩa liquido ſci
ri, ſed tantummodo credi poteſt. Quib. enim
argumentis abſentis vel mortui hoĩs volun-
tatem ita colligam, vt de illa iurare poſsim,
cũ ẽt ſi præſens interrogareť, multa eſſe poſ-
ſent, quæ ſi malus non eſſet officioſiſsime ab
ſconderet? Illud aũt nihil ad rem cognoſcẽ
dam valere arbitror, qualis fuerit ille ꝗ ſcri-
pſit, honeſtiſsime tñ bonus crediť, cuius lite
ris generi humano poſteritatiq; conſultũ eſt.
Quamobrem vellẽ mihi iſti dicerent, in quo
gñe ponant, eccleſię catholicæ quem putant M
errorẽ. Si in primo, graue oĩno crimen, ſed
defenſionẽ longinq̃ non requirit, ſatis eſt.n.
negare, ita nos intelligere, vt illi cum inuehũ
tur exiſtimãt. Si in ſecundo, nõ minus graue
eſt, ſed eadem voce refelleneť: Si in tertio, nul
lum crimen eſt. Age, ac deinde ſcripturas ip-
ſas conſidera. Quid enim in libris obiicrunt
veteris, quod dicitur teſtamenti? Nunquid
nam ꝙ boni ſunt, ſed male intelligũtur a no
bis? At eos ipſi non accipiunt. An quia nec
boni ſunt, nec bene accipiunť? At hoc ſupe

rior

rios defensio satis expugnat. An illud dicent, quãuis bene a vobis accipiant, mali sunt tñ? Quid est aliud viuos cum q̃b. res agit̃ aduersarios absoluere, atq; olim mortuos cũ q̃b. nulla contentio est accusare? Ego q̃dem illos viros & oĩa vtiliter memoriæ mandasse, & magnos ac diuinos fuisse, & illam legẽ Dei iussu ac voluntate promulgatam esse & cõditam credo, & id q̃q̃ perpauca eius generis libror ũ sciam, persuadere tñ facile possũ, si mihi æqu⁹ & minime ptinax aĩus adhibeat̃, atq; id faciã, cũ copia uobis data fuerit beneuolarũ auriũ, ac mẽtis tuæ, sed hoc cũ potero. Nunc aũt nonne mihi satis est, quoquo

A modo se ista res habeat, deceptum nõ fuisse? Testor Honorate conscientiam mem, & puris aĩs inhabitãtem Deum, nihil me existimare prudentius, castius, religiosius, quam sunt illæ scripturæ oẽs, quas testamenti veteris nomine catholica ecclesia retinet. Miraris, noui. Non.n. dissimulare possum lõge aliter nobis fuisse persuasũ. Sed nihil est perfecto temeritatis plenius, q̃ nobis tũc pueris inerat, q̃ quorumcunq; librorũ expositores deserere, qui eos se tenere ac discipulis tradere posse profitent̃, & eorum sñiam requirere ab his qui conditorib. illorum atq; authorib. acerbissimum, nescio qua cogente cã, bellum indixerunt. Quis. n. sibi vnq̃ libros Aristotelis recõditos & obscuros ab eius inimico exponendos putauit, vt de his loquar disciplinis, in q̃b. lector fortasse sine sacrilegio labi põt? Quis deniq; geometricas literas Archimedis legere, magistro Epicuro, aut discere voluit: Contra quas ille multum pertinaciter, nihil earum q̃tum arbitror intelligens, disserebat? An istæ scripturæ legis planissimæ sũt,

Sacra scriptura pri⁹ amãda quam discenda. Cap. 6.

B in quas isti quasi vulgo expositas impetum faciũt frustra & inaniter? Qui mihi similes vident̃ illi muliercule, q̃ iidem ipsi solent deridere, q̃ irata q̃ ei sol iste laudaret, & a Manichæa quadam fœmina colendus cõmendaret, vt erat religiose simplex, cõcita exiliuit, & eum locum quem sol per fenestram illustrauerat, crebro pede pecutiens, ecce solem deumque tuum calco clamare cœpit, stulte omnino atque muliebriter, quis negat? Sed nonne tibi tales videntur isti, qui ea quę non intelligunt, aut cur, aut omnino qualia sunt, q̃uis iacentibus similia, subtilia tñ intelligentibus atque diuina, magno impetu orationis maledictisque lacerantes, quia eis imperiti plaudunt, aliquid se proficere existimant? Quicquid est, mihi crede, in scripturis illis, altum & diuinum est, inest oĩno veritas & reficiendis instaurandisq; aĩs accommodatissima disciplina, & planẽ ita modificata, vt nemo inde haurire nõ possit q̃d sibi satis est, si modo hauriendũ deuote ac pie, vt vera religio poscit, accedat. Q̃d vt tibi probem, multis rationib. & longiore orõne opus est. Agẽdum.n. tecum prius est vt authores ipsos nõ oderis, deinde vt ames, & hoc agendũ quouis alio modo potius, q̃ exponendis eorum sñiis & literis. Propterea q̃a si Virgiliũ odisse C mus, immo si non eum priusq̃ intellectus esset maiorum nostrorum commendatione diligeremus, nunq̃ nobis satisfieret de illis eius q̃onib. innumerabilib. quib. Grammatici agitari & perturbari solent. Nec audiremus libẽter, qui cum eius laude illas expediret, sed ei faueremus, qui per eas illum errasse ac delirasse conaret̃ ostendere. Nunc vero cũ eas multi ac varie pro suo quisq; captu aperire conent̃, his potissimum plaudit̃, per quorũ expositionem melior inuenit̃ poeta, qui nõ solum nihil peccasse, sed nihil non laudabiliter cecinisse, ab eis ẽt qui illum non intelligunt, credit̃. Itaq; in quæstiuncula magistro deficienti, & quid r̃ndeat non habenti, succẽsemus potius, q̃ illum mutum vitio Maronis putamus. Iam, si ad defensionem suã peccatũ tanti authoris afferere voluerit, vix apud eũ discipuli vel datis mercedibus remanebunt. Quantum erat vt similem beneuolentiã præberemus eis, per quos locutum esse spiritum sanctum tam diuturna vetustate firmatũ est? Sed. s. intelligẽtissimi adolescẽtes, & miri rõ D num exploratores, non euolutis saltem illis literis, nõ quæsitis magistris, non aliquãtum nostra tarditate accusata, non deniq; vel mediocri corde concesso, eis qui eiusmodi literas p totum orbem tam longo tempore legi custodiri tractariq; voluerunt, nihil apud illos credendum putauimus, eorum qui istis inimici infestique sunt voce commoti, apud quos falsa pollicitatione rationis, inaudita milia fabularum credere, & colere cogeremur. Sed nunc quod institui peragam si possum, & sic apud te agã, vt fidẽ catholicã non interim aperiã, sed ad scrutanda eius magna mysteria, eis quorum aĩæ sibi curæ sunt, spẽ diui-

De scripturis nõ temere iudicãdũ. Cap. 7.

diuini fructus & inueniendę veritatis ostendam. Nemo dubitat eum, qui veram religionem requirit, aut iam credere immortalem esse aīam cui prosit illa religio, aut etiam idipsum in eadē religione velle inuenire. Aīæ igiť causa omnis religio. Nā corporis natura quoquo modo se hēat, nullā curā ac solicitudinē incutit ei, p̄sertim post mortem, cuius aīa tenuerit quo beata sit. Aīæ igiť causa vel solius vel maxime vera, si qua est, religio cōstituta est. Hæc autem aīa, videro q̄ ob cām,
E & obscurissimū esse cōfiteor, errat tñ ac stulta est vt videm⁹, donec adipiscať percipiatq; sapientiam, & fortasse ipsa est vera religio. Num te ad fabulas mitto? num aliquid cogo te temere credere? Aīam nostrā dico errore ac stultitia irretitā & demersam, viam si qua est, quærere veritatis. Si hoc in te non est, da veniā, & participare mecum, q̄so, sapiētiam tuam, sin id quod dico agnoscis in te, simul obsecro q̄ramus verū. Puta nos adhuc neminē audisse cuiuspiā religionis insinuatorē. Ecce res noua est a nobis negociūq; susceptū, Quærēdi sunt, credo, huius rei, si vlla est, professores. Fac nos reperisse alios aliud opinātes, & diuersitate opinionū ad se quenq; trahere cupientes. Sed inter hos excellere famæ interim celebritate quosdā atq; oīum penè occupatione populorū. Vtrū isti verū teneāt; magna qō est. Sed nōne prius sunt explorandi, vt q̄diu erramus, si quidem hoīes sumus, cum ipso genere humano errare videamus? At.n. apud paucos quosdam est veritas. Scis ergo iā quæ sit, si scis apud quos sit. Nonne dixeram pauloāte, vt quasi rudes q̄reremus? Sed si ex ipsa vi veritatis paucos eam tenere cōiectas, qui vero sint, nescis, quid si ita pauci sunt qui verū sciūt, vt authoritate sua mul-
F titudinē teneant, vñ se in illa secreta expedire, & quasi eliquare paucitas posit? Nonne videmus q̄ pauci summā eloquētiam consequanť, cū p totū orbē rethorū scholæ adolescētiū gregib. pstrepāt? Nunqd nam imperitorū pterriti multitudine, qcunq; boni oratores euadere volūt, Cæcilii sibi potius, aut Frucii orōnib. quā Tullianis nauandā operā existimant? Hæc appetunt oēs quæ maiorum authoritate firmata sunt. Eadē imperitorum turbę discere moliuntur, q̄ a paucis doctis discenda recepta sunt. Assequūtur aūt ppauci, agūt pauciores, clarescūt paucissimi. Quid si tale quiddam est vera religio? Quid si multitudo imperitorum frequentat ecclesias, sed nullum augumentum est, ideo neminē illius mysteriis factum esse perfectum? & tñ si tam pauci studerēt eloquentiæ, q̄ pauci sunt eloquentes, nunq̄ nos parentes nostri magistris talib. commendandos putarent. Cum igiť ad hęc studia nos multitudo inuitauerit, q̄ imperitorum parte copiosa est, vt id q̄ pauci adipisci pñt adamaremus, cur nobis esse simi lē in religione nolumus cām, q̄ cum magno
aīæ discrimine fortasse cōtemnimus? Si.n. verissimus & syncerissimus Dei cultus, q̄uis sit G
apud paucos, apud eos tñ est qb. multitudo, q̄q̄ cupiditatib. inuoluta, & a puritate intelligentię remota, consentit, quod fieri posse qs putet? quæro, si qui temeritatem vecordiamque nostram arguat, q̄ non apud eius magistros eam diligēter inuestigamus cuius inueniendæ nobis magna cura inest, quid rñdere possimus? Deterruit me multitudo. Cur ab studio artiū liberaliū, vix huic p̄senti vitæ aliquid commodi afferentiū, cur ab inquirenda pecunia, cur ab honore adipiscendo, cur deniq; à cōparanda & retinēda bona valetudine, postremo cur ab ipsa beatæ vitæ appetitione, cū hi oēs occupenť, pauci excellant, nulla deterruit multitudo? At absurda ibi dici videbanť. Quib. asserētibus? Nempe inimicis, qualibet cā, qualibet rōne, nō.n. hoc nūc quæriť, tñ inimicis. Cum legerem, per meipse cognoui. Itane est? Nulla imbutus poetica disciplina, Terentianum Maurum sine magistro attingere nō auderes. Asp, Cornut⁹, Donat⁹ & alii innumerabiles requiruñt, vt quilibet Poeta posit intelligi, cuius carmina & theatri plausus videnť captare, tu in eos libros, qui quoquo modo se habeant sancti tñ
diuinarumq; rerum pleni propè totius gñis H
humani cōfessione diffamanť, sine duce irruis, & de his sine p̄ceptore audes ferre sentētiam, nec si tibi aliqua occurrunt q̄ videātur absurda, tarditatē tuā & putrefactū tabe huius mundi aīum, qualis oīum stultorum est, accusas potius, quam eos qui fortasse a talib. intelligi nequeunt. Quæreres aliquem pium simul & doctum, vel qui talis esse multis cōsentientib. diceret, cuius & pręceptis melior & doctrina peritior fieres. Non facile reperiebať, cum labore inuestigaretur. Deerat in ea terra quam incolebas. Quæ causa vtilius

coge-

cogeret peregrinari? Incontinenti prorsus la
tebat, aut nõ erat, nauigaret, si in propinquo
trans mare nõ inueniebat, ꝑgredereris vsque
ad illas terras, in qb. ea q̃ illis libris cõtinent,
gesta esse dñr. Quid tale fecimus Honorate?
& tñ religionẽ fortasse sanctissimam, adhuc
enim quasi dubitãdum sit loquor, cuius opi
nio totum iam terrarũ orbem occupauit, mi
serrimi pueri pro nostro arbitrio iudicioq;
dãnauimus. Quid si illa q̃ nonnullos imperi
tos in eisdem scripturis vident offendere, eò
sunt ita posita, vt cum res abhorrentes a sen-
su qualiumcumq; hoïum, nedum prudentiũ
atq; sanctorum legerent, secretam significa-
tionem multo studiosius q̃reremus? Nonne
I cernis vt catamitũ bucolicum, cui pastor du
rus effluxit, conent hoïes interpretari: & Ale
xim puerũ, in quẽ Plato ẽt carmẽ amatoriũ
fecisse dr̃, nescio q.d magnum significare, sed
imperitorũ iudiciũ fugere affirmant, cũ sine
vllo sacrilegio Poeta vberrim⁹ videri posśit
libidinosas cãtiunculas edidisse? Sed reuera
reuocabat nos atq; prohibebat à q̃rẽdo, aut
alicuius legis sanctio, aut aduersantium potẽ
tia, aut sacratorũ persona vilis, aut fama tur
pis, aut institutionis nouitas, aut occulta pro
fessio. Nihil horum est, oïa diuina & huma-
na iura permittunt q̃rere catholicam fidem.
Tenere aũt & colere per humanum certe ius
licet, si de diuino q̃diu erramus, incertũ est.
Nemo imbecillitatem nostram terret inimi-
cus, q̃ quam veritas atq; aïę salus si diligenter
q̃sita vbi tutissime licet, inuenta non fuerit,
cum quouis discrimine quæri debeat, oïum
dignitatum & potestatum gradus, hic diui-
no cultui deuotissime inseruiunt, honestissi-
mum est religionis nomẽ & præclarissimũ.
Quid impedit tandẽ perscrutari atq; discute
re pia & sedula inuestigatione, vtrum hic sit
K illud q̃d syncerissime nosse & custodire pau
cos necesse est, etiam si oïum in id gentium
voluntas fauorq; conspiret? Quæ cũ ita sint,
fac nos vt dixi, nũc primum q̃rere, cui nã re
ligioni aïas nostras purgandas instaurãdasq;
tradamus? Proculdubio a catholica ecclesia
sumẽdũ exordiũ. Plures.n. iã Christiani sũt,
q̃ si Iudæi simulachrorũ cultorib. adiũgant.
Eorundem aũt Christianorum cũ sint hære-
ses plures, atq; omnes se catholicos velint vi
deri, aliosque pręter se hęreticos nominẽt,
vna est ecclesia, vt omnes concedunt, si totũ
orbem consideres, refertior multitudine, vt
aũt qui nouerunt affirmant, ẽt veritate synce
rior cæteris oïbus, sed de veritate alia q̃ô est.
Quod aũt quærentib. satis est, vna est catholi
ca, cui hæreses aliæ diuersa noïa imponunt,
cum ipsæ singulæ propriis vocabulis quę ne
gare nõ audeant appellent. Ex quo intelligi
dat iudicantib. arbitris, quos nulla impedit
gratia, cui sit catholicũ nomen, ad quod oẽs
ambiunt, tribuẽdum. Sed ne id loquacissime
aut superfluo q̃spiam differẽdum putet, vna
est certe, in qua ipsę quodãmodo ẽt huma-
nę leges Christianæ sunt. Nullum ergo hinc
præiudiciũ fieri volo, sed exordiũ quærendi
oportunissimũ iudico. Non.n. metuẽdũ est, L
ne verus Dei cultus nullo proprio robore in
nixus, ab eis quos fulcire dẽat fulciẽdus esse
videat, sed certe perfectæ fęlicitatis est, si po
tuerit ibi verũ inueniri, vbi & inquisitio eius
& retẽtio securissima est, si nõ potuerit, tum
demum alio quocunq; periculo adeundum
atq; rimandum. His igit̃ constitutis, quæ vt *Quæ u[...]*
opinor ita iusta sunt, vt obtinere apud te istã *ad disci[...]*
causam quouis aduersario debeam, edã tibi *plinam*
vt possum, cuiusmodi via vsus fuerim, cũ eo *pietatis.*
aïo quærerẽ verã religionẽ, quo nunc expo- *Cap. 8.*
sui esse quærẽdam. Vt. n. a vobis trans mare *Lib. 5.*
abscessi, iã cũctabundus atq; hæsitans, q.d mi *Confess[...]*
hi tenẽdum, q.d dimittẽdum esset, quę mihi *Gen. 8.*
cunctatio indies maior oboriebat, ex quo il *Lib. 5.*
lum hoïem, cuius nobis aduentus vt nosti ad *Confess[...]*
explicanda oïa quæ nos mouebant, quasi de *Cap. 3*
cœlo promittebat, audiui, eumque excepta *& 6.*
quadam eloquentia talẽ quales cęteros esse
cognoui: rõnem ipse mecum habui, magnã
que deliberationẽ iã in Italia cõstitutus, non
vtrum manerem in illa secta, in quam me in
cidisse pęnitebat, sed quonã modo verũ in-
ueniẽdum esset, in cuius amorẽ suspiria mea
nulli melius q̃ tibi nota sunt. Sępe mihi vide
bat nõ posse inueniri, magniq; fluctus cogi M
tationũ mearũ in Academicorũ suffragiũ fe-
rebat. Sępe rursus intuẽs q̃tum poterã, mentẽ
humanã tã viuacem, tã sagacem, tã perspica
cem, non putabam latere veritatem, nisi ꝙ in
ea quærẽdi modus lateret, eundemq; ipsum
modum, ab aliqua diuina authoritate esse su *Lib. 5.*
mendum. Restabat q̃rere quæ nam illa esset *Confess[...]*
authoritas, cum tantis dissensionib. se quis- *Cap. 1[...]*
que illã traditurum polliceretur. Occurre- *& lib.*
bat igitur inexplicabilis sylua, cui demum in *Cap. 1[...]*
feri

feri multũ pigebat, atq; inter hæc sine vlla requie, cupiditati reperiendi veri animus agitabatur. Dissuebã me tñ magis magisq; ab istis quos iã deserere proposuerã. Restabat autẽ aliud nihil in tantis periculis, quã vt diuinam prouidentiam lacrymosis & miserabilibus vocibus vt opẽ mihi ferret deprecarer. Atq;
A id sedulo faciebã, & iã fere me cõmouerant nonnullæ disputationes Mediolanensis Epi, vt non sine spe aliqua de ipso veteri testamẽto multa quęrere cuperẽ, quæ vt scis male nobis commẽdata execrabamur, Decreuerãq; tãdiu esse cathecumenus, ĩ ecclesia, cui traditus à parentibus erã, donec aut inuenirẽ ꝙ vellẽ, aut mihi persuaderẽ non esse quęrendũ. Opportunissimum ergo me ac valde docilẽ tũc inuenire posset, si fuisset, qui posset docere. Hoc ergo modo & simili aĩę tuę cura sit, diu tu quoq; affectũ vides, & si iã satis tibi iactatus videris, finemq; hmõi laboribus vis imponere, sequere viã catholicæ disciplinæ, quæ ab ipso Xpo per Apostolos ad nos vsq; manauit, & ab hinc ad posteros manatura est. Ridiculũ, inquis, istud est, cũ oẽs hãc pro se profiteãtur tenere, ac docere. Profitentur hoc oẽs hęretici, negare nõ possum, sed ita vt eis quos illectant rõnẽ se de obscurissimis rebus polliceantur reddituros: eòque catholicã maxime criminãtur, ꝙ illis q ad eã veniunt pcipitur vt credãt: se aũt non iugũ credendi imponere, sed docendi fontẽ aperire gloriantur. Quid, inquis, dici potuit, quod ad eorũ laudẽ magis pertineret? Nõ ita est. Hoc. n. faciunt nullo robore prędíti, sed vt aliquã conciliẽt multitudinẽ noĩe rõnis. Qua pmissa naturaliter aĩa gaudet humana, nec vires suas valetudinẽq; considerans, sanorũ escas appetendo, quæ male cõmittuntur nisi valentibus, irruit in venena fallentiũ. nã vera religio nisi credantur ea quisq; post ea si se bñ gesserit dignusq; fuerit assequatur atq; percipiat, oĩno sine quodã graui autho-
B ritatis imperio iniri rectè nullo pacto põt. Sed quæris fortasse vel de hoc ipso aliquam accipere rationẽ, qua tibi persuadeatur, non prius rõne quã fide te esse docendum, Quod facile põt, si modo ęquũ te prębeas. Sed vt cõmode fiat, volo quasi rñdeas interroganti: Et primo dicas mihi quare tibi videatur non esse credẽdum. Quod ipsa, inquis credulitas a qua creduli noiantur, vitiũ quoddã mihi

Lib. 5. Confessi. Cap. 13.

Lib. 5. Confessi. cap. 14.

Credulus an sonet in vitiũ. Cap. 9.

videtur esse, alioquin hoc nomen non pro conuitio obiectare soleremus. Nã si suspitiosus in vitio est, eo ꝙ non cõperta suspicatur, quãto magis credulus, qui hoc a suspitioso differt, ꝙ ille incognitis aliquam, iste nullã tribuit dubitationẽ. Interim accipio hanc opinionẽ ac distinctionẽ. Sed scis etiã curiosũ nõ nos solere appellare sine conuitio: studiosum vero ẽt cũ laude. Quamobrẽ attende, si placet, ẽt inter hæc duo quid tibi distare videatur. Id certe respondes, ꝙ quãuis vterq; agatur magna cupiditate noscẽdi, curiosus tamen ea requirit, quę nihil ad se attinẽt: studiosus aũt cõtra, quę ad sese attinent requirit. Sed quia negamus ad hominẽ pertinere coniugẽ ac liberos, & eorũ salutẽ, si quispiã peregre positus, quemadmodũ valeãt ac sese agant sua cõiunx ac liberi, oẽs aduenien-
C tes sedulo percontetur, magna vtiq; ducitur cupiditate noscendi: & tamen hunc studiosum non vocamus, qui & magnopere scire vult, & ea quæ ad se maxime pertinent. Quare iam intelligis eo vacillare istã diffinitionẽ studiosi, ꝙ omnis quidẽ studiosus ea nosse vult quę ad se pertinent. Non tñ oĩs qui id agit studiosus vocandus est, sed qui ea quæ ad animũ nutriendũ liberaliter atq; ornadũ pertinent, impensissime requirit, eũ studentem recte appellamus, pręsertim addẽtes, qd studeat audire. Nã ẽt suorũ studiosum possumus appellare, si suos tñ diligit: non tñ adiũctione nulla, cõi noĩe studiosorũ dignũ putamus. Audiendi aũt cupidũ, quemadmodũ se sui haberent, non appellarẽ studiosum audiendi, nisi gaudens fama bona, idipsum sępe vellet audire, studẽtem vero etiã si semel. Refer nunc animũ ad curiosum, & dic mihi, vtrũ si quis fabellã libenter audiret, nihil sibi omnino profuturã, idest rerũ ad se non pertinẽtiũ, neq; id odiose atq; crebro, sed rarissime ac modestissime vel in conuiuio vel in aliquo circulo, vlloue cõsessu, videretur ne tibi curiosus? Nõ opinor, sed certe habens illius rei curã, quã libenter audiret, profecto videretur. Quapropter ẽt curiosi definitio, ea regula qua studiosi emendanda est. Vide igi-
D tur vtrũ & illa superiora emẽdãda sint. Cur . n. nõ & suspitiosi nomine indignus sit, qui aliquando aliquid suspicatur, & creduli, qui aliqñ aliquid credit? Itaque vt inter studẽtem alicuius rei, & oĩno studiosum, rursum que

Quõ differũt suspitiosus & credulus.

Quõ differunt curiosus & studiosus

inter curam habentem atq; curiosum,ita inter credētem & credulum plurimū interest. Sed nunc vide inquies, vtrū in religione credere debeamus. Neq;.n.si cōcedimus aliud credulū esse, sequitur vt nulla culpa sit in religionibus credere. Quid enim si & credere & credulū esse vitiosum est, queádmodum & ebrium & ebriosum esse? Quod qui certū

Quare credulitas via ē ad religionē.c. 10.

H existimat, nullum mihi habere posse amicū videtur. Si enim turpe est aliquid credere, aut turpiter facit qui amico credit, aut nihil amico credēs, qūo amicum vel ipsum vel se appellat non video. Hic fortasse dicas, Concedo aliquid aliquando esse credendū nūc expedi quomodo in religione turpe non sit credere, antequā scire. Faciā si potero. Quocirca ex te quæro, quid existimes in grauiore culpa esse, religionē tradere indigno, an id quod ab eis qui illam tradunt, dicitur credere? Si quem dicam indignū, non intelligis, eum dico, qui ficto pectore accedit. Concedis, vt arbitror, magis culpandū esse, tali homini pandere, si qua sunt sancta secreta, quā religiosis viris, de ipsa religione aliquid affirmātibus, credere. Neque enim te aliud respōdere decuerit. Quare nunc fac putes eū adesse, qui tibi religionem sit traditurus: quonam modo illi fidē facturus es, vero animo te accedere, neq; quicquam in te quod ad hanc rem attinet doli atq; simulationis esse Dices, bona tua conscientia nihil te fingere, quantis poteris idipsum asserens verbis, sed tamen verbis. Non enim animi tui latebras, ita vt intime sciaris, homo homini aperire possis. At ille si dixerit, Ecce credo tibi, sed nonne est ęquius vt etiam tu credas mihi, eū tu beneficiū si aliquid veri teneo sis accepturus, daturus ego? quid rńdebimus, nisi eē credendū? Sed inquis, Nonne erat melius rationē mihi reddere, vt ea quocūq; me duceret, sine vlla sequerer temeritate? Erat fortasse: sed cū res tanta sit, vt Deus tibi ratione cognoscendus sit, omnesne putas idoneos esse percipiendis rationib. quibus ad diuinā in-

I telligentiā mens ducitur humana, an plures, an paucos? Paucos, ais, existimo. Horumne ī numero esse te credis? Non est meū, inquis, hoc rńdere. Illius ergo putas, ēt hoc tibi credere, ꝙ quidē facit. Tu tm̄ memento, iā eum bis credidisse tibi incerta dicenti: te illi religiose admonenti, ne semel quidem velle credere. Verū fac ita esse, & vero aīo te ad accipiēdā religionē accedere: & ita paucorū te esse hominū, vt rōnes q̱b. ad certā cognitionē vis diuina perducit capere possis, q̱d cęteris hominibus qui tā sereno ingenio præditi nō sunt, negandā religionem putas? An eos pe-

detentim quibusdā gradib. ad illa summa penetralia esse ducendos? Vides planè quid sit religiosus. Neq; enim tibi quamuis homo in rei tantæ cupiditate vllo modo deserendus aut respuendus videri potest. Sed nonne censes, nisi primo credat se ad id quod instituit peruenturū, mentemq; supplicē præbeat, & & quibusdā magnis necessarijsq; præceptis obtemperans quadā vitę actione perpurgetur, non eū esse aliter illa quę pure vera sunt adepturū? Censes profecto. Quid ergo istis, quorū de genere te esse iā credo, qui facillime diuina secreta, ratione certa capere pn̄t, si hac via veniant, qua illi q̱ primitus credūt nunquid tandē oberit? Non arbitror. Sed tamen ais, Quid eos morari opus est? Quia etsi facto sibi nihil nocebunt, nocebunt tamen exemplo cęteris: Vix enim est qui de se tantum sentiat, quantum pōt. Sed qui minus excitandus est, qui amplius reprimendus: vt neque ille desperatione frangatur, neq; iste pręcipitet audacia. Q̄d facile fit, si ēt ij qui valēt volare, ne cui sit periculo inuitamentū, paulisper cogātur incedere, qua etiā cęteris tutū est. Hęc est ꝓuidētia verę religionis. Hoc iussum diuinitus, hoc a beatis maioribus traditū, hoc ad nos vsq; seruatū: hoc perturbare velle atq; peruertere, nihil est aliud q̄ ad veram religionē, sacrilegā viā quærere. Quod qui faciunt, nec si eis cōcedatur quod volūt, possunt quo intendunt peruenire Cuiusmodi.n. libet excellant ingenio nisi Deus assit, humi repunt. Tunc aūt adest, si societatis humanæ in Deū tendentibus cura sit. Quo gradu nihil infirmius in cęlum reperiri potest. Ego quidē huic rationi nō possum resistere, Nā nihil sine cognitione esse credendū, qui possum dicere? cum & amicitia, nisi aliquid credatur, ꝙ certa ratione demonstrari nō po-

L test, omnino nulla sit, & sępe dispensatorib. seruis sine vlla culpa dominorū credatur. In religione vero quid iniquius fieri potest, q̄ vt Dei antistites nobis non fictum animum pollicentibus credant, nos eis pręcipientibus nolimus credere? Postremo quæ potest esse

eſſe via ſalubrior, q̃ idoneũ primo fieri per-
cipiendæ veritatis adhibendo ijs fidẽ, quæ ad
præcolendũ & ad præcurandũ animum ſunt
diuinitus conſtituta? Aut ſi iam prorſus ido-
neus ſis, circũire potius aliquantũ qua tutiſ-
Intelligere, credere, opinari. c. 11. ſimũ eſt ingredi, q̃ & tibi eſſe authorẽ pericu
li, & cęteris temeritatis exemplum. Quare iã
ſupereſt vt cõſideremus, quo pacto hi ſequẽ-
di non ſint, qui ſe pollicentur ratione ductu
ros. Nam quõ ſine culpa poſsimus ſequi eos
I qui credere iubent, iam dictũ eſt: ad hos aũt
ſponſores rationis, non modo ſine vitupera-
tione, ſed ẽt cum aliqua laude ſe venire, non
1. Retracta. c. 14 nulli putant, ſed non ita eſt. Duæ.n.perſonæ
in religione ſunt laudabiles. Vna eorũ qui iã
inuenerunt, quos ẽt beatiſsimos, iudicare ne
ceſſe eſt: Alia eorũ qui ſtudioſiſsime & rectiſ
ſime inquirũt. Primi ergo ſunt ẽt in ipſa poſ
ſeſsione, alteri in via, qua tñ certiſsime per-
uenitur. Tria ſunt alia hominũ genera, profe
cto improbanda ac deteſtãda. Vnum eſt opi-
nantium, i. eorum qui ſe arbitrantur ſcire ꝙ
neſciunt. Alterũ eorum qui ſentiunt quidem
ſe neſcire, ſed non ita quærunt vt inuenire
poſsint. Tertium eorũ, qui neq; ſe ſcire exiſti
mant, nec quęrere volunt. Tria ſunt item ve-
lut finitima ſibimet in animis hominum di-
ſtinctione digniſsima, intelligere, credere,
opinari. Quæ ſi per ſeipſa conſiderentur, pri
mum ſemper ſine vitio eſt, ſecundum aliqñ
cum vitio, tertium nunq̃ ſine vitio, & hoc
ad eandem beatitudinẽ referre debemus. In
hac.n.vita quantũcunq; id ſciatur, nondum
eſt beatiſsimum, qm̃ incõparabiliter longe
1. Retracta. c. 14. eſt amplius, ꝙ inde neſcitur. Nam intellige-
re magna & honeſta vel ẽt diuina, beatiſsi-
mum eſt. Intelligere aũt ſuperflua, nihil no-
cet, ſed fortaſſe diſcere nocuit, cũ tp̃s neceſ-
ſariorum occuparent. Ipſa.n.noxia non in-
Quo differũt intelligere, credere, opinari telligere, ſed facere aut pati, miſerum eſt. Nõ
enim ſi quis intelligat quõ poſsit inimicus
ſine ſuo periculo occidi, intelligentia ipſa,
ac non cupiditate reus eſt: quæ ſi abſit, quid
innocentius dici poteſt? Credere aũt tunc eſt
culpãdum, cum vel de Deo indignũ aliquid
K creditur, vel de homine facile creditur, In
cęteris vero reb. ſi quis quid credit, ſi ſe id
neſcire ĩtelligat, nulla culpa eſt. Credo.n. ſce
leratiſsimos coniuratos virtute Ciceronis
quondã interfectos: atqui id nõ ſolũ neſcio,
ſed ẽt nullo pacto me ſcire poſſe certe ſcio.
Opinari aũt duas ob res turpiſsimum eſt, ꝙ
diſcere non põt, qui ſibi iã ſe ſcire perſuaſit,
ſi modo illud diſci poteſt: & per ſeipſa teme
ritas non bene affecti animi ſignũ eſt. Nam *1. Retracta. c. 14.*
ẽt ſi hoc ipſum ꝙ de Cicerone dixi, ſcire ſe
quiſquã arbitratur, quanquam nihil eũ impe
diat a diſcendo, quia res ipſa nulla ſcientia
teneri poteſt: tñ ꝙ non intelligit multum in- L
tereſſe, vtrũ aliquid mentis certa ratione te-
neatur, ꝙ intelligere dicimus: an famæ vel li-
teris credendũ poſteris vtiliter cõmendetur:
profecto errat, neq; quiſquã error turpitudi
ne caret. Quod intelligimus igitur, debemus *1. Retracta. c. 14.*
rationi: ꝙ credimus, authoritati: ꝙ opina-
mur, errori. Sed intelligens omnis ẽt credit:
credit omnis & qui opinatur: non omnis q̃
credit intelligit: nullus qui opinatur intelli-
git. Hæc ergo tria ſi ad illa quinq; hominum
genera, quæ pauloante cõmemorauimus, re
ferantur, i. duo probãda q̃ priora poſuimus,
& tria reliqua vitioſa: inuenimus primũ bea
torũ genus ipſi veritati credere. ſecundũ aũt
ſtudioſorum amatorumq; veritatis, authori-
tati. In quibus duob. generibus laudabiliter
creditur. In primo aũt vitioſorum, i. eorum
qui opinantur ſe ſcire ꝙ neſciant, eſt profe-
cto uitioſa credulitas. Cętera duo improban
da genera nihil credunt, & illi qui verũ quæ
runt cũ deſperatione inueniendi, & illi qui
omnino non quærunt, & hoc duntaxat in re
bus ad aliquã pertinentib. diſciplinam. Nam
in alio uitæ actu, prorſus neſcio quo pacto
poſsit homo nihil credere. Quanquã in illis
ẽt, qui ſe in agendo probabilia ſequi dicunt,
ſcire potius nihil poſſe quã nihil credere, vo
lunt uideri. Quis.n. ꝙ probat non credit: aut
quõ eſt illud ꝙ ſequuntur ſi non probatur
probabile? Quare duo genera poſſunt eſſe ad
uerſantium ueritati: unum eorum, qui ſcien-
tiam tantum oppugnant, non fidẽ: alterũ eo-
rũ, qui utrunq; condẽnant. Qui tñ utrum in
rebus humanis inueniri poſsint, rurſus igno
ro. Hæc dicta ſunt, ut intelligeremus nos re-
tenta fide, illarum ẽt rerum quas nondũ cõ-
prehendimus, a temeritate opinantiũ uindi- M
cari. Nã qui dicunt nihil eſſe credendũ, niſi
ꝙ ſcimus, id unum cauent nomen opinatio
nis, quod fatendum eſt turpe ac miſerrimũ,
ſed ſi quis diligenter conſideret plurimum
intereſſe, utrum ſe ſcire quis putet, an ꝙ ne-
ſcire ſe ĩtelligit, credat aliqua authoritate cõ

motus: pfecto erroris & inhumanitatis atq; superbiæ crimē vitabit. Quæro.n. si quod nescit, credendū nō est, qūo seruiant parentib. liberi, eosq; mutua pietate diligāt, quos parētes suos esse nō credant. Non.n. ratione vllo pacto sciri pōt, sed interposita matris authoritate de patre creditur, de ipsa vero matre plerunq; nec matri, sed obstetricib. nutricib. famulis. Nā cui furari filius pōt, aliusq; supponi, nonne pōt decepta decipere? Credimus tñ, & sine vlla dubitatione credimus, quod scire nō posse cōfitemur. Quis.n. nō videat pietatē, nisi ita sit, sanctissimum generis humani vinculū superbissimo scelere violari? Nā quis vel insanus eū culpandū putet, qui eis officia debita impenderit, quos parentes esse crediderit, et si non essent? Quis contra nō exterminandū iudicauerit, qui veros fortasse parentes minime dilexerit, dū ne falsos diligat, metuit? Multa possunt afferri, quib. ostendat nihil omnino humanæ societatis incolume remanere, si nihil credere statuerimus, quod nō possumus tenere perceptū. Sed nunc accipe, quod iā facilius me tibi persuasurū esse cōfido. Cū de religione, i. cū de colendo atq; intelligēdo Deo agitur, ij minus sequendi sunt, qui nos credere vetant rationē prōptissime pollicentes. Nam nemini dubiū est, oēs hoīes, aut stultos, aut sapientes esse. Nunc aūt sapiētes voco, non cordatos & ingeniosos homines, sed eos quib. inest, quanto inesse homini potest, ipsius hominis deiq; firmissime percepta cognitio, atq; huic cognitioni vita moresq; congruentes: cęteros aūt cuiusquā modi artib. inertijsq; affecti sunt: quolibet victu probandi siue improbādi, stultorū in numero deputauerim. Quæ cū ita sint, quis mediocriter intelligens, nō planē viderit stultis vtilius atq; salubrius esse præceptis obtēperare sapientiū, q̄ iudicio vitā degere? Nā omne factum, si recte factū non est, pctm est. Nec recte factum esse vllo modo pōt, quod non a recta ratione proficiscit. Porro recta ratio est ipsa virtus, Cui aūt hominū virtus, nisi sapiētis animo præsto est? Solus igitur sapiens nō peccat, Stultus ergo oīs peccat, nisi in ijs factis, in quib. sapiēti obtēperauerit: a recta.n. ratione talia facta proficiscuntur, nec, vt ita dicā, dñs sui facti stultus existimandus est, cū est tanquam instrm ministeriumq; sapientis. Quare omnib. hominibus non peccare, quā peccare melius est, melius pfecto stulti oēs viuerent, si serui possent esse sapientiū. Atq; hoc si in rebus minoribus, vt in mercando vel colendo agro, in vxore ducenda, in suscipiendis educandisq; liberis, in ipsa deniq; re familiari administranda expedire nemo ambigit, multo magis in religione. Nā & res humanæ prōptiores ad dignoscendū sunt, q̄ diuinæ: & in quibuscunq; sanctiorib. & pręstātioribus, quo maius eis obsequiū cultumq; debemus, eo sceleratius periculosiusq; peccatur. Nihil igitur nobis restare amodo vides, quādiu stulti sumus, si nobis vita optima & religiosa cordi est, nisi vt quæramus sapientes, quib. obtēperando dñationem stultitiæ neq; ita multū sentire, dū inest nobis, & euadere aliqn possimus. Hic rursus orit difficillima quæstio, quo nā.n. modo stulti sapientē inuenire poterimus, cū hoc nomē, tametsi nemo ferè audeat palam, pleriq; tñ ex obliquo sibi vendicant, cū de reb. ipsis, quarū cognitione constat sapientia, ita inter se dissentiāt: vt aut nullū eorū, aut certū vnum necesse sit esse sapientē. Sed qui nā iste sit, cū ab stulto requirat, quo pacto q̄rat dignosci planè atq; percipi, oīno non video: neq;.n. signis quibuslibet cognoscere, aliquid pōt, nisi illud ipsū, cuius ea signa sunt, nouerit. At qui sapientiā stultus ignorat. Nō.n. vt aurū & argentū, cęteraq; id genus, & cognoscere cū videas, & nō habere cōcessum est: ita sapientiā mentis eius oculo, qui ea careat, videri fas est. Sensu.n. corporis quæcunq; attingimus, forinsecus nobis offerunt. Et ideo licet quoq; res alienas oculis cernere, cū earū vel eius generis nos nihil habeamus. Quod aūt intellectu capitur, intus apud animū est: nec id habere quicquam est aliud, q̄ videre. Caret aūt stultus sapientia: nō igitur nouit sapientiā, non.n. oculis eā posset videre. Non aūt pōt videre & nō habere: neq; habere ac stultus esse. Nescit hāc igitur, & dū nescit, in alio loco cognoscere non pōt. Nō ergo pōt, quādiu stultus est quisquā, certissima cognitione inuenire sapientē, cui obtēperando tāto stultitię malo liberetur. Huic igitur tā immani difficultati qm de religione quęrimus, Deus solus mederi pōt: quē nisi & esse, & humanis mentib. opitulari credimus, nec q̄rere quidē ipsam verā religionē debemus. Quid enim tandē tāto molimine inuestigare cupimus?

Margin notes: Turpissimū credere sapientib. c.12. — A — 1.Re.14. — B — Sapiens non peccat, sed stultus. — C — Initium religionis a fide. c.13. — D

nus? Quid optamus attingere? Quo perueni-
re desideramus? Eò ne quod esse, aut ad nos
pertinere non credimus? Nihil est tali mente
peruersius Tu ne cū beneficium a me petere
non auderes, aut certe impudenter auderes
inuentionē religionis postulatū venis, cum
Deum neq; esse, neq; si sit, curare nos putes?
B Quid si tanta res est, q̄ nisi sedulo atq; omni
bus viribus quęsita nequeat reperiri? Quid si
ipsa difficillima inuentio ad capiendū quod
inuentū erit, mentē quærentis exercet? Quid
enim oculis nostris ac luce iocūdius & fami
liarius? Quā tñ perpeti atq; tolerare post diu
turnas tenebras nequeūt. Quid ex hausto æ-
grotatione corpori accōmodatius, q̄ cibus
& potio? Videmus tñ cōualescentes refrenari
atq; cohiberi, ne saturitati valentium cōmit
tere sese audeant: cibisq; ipsis agere, vt ad il
lum morbū, qui eos repudiabat, reuertātur:
De conualescentibus loquor. Quid ipsos æ-
grotantes? Nonne vrgemus vt aliquid sumāt?
In quo profecto nobis cū tanta molestia nō
obtemperarent, si se illum morbū euasuros
esse non crederent. Qñ ergo tu te onerosissi-
me ac laboriosissimæ inquisitioni dabis, qñ
tantā, quātum ipsa res digna est, curā nego-
ciūq; tibi audebis imponere, cū id quod q̄-
ris, esse non potes? Recte igitur catholicę di
sciplinæ maiestate institutū est, vt accedenti
bus ad religionē, fides persuadeatur ante oīa.

Initium religionis a fide. c. 1

Itaq; ille hæreticus, siquidē de his nobis ser-
mo est, qui se Christianos dici volunt, quam
mihi rationē afferat quæso te? Quid est, vnde
me à credendo veluti a temeritate reuocet?
Si nihil me credere iubet, hāc ipsam verā re
ligionē vllam in rebus humanis esse non cre
do: q̄ cū esse nō credo, nō q̄ro. At ille, vt opi
nor, quærenti monstraturus est, ita enim scri
ptū est, Quęrēs inueniet. Ad eū igitur, q̄ me
vetat credere, nō venirē, nisi aliquid crederē.
Est ne vlla maior dementia, q̄ vt eis sola, quę
F nulla scientia subnixa est, fide displiceā, quę
ad eū ipsum me sola perduxit? Quid ꝙ oēs
hæretici Christo nos credere hortantur? Pos
sunt ne magis sibi aduersari? In quo duplici-
ter vrgendi sunt. Primū quęrendū ab his, vbi
sit ratio q̄ pollicebantur, vbi obiurgatio te-
meritatis, vbi pręsumptio sciētię. Si.n. turpe
est sine ratione cuiquā credere, quid expe-
ctas, quid satagis, vt alicui sine ratione cre-
dā, quo facilius tua ratione duci possim? An

Christus ipse maxime exegit fidē. c. 14

firmū aliquid super ędificabit ratio tua fun-
damento temeritatis. Secundū illos loquor,
quibus credendo displicemus. Nā ego crede
re ante rationē, cū percipiendæ rationi non
sis idoneus, & ipsa fide animū excolere exci
piēdis seminibus veritatis, non solū saluber-
rimū iudico, sed tale omnino, sine quo ægris
animis salus redire non possit. Quod illis cū
deridendū & plenū temeritatis videatur, ꝑ-
fecto vt Christo credamus, agunt impuden- G
ter. Deinde fateor me iā Christo credidisse,
& in animū induxisse, id esse verū ꝙ ille di-
xerit, etiā si nulla ratione fulciatur, Hoc hæ-
retice principio me docturus es. Sine paulu
lū mecū ipse considerē Christū ipsum, quō
apparere hominibus voluit, qui istis etiam
vulgaribus oculis visus esse prædicatur, ego
non vidi: quibus de illo crediderim, vt ad te
iā tali fide pręstructus accedā, nullis me vi-
deo credidisse, nisi populorū atq; gentium
cōfirmatę opinioni, ac famæ admodū cele-
berrimę: hos aūt populos ecclesię catholicę
mysteria vsquequaq; occupasse. Cur nō igi-
tur apud eos potissimū diligentissime requi
rā quid Chrs ꝑceperit, quorū authoritate cō
motus Chrm aliquid vtile pręcepisse credi-
di? Tu ne mihi melius expositurus es quid il
le dixerit? Quē fuisse aut esse nō putarē si abs
te mihi hoc cōmēdaretur esse credēdū. Hoc
ergo credidi, vt dixi famæ celebritate, con-
sensione, uetustate roboratę. Vos aūt & tam
pauci, & tā turbulenti, & tā noui, nemini du
biū est, quin nihil dignū authoritate præfe-
ratis. Quæ igitur ista tanta dementia est? Illis
crede, Chro esse credēdū: & à nobis disce q̄d
dixerit, Cur obsecro te? Nā si illi deficerent,
nec me quicq̄ docere possent multo facilius
mihi ꝑsuaderē, Chro nō esse credendū, q̄ de
illo cuiquā, nisi ab ijs, per quos ei credidis-
sem discēdū. O ingentē cōfidētiā, vel potius
ineptiā: ego te doceo, q̄d Chrs præceperit,
cui credis. Quid si nō ei crederē, nū aliq̄d de
illo me docere posses? Sed oportet, inq̄t, ut
credas. Nū uobis eū cōmēdantibus? Nō, in-
quit, nā nos illos, qui credūt, rōne ducimus. H
Cur igit̄ illi credā? Quia fama fundata est. V-
trū per uos, an per alios? Per alios, inquit. Il-
lis ergo credā, ut tu me doceas? Deberē for-
tasse, nisi me hoc illi pręcipue monerent, ut
oīno ad te nō accederē: dicūt.n. perniciosas
uos habere doctrinas. Rñdebis. Mentiuntur.

Quomodo igitur eis de Christo credã, quẽ nõ viderunt: de te non credã, quẽ nolunt videre? Scriptis, ait, crede. At scriptura omnis, si noua & inaudita proferatur, vel cõmendetur à paucis, nulla confirmante ratione, non ei, sed illis, qui eã proferũt, creditur. Quamobrẽ scripturas istas si vos profertis tam pauci & incogniti, non libet credere: simul etiam contra promissum facitis, fidẽ potius imperando, quã reddendo rationẽ. Rursus me ad multitudinẽ famamq; reuocabis. Cohibe tãdem pertinaciam, & nescio quam indomitã propagandi nominis libidinẽ: & mone potius vt huius multitudinis primates quæram: & quærã diligentissime ac laboriosissime, vt ab his potius de his literis aliquid discam. Qui si nõ essent, discendũ omnino esse nescirem. Tu vero in latebras tuas redi, nec quicq̃ insidiare sub noĩe veritatis, q̃ conaris eis adimere, quibus authoritatẽ ipse cõcedis. Si aũt Christo etiam credendũ negant, nisi indubitata ratio reddita fuerit, Christiani non sunt. Nã id aduersus nos Pagani quidẽ dicunt, stulte quidẽ, sed nõ sibi aduersi, nec repugnãtes. Hos vero quis ferat ad Christũ se pertinere profiteri, qui nisi apertissimã rationẽ stultis de Deo ꝓtulerint, nihil credendũ esse cõtendũt? At ipsum videmus quantũ illa, cui & ipsi credũt, docet historia, nihil prius, neq; fortius, q̃ credi sibi voluisse: cũ illi nõdũ essent idonei, cũ quibus ei res esset ad diuina percipienda secreta. Quid.n.aliud agunt tanta & tã multa miracula, ipso ẽt dicente illa fieri non ob aliud, nisi vt sibi crederetur? Fide ille stultos ducebat, vos ratiõe ducitis. Clamabat ille vt crederetur, vos reclamatis. Laudabat credentes ille, vos obiurgatis. Nisi vero, aut in vinũ, aquã conuerteret, vt alia omittã, si nihil tale facientẽ, sed docentẽ homines sequi possent: aut nihili pendenda vox illa est, Credite Deo, & mihi credite: aut temeritatis ille culpandus est, q̃ eũ in domũ suã venire noluit, solo eius imperio pueri sui morbum credens esse cessurũ. Ergo ille afferens medicinã q̃ corruptissimos mores sanatura esset, miraculis cõciliauit authoritatem, fidẽ fide cõtraxit, multitudinem multitudine obtinuit vetustatẽ vetustate roborauit: religionẽ statuens, q̃ nõ solũ hæreticorũ ineptissima nouitas fraudibus agens, sed nec gẽtiũ quidẽ veternosus error violẽter aduersans, aliqua ex parte cõuelleret. Quamobrẽ tametsi docere nõ valeo, monere tñ nõ desino: vt qm̃ multi sapientes videri volunt: neq; vtrũ sint stulti, dignoscere facile est: omni intentione, votisq; omnibus, gemitibus deniq; vel etiam, si fieri potest, fletibus Deũ deprecare, vt te ab erroris malo liberet, si tibi beata vita cordi est. Qđ facilius fiet, si præceptis eius, quæ tãta ecclesiæ catholicæ authoritate firmata esse voluit, libens obtẽperes. Cũ.n sapiẽs sit Deo ita mente coniunctus, vt nihil interponatur quod seperet. Deus enim veritas: nec vllo pacto sapiens quisquã est, si nõ veritatẽ mente cõtingat, negare nõ possumus inter stultitiã hominis, & syncerissimã Dei veritatẽ mediũ quiddã interpositã esse hoĩs sapiẽtiã. Sapiẽs enim quantũ datũ est imitatur Deũ: homini autẽ stulto ad imitandũ salubriter, nihil est homine sapiente propinquius, quẽ qm̃, vt dictum est, intelligere ratione non facile est, oportebat quædã miracula ipsis oculis admoueri quibus vtuntur stulti multo q̃ mente cõmodius, vt cõmotorũ authoritate hominũ prius vita moresq; purgarentur, & ita rationi accipiendæ habiles fierent. Cũ igitur & hõ esset imitandus, & nõ in homine spes ponẽda: quid potuit indulgẽtius & liberalius diuinitus fieri, q̃ vt ipsa Dei syncera, æterna, incõmutabilisq; sapientia, cui nos hærere oportet suscipere hominẽ dignaretur? Qui nõ mõ illa faceret, quibus ad sequendum Deum inuitaretur, sed ẽt illa putarẽtur, quibus a sequendo Deo deterrebamur. Nã cũ adipisci certissimũ ac summũ bonũ nemo possit, nisi id plene perfecteq; dilexerit: qđ nullo pacto fieri, quãdiu mala corporis atq; fortuita formidantur. Ille nascendo mirabiliter, & operando cõciliauit charitatẽ, moriendo aũt & resurgendo exclusit timorẽ. Iã vero talẽ se in cæteris rebus omnib. ꝓbuit, quas ꝓseq̃ lõgũ est, vt diuina clemẽtia quo porrigi, & humana ĩfirmitas quo possit euehi sentiremus. Hæc est crede, saluberrima authoritas: hæc prius mẽtis nr̃æ à terrena inhabitatione suspẽsio: hæc in Deũ verũ ab huius mundi amore cõuersio. Sola ẽ authoritas, q̃ cõmouet stultos vt ad sapiẽtiã festinẽt. Quãdiu intelligere syncera ñ possum⁹, authoritate q̃dẽ đcipi miserũ ẽ: sed certe miseri⁹ nõ moueri. Si.n. Dei ꝓuidẽtia nõ ꝓsidet reb. humanis, nihil ẽ de religiõe satagẽdũ. Si vero & species rerũ oĩũ, q̃

profecto

Via ad religionem cõmodissima. c.15.

L

1.Re. ca. 14.

Lib. 3. de li. ar. ca. 24.

M

Miracula conciliant fidẽ. c.16.

I

profecto ex aliquo verißimę pulchritudinis fonte manare credendũ est, & interiori nescio q̃ cõscientia Deũ q̃rendũ, Deoq; seruiẽdũ, meliores quosq; aĩos quasi publice priuatimq; hortat: nõ est desperandũ ab eodem ipso Deo authoritatẽ aliquã constitutã, qua velut gradu certo innitentes, attollamur in Deũ. Hæc aũt seposita rõne, q̃ syncerã intel- A ligere, vt sæpe diximus, difficillimum stultis est, dupliciter nos mouet: partim miraculis partim sequẽtiũ multitudine. Nihil horũ est necessariũ sapienti, quis negat? Sed id nunc agitur, vt sapientes esse poßimus, i. inhærere veritati: ꝙ profecto sordidus aĩus non põt. Sunt ẽt sordes animi, vt breui explicẽ, amor quarũlibet rerũ, p̃ter animũ & Deũ: a quib. sordib. quãto est quis purgatior, tanto verũ facilius intuetur. Verũ igitur videre velle, vt animũ purges, cum ideo purgetur vt videas, peruersum certe atq; præposterũ est. Homini ergo nõ valenti verũ intueri, vt ad id fiat idoneus purgariq; se sinat, authoritas pręsto est, q̃ vt pauloante dixi, partim miraculis, partim multitudine valere nemo ambigit. Miraculũ voco, quicquid arduũ aut insolitũ supra spem vel facultatẽ mirantis apparet. In quo genere nihil est populis aptius, & oĩno stultis hoĩbus, q̃ id ꝙ sensibus admonetur. Sed rursus hæc in duo diuiduntur, quędã.n. sunt quæ solã faciunt admirationẽ, quædam vero magnã ẽt gratiam beneuolentiamq; cõciliant. Nam si quis volantẽ hominẽ cernat, cũ ea res nihil spectatori afferat cõmodi p̃ter ipsum spectaculũ, miratur tantũmodo. Si quis aũt graui & desperato morbo affectus, mox vt iussum fuerit conualescat, admirationẽ sanitatis suæ, sanantis ẽt charitate superabit. Talia facta sunt in illo tp̃e, quo Deus in vero homine, quantũ sat erat hominib. apparebat. Sanati languidi, mundati leprosi, incessus claudis, cęcis visus, surdis auditus redditus. Homines illius tẽporis aquã in vinũ conuersam, saturata quinq; milia quinq; panib. transita pedib. maria, mortuos resurgẽtes viderunt: ita quædã corpori manifestiore bene- B ficio, quædã vero menti occultiore signo, & & oĩa hoĩb. maiestatis testimonio cõsulebãt: sic in se tunc aĩas errantes mortaliũ, diuina cõmouebat authoritas. Cur, inquis, ista modo nõ fiunt? Quia non mouerẽt, nisi mira essent. At si solita essent, mira non essent. Nam

[Margin: Quæ sint sordes animi. — miraculũ quid sit. — Miracula duplicia. — Mat. 11. — Ioan. 1. — Mat. 14. — Ioan. 11. — 1 Retract. c. 14.]

diei & noctis vices, & constantißimũ ordinẽ rerũ cęlestiũ, annorũ quadrifariam conuersionẽ, decedentes redeuntesq; frondes arboribus, infinitã vim seminum, pulchritudinẽ lucis, colorũ, sonorũ, odorũ, saporumq; varietates da: qui primũ videat atq; sentiat, cũ quo tñ loqui poßimus, hebescit, obruiturq; miraculis: nos vero hæc omnia, nõ cognoscendi facilitate, quid. n. causis horũ obscurius? sed certe sentiendi aßiduitate contẽ- C nimus. Facta sunt igitur illa opportunißime vt his multitudine credentiũ cõgregata atq; propagata, in ipsos mores vtilis conuerteretur authoritas. Mores aũt quilibet tm̃ valent ad obtinendas hominũ mentes, vt ẽt quæ in his praua sunt, ꝙ ferè superantibus libidinibus euenit, improbare citius & detestari, q̃ deserere aut mutare poßimus. Parumne consultum rebus humanis arbitraris, ꝙ nihil terrenum, nihil igneum, nihil deniq; ꝙ corporis sensus attingit, pro Deo colendũ esse, ad quem solo intellectu est, non pauci doctißimi disputant: sed imperitum ẽt vulgus marium fęminarumq; in tam multis diuersisq; gentibus & credit & prædicat, ꝙ continentia vsque ad tenuißimum victum panis & aquæ: & non quotidiana solum, sed etiam per contextos plures dies perpetuata ieiunia, ꝙ castitas vsque ad coniugij prolisq; contemptum, ꝙ patientia vsq; ad cruces flammasq; neglectas: ꝙ liberalitas usq; ad patrimonia distributa pauperibus: ꝙ deniq; totius huius mundi aspernatio usq; ad desideriũ mortis intenditur? Pauci hoc faciunt, pauciores bene prudenterq; faciunt: sed populi probant, populi audiunt, populi fauent. Diligunt postremo populi. Populi suam imbecillitatẽ, ꝙ ista nõ possunt, nec sine prouectu mentis in Deum, nec sine quibusdã scintillis virtutis accusant. Hoc factũ est diuina prouidentia per Prophetarũ uaticinia, per humanitatem doctrinamq; Christi, per Apostolorum itinera, per martyrũ contumelias, cruces, sanguinẽ, mortes: per sanctorũ prædicabilẽ uitã, atq; in his uniuersis digna rebus tantis, atq; uirtutib. pro temporum opportunitate miracula. D Cum igitur tm̃ auxilium Dei, tm̃ profectum fructumq; uideamus, dubitabimus nos eius ecclesiæ condere gremio, quæ usq; ad confeßionẽ generis humani ab Apostolica sede per succeßiones Episcoporum frustra, hęre-

[Margin: Consensus gentiũ in Christũ. Cap. 17.]

ticis circũlatrantibus:& partim plebis ipsius iudicio, partim cõciliorũ grauitate, partim et miraculorum maiestate dãnatis culmẽ authoritatis obtinuit? Cui nolle primitias * dare, vel summæ profecto impietatis est, vel p̃cipitis arrogantiæ. Nã si nulla certa ad sapientiã salutemq; animis via est, nisi cũ eos rationi præcolit fides, quid est aliud ingratũ esse opi atq; auxilio diuino, q̃ tanto labore præditæ authoritati velle resistere? Et si vnaquæq; disciplina, quanquã vilis & facilis, vt percipi possit, doctorẽ aut magistrũ requirit, q̃d temerariæ superbiæ plenius, q̃ diuinorũ sacrorum libros, & ab interpretib. suis nolle cognoscere, & incognitas velle dãnare?

Al. l. primas partes.

E

Conclusio per exhortationem. Cap. 18.

Quãobrem si quid te vel rõ, vel oratio nostra cõmouit:& si verã, vt credo, curã tui geris, velim me audias: & bonis præceptorib. catholicæ Christianitatis te pia fide, alacri spe, simplici charitate cõmittas, Deumq; ipsum, cuius vnius & bonitate facti sumus, & iustitia pęnas luimus, & clementia liberamur, orare nõ cesses. Ita tibi neq; pręcepta & disputationes doctissimorũ hominũ, & verè Christianorũ, neq; libri, neq; serenę ipsę cogitationes defuerint, quib. facile ꝙ quæris inuenias. Nã istos verbosos & miseros, quid.n. aliud mitius dixerim? penitus desere qui dũ nimis q̃runt vnde sit malũ, nihil reperiunt nisi malũ: in qua q̃one sæpe auditores erigunt ad q̃rendũ. Sed ea docent excitatos, vt vel dormire semper satius sit, q̃ illo modo euigilare. De lethargicis.n. phreneticos faciunt. Inter quos morbos cũ sit vterq; plerunq; mortiferus, hoc tñ interest, ꝙ lethargici sine aliena vexatione moriuntur: phreneticus aũt multis, & eis potissimum, qui volunt subuenire, metuendus est. Nam neq; Deus mali author est, nec vnquã eum, quicquã fecisse pęnituit nec vllius cõmotionis animi tẽpestate turbatur, nec terræ particula regnũ eius est: nulla flagitia vel scelera probat aut imperat, nunquã mentitur: Hæc.n. atq; hmôi nos mouebant, cũ ea magis inuectionib. quaterent, & hanc esse veteris testamenti disciplinã insimularent, ꝙ omnino falsum est.

F

Itaque illos recte reprehendere ista concedo. Quid ergo didici? Quid putas, nisi cũ ista reprehenduntur, disciplinã catholicam non reprehendi? Ita ꝙ apud eos verũ didiceram, teneo: ꝙ falsum putauerã, respuo. Sed & alia multa me docuit Ecclesia catholica, quo illi homines exangues corporibus, sed crassi mentib. aspirare non possunt, Deum, s. non esse corporeũ, nullam eius partẽ corporeis oculis posse sentiri, nihil de substantia eius atq; natura vllo modo esse violabile, aut commutabile, aut cõpositũ, aut factũ. Quæ si nihil cõcedis, non.n. aliter de Deo sentiendum est, omnia illorũ machinamenta subuersa sunt.

G

Illud vero quõ sit, vt nec Deus malum genuerit aut fecerit, nec vlla sit fueritve vnquam natura atq; substantia, quam non Deus aut genuerit aut fecerit, & tñ a malo nos liberet: tam necessarijs rationib. approbat, vt dubitari omnino non possit: præsertim tibi atque talib. si tñ bono ingenio pietas & pax quædam mentis accedat, sine qua de tantis reb. nihil prorsus intelligi potest. Et non hic fama de fumo est, & nescio qua fabella Persica, cui satis est aurem accõmodare, & animum nõ subtilẽ, sed planè puerilem. Longe omnino, lõge se aliter, quam vt Manichęi desipiunt, veritas habet.

Persicæ nugæ. 1. Retracta. c. 14.

Sed qm̃ iste sermo noster multo processit longius quam putabam, hic finẽ libro faciamus: in quo memineris uolo, nondum me Manichęos cępisse refellere, & illas nugas nondum inuasisse: neq; de ipsa catholica magnum aliquid aperuisse, sed uoluisse tantũmodo eruere tibi, si possem, falsam opinionem de veris Christianis malitiose aut imperite nobis insinuatã, & erigere ad magna q̃dam & diuina discẽnda. Quare hoc uolumẽ ita sese habeat: placatiore autem animo tuo facto, ero fortasse in cęteris promptior.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

Contra Epistolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, Liber vnus.

H

Hæretici sanãdi magis, quam perdendi. Cap. 1.



Num verũ Deum omnipotentem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, & rogaui & rogo, ut in refellenda & reuincenda hæresi vestra Manichęi, cui & vos fortasse imprudentius quam malitiosius adhæsistis, det mihi mentem pacatam atque tranquillam, & magis de uestra correctione, q̃ de subuersione cogitantem.

Quan-

Quanquam.n. dñs per seruos suos regna sub
uertat erroris, ipsos tñ homines, inquantum
homines sunt, emendandos esse potius, quã
perdendos iubet. Et quicquid diuinitus ante
ultimũ illud iudiciũ uindicatur, siue per im-
probos siue per iustos, siue per nescientes, si-
ue per scientes, siue occulte, siue palam: non
ad interitum hominũ, sed ad medicinã uale-
I re credendum est: quã qui respuerint, extre-
mo supplicio præparantur. Quapropter cũ
in hac uniuersitate rerũ, alia sint quæ ualent
ad corporalem uindictã, sicut ignis, uenenũ,
& morbus, & cętera hmõi: alia quib. apud se
metipsum non molestijs corporis sui, sed cu
piditatum suarũ laqueis animus puniatur, si-
cuti est damnũ, exilium, orbitas, contume-
lia, & his similia, quædã uero non sunt cru-
ciamenta, sed quasi fomenta languentiũ, ut
sunt consolationes, cohortationes, disputa-
tiones, & quæcunq; sunt talia. Horũ omniũ
quædam etiã per malos nescientes operatur
summa Dei iustitia, quædã per scientes bo-
Rom. 13. nos. Nostrũ igitur fuit eligere & optare me-
liora, ut ad uestrã correctionẽ aditum habe-
remus: non in cõtentione & æmulatione &
persecutionibus, sed mansuete consolando,
beneuole hortando, leniter disputãdo: sicut
1. Tim. 2. scriptũ est, Seruum aũt dñi non oportet liti-
gare, sed mitem esse ad omnes, docibilem,
patientem, in modestia corripientẽ diuersa
sentientes. Nostrum ergo fuit uelle has par-
tes expetere, Dei est uolentibus & petentib.
...ausatur donare ꝙ bonum est. Illi in uos sęuiant, qui
...itius a- nesciunt cũ quo labore uerum inueniatur, &
...endum quam difficile caueantur errores. Illi in uos
...i Mani sęuiant, qui nesciunt quam rarũ & arduum
...æis. c.2 sit carnalia phantasmata piæ mentis sereni-
tate superare. Illi in uos sęuiant, qui nesciũt
cũ quanta difficultate sanetur oculus interio
ris hominis, ut possit intueri Solem suũ: nõ
istũ quem uos colitis cęlesti corpore, ocu-
lis carneis & hominum & pecorũ fulgentẽ
atq; radiantem: sed illũ de quo scriptum est
Malac. 4. per Prophetam, Ortus est mihi iustitiæ Sol.
Ioan. 1. Et de quo dictũ est in Euangelio, Erat lumen
uerum ꝙ illuminat omnem hominem uenię
tem in hunc mundum. Illi in uos sęuiãt, qui
K nesciunt quibus suspirijs & gemitibus fiat,
ut ex quantulacunque parte possit intelligi
Deus. Postremo illi in uos sęuiant, qui nullo
tali errore decepti sunt, quali uos deceptos
uident. Ego aũt q̃ diu multumq; iactatus tan
dẽ perspicere potui quid sit illa synceritas, Augustinus quondã Manichæus.
quæ sine inanis fabulæ narratione percipit, Cap. 3.
qui uanas imaginationes animi mei uarijs
opinionib. erroribusq; collectas uix miser
merui dño opitulante cõuincere, qui me ad
detergendam caliginẽ mentis, tam tarde cle
mentissimo medico uocanti blandientique
subieci, qui diu fleui, ut incõmutabilis & im
maculabilis substantia continentib. diuinis
libris sese mihi persuadere intrinsecus digna
retur, qui deniq; oĩa illa figmenta, quæ uos L
diuturna consuetudine implicatos & con-
strictos tenent, & quæsiui curiose, & attente
audiui, & temere credidi, & instanter quib.
potui persuasi, & aduersus alios pertinaciter
animoseque defendi, sęuire in uos omnino
non possum, quos sicut me ipsum illo tẽpo-
re, ita nunc debeo sustinere, & tanta patien-
tia uobiscum agere, quanta mecum egerunt
proximi mei, cũ in uestro dogmate rabiosus
& cęcus errarem. Vt aũt facilius mitescatis,
& non inimico animo uobisque pernitioso
mihi aduersemini, quouis iudice me impe-
trare a uobis oportet, ut ex utraq; parte om-
nis arrogantia deponatur. Nemo nostrũ di-
cat iam se inuenisse ueritatem: sic eam quæ-
ramus quasi ab utrisq; nesciatur. Ita.n. diligẽ-
ter & concorditer quæri poterit, si nulla te-
meraria præsumptione inuenta & cognita es
se credatur. Aut si & hoc a uobis impetrare Infra c.16
non possumus, saltẽ illud concedite, ut uos Infra c.9
tanquã incognitos, nunc primũ audiã, nunc infra c.10
primum discutiam. Iustũ puto esse ꝙ postu- infra c.14
lo, hac sanè lege seruata, ut uobiscum non Argumẽta fideica
orem, non cõuenticula celebrem, non Ma- tholicæ.
nichæi nomen accipiam, si non mihi de om Cap. 4.
nibus reb. ad salutem animæ pertinentibus
sine ulla caligine rationem perspicuã dederi
tis. In catholica.n. Ecclesia, ut omittã synce-
rissimam sapientiã, ad cuius cognitionẽ pau
ci spiritales in hac uita perueniunt, ut eã ex
minima quidem parte, quia hoĩes sunt, sed
tñ sine dubitatione cognoscant: cęterã quip
pe turbã non intelligendi uiuacitas, sed cre-
dendi simplicitas tutissimã facit. Vt ergo hãc
omittam sapientiã, quam in Ecclesia esse ca- M
tholica non creditis, multa sunt alia quæ in
eius gremio me iustissime teneant. Tenet cõ
sensio populorũ atq; gentium, tenet autho-
ritas miraculis inchoata, spe nutrita, chari-
tate

tate aucta, vetuſtate firmata: Tenet ab ipſa ſe-
de Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas
poſt reſurrectionē dn̄s cōmendauit, vſq; ad
præſentem Epatum ſucceſsio ſacerdotū: Te-
Infra c.5 net poſtremo ipſum catholicæ nomē, ꝙ nō
ſine cauſa inter tā multas hæreſes ſic iſta Ec-
cleſia ſola obtinuit, vt cū omnes hæretici ſe
catholicos dici velint: quęrenti tn̄ peregrino
A alicui, vbi ad catholicam conueniatur, nul-
lus hęreticorum vel Baſilicam ſuā vel domū
audeat oſtendere. Iſta ergo tot & tanta Chri-
ſtiani nominis chariſsima vincula recte ho-
minem tenent credentē in catholica Eccle-
ſia, ēt ſi pp noſtræ intelligentiæ tarditatē vel
vitæ meritum veritas nondum ſe apertiſsime
oſtendat. Apud vos aūt vbi nihil horum eſt
ꝙ me inuitet ac teneat, ſola perſonat verita-
tis pollicitatio, quæ quidem ſi tam manifeſta
monſtratur, vt in dubium venire non poſsit,
præponenda eſt omnibus illis rebus, quibus
in catholica teneor. Si aūt tantūmodo pro-
mittitur, & non exhibetur, nemo me moue-
bit ab ea fide, quæ animum meū tot & tantis
nexibus Chriſtianæ religioni adſtringit. Vi-
Contra titulū epiſtolæ Manichæi. Cap. 5. Monſtrū manichæi epiſtolæ principiū
deamus igitur quid me doceat Manichęus,
& potiſsimū illum conſideremus librū, quē
Fundamenti epiſtolam dicitis, vbi totum pe-
nè ꝙ creditis continetur. Ipſa.n. nobis illo
tempore miſeris, qn̄ lecta eſt, inclinati dice-
bamus, Amen. Certe ſic incipit, Manichęus
Apoſtolus Ieſu Chriſti prouidentia Dei pa-
tris. Hæc ſunt ſalubria verba de perenni ac
viuo fonte. Iam cū bona patientia ſi placet at
tendite quid quæram. Non credo iſtum eſſe
Apoſtolum Chriſti, quæſo ne ſuccenſeatis,
& maledicere incipiatis. Noſtis.n. me ſtatuiſ
ſe, nihil a vobis prolatum temere credere.
Quæro ergo quis ſit ille Manichęus? Reſpon
debitis, Apoſtolus Chriſti. Non credo. Iam
quid dicas aut facias, non habebis: promitte-
bas.n. ſcientiam veritatis: & nunc ꝙ neſcio
cogis vt credam. Euangelium forte mihi le-
cturus es, & inde Manichęi perſonam tenta-
bis aſſerere. Si ergo inuenires aliquem, qui
Euangelium nondū credit, quid faceres dicē
B ti tibi, non credo? Ego vero Euangelio non
crederem, niſi me catholicæ Eccleſiæ non
moueret authoritas. Quibus ergo obtēpera-
ui dicentibus, Credite Euangelio, cur eis nō
obtemperem dicentibus mihi, Noli credere
Manichęo? Elige quid velis. Si dixeris, Crede
catholicis, ipſi me monent vt nullam fidem
accōmodem vobis. Quapropter nō poſſum
illis credens, niſi tibi nō credere. Si dixeris,
Noli catholicis credere: non recte facies per
Euangelium me cogere ad Manichęi fidem,
quia ipſi Euangelio catholicis prædicantib.
credidi. Si autem dixeris, Recte credidiſti ca C
tholicis laudantibus Euangelium, ſed non re
cte illis credidiſti vituperantibus Manichęū.
vſqueadeo me ſtultū putas, vt nulla reddita
ratione, ꝙ vis credam, ꝙ non vis non credā?
Multo quippe iuſtius & cautius facio, ſi ca-
tholicis: quoniam ſemel credidi, ad te non
tranſeo, niſi me non credere iuſſeris, ſed ma
nifeſtiſsime ac apertiſsime ſcire aliquid fe-
ceris. Quocirca ſi mihi rationem redditurus
es, dimitte Euangelium. Si ad Euangelium te
tenes, ego ad eos me teneam, quibus præci-
pientibus Euangelio credidi: & ab his iuben-
tibus tibi omnino non credam. Quod ſi for-
te in Euangelio aliquid apertiſsimum de Ma
nichęi Apoſtolatu inuenire potueris, infir-
mabis mihi catholicorum authoritatem, qui
iubent vt tibi non credam. Qua infirmata,
iam nec Euangelio credere potero, quia per
eos illi credideram, ita nihil apud me vale-
bit, quicquid inde protuleris. Quapropter ſi
nihil manifeſtum de Manichęi Apoſtolatu
in Euangelio reperitur, catholicis potius cre
dam quam tibi. Si autem inde aliquid mani-
feſtum pro Manichęo legeris, nec illis, nec
tibi: illis, quia de te mihi mentiti ſunt: tibi au
tem, quia eam ſcripturam mihi profers, cui
per illos credideram, qui mihi mentiti ſunt.
Sed abſit vt Euangelio ego non credam. Illi
enim credens non inuenio quomodo poſ-
ſim etiam tibi credere. Apoſtolorum enim *Mat. 10*
nomina, quæ ibi leguntur, non inter ſe con- *Acto. 1*
tinent nomen Manichęi. In locum autem tra
ditoris Chriſti qui ſucceſſerit, in Apoſtolo-
rū actibus legimus: cui libro neceſſe eſt me
credere, ſi credo Euangelio: quoniam vtran-
que ſcripturā ſimiliter mihi catholica com- D
mendat authoritas. In eodem ēt libro de vo-
catione atq; Apoſtolatu Pauli vulgatiſsimā
tenemus hiſtoriā. Lege mihi iam, ſi potes, in
Euangelio, vbi Manichęus Apoſtolus dictus
eſt: vel in aliquo alio libro, cui me iam cre-
didiſſe confiteor. Iam illud lecturus es, vbi
ſpiritumſanctum paracletum dominus pro- *Ioan. 14.*
miſit Apoſtolis. De quo loco videte quot &

quanta

quanta sint, quæ me reuocent & deterreant ne Manichæo credā. Quęro.n. cur epistolę huius principiū sit, Manichęus Apostolus Iesu Christi, & non sit, Paracletus Apostolus Iesu Christi? Si aūt missus à Christo paracletus Manichęū misit, cur lego, Manichęus Apostolus Iesu Christi, & non potius, Manichęus Apostolus paracleti? Si dicis ipsum esse Christū, qui est etiā spiritussanctus, contra dicit ipsi scripturę, vbi dominus ait, Et aliū paracletū mittā vobis. Si aūt Christi nomen ideo recte positum putas, non quia ipse est Christus qui & paracletus, sed quia eiusdem sunt ambo substantię.i. quia nō vnus est, sed quia vnū sunt. Poterat & Paulus dicere, Paulus Apostolus Dei patris, quia dixit dominus, Ego & pr̄ vnū sumus. Nusquā hoc dicit: sed nec quisquā Apostolorū patris se Apostolū scribit. Quid sibi ergo vult ista nouitas? Nōne vobis videtur nescio quam redolere fallaciam? Certe si nihil interesse arbitratus est, cur nō varie in alijs epistolis Apostolū Christi se nominat, in alijs paracleti? Sed Christi semper audiui, quotiescunque audiui, paracleti autem nec semel. Quid hoc esse causæ arbitramur, nisi quia illa superbia mater omnium hęreticorū impleuit hominē, vt non missum se a paracleto vellet videri: sed ita susceptū, vt ipse paracletus diceretur. Sicut Iesus Christus homo, nō à Dei filio.i. virtute & sapiētia Dei, ꝑ quē facta sunt oīa, missus est: sed ita susceptus secundū catholicā fidē, vt ipse Dei filius.i. in illo ipso Dei sapientia sanandis pectoribus appareret. Sic se ille voluit a spiritusancto, quem Christus ꝓmisit videri esse susceptū, vt cū iā audiamus Manichæū spiritumsanctū, intelligamus Apostolū Christi.i. missum à Iesu Christo qui eum se missurū esse promisit. Singularis audacia ista & ineffabile sacrilegiū. Sed tn̄ quęro, cū pater & filius & spiritussanctus vobis etiā confitentibus, nō dispari natura copulētur, cur hominem susceptum a spiritu sancto Manichæum, non putatis turpe natū ex vtroq; sexu prędicare: hominē aūt susceptū ab vnigenita sapientia Dei, natū de virgine credere formidatis? Si caro humana, si cōcubitus viri, si vterus mulieris non potuit inquinare spiritumsanctum, quomodo potuit vterus virginis iniquinare Dei sapientiam? Manichæus ergo iste qui de spiritusancto & Euāgelica lectione gloriatur, necesse est vt nobis concedat, aut missum se esse à spiritusancto, aut susceptū. Si missus est paracleti se Apostolum dicat: si susceptus est, concedat ei homini patrē quē suscepit vnigenitus filius, si ei quē suscepit spiritussanctus concedit & patrē. Credat virginitate Marię verbū Dei non esse pollutū, si concubitu parentum suorum spiritum nō potuisse pollui vt credamus hortatur. Quod si dixeritis, non in vtero vel ante vterū, sed iā natum Manichæum a spirirusancto esse susceptū, sufficit vt fateamini habuisse carnē de viro & fęmina procreatam. Cum enim vos non timeatis viscera & sanguinē Manichęi de humano concubitu venientē, & intestina fimo plena, quæ illa caro gestabat, & his omnibus non credatis contaminatum esse spiritūsanctū, a quo illū hominem susceptū esse creditis: cur ego vterū virginalē & intacta genitalia reformidē, & nō potius credā sapientiā Dei in ipsis maternis visceribus homine suscepto immaculatā synceráq; māsisse? Quapropter quoniā siue missum siue susceptū a paracleto se Manichæus vester affirmet, nihil eorū poterit obtinere. Ego iā cautior neq; missum eū credo, neque susceptū. Nam quod addidit dicens, Prouidētia Dei patris. Quid aliud ambiuit Iesu Christo nominato, cuius se dicit Apostolum: & à Deo patre cuius prouidentia missum se dicit a filio, nisi vt spiritūsanctū ipsum tertiū esse crederemus? Sic.n. scribit, Manichæus Apostolus Iesu Christi prouidentia Dei patris: Spiriritussanctus nominatus nō est, q̄ maxime debuit ab eo nominari, qui nobis Apostolatū suū paracleti promissione cōmēdat, vt Euangelica authoritate imperitos premat. Quod cū à vobis quærtī, rn̄detis vtiq; Manichęo Apostolo nominato, spm̄sanctū, paracletū nominari, quia in ipso uenire dignatus est. Quæro ergo, sicut superius dicebā, quare exhorreatis cū dicit catholica Ecclesia, eū in quo venit diuina sapiētia, natū esse de virgine: cū vos eū in quo spiritūsanctū uenisse ꝑdicatis, natū d̄ fęmina uiro mixta nihil horreatis? Quid ergo aliud suspicer nescio, nisi quia iste Manichæus qui per Christi nomen ad imperitorum animos aditum quęrit, pro Christo isto ipso se coli uoluit? Hoc unde conijciam, breuiter dicam. Cum sępe a vobis quærerem illo tempore quo vos audiebam

Cur Apostolum se scripserit. Cap. 6.

Ioan. 14.

E

Ioan. 10.

Manichæus spiritussanctus quomodo. c. 7.

F

G

Natalis Manichæi. c. 8.

H

bam, quæ causa esset, ꝙ Pascha domini plerunq; nulla, interdũ à paucis tepidissima celebritate frequẽtaretur, nullis vigilijs nullo prolixiore ieiunio indicto auditoribus vestris, nullo deniq; festiuiore apparatu, cũ vestrũ bema.i.diẽ quo Manichæus occisus est, quinq; gradib. instructo tribunali & pretiosis linteis adornato, ac in promptu posito & obiecto adorantibus, magnis honoribus per sequamini. *βῆμα. idest, gradus.*

I Hęc ego cũ quęrerem, respondebatur eius diẽ passionis celebrandũ esse qui vere passus est: Christũ aũt qui natus nõ esset, neq; verã, sed simulatã carnẽ humanis oculis ostẽdisset, nõ pertulisse, sed finxisse passionẽ. Quis nõ ingemiscat homines, qui se Christianos dici volunt, timere ne polluatur veritas de virginis vtero, & de mendacio nõ timere? Sed vt ad rẽ redeã, quis non suspicetur, qui diligenter attenderit ideo negari à Manichęo Christũ natũ esse de fęmina, & humanũ corpus habuisse, ne passio eius quod totius in orbis festissimũ tempus est, ab eis qui sibi credidissent celebraretur, & non tanta deuotione diem mortis suæ desiderata solennitas honoraret? Hoc enim nobis erat in illa bematis celebritate gratissimum, quod per Pascha frequentabatur: quoniã vehemẽtius desiderabamus illũ diẽ festum, subtracto alio qui solebat esse dulcissimus. Fortasse dicas mihi, Quando ergo venit a dño promissus paracletus? Hic ego si non haberẽ aliud quod crederẽ, facilius eũ adhuc venturũ expectarẽ, quã per Manichæum venisse concederẽ. *Spũssanctus quãdo missus. Cap. 9.* Nunc vero cum in Actibus Apostolorum manifestissime sanctispirit⁹ prędicetur aduentus, quæ me necessitas cogit hęreticis tam periculose & tã facile credere? In libro enim memorato sic scriptũ est, *Acto. 1* Primũ quidẽ sermonẽ feci de omnibus ò Theophile, quæ cępit Iesus facere & docere in die, qua Apostolos elegit per spiritum sanctũ, & precepit prædicare Euangeliũ. Quibus prębuit seipsum viuũ post passionẽ in multis argumen-

K tis dierũ, visus est eis per dies quadraginta, & docens de regno Dei, & qũo conuersatus est cum illis: & pręcepit eis ne discederẽt ab Hierosolymis, sed sustinerent pollicitationẽ patris, quã audistis, inquit, ex ore meo, Qm̃ Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem spiritusancto incipietis baptizare: quem & accepturi estis non post multos istos dies vsque Pentecosten. Illi quidẽ conuenientes, interrogabant eũ, dicentes,* Domine, si hoc in tempore præsentabis regnũ Israel? *Al. l. Domine, si hoc tẽpore repræsentabis: & q regnũ Israel.* Ille autẽ dixit, Nemo potest cognoscre tempus, qđ pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutẽ spiritussancti superuenientẽ in vos, & eritis mihi testes apud Hierusalẽ, & in tota Iudęa & Samaria, & vsq; in totã terram. Ecce habes vt commemorauit discipulos pollicitationis paternæ, quã ex ore eius audierãt de spiritu sancto venturo, Nunc videamus quando sit missus. Paulo enim post sequitur, & dicit, In illo tempore, quo suppletus est

L dies Pentecostes, fuerunt omnes eadẽ animatione simul in vnũ: & factus est subito de cęlo sonus, tanquam ferretur flatus vehemens, *Acto.* & impleuit totum illũ locũ, in quo erant sedentes: & visę sunt illis linguæ diuisæ quasi ignis, qui & insedit super vnũquẽq; illorũ, Et impleti sunt omnes spiritusancto, & cęperunt loqui linguis, quomodo spiritus dabat eis pronunciare. Hierosolymis autem erant habitantes Iudæi homines ex omni natione, quæ est sub cęlo. Et cũ facta esset vox, collecta est turba, & confusa est: quoniã audiebat vnusquisq; ex suo sermone & suis linguis loquentes eos. Stupebant autem & mirabantur ad inuicem dicentes, Nonne omnes qui loquuntur, natione sunt Galilęi? Et qũo agnoscimus in illis sermonem in quo nati sumus? Parthi, Medi, Elamitę, & qui habitant Mesopotomiam, Armeniam & Cappadociam, Põtum, Asiam & Phrygiam & Pamphyliã: Aegyptum, & regionẽ Aphricę, quę est ad Cyrenen: & qui aduenerant Romani, & Iudæi, & incolę, & Cretenses, & Arabes, audiebant loquentes illos suis linguis magnalia Dei. Stupebant aũt & hæsitabant ob id quod factũ est, dicentes, Quid nã hoc vult esse? Alij aũt irridebant, dicentes, Hi musto oẽs onerati sunt. Ecce vbi venit spiritussanctus. Quid vultis amplius? Si scripturis credendũ est, cur non his potius credam, quæ robustissima authoritate firmatæ sunt, quæ cũ ipso Euangelio vbi promissum spm̃sanctũ pariter credimus, innotescere populis, & commẽdari po- M

steris, ꝓdicariq; meruerunt? Hos ergo Actus Apostolorũ Euãgelio pari authoritate cõiũctos cũ lego, inuenio non solũ esse promissum illis veris Apostolis spiritumsanctũ, sed etiam tam manifeste missum, vt nullus de

hac

hac re locus relinquatur erroribus. Clarificatio.n. dñi noſtri Ieſu Chriſti apud homines, reſurrectio eſt a mortuis, & in cęlũ aſcẽſio. Scriptum eſt.n. in ipſo Euangelio, κατὰ ἰωάννην, Spiritus aũt nõdum erat datus, quia Ieſus nõdũ erat clarificatus. Si ergo propterea nondũ erat datus, quia Ieſus nõdum erat clarificatus, clarificato Ieſu neceſſario ſtatim datus eſt, Et propter ipſam geminam clarificationẽ, ſecundũ hominem & ſecundum Deum, bis ẽt datus eſt ſpiritusſanctus. Semel

Deſpũ dã do. c. 10. Ioan. 7.

A poſtquã reſurrexit a mortuis, cũ inſufflauit in faciẽ diſcipulorũ, dicens, Accipite ſpm̃ ſanctum. Et iterũ poſtquã aſcendit in cęlum, decem dieb. tranſactis, qui numerus perfectionẽ ſignificat: cũ ſeptenario numero, quo condita vniuerſa conſiſtunt, additur Trinitas conditoris. De quib. rebus inter ſpiritales viros pie cauteq; multa tractantur. Sed ego a propoſito non diſcedã: ſuſcepi.n. prius vobiſcum ſic agere, vt non ego vos doceam, ꝙ ſuperbũ fortaſſe arbitramini, ſed tanquã ipſe a vobis diſcere ſtudeam, ꝙ nouem annis nõ potui. Quapropter habeo quib. literis credã de aduentu ſpiritusſancti, quibus me credere ſi prohibetis, ne temere credam ꝙ neſcio, ſic enim ſoletis monere, multo minus veſtris literis credã. Quare aut veſtros libros omnes auferte de medio, & diſputando pandite veritatem de qua dubitare nõ poſsim: aut tales proferte libros, quibus non mihi cũ arrogãtia imponatur ꝙ credam, ſed exhibeatur ſine fraude ꝙ diſcam. Fortaſſe, inquis, & hæc Epiſtola talis eſt, Nolo ergo in eius limine vlterius immorari, interiora videamus. Hęc sũt, inquit, ſalubria verba ex perenni ac viuo fonte, quæ qui audierit & eiſdẽ primũ crediderit, deinde quæ inſinuant cuſtodierit, nunq̃ erit morti obnoxius, verumẽt æterna & glorioſa vita fruetur. Nam profecto beatus eſt iudicandus qui hac diuina instructus cognitione fuerit, per quã liberatus in ſempiterna vita permanebit. Et hæc vt videtis pollicitatio eſt, nondũ exhibitio veritatis, & vos quoque animaduertere facillime poteſtis, iſto velamine quoslibet errores fucari poſſe, vt imperitorũ animas per ornatam ianuã latenter

Ioan. 10. Acto. 2.

xordiũ pistolæ. p. 11.

B irrepant. Si.n. diceret, Hæc ſunt peſtifera verba ex venenoſo fonte, q̃ qui audierit & eiſdem primũ crediderit, deinde quæ inſinuant cuſtodierit, nunquã erit vitæ reſtituendus, verum pęnali & ęrũnoſa morte afficietur. Nã profecto miſer eſt iudicandus, qui hac inferna implicatus imperitia fuerit, per quam demerſus in ſempiternis cruciatibus permanebit. Si ergo hoc diceret verum diceret: ſed libro huic non ſolũ nullum conciliaret lectorem, ſed ẽt omnes, in quorũ manus incidiſſet, in maxima odia cõcitaret. Quamobrem C ad conſequentia tranſeamus, nec nos iſta decipiant, quæ poſſunt eſſe bonis & malis, doctis & indoctis verba cõia. Quid igitur ſequitur? Pax, inquit, Dei inuiſibilis & veritatis notitia ſit cũ fratrib. ſanctis & chariſsimis, qui mandatis credunt cęleſtib. pariter atq; deſeruiunt. Ita ſit vt dicit, Nam & iſta benigna & acceptiſsima optatio eſt: tantum meminerimus hæc & a bonis doctorib. & a deceptoribus dici poſſe. Itaq; ſi nulla niſi talia diceret omnib. legendum & amplectendum, eſſe concederẽ. Nec illa quæ adhuc ſequũtur improbauerim: adiungit.n. Sed & dextera luminis tueatur, & eripiat vos ab omni incurſatione maligna, atq; a laqueis mundi. Omnino quippe quicquid in huius Epiſtolæ principio ſcriptũ eſt, donec veniatur ad cauſam, nolo reprehendere, ne in rebus minoribus multũ operę conſumamus. Iam ergo euidẽtiſsimam pollicitationẽ hominis videamus. De eo igitur, inquit, dilectiſsime frater audiſti, de quo mihi ſignificaſti dicens, Noſſe te cupere cuiuſmodi eſt natiuitas Adæ & Euæ, vtrũ verbo ſint prolati, an progeniti ex corpore. Reſpondebitur tibi vt congruit. Nã de his a pleriſq; in varijs ſcripturis reuelationibusq; diſsimili modo inſertũ atq; cõmemoratum eſt. Quapropter vt veritas iſtius rei ſeſe habet, ab vniuerſis ferè gentib. ignoratur, & ab omnibus qui ẽt de hoc diu multumq; diſputauerunt. Si.n. illis ſuper Adæ & Euę generatione prouenisset manifeſte cognoſcere, nunquã corruptioni & morti ſubiacerẽt. Manifeſtã ergo cognitionẽ huius rei nobis pollicetur, ne corruptioni ac morti ſubijciamur. Et ſi adhuc parũ eſt, vide quid ſequat. D Neceſſario ergo, inquit, plura ſunt ante cõmemoranda, vt ad illud myſterium ſine vlla poſsit dubitatione & ambiguitate perueniri. Hoc eſt ꝙ dicebam, ſic mihi demonſtrari debere veritatẽ, vt ad eam ſine vlla ambiguitate perueniam, Quod ſi ipſe nõ polliceretur, me tñ hoc exigere & flagitare oportebat, vt

Lib. 1. cõtra Fœlicẽ Manichæum. Cap. 16.

Adam & Eua quõ nati. c. 12

tanta

tanta mercede cognitionis euidentiſsimę atque certiſsimę ex catholico Chriſtiano quibuslibet contradicentibus Manichęum me fieri non puderet. Iam igitur audiamus quid afferat. Vnde ſi tibi videtur, inquit, auſculta prius quæ fuerint ante conſtitutionē mundi, & quo pacto ſit prȩlium agitatū, vt poſsis luminis ſeiungere naturam ac tenebrarum. Iā
E incredibilia & falſa oīno propoſuit, Quis.n. credat ante conſtitutionē mundi præliū vllū fuiſſe cōmiſſum? Et tñ ſi eſt credibile, modo nos non credere, ſed cognoſcere venimus. Nam qui dicit Perſas & Scythas ante multos annos ſecum bellaſſe, iā dicit credibilem: eā tñ quā auditā vel lectam poſsimus credere, non expertam cōprehenſamq; cognoſcere. Cū ergo iſtū repudiarē, ſi tale aliquid diceret, non. n. ea promiſit, quæ cogeret credere, ſed quæ poſſem ſine vlla ambiguitate cognoſcere: qūo eum non repudiabo, qñ nō modo incerta dicit, ſed ēt incredibilia? Sed quid ſi aliquib. rationib. ea perſpicua & cognita faciet? Audiamus ergo, ſi poſſumus, cum tota patientia & lenitate ꝙ ſequitur. Hæc quippe,

Duo principia. Cap. 13.

inquit, in exordio fuerunt duæ ſubſtantiæ, a ſeſe diuiſę, & luminis quidē imperiū tenebat Deus pater, in ſua ſancta ſtirpe perpetuus, in virtute magnificus, natura ipſa verus, æternitate propria exultans, ſemper cōtinens apud ſe ſapientiā & ſenſus vitales: per quos etiam duodecim mēbra luminis ſui cōprehendit, regni videlicet proprij diuitias affluentes. In vnoquoq; aūt membrorū eius ſunt recōdita milia innumerabilium, & immenſorum theſaurorū. Ipſe vero pater in ſua laude præcipuus magnitudine incōprehenſibilis, copulata habet ſibi beata & glorioſa ſecula: neq; numero, neq; prolixitate æſtimanda, cū quibus idē ſanctus atq; illuſtris pater & genitor degit: nullo ēt in regnis eius inſignibus, aut indigente, aut infirmo conſtituto. Ita aūt fundata ſunt eiuſdē ſplendidiſsima regna ſuper lucidam & beatam terrā, vt a nullo vnquam aut moueri aut cōcuti poſsint. Hæc mihi vn
F de probaturus eſt aut hæc ipſe vnde cognouit? Noli me terrere paracleti nomine: primo, quia nō credere incognita, ſed certa cognoſcere acceſsi, a vobiſipſis factꝰ timidior. Vos.n. noſtis, temere credentib. quā vehemēter inſultare ſoleatis: præſertim cū ipſe, qui iā cępit incerta narrare, plenam ac firmam ſcientiam pauloante promiſerit. Deinde qm̄ ſi mihi fides imperanda eſt, magis me teneret illa ſcriptura, vbi lego, veniſſe ſpm̄ſanctum, & Apoſtolos inſpiraſſe, quib. eū dñs ſe miſſurū promiſerat. Quapropter aut ea q̄ dicis, proba mihi vera eſſe, vt oſtendas quæ non poſſum credere: aut eū qui dicit, proba mihi ſpm̄ſanctum eſſe, vt credam quæ nō potes oſtendere. Ego nanq; catholicā fidē profiteor, & per illā me ad certam ſcientiā peruenturum præſumo: tu vero, qui fidem meā labefactare conaris, certam ſcientiam trade, ſi potes: vt id ꝙ credidi, temere me crediſſe conuincas. Duo ſunt, quæ mihi profers: vnum, cū dicis ſpm̄ſanctum eſſe qui loquit: G
& alterum cū dicis, manifeſta eſſe quæ loquitur. Vtrunq; abs te ſine vlla dubitatione cognoſcere debui: ſed non ſum auarus, vnum horū doce. Oſtende hunc eſſe ſpm̄ſanctum, & credam vera eſſe quæ dicis, ēt ſi neſciam: aut oſtende vera eſſe quæ dicis, & credam ſpm̄ſanctum eſſe, etiam ſi neſciam. Nunquid æquius aut beneuolentius tecum agi poteſt? Sed tu nec hoc, nec illud vales oſtendere. Nihil aliud elegiſti, niſi laudare ꝙ credis, & irridere ꝙ credo. Cum igitur etiam ego viciſſim laudauero ꝙ credo, & quod credis irriſero, quid putas nobis eſſe iudicandū, quidve faciendum, niſi vt eos relinquamus, qui nos inuitant certa cognoſcere, & poſtea imperāt vt incerta credamus: & eos ſequamur, qui nos inuitant prius credere, ꝙ nondum valemus intueri, vt ipſa fide valentiores facti, ꝙ credimus intelligere mereamur: non iam hominib. ſed ipſo Deo intrinſecus mentem noſtram firmante atque illuminante? Et quoniam quæſiui vnde mihi probet, nunc quæro vnde ipſe cognouerit. Si dicit ſibi a ſpiritu ſancto eſſe reuelatum, ſuamq; mentē diuinitus illuſtratā, vt ea quæ dicit, certa & manifeſta cognoſceret: ipſe ſignificat quid interſit inter cognoſcere & credere. Ipſe.n. cognoſcit cui apertiſsime iſta mōſtratur: eis aūt, quibus hæc narrat, non cognitionē inſi- H
nuat, ſed credulitatem ſuadet. Cui quiſquis temere conſenſerit, Manichęus efficitur: nō certa cognoſcēdo, ſed incerta credēdo: quales nos imperitos adoleſcentulos aliqñ decepit. Debuit ergo nō nobis polliceri ſcientiā, neq; manifeſtam cognitionem, neq; ad id ꝙ quæritur, ſine vlla ambiguitate peruentionem:

Manichæi ſtulta pollicitatio. Cap. 14. Acto.2. Ioan.14.

nem :

nem:ſed dicere potius ſibi iſta eſſe monſtra-
ta:illos autē quibus narrātur credere ſibi de-
bere quæ neſciūt.Sed ſi hoc diceret, quis nō
ei rñderet, Si ergo incognita crediturus sū,
cur nō ea potius credā,quę iā cōsēſione do-
ctorū indoctorumq; celebrantur,& per oēs
populos grauiſsima authoritate firmata ſunt?
Hoc ille timens ne ſibi diceret,effundit ne-
bulas imperitis:primū pollicens rerū certa-
I rū cognitionē & poſtea incertarū imperās
fidē. Cui tamē ſi hoc dicatur, vt ſaltē vel ſibi
hæc doceat eſſe monſtrata, ſimiliter deficit,
& hęc quoq; vt credamus iubet. Quis ferat
tantam fallaciā tātamq; ſuperbiā?Quid ſi nō
ſolum incerta, ſed etiam falſa eſſe quę dicit,
Deo & domino noſtro mihi opitulante mō
ſtrauero? Quid infęlicius iſta ſuperſtitione
inueniri poteſt, quæ non modo nō exhibet
ſcientiam quā promittit atq; veritatē, ſed ea
dicit quę vehementer ſunt ſcientię veritatiq;
contraria? Quod in ſequentibus manifeſtius
apparebit. Ita enim dicit, Iuxta vero vnā par
tem ac latus illuſtris illius ac ſanctæ terræ, e-
rat tenebrarum terra profunda & immenſa
magnitudine, in qua habitāt ignea corpora,
genera ſcilicet peſtifera. Hunc infinitę tene-
bræ ex eadē manantes natura, inęſtimabiles
cū proprijs fętibus, vltra quas erant aquæ cę
noſę ac turbidæ cū ſuis inhabitatoribus, qua
rum interius venti horribiles ac vehementes
cum ſuo Principe & genitoribus. Rurſum
regio ignea & corruptibilis cum ſuis duci-
bus & nationibus. Pari more introrſum gēs
caliginis ac fumi plena, in qua morabatur
immanis princeps omnium & dux, habens
circa ſe innumerabiles Principes, quorū om
nium ipſe erat mens atq; origo, hæq; fuerūt
naturæ quinq; terræ peſtiferę. Si aereum vel
etiā æthereū corpus diceret eſſe naturā Dei,
profecto irrideretur ab omnibus qui ſapien
tię veritatisq; naturā per nulla locorū ſpa-
tia diſtentam atq; diffuſam, ſine mole magnā
& magnificam, nec in parte minorem, & in
parte maiorē, ſed per omnia æqualem ſum-
mo patri, nec aliud habentē hic, & aliud ali-
K bi, ſed vbiq; integram, vbiq; præſentem qua
licunq; acie ſerenioris mentis intueri valent.
Sed quid dicam de veritate atque ſapientia,
quæ omnes animæ potentias ſuperat, cum
ipſius animæ natura quæ mutabilis inueni-
tur, nullo modo locorum ſpatia mole ſua
occupet? Quicquid.n. qualibet craſsitudine
diſtenditur, non pōt niſi minui per partē ha-
bendo aliud hic & aliud alibi, minor eſt.n.
digitus quā tota manus:& minor eſt digitus
vnus q̃ duo, & alibi eſt iſte digitus, alibi ille,
alibi cętera manus. Quod non ſolum in mo
bilibus corporū articulis videmus, ſed etiā
terræ pars iſta non eſt ibi vbi illa, quia ſuum L
locū quęq; obtinet: & pars humoris minor
minore, & maior maiore loco eſt, & alia
pars eſt circa fundū, alia circa oras poculi.
Similiter aeris partes ſuos quęq; implent lo
cos, nec fieri pōt aer quo implet hęc domus
ſimul ſecū in eadē domo habere poſsit etiā
illum aerem quē vicini habent lucisq; ipſius
alia pars infunditur per hanc feneſtram, alia
per aliā, & maior p maiorē, p minorē aūt mi
nor. Nec omnino poteſt eſſe aliquod corpus
ſiue cęleſte ſiue terreſtre, ſiue aereum, ſiue
humidū, quod non minus ſit in parte quam
in toto, neq; vllo modo poſsit in loco hu-
ius patris ſimul habere aliā partē: ſed aliud
hic & aliud habens, per quælibet ſpatia loco
rū diſtanti & diuidua, vel potius, vt ita dicā,
ſectili mole diſtenditur. Animæ natura, etiā
ſi non illa eius potentia conſideretur qua in
telligit veritatē, ſed illa inferior qua conti-
net corpus & ſentit in corpore, nullo modo
inuenitur locorū ſpatijs aliqua mole diſten-
di. Nam ſingulis ſui corporis particulis tota
præſto eſt, cum tota ſentit in ſingulis: nec
minor eſt pars eius ī digito, & maior in bra
chio ſicuti ipſe digitus brachio minor eſt: ſed
vbiq; tanta, quia vbiq; tota eſt. Cū.n. tāgitur
digitus, nō per totū corpus ſentit, & tñ tota
ſentit. Totā enim tactus ille non latet: quod
nō fieret niſi tota pręſto eſſet. Nec ſi tota prę
ſto eſt cū tangitur digitus ſentit in digito, ut
cęterū deſerat corpus, & ſeſe ad vnū illū lo-
cū in quo ſentit agglomeret. Sed cū tota ſen- M
tit in digito manus, ſi alius locus tangatur in
pede, nec ibi deſinit tota ſentire: atq; ita ī ſin-
gulis diſtantibus locis tota ſimul adeſt, non
vnū deſerens, vt in altero tota ſit, neque ita
vtrunq; tenens ut aliam partem ſic habeat,
alibi aliam: ſed ſufficiēs exhibere ſe ſingulis
locis ſimul totam, quoniam tota ſentit in ſin
gulis, ſatis oſtendit ſe locorū ſpatijs non te-
neri. Quod ſi eius memoriam cogitamus, nō
rerum intelligibilium, ſed harum corporea-
rū, quā & beſtię habere ſentiuntur: nā & per
loca

Oſtendit Auguſtinus falſa dicta Manichæi ex ſuis proprijs verbis. c. 15.

ũ loco ludit ni -- us. .16.

Imaginatio & in brutis. Cap. 17.

loca nota sine errore iumẽta pergunt,& cu-
bicula sua bestiæ repetunt, & canes dñorum
suorũ corpora recognoscunt, & dormiẽtes
plerunq; murmurãt, & in latratũ aliqñ erũ-
A punt,q nullo modo possent, nisi in earũ me
moria visarũ rerũ vel per corpus vtcunque
sensarũ versarentur imagines:quis digne co-
gitet,vbi capiãtur istę imagines, vbi gesten-
tur,vbi formentur? Si. n.nõ possent esse ma-
iores q̃ nostri corporis quantitas tenet, dice
ret forte aliquis,intra ipsa sui corporis spa-
tia quibus & illa concluditur, has imagines
animam figurare atq; seruare.Nunc vero cũ
perexiguam terræ partẽ occupet corpus, &
immensarũ regionũ & cęli ac terræ imagi-
nes animus voluit, quibus cateruatim disce-
dentibus ac succedentibus non fit angustus:
atq; hinc se ostendit non diffusum esse per
locos,quia maximorum locorũ imaginibus
non quasi capitur,sed potius eas capit: nõ si-
nu aliquo,sed vi potentiaque ineffabili, qua
licet eis & addere quodlibet & detrahere, &
in angustũ eas contrahere & per immensa ex
pandere, & ordinare vt velit,& pturbare,&
multiplicare,& ad paucitatẽ singularitatẽ ve
De nulla est imaginatio. cap. 18. redigere. Quid iã de illa loquar potẽtia,qua
intelligitur veritas,qua istis ipsis, quę de cor
corporis sensu haustę figurantur, imaginib.
sese pro veritate opponentibus magna viua-
citate resistitur? Qua videtur aliã, verbi gr̃a,
verã esse Chartaginẽ,aliã quã cogitãs fingit,
& pro suo arbitrio tota facilitate cõmutat:ex
eadẽ facilitate innumerabiles venire mũdos,
in quibus Epicuri cognitio innumerabiliter
peregrinata est.Et ne multa consecter, & ex
eadẽ venire facilitate istã terrã lucis per spa-
tia infinita diffusam,& quinq; antra gentis te
nebrarũ cũ habitatoribus suis in quibus Mà-
nichæi phantasmata veritatis sibi nomen au-
sa sunt vsurpare. Quid ergo est ista potentia
quæ hęc discernit? Quæ profecto quãtacũq;
sit, & his omnibus maior est, & sine vlla ta-
B li rerũ imaginatione cogitatur. Huic inueni
spatia si potes,hanc diffunde p locos,hãc in
finitę molis tumore distende. Profecto si be
ne cogitas,non potes.Quicquid enim tibi ta
le occurrerit,iudicas ipsa cogitatione secari
per partes facisq; ibi aliã partem minorem,
aliã maiorem quãtum placet.Illud autem ip
sum quo ista iudicas, cernis esse supra ista,
non loci altitudine, sed potentiæ dignitate.

Quare animã si totiens mutabilẽ, siue varia-
rũ voluntatũ turba, siue affectibus pro rerũ *Deus immensus. Cap. 19*
copia & inopia sese flectentibus,siue ipsis in
numerabilibus ludit phantasmatũ,siue obli
uione & memoria, siue doctrina & imperi-
tia.Si ergo animã, vt dixi,his atq; huiusmo- C
di motionibus totiens mutabilẽ, sentis non
diffundi extendiq; per locos,sed omnia talia
spatia viuacitate superare: quid de ipso Deo
cogitandũ aut existimandũ est,qui super oẽs
rationales mentes inconcussus atq; incõmu
tabilis manẽs tribuit, q cuiq; tribuendũ est.
Quẽ facilius eloqui audet anima quam vide
re: & quem tanto minus eloquitur, quanto
syncerius videre potuerit. Qui tamen si, vt
Manichęorũ phantasmata perstrepunt,loco
rũ ex vna parte determinato, ex alijs immẽ-
so spatio tenderetur, quantęlibet in eo parti-
culę & innumerabilia frustra essent,alia ma-
iora, alia minora pro cogitantis arbitrio me
tirentur:vt bipedalis in eo verbi gratia, pars
octo partib. minus esset q̃ decẽpedalis.Id.n.
necesse est contingat omnibus naturis, quę
per talia spatia diffusæ vbiq; totę esse nõ pos
sunt,quod in ipsa anima non inuenitur, sed
ab eis qui considerare hęc non valent, defor *Deus fi-*
miter de illa & turpiter creditur.Veruntamẽ *tus Ma-*
cum carnalibus animis fortasse non sic agẽ- *chæo.*
dũ est,sed descendẽdũ est potius ad eorũ co *Cap. 2[illegible]*
gitationes, qui naturã incorporeã, & spiri-
talẽ cogitando potius sequi, vel non audẽt,
vel nondũ valent:ita vt nec ipsam cogitatio-
nẽ suã eadem cogitatione cõsiderẽt, & inue
niant eam locorũ spatia de ipsis locorũ spa-
tijs iudicantẽ.Descendamus ergo ad eorum
sensus, & quæramus ab eis, iuxta quã partẽ
& iuxta quod latus, sicut Manichęus dicit,il
lustris illius ac sanctæ terræ erat tenebrarum *Liber.*
terra.Dicit enim iuxta vnam partem ac latus *cõtra F[e]*
nec dicit quã partẽ vel quod latus, dextrum *licem M[a]*
an sinistrũ.Sed quodlibet eligant, illud certe *nichæu[m]*
manifestũ est,non dici vnũ latus, nisi vbi est *cap. 1[illegible]*
& alterum latus. Vbi autem vel tria vel plu- D
ra sunt latera, aut figuræ ambitus intelligitur
vndiq; terminatus, aut si ex aliqua parte in
immensum patet, ex ijs tñ quæ latera dicun-
tur,necesse est, finiatur. Dicant ergo ex alio
latere,vel ex alijs lateribus, quid adiungeba-
tur terrę lucis, si ex vno latere erat gẽs tene-
brarũ? Nõ dicũt,Sed cũ premuntur vt dicãt,
infinita dicũt esse alia latera terræ illius quã

lucis

lucis vocant.i.per infinita ſpatia diſtendi, & nullo fine cohiberi. Nec intelligunt iam nõ eſſe latera, qđ qbuſuis tardis ẽt ingeniis aptiſsimũ eſt. Tunc.n.eſſent latera ſi finibus ſuis terminarent. Quid ad me, inqt, ſi nõ ſint latera? Sed cum diceres, iuxta vnã partẽ ac lat⁹, aliã quoq; partẽ ſiue partes, vel aliud latus ſiue latera cogebas intelligi. Nã ſi vnũ tm̃ lat⁹ erat, tm̃ iuxta latus dici debuit, nõ iuxta vnũ latus. Sicut in corpore nr̃o dicimus eſſe aliqd iuxta vnũ oculum qa eſt alter oculus, aut iuxta vnã maxillã, qa eſt altera. Si aũt dicam⁹ iuxta vnũ naſum, aut iuxta vnũ vmbilicũ, cũ

E ali⁹ nõ ſit, a doctis & ab indoctis ridebimur. Sed non te verbis premo. Fortaſſe. n. vnum quaſi vnicum appellare voluiſti. Quid ergo erat iuxta aliud latus terræ, q̃ illuſtrem ac ſãctam vocas? Terra, inquis, tenebrarum. Quid de iſta terra ſaltẽ concedis? Quòd corporea erat? Neceſſe eſt te hoc dicere, quandoquidẽ omnia corpora inde aſſeris originẽ ducere. Quid ergo quæſo, q̃uis tardi, q̃uis carnales homines, ne hoc quidem aliqñ animaduertitis, q; lateribus ſibi iungi vtraque iſta terra non poſsit, niſi eſſet vtraque corporea? Cur ergo nobis dicebať a neſcio qua cæcitate p̱uerſis, tenebrarum tantum terram fuiſſe vel eſſe corporeã, illam vero quæ terra luminis diceret, incorporeã & ſpiritalẽ credi oportere? Expergiſcamur aliqñ homines boni, & ſaltem admoniti qđ facillimum eſt attendamus, duas terras ſibi laterib. non poſſe cõiungi, niſi vtraq; ſit corpus. Aut ſi ad iſtam etiam poſsit coniungi, groſsi, & tardi, quæro, vtrũ & ipſa terra tenebrarũ vnum latus habuerit, & cętera infinita ſicut terra lucis? Nõ ita credunt, timent.n.ne Deo videať ęqualis. Dicũt ergo illam per profundum immẽſam, & per longum ſurſum verſus, aut ſupra illam ſpatia infinitæ inanitatis affirmant. Et ne ipſa vel ſimplum, terra aũt luminis duplum tenere vi-

F deať, anguſtant eam a duob. etiam lateribus. Tanq̃ ſi vnus panis, ſic.n. quod dr̃ facilius videri põt, in quadras quatuor decuſſatim formeť, in quib. tres ſint cãdidæ, vna nigra, modo de trib. candidis tolle diſtinctionẽ, & fac illas ẽt ſurſum verſus & deorſum verſus, & vndiq; retro infinitas, ſic ab eis eſſe creditur terra lucis. Illam vero nigram quadram fac deorſum verſus, & retro infinitã, ſupra ſe aũt immenſam inanitatem habere. Sic opinãtur terram tenebrarum, ſic ab eis eſſe crediť. Sed hæc nimis attẽte, & ſtudioſe inquirentibus, quaſi ſecreta demonſtrant. Veruntamẽ ſi ita eſt, apparet terram tenebrarum a terra lucis duob. laterib. tangi. Et vtiq; ſi duob. tangitur, duob. etiã tangit, certe iuxta vnum latus erat terra tenebrarum. Deinde q̃ fœda figura lucis apparet, tanquam fiſſa vngula, nigro quodam cuneo ſubter arctato, illac tãtum finita qua finditť, hians etiam & patens deſuper interpoſito inani qcquid a ſuperficie terrræ tenebrarum ſurſum verſus immẽſum eſt, quã deinde melior ipſius terræ tenebrarũ figura

G oſtenditť. Siquidẽ illa findit, hęc finditť: illa inferiť, hæc interpatet, illa in ſe nulli inanitati dat locum, hęc ab inferiori tantum parte laxa non eſt, qua hoſtili cuneo ſubimpletur. Indocti ergo homines & auari cum maiorem honorem tribuũt multitudini partium q̃ vnitati, vt ſex partes darent terrę lucis, tres deorſum verſus, tres ſurſum verſus, maluerũt penetrari terram lucis q̃ penetrare. Talem. n. figuram etſi commixtã negant, penetratam tñ negare non poſſunt. Confer nũc non ſpiritales catholicæ fidei viros, in qb. quantum in hac vita aĩus poteſt, cernit ſubſtantiam naturamq; diuinam nullis locorũ ſpatiis tendi, i. nullis lineamẽtorum dimenſionib. figurari: ſed confer carnales & paruulos noſtros, qui ſolent auditis in allegoria membris qbuſdã corporis noſtri velut cum dicunť oculi Dei, & aures Dei, ſolent Deum ſibi libertate phantaſmatis corporis humani ſpecie figurare. Hos confer iã illis Manichæis, qui ſolẽt iſtas nugas intentis & curioſis hominib. quaſi magna ſecreta deſcribere. Et conſidera qui rõnalius & honeſtius de Deo ſentiant, vtrum ij qui eum forma humana, ſua dignitate in ſuo genere prædita, cogitant, an ij qui eũ infinita mole diffuſum, nõ tñ vndique, ſed trib. qua-

H dris infinitum atq; condenſum, ex vna vero fiſſum, patentem, hiantem, laxum ſuperius inanitate, cuneatum inferius terra tenebrarum, vel ſi ita melius eſt dicere, apertum ſuperius natura propria, inarctatũ inferius aliena. Ecce ego tecũ derideo carnales homines: qui nondum poſſunt ſpiritalia cogitare, humana forma Deum æſtimantes. Deride & tu mecum, ſi potes, eos q tã deformẽ turpemq; fiſſuram vel ſciſſuram Dei, tã inaniter ſupra hiulcã, tam inhoneſte infra obturatã, multũ

Deliramẽ ũ de du lici ter. c. 21.

De laterib. & figura terrarum. Cap. 22.

Leuius peccant Manichæis. ἀνθρωπομορφῖται. Cap. 23.

miſerabili cogitatione imaginãt.Cum etiam
interſit, ꝙ iſti carnales qui humana Deũ for
ma cogitãt, ſi Eccleſiæ catholicæ gremio cõ
1.Co.3. tenti, cũ lacte nutriẽdi ſunt, nõ ſe intemera-
rias opiniones p̄cipitent, ſed ibi ſtudiũ pium
Mat.7. q̄rendi nutriãt, ibi petant vt accipiãt, ibi pul
ſent, vt eis aperiat̃, incipiunt ſpiritaliter alle-
gorrias parabolasq; ſcripturarum intellige-
re, & paulatim ſapere diuinas potentias, con
gruenter alibi auriũ, alibi oculorũ, alibi ma-
nuum vel pedum, vel alarũ atq; pennarũ, ſcu
ti, quoq; & gladii & galeæ cęterarumq; taliũ
innumerabilium rerum nomine enunciari.
Quia intelligentia q̃to magis proficiunt, tan
to magis catholici eſſe firmant̃. Manichęi ve
I ro qñ figurę illius imaginationẽ reliquerint,
Manichæi eſſe non poterunt. Hoc. n. quaſi ꝓ
prium atq; præcipuum authoris ſui laudib.
tribuunt, ꝙ dicunt illa quæ ab antiquis figu-
rate in libris de diuinis myſteriis poſita ſunt,
huic qui vltimus venturus erat, ſoluenda &
demõſtranda eſſe ſeruata. Et propterea poſt
illũ iam neminẽ doctorem diuinitus eſſe vẽ-
turum, q̃a nihil iſte per allegorias & figuras
dixerit, cum & antiquorũ quæ talia fuerant
aperiret, & ſua enodate manifeſteq; mõſtra-
ret. Non habent ergo iſti interpretationes ad
quas reuertãtur, cũ illis de authore ſuo legit̃,
Iuxta vnam vero partem ac latus, illuſtris il
lius ac ſanctæ terrę, erat tenebrarũ terra, quo
cunq; ſe verterint, neceſſe eſt phantaſmatum
ſuorum miſeria arctati, in ſciſſuras, aut abru
tas præciſiones & iuncturas, aut fiſſuras, tur-
piſsimas incidant, quas nõ dicam de incom-
mutabili natura Dei, ſed de omni natura in-
corporea, q̃uis mutabili, ſicut eſt aĩa miſerri
mũ eſt credere. Et tñ ſi non poſſem me inten
dere ad ſuperiora, neq; cogitationes meas a
falſis imaginationib. quas per ſenſus corpo-
K reos memoria fixas gero, in libertatẽ ac ſyn-
ceritatem naturæ ſpiritalis euoluere, quanto
melius humani corporis forma Deum cogi
tarem, quam illum nigrum cuneum ſciſſuræ
inferiori eius affigerem, ſuperioremq; vaſtiſ
ſimam laxitatem, non inueniens vnde opila-
rem, ſic immenſa inanitate patentẽ & hiantẽ
relinquerẽ. Quid iſta opinione fędius? quid
De numero naturarum. Cap. 24. tenebroſius hoc errore dici aut fingi potuit?
Deinde volo mihi dicat̃, qñ lego, Deum pa-
trem, & ſupra lucidam beatamq; terram fun
data regna eius, vtrum vnius & eiuſdem ſub
ſtantię atq; naturę ſint, & pr̃, & regna eius, &
terra? Quod ſi ita eſt, iam nõ quaſi aliã natu-
ram, q̃ quaſi corpus ſit Dei, cuneus ille gẽtis
tenebrarum diffundit & penetrat, qđ q̃dem
ipſũ eſſet ineffabili deformitate turpiſsimũ,
ſed ipſam oĩno naturã Dei, cuneus ille terræ
tenebrarum diffindit & penetrat: Rogo cogi
tate iſta, hoĩes eſtis: Rogo cogitate iſta, & fu
gite, taliumq; phantaſmatum ſacrilegia dila
niatis, ſi fieri põt, pectorib. de fide veſtra era-
dicate atque propellite. An dicturi eſtis, non
vnius eiuſdemq; naturæ illa tria eſſe, ſed alte
rius patrem, alterius regna, alterius terrã, vt
ſuas naturas atq; ſubſtatias hẽant ſingula di-
uerſas, excellentię gradib. ordinatas? Quod ſi
verũ eſt, nõ duas, ſed quatuor naturas Mani- L
chęus p̄dicare debuerat. Si aũt vnã naturam
habet pr̃ & regna, terra vero ſola diuerſam,
tres naturæ fuerant prædicandæ. Aut ſi ꝓpea
duas dicere maluit, q̃a terra tenebrarũ perti-
net ad Deum, q̃ro q̃uo ad Deũ lucis ꝑtineat
terra. Si. n. & naturam hẽt diuerſam, & nõ eã
genuit neq; fecit, nõ ad eũ pertinet, & in alie
no regna eius locata ſunt. At ſi ꝓpea pertinet
q̃a vicina eſt, pertineat & terra tenebrarum,
q̃ terram lucis nõ modo vicinitate cõtingit,
ſed etiã penetratione diſſulcat. Si aũt genuit
eam, nõ eam credi oportet diuerſam hr̃e na-
turam. Quod. n. genuit Deus: hoc oportet cre
di eſſe qđ Deus eſt, ſicut de vnigenito filio in
catholica credit̃. Itaq; ad illam fugiẽdam &
deteſtandã turpitudinẽ nos necẽſsitas reuo-
cat, vt nõ terrã quaſi aliã, atq; diuerſam, ſed
ipſam Dei naturã niger ille cuneꝰ diffindat.
Quod ſi non genuit, ſed fecit eam Deus, quę
ro vnde fecerit. Si ſeipſo, quid aliud eſt q̃ ge-
nuiſſe? Si de aliena aliqua natura, quæro vtrũ
bona an mala. Si bona, erat ergo aliqua natu
ra bona, q̃ non pertinebat ad Deum, qđ nul
lo modo dicere audebitis. Si aũt mala, nõ er
go illa gens tenebrarũ ſola natura mala erat. M
An forte iam inde aſſumpſerat partem aliq̃
Deus, q̃ in terram lucis conuerteret, & ſuper
illam ſua regna ſtabiliret? De tota ergo id fe-
ciſſet, vt iã olim mala natura nulla eſſet. Qđ
ſi non de aliqua ſubſtantia fecit terram lucis,
reſtat vt eã de nihilo fecerit. Quare ſi vobis *Ordo bonorũ ab uno Deo. Cap. 25.*
iam perſuadet̃ poſſe aliquid boni omnipotẽ
tem Deum de nihilo facere venite in catholi
cã, & diſcite omnes naturas, quas fecit Deus
& condidit, excellentiæ gradibus ordinatas a

summis vsq; ad infimas, oēs bonas, sed alias
aliis esse potiores, easq; factas esse de nihilo,
cum Deus artifex per sapientiam suam potē
tialiter, vt ita dicā, operaret, vt posset esse qđ
non erat, & inquantum esset, bonum esset, in
quantū aūt deficeret, se nō de Deo genitum,
sed ab ipso de nihilo factum ostēderet. Quid
.n. uos teneat, si cōsideretis, nō inuenietis, cū
terram luminis q̄ describitis, neq; hoc esse
qđ Deus est possitis dicere, ne ipsam Dei na
turam fœditas quadræ illius inarctet, neq; de
illo genitā, ne nihilominus hoc qđ Deus est
cogat intelligi, & ad eandem deformitatem
redeat, nec alienā ab illo, ne in alieno regna
eū posuisse, & nō duas, sed tres naturas dice
re vrgeamini, neq; ab eodem de aliena factā
substantia, ne aut bonum aliud fuerit præter
Deum, aut malū præter gentem tenebrarum.
A Remanet igit vobis, vt de nihilo terrā lumi-
nis Deum fecisse fateamini, & non vultis cre
dere, q̄ si aliquod magnum bonum, quod tn̄
illo ipso esset inferius, Deus ex nihilo facere
potuit, potuit ēt, q̄a bonus est & nulli bono
inuideret, facere alterum bonum, qđ illo prio
re esset inferius, potuit & tertium cui s̄m p̄-
poneret, & deinde vsq; ad infimum bonum
naturarū factarū ordinē ducere, donec vni-
uersitas earū, non numero indefinito incerta
deflueret, sed certo terminata cōsisteret. Aut
si nec de nihilo istam luminis terram Deum
fecisse vultis fateri, non erit exitus quo tantas
turpitudines & tā sacrilegas opiniones eua-
datis. Aut videte certe, qm̄ liberum est car-
nali cogitationi phantasmata qualia libuerit
opinari, ne forte possitis aliā formam q̄cun
que huic cōiunctionis duarū terrarum inue
nire, ne tā detestabilis & auersanda rerum fa
B cies aīo occurrat, terram, s. Dei, siue sit eius-
cuius. dē naturę qua * est Deus, siue diuersæ, in qua
tn̄ Dei regna fundata sint, ita ingenti mole p̄
immēsam iacere, vt per infinitū porrectis &
apertis membris iaceat, q̄b. fœdissime atque
turpissime ab inferiori parte recipiat etiā ip
sum immensæ magnitudinis inarctatum illū
cuneum terræ tenebrarū. Sed q̄cquid aliud
inueneritis figuræ qua duæ istæ terræ sibi cō
iungunt, delere p̄fecto Manichæi literas non
potestis, non dico alias q̄b. expressius ista de
scripsit. Fortassis enim quia pauciorib. notæ
sunt, minus periculi hr̄e videant, sed istas ip-
sas de q̄b. nunc agit, epistolæ fundam ēti, quę
ferè omnib. qui apud vos illuminati vocan-
tur, solet esse notissima. Hic q̄ppe ita scribit,
Iuxta vnam vero partem ac latus illius illu-
stris ac sanctæ terræ, erat tenebrarum terra p̄
funda & immensa magnitudine. Quid expe-
ctamus amplius? Tenemus enim quod iuxta *Terrarū cōiunctio. Cap. 26.*
lat⁹ erat. Quomodolibet iam fingite figuras,
& qualia habet lineamenta describite, moles
certe illa immensæ terrę tenebrarum, aut re-
cto latere adiungebat terrę lucis, aut curuo,
aut tortuoso. Sed si tortuoso, & illa sancta ter
ra tortuosum habet latus: nā si ipsa rectum
habeat latus & tortuoso huius latere tangit,
interpatent cauernę q̄dam profundæ per in-
finitum inane, nec supra terram tm̄ tenebra
rum inanitas erat sicut audire solebam⁹. Qđ
si ita est, quanto melius erat vt se aliq̄n lon-
gius terra luminis rem oueret, atq; illa inani
tas tanta interesset, ne omnino posset a tene-
brarum terra ex vlla parte contingi, immo C
etiam tantum spatium pateret inanis p̄fundi
tatis, vt si qua gentis illius oriretur improbi-
tas, etiam si temere in illam transilire vellent
principes tenebrarum, quoniam nec volare
p̄nt corpora nisi aere corporeo supportent,
per illud inane præcipitati, & q̄a infinitum
deorsum versum esset, ad nullum aliquando
fundum peruenientes, etiam si semper pos-
sent viuere, nunquam tamen dum deorsum
semper ferūtur, possent nocere. Si autem cur
uo latere adiungebatur, terra quoque lucis
curuo eam sinu deformiter recipiebat. Aut si
introrsus ista quasi specie theatri curua erat,
curuam terrę luminis partem tali sinu rece-
ptam, non minus deformi copulatione am-
plectebatur. Aut si ista curuum habebat la-
tus, & illa rectum, non ex toto eam latere
attingebat. Et vtique melius erat, sicut su- D
pra dixi, vt nulla ex parte contingeret, tantū-
que inane interesset, vt & iusto interuallo
vtranq; terram seiungeret, & temerarios im-
probos per infinitum præcipites nihil noce
re permitteret. Quòd si recto latere latus re-
ctum attingebat, non video quidē aliqua vel
receptacula vel hiatus, sed planè video tantā
pacem tantamque secum terrę vtriusq; con
cordiam, vt maior coniunctio esse non pos-
sit. Quid enim speciosius, quid conuenien-
tius, quàm rectū recto ita copulari, vt nulla
ex parte sinus vel flex⁹ dirumpat aut dirimat
naturalem ac stabilem per infinitum spatium

loci & ab infinita æternitate iũcturam? Quæ recta latera vtriusq; terræ,etiam si interposito inani separent, non solum per seipsa pulchra essent,q̃ a tam recta essét, sed interiecto quoq; interuallo ita sibi cõgruerent, vt hinc atq; inde pariles rectitudines ẽt sine vlla coniunctione, ipsa tñ similitudine conuenirent. Cum aũt accedit ista coniunctio,quid concordius ac pacati⁹ hac vtraq; terra? Quid vero ẽt ipsa copulatione duorũ rectorũ laterũ pulchri⁹ dici aut cogitari possit, nõ inuenio.

E Quid faciam cum errore tanto peruersis & consuetudine implicatis miserrimis animis? Nõ enim sciunt isti hoïes quid loquant̃ cum hæc loquunt̃. Non enim attendunt. Rogo,nemo enim vos vrget, nemo in certamen premit,nemo præteritis insultat errorib. nisi qui diuinam misericordiã expertus non est,vt careret errorib. tantum id agamus vt aliquãdo finiant̃. Intuemini paululum sine aïositate & amaritudine. Omnes hoïes sumus,non vos, sed errores & falsitates odimus. Quæso intuemini paululum. Deus misericordiarum adiuua intuentes,& verum quærentib. interius lumen accende. Quid enim intelligimus,si nõ intelligimus rectum melius esse q̃ prauum? Quæro ergo a vobis si placide modesteq; accipitis, rectum latus terræ tenebrarum,quod recto lateri terræ lucis adiungitur, si q̃lpiam deprauaret, nullam ne illi pulchritudinẽ adimeret? Necesse est fateamini, si latrare nolitis, non solum & si deprauetur pulchritudinem auferri, sed eam etiam pulchritudinem quam cum recto latere terrę luminis potuit habere communem. Hanc ergo auferens, & de recto prauũ faciens, vt discordaret quod concordabat, & abhorreret quod congruebat, nunquid aliquam inde auferret substantiam?

F Sic ergo discite, non substantiam malũ esse,sed sicut in corpore commutatione formę in deterius, amitti speciem vel potius minui,& fędum dici quod pulchrum antea dicebat̃, & displicere corpus qđ antea placuerat. Sic in aïo rectę voluntatis decus,quo pie iusteq; viuit̃,commutata in deterius voluntate deprauari, quo peccato effici animam miseram,quæ honestate rectę voluntatis,beatitatem obtinebat, nulla addita detractave substantia. Deinde etiam illud cogitate,quia etsi concedamus aliis causis latus terræ tenebrarũ malũ esse, ꝙ obscurũ, ꝙ tenebrosum, vel si aliquid aliud dici põt, non tñ in eo quod rectum est, malum est. sicut ergo concedo in eius colore esse aliq̃d mali, sic necesse est & vos concedatis esse in eius rectitudine aliq̃d boni. Nefas est itaq; hoc quantũcunq; bonũ est,alienare ab artifice Deo, à quo esse omne bonum qđ in quacunq; natura est,nisi credamus,perniciosissime erramus. Qũo ergo ille & summum malum esse dicit hanc terrã, in cuius lateris rectitudine inuenio quãtum ad corpus attinet,non paruæ pulcritudinis bonum,& ab omnipotẽte atq; optimo Deo eã vult esse penitus alienam,cum id ipsum bonum quod in illa inuenimus, cui alii tribuẽdum sit,nisi authori bonorum oïum, non inueniamus?

Ex rectitudine laterũ concludit bonitatem creaturarũ a Deo Cap. 27.

G Sed malum erat,inquit, etiã illud latus. Puta malum esse, deterius esset certe si nõ rectum,sed distortum esset. Qũo igit̃ est summum malum quo põt aliquid cogitari deterius? Deinde necesse est aliquid boni sit, quo carendo fit res quęcunq; deterior. Carẽdo aũt rectitudine fieret latus illud deterius. Inest ergo illi boni aliq̃d rectitudo, Et nunq̃ mihi dicis,vnde inest,nisi ad eum te cõtuleris a quo siue magna siue parua, oïa tñ bona esse fateamur. Sed iam a lateris huius consideratione transeamus ad alia. Habitabant,inq̃t, in illa terra ignea corpora, genera.s. pestifera. Cum dicit, habitabant,aïata vtiq; atq; viuentia vult intelligi. Sed ne de verbo calumniari velle videamur, attendamus istos oẽs habitatores terræ illius, quemadmodum in quinq; genera viua distribuerat. Hinc infinitæ,inq̃t,tenebræ ex eadem manantes natura, inęstimabiles cum propriis fœtib. vltra quas erant aquæ cœnosæ ac turbidæ cum suis inhabitatorib. quarum interius venti horribiles & vehementes cũ suo principe & genitorib.

Disti- quit M- nichæu quinqu natura terræ t- nebrar. Cap. 2

H Rursum regio ignea & corruptibilis cũ suis ducib & nationib. pari more introrsus gens caliginis ac fumi plena,in qua morabat̃ immanis princeps oïum & dux, habẽs circa se innumerabiles principes, quorum omnium ipse erat mens & origo, hæq; fuerunt naturæ quinque terrę pestiferæ. Animaduertimus quinque naturas quasi partes vnius naturæ, quam vocat terram pestiferam. Hæ sunt autem,tenebræ, aquæ, venti,ignis,fumus,quas quinque naturas sic ordinat,vt exteriores cęteris sint tenebrę,à quibus numerare incipit. Intra tenebras aquas constituit, intra aquas

ventos,

ventos, intra ventos ignem, intra ignem fumũ. Et hẽbant istæ quinq; naturæ sua quæq; genera inhabitatorum suorũ, quæ nihilominus quinq; sunt. Quæro nanq;, vtrum genus vnum habitantium fuerit in omnib. quinque naturis, an diuersa genera, sicut naturæ ipsę diuersę sunt? Diuersa fuisse rñdent, & de aliis libris ita docent, ꝙ tenebras habitauerũt serpentes, aquas natantes, sicut sunt pisces, vẽtos volantes, sicut sunt aues, ignes quadrupedes, sicut sunt equi, leones, & cętera huiusmodi, fumum bipedes, sicut sunt hoĩes. Quis igiẽ ista ordinauit, quis distribuit atq; distinxit, quis numerum, qualitates, formas, vitam dedit? Hæc.n. omnia per seipsa bona sunt, nec inueniẽ vnde cuique naturæ nisi ab omnium bonorum Deo authore tribuanẽ. Non enim sicut chaos describerem⁹, q̃uo etiam insinuare Poetæ solent, informem quandam materiem sine specie, sine qualitate, sine mensura, ne numero & pondere, sine ordine ac distinctione, cõfusum nescio quid atq; omnino expers omni qualitate. Vnde illud q.dam docto res Græci ἄποιον vocant: Nõ ergo sic isti hãc q̃ vocant terram tenebrarum insinuare conãtur, sed omnino aliter longeq; diuerse atque cõtrarie latus lateri adiungunt atq; collinũt: naturas qnq; numerant, distinguũt, ordinant qualitatib. propriis enunciant, nec eas desertas ac infœcundas esse permittũt, sed suis in habitatorib. complẽt, eisdemq; ipsis formas congruas & suis inhabitationib. accõmodas tribuunt, & qđ antecellit omnib. vitam. Hæc tanta bona enumerare, & ab authore oĩum bonorũ Deo aliena esse dicere, hoc est nec in reb. agnoscere tm̃ ordinis bonũ, nec in se tantum erroris malum. Sed ista, inquit, genera quinq; illas naturas inhabitantia, sæua erãt atq; pestifera, quasi ego in eis sæuitiam, pestemq; laudauerim. Ecce ego tecũ vitupero, quę in illis mala esse criminaris, lauda tu me cum q̃ in illis bona ipse commemoras, ita videbis bona malis permixta te velle constituere, ꝓ summo & extremo malo. Vitupero ibi tecum pestem, lauda ibi mecum salutẽ. Non enim genera illa vel gigni vel nutriri, vel inhabitare terram illã sine salute aliqua potuissent. Vitupero ibi te cum tenebras, lauda ibi mecum fęcunditatem. Tenebras.n. dicitis in æstimabiles, & addis tñ, cum propriis fœtib. quanquã tenebræ nõ sint corporeæ, totumq; hoc nomen lucis absentia est, sicut nuditas, carere vestitu, & inanitas, vacare corporis plenitudine, ac propterea tenebrę nihil gignere potuerunt, q̃uis terra potuerit tenebrosa, i. carens luce, aliquid gignere. Sed interim hęc omittamus, fędus aptum saluti & q̃dam concordia numerosa, ordinat atq; in vnitatem coędificat membra nascentium, sibiinuicem moderationis pace congruentia. Quæ oĩa, quis non intelligat maiori laude, quam tenebras vituperatione dignanda? Vitupero ibi tecum cęnum turpidum aquarum, lauda ibi mecum & ipsam speciem qualitatemque aquarum, & inhabitatorum natantium membra congruentia, vitam corpus continentem & regentem, & omne temperamentum sui generis valetudini accommodatũ, quantum uis.n. aquas cœnosas turbidasque reprehendas, eo tamen ꝙ tales aquas dicis, vt aĩantia sua possint & gignere & continere, speciem illius qualiscũq; corporis & partium similitudinem, qua in vnam formanẽ pacanturque qualitatem, auferre non potes, quia si abstuleris, nullũ erit corpus, quę omnia si es homo sentis esse laudanda. Et quantumuis illorum inhabitatorum sęuitiam, & inter impetus, dilacerationes & vastationes exaggeres, nõ eis tñ adimis numerosos formarum terminos, quib. sibi singula eorum corpora membrorum parilitate pacata sunt, & temperamentũ salutis & moderamen formę, partes sui corporis in vnitatem amicitiæ cõcordiæq; redigentis, quę si humano sensu intueris, vides plus esse laudanda quam vtiperanda quę displicent. Vitupero ibi tecum horrorem ventorum, lauda ibi mecum eorũdem ventorũ spiritalem nutricemque naturam, & speciẽ corporis, congruentia partium continuati atq; diffusi, quib. omnib. illos inhabitatores suos poterant & gignere & alere, & salubriter continere, eorumq; inhabitatorum, cum cętera quę in omnib. animantib. superiori ratione laudata sunt, tum proprie impigros & alarum in volatu concordem nisum & non imparem motum. Vitupero ibi tecum corruptionem ignis, lauda ibi mecum genitalem ignem & vigentem, opportunamq; eius temperationem nascentib. & vt calescerent,* & vt suis numeris lineamentisq; perficereẽ, & vt viuere atq; habitare ibi possent, quę omnia nõ solum in ignis habitatione, sed in ipsis

Margin notes:

Ex quinque naturis illis terræ tenebrarũ pbat Manichæorũ falsitatẽ.

A

Cap. 29. Infra. Cap. 30.

…stendit …n esse …nmum …lũ in …ibus di… Mani…eus …. 30.

B

…ẽ. dis… …c. secũ… …hãc …se. Et …tẽde.

C

D

* al. coalescerent.

ſis quoque habitantibus miranda & laudan-
da eſſe cognoſcis. Vitupero ibi tecum obſcu
ritatem fumi,& immanitatem principis, qui
in eo,ſicut dicis,morabať,lauda ibi mecũ,ꝙ
vel in ipſo fumo nullã partẽ iuuenis diſsimi
milẽ cęteris, ex quo in genere ſuo partiũ in-
ter ſe ſuarũ congruentiã modumq́; cuſtodit,
vt quadã vnitate ſit qđ eſt, quæ nemo ſobrie
conſiderat, & non mirabiliter laudat. Quid
ꝙ ẽt fumo addis vim potentiamq́; generan-
di, qñ eidem quoq; inhabitatores principes
tribuis, vt qđ hic nunquam vidimus,ibi fu-
mus fęcundus ſit,& ſalubrẽ ſuis habitatorib.
E tribuat manſionem? Qđ etiam in ipſo fumi
principe immanitatem ſolam aduertiſti quã
vituperares,nonne debuiſti attendere cætera
quæ te in eius naturæ laudẽ cogerent? Hẽbat
enim aĩam & corpus,illam viuificãtem, hoc
vita inſpiratum,cũ illa regeret,hoc obtempe
raret,illa præiret,hoc ſubſequereref, illa cõ
tineret,hoc nõ deflueret,illa moueret in nu-
meros, hoc numeroſa mẽbrorum cõpagine
ſtabiliref. Nõne te ad laudem mouet in hoc
vno principe,vel pax ordinata, vel ordo pa-
catus? Qđ aũt de vno dictum eſt, hoc de cęte
ris intelligi licet. Sed.n.erat in alios ſeuer⁹ &
immanis,non hoc laudo,ſed illa quæ nõ vis
attendere. Quæ ſi vel admonitus intuef atq;
conſiderat quiſquis Manichæo temere credi
dit,ſine dubitatione cognoſcit, cum de iſtis
naturis loquif, de bonis qbuſdam ſe loqui,
ſed nõ ſummis & infabricatis,ſicuti eſt Deus
vna trinitas,neq; de his fabricatis q̃ ſublimi-
ter ordinata ſunt,ſicuti ſunt angeli ſancti &
beatiſsimæ ptãtes,ſed de infimis, & pro ſui
generis modulo in imo rerum ordinatis bo-
nis,quæ dum comparanť ſuperiorib. vitupe
randæ ab imperitis exiſtimanť, & dum cõſi-
deranť quãtum his deſit boni,qđ illis adeſt,
eiuſdem boni abſentia mali nomen tenet. Et
ego qdem ꝑpterea ſic de iſtis naturis,diſpu-
F to,qm̃ ea nominanť q̃ in hoc mũdo nota sũt
nobis. Nouimus.n. tenebras, aquas, ventos,
ignem,fumum,nouimus etiam aĩalia ſerpen
tia,natantia,volantia,quadrupedia,bipedia.
In quib.omnib.exceptis tenebris,quæ vt di-
xi nihil ſunt aliud q̃ lucis abſentia, quæ ocu-
lis non videndo diſcernunť, ſicut ſilentium
aurib.non audiendo,non qa tenebrę ſunt ali
quid,ſed qa lux non eſt,ſicut dicimur aurib.
percipere ſilentium, non qa eſt aliquid, ſed

Non ſtatim malũ qđ minus bonũ eſt. Cap. 31.

quia ſonus non eſt. Exceptis ergo tenebris in
hac enumeratione,cæteræ naturæ ſunt etiam
omnib. notæ,quarum ſpeciem qa in quantũ
cunq; eſt,laudabilis & bona eſt, nemo pru-
dens abalienat ab authore omnium bonorũ
Deo. Nam ille Manichęus ſicut voluit natu-
ras quas hic dicit ordinare in phantaſmatib.
ſuis velut in gente tenebrarũ, omnino falſus
eſſe conuincif. Primo, qa tenebræ nihil pñt
gignere,vt dictum eſt. Sed non tales,inquit,
erant illæ tenebræ,quales hic noſti. Vnde er-
go me de illis doces? An forte tam verboſus
doctrinæ pollicitator cogis vt credam? Sed
fac me credere. Illud tñ ſcio, ꝙ ſi non habe- G
bant aliquam faciem ſicut iſtę non habent,
nihil generare potuerunt, ſi aũt habebãt,me
liores erant. Tu aũt cum dicis, non fuiſſe ta-
les,quaſi peiores aliquas credi cupis. Poſſes
dicere etiam ſilentium,quod ſic eſt aurib. vt
tenebræ oculis,aliqua ibi ſurda vel muta aĩa
lia genuiſſe,vt cum tibi dicereť, non eſſe ali-
quam naturam ſilentium, reſponderes, ſed
nõ tale ſilentium erat quale hic noſti,vt om-
nino quod velles diceres eis, quos ſemel vt
tibi crederent decepiſſes, quãquam id quod
eum induxit, vt in tenebris ſerpẽtia nata eſſe
confingeret, in ipſis qdem primordiis naſcẽ
tium potuit bene animaduerti. Sed ſunt ſer-
pentes qui tam acute vident, & ſic præſentia
lucis exultant,vt grauiſsimum teſtimonium
contra eum dicere videantur. Deinde in aqs
natantia facile fuit hic dicere, & ad illa tran
ſire phãtaſmata,ſic & in vẽtis volantia, quo
niam huius craſsioris aeris impulſus,in quo
aues volant,ventus dř. In igne vero quadru-
pędia,vnde illi fingere in mentem venerit ne
ſcio. Et tamen fruſtra hoc non dixit, ſed pa-
rum attendit, & errauit nimis. Hanc enim rõ
nem ſolent reddere, ꝙ quadrupedes edaces
ſint,& in concubitum multum ferueant. Sed
multi homines edacitate ſua ſuperant quam- H
libet quadrupedem, qui certe bipedes ſunt,
quos non ignis,ſed fumi eſſe filios dicit. An-
ſerib. vero non facile quicquam edacius in-
uenitur,quos ſiue in fumo ponat,quia bipe-
des ſunt,ſiue in aquis, quia natare amant, ſi-
ue in ventis, quia pennati ſunt, & interdum
volant,ad ignem certe ſecundum eius diſtin
ctionem non pertinent. Quod autem attinet
ad feruorem concubitus, credo eũ animad-
uertiſſe hinnictes equos, & ſæpe morſis fre-

Melio[r] ... noſtris ... Manich[æ]i ... uolũt ... sũma ... la.ca. ...

nis

nis raptos in fœminas, quod animaduersum dũ vult cito scribere, non attendit passerem parietinum, in cuius cõparatione quis admissarius frigidissimus inuenit. Bipedes vero in fumo cũ ab eis qrit quare ordinauerit, rñdẽt elatũ & superbũ esse bipedũ genus. Hinc.n. hoïes originem trahere dicunt; & qm̃ fumus globosus & quasi tumidus in auras erigit, superbis esse similem non absurde attenderũt. Quæ aïaduersio sufficere debuit ad aliq̃ similitudinẽ dandã de superbis hoïb. siue allegoriam vel formandã vel intelligẽdam, non tñ E vt ideo bipedes aïantes in fumo & de fumo nati esse credant. Nam & in puluere nasci debuerunt. q̃a sæpe non minore ambitu & elatione surgit in cœlum: & in nebulis, q̃a plerũq; de terra ita exhalant, vt lõge intuentib. incertũ etiã faciant, fumusne an illæ sint. Postremo cur in aquas & ventis de habitãdi patientia ad habitatores ductũ est argumẽtum, q̃a videmus & natantia in aquis & volantia in vẽtis viuere? Ignis vero & fumus nõ deterruit hoïem mentientem, vt puderet eũ tales ibi habitatores cõstituere, q̃b. nihil cõstitueret absurdi⁹? Nam quadrupedẽ ignis inpedit atq; corrumpit, & bipedes fum⁹ offocat atq; necat. Vel hinc certe cogit fateri, se meliores dicere in gente tenebrarum istas fuisse naturas, vbi vult oïa peiora credi. Siquidẽ ibi gignebat ignis quadrupedẽ & nutriebat & cõtinebat innoxie vel ẽt commodissime. Similiter & fumus bipedes suos clementissimo sinu editos, nõ solum sine molestia, sed vitaliter atq; indulgenter vsq; in illum principatũ educabat & cõtinebat. Ita ostendunt ista mẽdacia, aïaduersione rerum q̃ vident in mundo, minusq; solerti, carnalia sensu cõcepta, & phantasmate parturita, & temeritate edita atq; conscripta, hæreticorũ numerũ auxisse. Sed illo genere magis vrgendi sunt, vt intelligant si pñt, quam vere in catholica dicatur, omnium naturarũ esse authorem Deũ, quo F de genere superius agebam cum dicerẽ, Vitupero tecũ pestem, cæcitatem, cęnositatem turbidam, horribilem vehementiam, corruptibilitatẽ, immanitatem principum, & his similia. Laudato mecum speciem, distinctionem, ordinationem, pacem, vnitatem formarum, membrorum congruentias, & numerosas parilitates, vitalia spiramenta & nutrimẽta, temperamentum salutis, regimen & moderamen aïæ, famulatusq; corporum similitudinem, cõcordiamq; partiũ in singulis naturis, vel quæ habitabant vel q̃ habitabant, & cætera hmõi. Si.n. intelligent, si tñ sine pertinacia velint attendere, iam & bona & mala se miscere cum loquunt de illa terra, vbi solum & summum malum fuisse crediderunt. Itaq; si tollant illa quæ mala enumerata sũt, bona illa quæ laudata sunt, sine vlla vituperatione remanere, si aũt bona ipsa tollant, nullam remanere naturã, ex quo iam videt qui potest videre, omnem naturam inquantũ natura est bonum esse, q̃a ex vna eademque re in qua & ego quod laudarem, & ille quod vituperaret inuenit, si tollantur ea quæ bona sunt, natura nulla erit, si autem tollantur ea G quę displicẽt, incorrupta natura remanebit. Tolle aquis vt non sint cœnosæ & turbidæ, remanent aquę puræ atq; tranquillę, tolle de aquis partium concordiã, non erũt aquæ. Si ergo malo illo adepto, manet natura purgatior, bono aũt detracto, nõ manet vlla natura. Hoc ibi facit naturam q̃d bonum hẽt, q̃d aũt malũ, non natura sed cõtra naturam est. Tolle de ventis horrorẽ & nimiũ impetum qui tibi displicet, potes cogitare vẽtos lenes atq; moderatos. Tolle de vẽtis partium similitudinẽ, qua eorum corpus in vnitatem cõtinuant, & sibi pacat vt corp⁹ sit, nulla suberit natura q̃ cogites. Lõgum est cętera persequi, sed manifestũ est eis qui nullo studio partiũ iudicant, cum istę naturę commemorantur, adiũgi eis q̃dam quib. displiceant, quę cum detrahimus naturæ meliores manent. Vnde intelligitur eas inquantum naturæ sunt, bonas esse, quia cum eis vicissim omne q̃d bonum habent detraxeris, naturæ nullæ erunt. Animaduertite etiam qui recte vultis iudicare, illum quoq; principem immanem, cui si auferatur immanitas, attendite quãta laudabilia remanebũt. Cõpago corporis membrorum hinc atq; inde congruentia, formæ vnitas & pax contextarum inter se partium, H animæ regentis ac vegetantis, famulantisque & vegetati corporis ordo & dispositio. Quę omnia bona si auferantur, & si qua forte minus enumeraui, nulla prorsus natura subsistit. Sed fortasse dicetis, illa mala de talibus naturis non posse auferri, & ideo naturalia debere accipi. Non nunc quæritur quid possit vel non possit auferri, sed certe non parum

...il esse ...turæ ...cidit. ...p. 33.

Sola mala conside rãt Manichæi. Cap. 34.

uum lumen eſt ad intelligendum, omnes naturas inquantum naturæ ſunt bonas eſſe, ꝙ ſine illis malis cogitari bona illa poſsint, ſine bonis aũt illis nulla natura cogitari põt. Nã ſine turbatione cœni poſſum aquas cogitare, ſine pace aũt continuatarũ partium, nulla ſpẽs corporis aĩo occurrit, aut vllo modo ſentiri põt, ac per hoc nec illæ aquæ cęnoſæ ſine iſto bono eſſe potuerunt, quo bono fiebat, vt aliqua natura corporea poſſet eſſe. Nã qđ dicitis, ꝙ illa mala de naturis talibus non pñt auferri, Rñdetur, ꝙ & illa bona de naturis talib. non pñt auferri. Cur ergo iſtas res, ꝑꝑ mala quæ auferri non poſſe arbitramini, mala naturalia vocare vultis, ꝑꝑ bona vero

I quæ auferri non poſſe conuincimini, bona naturalia vocare non vultis? Reſtat vt quæratis, nam ipſa ſolet eſſe vox vltima, vnde ſint illa mala quę mihi quoq; diſplicere dicebam. Rñdebo fortaſſe, ſi vos pri⁹ dixeritis, vñ ſint illa bona, q̃ vos quoq; laudare cogimini, ſi abſurdiſsimi cordis eſſe non vultis. Sed quid ego iſtud q̃ram cũ vtriq; fateamur, oĩa quæcunq; & quãtacunq; bona ſunt, ab vno Deo eſſe qui ſumme bonus eſt? Reſiſtite ergo voſipſi Manichæo, qui tot & tanta bona q̃ commemorauimus iuſteq; laudauimus, pacẽ cõcordiamq; partium in vnaquaq; natura, ſalutem valẽtiamq; aĩantium, & cætera quæ repetere iam piget, ita in terra commentitia tenebrarũ eſſe arbitratus eſt, vt ab illo Deo quẽ bonorum omnium fatet̃ authorem, alienare conaret̃. Non.n.ea bona vidit, dum hoc ſolũ attendit qđ diſpliceret, tanquam ſi quiſpiam leonis fremitu exterritus, & eum intuens trahentem ac dilaniantẽ pecorum aut hominũ corpora quęcũq; apprehẽdiſſet, puerili quadam infirmitate animi tanto timore percelleret̃, vt ſolam feritatem leonis intuens atque

K ſæuitiam, cætera eius negligens oĩno atque præteriens naturã illius aĩantis, non tñ malum ſed magnum ẽt malum eſſe clamaret, tãto.ſ.exaggeratius, q̃to timidius. At ſi edomita feritate dulcẽ leonem manſuetumq; videret, ꝑſertim ſi nunq̃ antea fuiſſet de illa beſtia territ⁹, tũc vacaret ſecuro atq; intrepido leonis pulchritudinem cõſiderare atq; laudare. De quo ego nihil dicã niſi quod ad rẽ maxime ꝑtinet, fieri poſſe, vt aliqua natura offendat ex aliquo, & in totũ naſcat̃ odium, cum manifeſtum ſit multo meliorem eſſe ſpeciẽ veræ ac viuæ beſtiæ, etiam cum terret in ſyluis, q̃ imitatę atq; ſimulatę cum in pariete picta laudat̃. Hoc ergo errore ille nos non decipiat, nec cæcos faciat ad cõſiderandas naturam ſpẽs, cum quędam in eis ita reprehendit, vt omni ex parte cogat diſplicere, quod omni ex parte reprehendere non põt, atque hoc modo aĩum ad æquum iudicium componentes, quæramus iã vnde ſint cũ illis bonis mala, quæ me quoq; improbaturum dicebam. Quod facilius videbimus, ſi in vnũ nomẽ potuerimus cuncta conferre. Quis.n. dubitet totum illud quod dr̃ malum, nihil eſſe aliud q̃ corruptionem? Pñt qdem aliis atq; aliis vocabulis alia atq; alia mala nominari, ſed quod oĩum rerum malum ſit, in qb. male aliquid animaduerti põt, corruptio eſt.

Vbicunq; corruptio, ibi bonũ fit. Cap. 3

L Sed corruptio peritæ aĩæ imperitia vocatur, corruptio prudentis imprudẽtia, corruptio iuſtitię iniuſtitia, corruptio fortitudinis ignauia, corruptio quietis atq; tranquillitatis cupiditas vel metus vel triſtitia vel iactantia. Deinde in corpore aĩato, corruptio ſanitatis dolor & morb. corruptio virium laſsitudo, corruptio quietis labor. Deinde in ipſo loco corporis, corruptio pulchritudinis fœditas, corruptio rectitudinis prauitas, corruptio ordinis ꝑuerſitas, corruptio integritatis diſciſſio aut fractura aut diminutio. Lõgum eſt & difficile & harum rerum quas cõmemoraui & aliarum innumerabilium omnes corruptiones nominatim enunciare, cum etiã multæ quæ dñr in corpore poſsint & in anima dici, & innumerabilia ſunt, in quib. propria vocabula corruptio teneat. Veruntamen videre iam facile eſt nihil nocere corruptionẽ: niſi quod labefacit naturalem ſtatũ, & ideo eam non eſſe naturam ſed contra naturam. Quòd ſi non inuenitur in rebus malum niſi corruptio, & corruptio non eſt natura, nulla vtiq; natura malum eſt.

M Sed ſi hoc forte intelligere non valetis, illud attendite ꝙ omne quod corrumpit̃ bono aliquo minuit̃, quia ſi non corrumperet̃, incorruptum eſſet, ſi vero etiam non poſſet omnino corrumpi, incorruptibile eſſet. Neceſſe eſt aũt vt ſiue incorruptio ſiue incorruptibilitas bonũ ſit, ſi malum eſt corruptio. Sed nunc de natura incorruptibili nulla quæſtio eſt, de his agitur quæ poſſunt corrumpi, quæ dum non corrũpunt̃ incorrupta dici poſſunt, incorruptibilia

De natura boni Cap. 20

lia

2. sen. di. lia non possunt. Illud enim solum incorru-
34. cap. ptibile proprie dr̃, quod non tm̃ corrumpit̃:
Ostensa. sed etiam nulla ex parte corrumpi potest. In
corrupta ergo quæcunq; sunt & tñ corrum-
pi pñt, cum corrumpi cœperint, eo ipso bo-
no minuunt̃ quo incorrupta erãt, & magno
ꝗdem bono, ꝗa magnum malum est corru-
ptio, & ꝗ̃diu in eis augeri corruptio potest,
tandiu habẽt bonum quo minuant̃. Quapꝑ
naturæ illę, quas in tenebrarum terra fuisse
confingit, aut poterant corrumpi, aut nõ po
terant. Si non poterant, incorruptibiles erãt,
quo bono superius nihil est. Si poterant, aut
corrumpebant̃, aut nõ corrumpebant̃. Si nõ
corrũpebant̃, incorruptæ erãt, qđ videmus
sine magna laude dici non posse. Si aũt cor-
rumpebant̃, minuebant̃ illo tã magno bono.
A Si minuebant̃ bono, habebant bonũ quo mi
nuerent̃. Quod si hẽbant bonum, non erant
naturæ illę summũ malum, & oĩs Manichæi
Vnde cor fabula falsa est. Sed qm̃ quæsiuimus ꝗd esset
ruptio bo malum, neq; hoc naturam, sed cõtra naturã
ni. ca. 36. esse cognouimus, consequenter quærendum
est, vnde sit, quod ille si fecisset minus fortas-
se in has tanti erroris angustias laberet̃. Præ-
propere quippe ac pręposteręquęsiuit vnde
esset, quod primo non quæsierat quid esset.
Et ideo nullo modo poterant ꝗrenti occur-
rere nisi vana phantasmata, ꝗb. difficile aĩus
carnalib. sensib. multum pastus exuit̃. Dicet
ergo aliquis, non iam certare, sed non errare
desiderans, vnde est ista corruptio ꝙ quasi
generale malum rerum bonarum, sed tñ cor
Mat. 7. ruptibilium esse comperimus? Qui talia quæ
rit, cito inueniet magno ardore verũ petens,
& constanti perseuerantia pie pulsans. Per
hoĩes enim cõmemoratio aliqua signis ver-
Mat. 23. borum fieri potest. Docet autem vnus verus
B magister, ipsa incorruptibilis veritas, solus
magister interior, qui etiam exterior factus
est, vt nos ab exteriorib. ad interiora reuoca
Philip. 2. ret, & formam serui accipiens, vt eius subli-
mitas surgentibus innotesceret, iacentib. hu-
milis apparere dignatus est. In eius nomine
supplices sumus, & per eum misericordiam
patris implorantes ista quæramus. Primo. n.
breuissime rñderi potest quærẽtib. vnde cor
ruptio est, cum dr̃, Ex eo ꝙ hæ naturæ quæ
corrumpi pñt, non de Deo genitæ, sed ab eo
de nihilo factę sunt, quas qm̃ bonas ratio su-
perior demõstrauit, nemo põt recte dicere,

nõ Deum bona fecisse. Si aũt dixerit summe
bona fecisse, oportet intelligat summum bo
nũ ipsum esse qui fecit hęc bona. Quid ma- Solus De⁹ summe bo
li, inꝗs, fieret, si & illa fierẽt summe bona? Et nus. c. 37
tñ si quis ex nobis quæreret accepto & credi
to Deo patre summo bono, si esset aliud sum
me bonum, vnde esse pie nobis videret̃, nul-
lo modo recte rñderemus, nisi de Deo qui
summe bonus est. Qđ ergo de illo est, memi
nerimus natum de illo esse, non ab eo factũ
de nihilo, & ideo & hoc summe, i. incorru-
ptibiliter bonum esse, videmusq; iniuste fla-
gitari, vt tam summe bona sint quæ fecit de
nihilo, quam summe bonus est quem de se
genuit, quem nisi vnum genuisset, non id qđ
ipse est genuisset, quia ipse vnus est. Quapꝑ
de vnico quidem filio per quem facta sunt a Ioan. 1.
patre omnia bona de nihilo, imperite atque
impie fratres quærũtur, nisi ex eo ꝙ in hoĩe
apparere dignatus est. Nam ideo & vnigeni- C
tus in scripturis, & primogenitus dr̃. Vnige- Ibidem.
nitus a patre, primogenitus ex mortuis. Et vi
dimus, inquit, gloriam eius tanꝗ̃ vnigeniti a
patre plenum gratia & veritate. Et Paulus di- Rom. 8.
cit, Vt sit ipse primogenit⁹ in multis fratrib.
Quod si dixerimus, non iam esse ista bona ꝗ̃
de nihilo facta sunt, sed tm̃ Dei naturam bo-
nam esse, inuidemus tantis bonis, & vox im-
pia est, iniuriam putare, non hoc esse quod
Deus est, & ideo nolle esse aliquod bonum,
qm̃ ei præponit̃ Deus. Quæso patere naturã
aĩæ rationalis aliquãto minus esse quã Deus
est, & tãto minus, vt post istum te melius ali
quid nõ sit. Patere, inquam, & mitesce illi, ne
te adhuc repellat in infima, vbi per angustias
pœnales etiam atque etiam bonum quod es
vilescat tibi. Superba es in Deum, si indigna-
ris ꝙ te antecedit, & nimis contumeliose de D
illo sentis, si non ineffabiliter gratularis tam
magnum bonum esse te, vt solus sit ille præ-
stantior. Quo constituto atq; firmato, illud
ne dixeris ò aĩa humana, Me solam naturam
Deus facere debuit, nollem vt post me aliꝗd
boni fieret. Nõ. n. quod bonũ est post Deum,
iam debuit esse nouissimũ. Et hinc maxime
apparet ꝗ̃tam tibi tribuerit dignitatẽ, ꝙ De⁹
qui solus tibi naturaliter dominat̃, facit alia
bona ꝗb. tu quoq; dñareris. Nec mereris ꝙ
nunc tibi non oĩmodo seruiunt, & te aliqñ
etiam crucient, ꝗa dñs tuus maiorẽ potestatẽ
habet in ea ꝗ̃ tibi seruiũt, ꝗ̃ tu in ipsa tanquã
in seruos

in seruos seruorũ suorũ. Quid ergo mirum si
tibi peccanti, i. non obtẽperanti dño tuo, pœ
nalia qb. dñabaris effecta sunt. Quid.n. tã iu-
stũ, & qd iustius Deo? Hoc nãq; humana na
tura in Adã meruit, de quo non est hic dispu
tandi locus, sed tñ dñator iustus iustis p̃miis
& iustis suppliciis approbat̃, beatitate recte
viuentiũ pęnaq; peccantiũ. Nec tñ sine mise
ricordia derelicta es, quę certis rerũ tempo-
rumq; mensuris vocaris vt redeas, ita recto
moderamine altissimi conditoris, quousque
E ad bona terrena peruentum est, q̃ corrũpunt̃
& reformant̃, vt hr̃es supplicio mixta sola-
tia, & vt laudares Deum delectata ordine bo
norum, & refugeres in eũ exercitata experi-
mentis malorum. Ita inquantum tibi terrena
seruiunt, docent te esse dñam suã, inquãtum
aũt molesta sunt, docent vt seruias dño suo.
Natura a Deo, corruptio ex nihilo. Cap. 38. Quapp quamuis sit malum corruptio, & q̃-
uis non sit à cõditore naturarũ, sed ex eo sit,
ꝙ de nihilo factæ sunt, tñ ẽt ipsa illo regente
& gubernante oĩa quæ fecit, sic ordinata est,
vt non noceat, nisi naturis infimis ad suppli-
cium dãnatorum, & exercitationem admo-
nitionemq; redeuntiũ, vt inhærendo Deo in
corruptibili maneant incorrupti, qđ vnũ est
bonum nostrũ, sicut per Prophetam dr̃: Mihi
Psal. 72. aũt inhęrere Deo bonum est. Neq; illud dixe
ris, Non faceret Deus naturas corruptibiles,
inquantum.n. naturæ sunt, fecit Deus, inquã-
tum aũt corruptibiles, nõ Deus fecit. Non.n.
est ab illo corruptio, qui solus est incorrupti
bilis. Si hoc capis, gratias age Deo, si non ca
pis, qesce, & noli temere nondũ intellecta dã
nare, supplexq; illi, qui lumen mentis accen
dit, attẽde vt intelligas. Cum.n. dr̃ natura cor
ruptibibilis, non vnũ, sed duo nomina dñr.
F Itẽ cum dr̃, Deus fecit ex nihilo, non vnum,
sed duo nomina audiuimus. Redde ergo istis
singulis illa singula, vt cum audis naturã, ad
Deum pertineat, cum audis corruptibilẽ, ad
nihilum, ita tñ vt ipsæ corruptiones, q̃uis nõ
sint ex Dei arte, in eius tñ potestate sint dispo
nendæ pro rerum ordine & meritis aĩarum.
Ideo recte dicim⁹ ab illo esse præmium atq;
supplicium. Item.n. fecit corruptionem, vt
possit corruptioni eum dare, qui corrumpi
meruit, i. qui seipsum cęperit peccando cor
rumpere, vt cruciantem sentiat corruptionẽ
inuitus, qui blandientem illicita oblectatio-
ne concupiscentiam volens commisit. Non
enim in veteri testõ tantum scriptũ est, Ego
facio bona, & condo mala, sed euidẽtius in *Mala quũ sint a Deo. Cap. 39*
nouo, vbi dñs dicit, Nolite timere eos q cor-
dus occidunt, & amplius non hẽnt quid fa- *Esai. 45.*
ciant, sed eum timete, qui cum corpus occi- *Mat. 10*
derit, hẽt potestatem aĩam mittere in gehen-
nam. Voluntariæ aũt corruptioni addi iudi-
cio diuino pœnalẽ corruptionem, manife-
stissime Paulus Appostolus attestat̃, cũ dicit, *1. Co. 3.*
Tẽplum.n. Dei sanctum est, qđ estis vos, qs-
quis templũ Dei corruperit, corrumpet eum
Deus. Qđ si in veteri lege dictum esset, qb. in
uectionib. isti impetum facerent accusantes
quasi corruptorem Deum? Qđ verbum me- G
tuentes multi Latini interpretes, noluerũt di
cere corrũpet, sed disperdet illũ Deus, & nõ
deuiantes a re ipsa, offensionem vocabuli de
uitarunt. Quamq̃ isti non minus inueherent̃
in perditorẽ Deum, si hoc in veteri lege, aut
in Prophetis inuenirẽt. Sed Gręcis exempla
rib. conuincunt̃, in qb. apertissime scriptum
est, Quisquis templũ Dei corruperit, corrũ-
pet illũ Deus. Quod si qs ab eis quęrat, qũo
dictũ sit, ne corruptor putet̃ Deus, exponunt
statim, Corrumpet dictum esse, corruptioni
tradet, vel si quo alio modo pñt. Quo aĩo si
essent in veterem legem, & multa ibi miran-
da intelligerent, & nõdum intellecta non cũ
odio lacerarent, sed cum honore deferrent.
Quisqs aũt nondũ credit ex nihilo esse cor- *corruptio tendit ad non esse.*
ruptionẽ, proponat sibi hęc duo, esse & non
esse, quasi ex diuersis partib. intelligendi gra-
tia, vt cum tardis tardius ambulemus, deinde *Cap. 40*
velut in medio cõstituat aliqd, vtpote corp⁹
aĩantis, & quærat hoc secum, dum format̃ il
lud corpus, & nascit̃, dũ auget̃ eius spẽs, nu-
tritur, conualescit, roboratur, decoratur, fir-
matur inquantum manet, & inquantum sta- H
bilitur, in quam partem tendat, vtrum ad es-
se, an non esse, non dubitabit quidem esse ali
quid in ipsis etiam primordiis, sed quantò
magis forma & specie & valentia constabi-
litur atque formatur, tanto magis fieri, vt
sit, & in eam partem tendat, qua positum
est esse. Nunc ergo incipiat corrumpi, de-
bilitetur omnis ille status, languescant illæ
vires, marcescat robur, forma fœdetur, dissi
liat compago membrorum, contabesca &
defluat concordia partium, quęrat etiã nũc
per istam corruptionem quò tendat, vtrum
ad esse, an nõ esse? Non puto vsqueadeo cæ-

cum

cum & tardum, vt dubitet quid ipſe reſpondeat,& non ſentiat quãto magas quodq; corrumpitur,tanto magis ad interitum tendere. Oẽ autem qđ ad interitum tendit, ad nõ eſſe tendit. Cum ergo Deum incõmutabiliter & incorruptibiliter eſſe credendũ ſit, id autem quod dr̃ nihil, penitus non eſſe manifeſtum ſit, & cum iſta ꝓpoſueris eſſe & nõ eſſe atq; cognoueris q̃to augeẽ ſpecies, tanto quidq; tendere vt ſit, quanto aũt magis augeẽ corruptio,tanto magis tendere vt non ſit,quid du-

E bites dicere in vnaquaq; natura corruptibili q̃d in ea ſit ex Deo,q̃d ſit ex nihilo,cum ſpẽs ſm̃ naturam ſit,corruptio contra naturã, q̃a ſpẽs aucta cogit eſſe,& Deum fatemur sũme eſſe,corruptio vero aucta cogit non eſſe, & conſtat qđ non eſt nihil eſſe.Quid,inq̃,dubitas dicere in natura corruptibili q̃ & naturã dicis & corruptibilem dicis,dicere q̃d ſit ex Deo,q̃d ex nihilo? Et q̃d quæris Deo naturã contrariam, quem ſi confiteris ſumme eſſe, vides ei nõ eſſe cõtrarium? Cur ergo inquis, qđ naturæ Deus dedit,tollit corruptio?Non tollit.n.vbi permittit Deus,ibi aũt permittit, vbi ordinatiſsimũ & iuſtiſsimum iudicat ꝓ rerum gradib. & pro meritis aĩarum. Nã & ſpẽs vocis emiſſæ pręterit,& ſilẽtio perimiẽ: & tñ ſermo noſter ex præeũtium verborum deceſsione ac ſucceſsione peragiẽ,& moderatis ſilentiorum interuallis decenter ſuauiterq; diſtinguiẽ, ita ſeſe habet etiam temporalium naturarum infima pulcritudo, vt rerum tranſitu peragaẽ & diſtinguaẽ morte naſcentium. Cuius pulchritudinis ordinem & modos ſi poſſet capere ſenſus noſter atq; memoria,ita nobis placeret, vt defectus q̃b. diſtinguiẽ nec corruptiones vocare auderemꝰ. Quod aũt in eius pulchritudinis parte labo-

Corruptio permiſsu Dei a nobis eſt. Cap. 41.

F ramus,cũ nos fluentia deſerunt temporalia, quæ diligimus & peccatorũ pœnas luimus, & ſempiterna diligere commonemur. Non ergo in hac pulchritudine q̃ramus quod nõ accepit,quæ ideo infima eſt,quia quod quærimus,nõ accepit,& in eo quod accepit, laudemus Deum,qui tantum ſpẽi bonum etiam huic quanuis infimę dedit. Nec ei tamen vt amatores eius inhæreamus,ſed vt Dei laudatores eam tranſgrediamnr, vt ſupra eam collocati de ea iudicemus, non ei connexi in illa iudicemur. Feſtinemus itaq; ad illud bonum,quod nec locis graſſatur, nec tempore voluitur,& vnde ſpeciem formamque accipiunt omnes locales temporaleſque naturæ. Ad quod videndum mundemus cor per fidẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ait,Beati mũdo corde,quoniam ipſi Deum videbunt. Nõ enim eos oculos ad illud bonum cernẽdum præparari oportet, quibus cernitur lux iſta diffuſa per locos,& non vbique integra, ſed aliam partem hic habens alibi aliam. Verum illum aſpectum aciemque purgamus, quo cerniẽ quantum in hac vita licet, quid ſit iu-

…rtatur … sũmũ … num. … p. 42.

Mat. 5.

G ſtum,quid pium, quæ ſit ſapientiæ pulchritudo,quæ quiſquis cernit, præponit longè omnium localium ſpatiorum plenitudini,& ſentit vt iſta cernat,per locorum ſpatia diffundi aciem mẽtis ſuæ,ſed incorporea potentia ſtabiliri. Cui aſpectui quoniam multum inimica ſunt phãtaſmata, quæ de carnali ſenſu tracta imaginarie cogitatio noſtra verſat, & cõtinet, deteſtamur iſtam hæreſim, quæ ſuorũ phantaſmatum fidem ſecuta, & diuinam ſubſtantiam per locorum ſpatia,quanuis infinita velut informen molem deſiecit atq; diffudit,& eam ex vna parte trũcauit, vt inueniret locum malo,quid videre non potuit non eſſe naturam,ſed contra naturam, & ipſum malum tanta ſpecie & formis & pace partiũ in ſingulis naturis vigente decorauit,quæ ſine his bonis nullam poterat cogitare naturam,vt ea mala,quæ ibi reprehendit innumerabilium bonorum copia ſepeliãtur. Sed huius voluminis iſte ſit terminis, in cæteris cætera eius deliramenta Deo permittente atque adiuuante arguantur.

Qđ ſpirituali cognitioni quæ ſpiritalia uidẽtur, inimica sũt carnalia phantaſmata. Cap. 43.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, De duabus animabus contra Manichęos

LIBER VNVS. H



Pitulante Dei miſericordia,diruptis & derelictis Manichæorum laqueis, tandẽ catholicæ gremio reſtitutum, libet conſiderare nunc ſaltem ac deplorare illam meã miſeriam. Multa enim erant, quæ facere debui. ne tam facile ac diebus paucis religionis veriſsimæ ſemina mihi a pueritia ſalubriter inſita, errore vel fraude

Oĩs uita a Chriſto. Cap. 1.

de falsorum fallaciumue hominũ effossa ex aĩo repellerent. Nã primo aĩarum illa duos q̃b. ita singulas natura gña propriasq; tribuerunt, vt alterum de ipsa Dei esse substantia, alterius vero Deum nec conditorem q̃dem velint accipi, si mecum sobrie diligenterque cõsiderassem, mẽte in Deum supplici & pia, fortasse mihi satagenti apparuisset, nullã esse qualemlibet vitam, q̃ nõ eoipso, qui vita est,
1. Retra. Cap. 15. & inquantũ oĩno uita est, ad summum vitæ fontem principiumq; pertineat, quod nihil aliud q̃ summum & solum, verumq; Deum
I possumus confiteri. Quapp illas aĩas, quæ a Manichæis vocanť malæ, aut carere vita, & aĩas non esse, neq; q̃cquam velle seu nolle, appetere vel fugere, aut si viuerent, vt & aĩæ esse possent, & aliquid tale agere, quale illi opinarenť, nullo modo eas nisi vita viuere, ac si Christum dixisse cõstaret, vt cõstat, Ego sum vita, nihil esse causę cur non oẽs aĩas, cũ aĩæ nisi viuendo esse nõ possint, per Christũ, idest, per vitã creatas & conditas fateremur.

Verius sunt, quæ intellectu pcipiunť. Cap. 2. a. l sustinere.

Quod si tempore illo q̃onem de ipsa vita, & de participatione vitæ mea cogitatio ferre* ac consentire non posset, quæ profectò magna est, & multum serenæ disputationis iter doctissimos diligens, illud inspicere fortasse valuissem, ꝙ omni homini sese sine studio partium bene cõsideranti manifestissime apparet, omne q̃d scire & nosse dicimur, aut sensu corporis, aut intelligentia nos hře cõprehensum.

Quinque sensus corporis.

Sensus aũt corporis etiã vulgo quinq; numerari, visum, auditum, odoratũ, gustum, atq; tactum, q̃b. omnib. intelligẽtiã longe lateque pręstare & excellere, quis mihi non vel ingratus impiusque concederet? Quo constituto atq; firmato illud consequi, & cũcta quæ tactu & visu, vel quolibet alio modo corporaliter sentirenť, tanto essent in
K feriora his q̃ intelligẽdo assequeremur, q̃to ipsos sensus intelligentiæ cedere videremus. Quam ob rem cum oĩs vita, & ob hoc oĩs aĩa nullo corporis sensu, sed solo intellectu percipi queat, sol aũt iste atq; luna omnisq; lux, quæ mortalib. his oculis cerniť, ab ipsis quoq; Manichæis, vero & bono Deo tribuẽda esse dicať, summam esse dementiam id p̃dicare pertinere ad Deum, q̃d per corpus intuemur, quodq; non solum aĩo, sed ipsa sublimitate animi, mente. s. atq; intelligentia caperemus, i. vitã, qualiscunq; illa diceretur, tñ vitam eodem Deo authore priuandam & viduandã putare. Num. n. quid sit viuere quamque secretum ab omi corporis sensu, quamque oĩno incorporeũ, si meipsum inuocato Deo interrogarem, respondere non possim? Aut non illi quoq; fateanť, non solum viuere illas, quas detestanť aĩas, sed etiam immor
taliter viuere? Quodq; a Christo dictum est, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, nõ omnino de nõ viuentib. sed de peccantib. dictum, quę immortalis aĩæ sola mors est, scribente Paulo, Mortua est vidua quę in delitiis viuit, simul. n. & mortuã esse dixit & viuere. L
Quare nõ ego quãto decoloratius viuat peccatrix aĩa, sed illud ipsum tñ quod attẽdere. Quod si percipere nisi intelligendo nõ possem, credo veniret in mentẽ, tanto esse quãli bet aĩam luci, quam per hos sentimus oculis præferendam, quanto intelligentiã ipsis oculis præferremus. Lucem aũt illã illi quoq; à patre Christi esse confirmanť, ego ne tandẽ, ꝙ ab eo esset quæcunq; aĩa, dubitarem? Ego vero non modo de anima, sed quouis etiam corpore, quin ab ipso esset nihil omnino, ne tum q̃dem hoc scilicet illius imperitię atque ætatis ambigerem, si forma quid esset, quid ve formatum, quid species, & quid indutum specie, deinde quid horum, cui causa esset, pie cauteque cogitarem. Sed de corpore interim taceo, de anima conqueror, spõtaneo & viuido motu, de actu, de vita, de immortalitate. Denique conqueror, quòd aliquam rem ista omnia sine Dei bonitate habere posse miserrimus credidi, quòd quanta essent, negligenter attendi, hoc mihi gemendum, hoc deflẽdum puto. Voluerem mecum hæc, loquerer mecum, deferrem ad alios, quæ vis esset intelligendi, quoniam nihil esset in homine quod huic excellentiæ possemus cõferre, præponerẽ, vbi mihi hoc homines, si mo M
do essent homines, concessissent, quærerem vtrum his oculis viderent, idest, intelligerẽt? Vbi negauissent, colligerem primo longe esse sensui oculorum istorum intelligentiam mentis anteponẽdam, deinde subiungerem, id q̃d re meliore pciperemus, necessario melius iudicandum. Quis hoc non daret? Ergo pergerem quęrere, Anima illa, quam malam dicerent, oculis ne sentireť istis, an mente intelligeretur? Mente faterentur. Quibus omnibus inter nos conuenientibus atq; cõfirma-

Mat. 8. *1. Tim.* *Collectio a minore Cap. 3.*

tis,quid cõfitetur oſtenderem, aĩam illam.ſ. quam execrarent̃,luce iſta quam venerarent̃ eſſe meliorem,q̃n quidem illa intellectu mẽtis, hæc ſenſu corporis innoteſcit. Hic vero hęrerent fortaſſe, ducemq; rõnem ſequi recuſarent, tanta eſt vis veternoſarum opinionũ,& diu defenſæ atq; creditæ falſitatis. Sed ego inſtarem magis hęrentib. non aſpere,nõ pueriliter,non peruicaciter, repeterem quæ conceſſa ſunt,& q̃ eſſent concedenda, monſtrarem.Hortarer vt in commune cõſulerẽt, viderent certè q̃d negandum eſſet,vtrum in-
E telle&#x1f;ũ iſtis carneis luminib.præferendũ,an excellentius eſſe,q̃d animi excellentia, q̃ q̃d vili ſenſu corporis cognoſcit̃, falſum putarent, an illas aĩas, quas alienigenas crederẽt, tñ intelligendo. i. ipſa aĩæ excellentia ſcire poſſe nollẽt fateri, an Solẽ ac Lunam nõ niſi iſtis oculis notos fieri vellẽt abnuere. Q̃d ſi nihil horũ niſi abſurdiſsime atq; impudẽtiſſime negari poſſe aĩaduerterent, ſuaderẽ,nõ eos oportere dubitare iſtã lucem,q̃ colendã prædicarent,eſſe aĩa illa viliorem,q̃ fugiendã monerẽt. Atq;hic ſi forte turbati a me q̃rerent, Num ẽt muſcæ aĩam huic luci præſtare cenſerem,rñderem etiã, nec me terreret muſca,ꝙ parua eſt,ſed ꝙ viua firmaret.* Quęritur. n. quid illa membra tam exigua vegetet, quid huc atq; illuc pro naturali appetitu tantillum corpuſculũ ducat,q̃d currentes pedes in numerum moueat, q̃d volantes pennulas moderet̃,ac vibret? Q̃d qualecunq; eſt bene conſiderantib.in tam paruo tam magnũ eminet,cuius fulgori perſtringenti oculos pręferat̃.Certè q̃d nemo dubitat,q̃cquid intelligibile eſt omni ſenſibili, & hoc huic ẽt luci diuinis legib. antecellit.Quid. n. cognitione percipimus q̃ſo,ſi hoc non percipimus alud eſſe mente intelligere aliud ſentire per corpus,& prius illud ob hoc poſteriore incõparabili ſublimitate diſtare, ideoq; nõ poſſe in-
F telligibilia ſenſibilib.præferri,cũ ipſe intellectus tñ ſenſibus præferatur.Hinc illud etiam fortaſſe cognoſcerem, quod conſequẽs eſſe manifeſtũ eſt,cũ iniuſtitia & in temperantia, cæteraq; animi vitia non ſentiant̃, ſed intelliguntur,q̃uo fiat vt etiam iſta,quę deteſtamur & damnanda cenſemus, tñ q̃m intelligibilia ſunt,anteire hanc lucem queant, cum in ſuo genere iſta laudanda ſit.Suggeritur enim aĩo bene ſeſe Deo ſubiicienti, primò non omne

Musca ... ole præ ... tantior. Cap.4. l.forma ...

In ſuo ... idq; ... nere ... nũ eſt. ... p. 5.

quod laudamus omni quod vituperam⁹ eſſe anteponendũ.Neque.n.q̃a laudo purgatiſsimũ plumbũ,ob hoc illud vituperando,auro pluris æſtimo:in ſuo. n. genere quidq; conſiderandũ eſt. Improbo iuriſcõſultũ multas leges ignorantẽ,ſed eum tñ probatiſsimo ſutori ſic præfero, vt ne cõparandum q̃dem putẽ. At iſtũ laudo,ꝙ ſuæ artis pertiſsimus ſit,illũ aũt,ꝙ ſuã profeſsionẽ minus impleat, iure reprehendo. Ex quo reperire deberẽ lucẽ iſtam, ꝙ in genere proprio perfecta eſſet iure laudari, tñ q̃a ſenſibilium rerum numero includit̃, quod genus intelligibilium generi cedat neceſſe eſt, infra iniuſtas & intemperãtes aĩas q̃m ſunt intelligibiles, eſſe deputandam,q̃uis iſtas nõ iniuria damnatione digniſ- G
ſimas iudicemus.Quęrimus nanq; in his,q̃d cõcilietur Deo,non q̃d iſti fulgori pręferat̃. Quapropter quiſquis hoc lumẽ ex Deo eſſe cõtenderet,non repugnarem, ſed magis aĩas dicerem vitioſas,ẽt non inquantum vitioſę, ſed inquantũ aĩæ ſunt, Deũ ſibi eſſe creatorẽ cõfiteri oportere. Hoc loco ſi q̃ſquã illorũ cautus & vigilans,iam etiã ſtudioſior,q̃ pertinacior me admoneret, non de vitioſis aĩs, ſed de ipſis aĩę vitiis eſſe quærẽdum,quę q̃m ſenſu corporis non cognoſcerent̃, & tñ cognoſcerent̃,non niſi intelligibilia poſſe accipi,quæ ſi ſenſibilib. omnib. antecellunt, cur lucem Deo authori eſſe tribuẽdam inter nos conueniret, vitiorum vero authorem Deum nemo niſi ſacrilegus diceret, Reſponderem homini,ſi aut ſtatim & repente,vt bonis Dei cultorib.ſolet,diuinitus infulſiſſet hui⁹ ſolutio quęſtionis,aut fuiſſet antea p̃parata, quorum ſi neutrum meruiſſem, atq; potuiſſem, cœpta differrem, quodq; eſſet propoſitum difficile eſſe ad dignoſcendum atq; arduum confiterer. Recurrerem in me,proſternerer, Deo,alte ingemiſcerẽ, quærens ne me in medio ſpatio,quò certis rationib. ꝓmouiſſem, hærere pateret̃, ne ancipiti quęſtione cogerer aut intelligibilia ſenſibilibus ſubmittere H
ac ſubdere, aut ipſum vitiorũ dicere authorem, cũ eſſet vtrumuis horũ falſitatis impietatiſq; pleniſsimum,nullo modo poſſem exiſtimare ꝙ me ſic affectum ille deſereret. Admoneret potius ſuis ineffabilib. modis,vt cõſiderarem etiam atq; etiam vtrũ animi vitia, de quibus æſtuarem, intelligibilia numeranda eſſent. Quod vt reperirem propter imbe-

Etiã malũ quatenus eſt, bonũ eſt & a Deo Cap. 6.

cillita-

cillitatē interioris oculi mei, quę mihi peccatis meis iure accidisset, aliquē mihi ad inuisibilia contuēda in ipsis visibilib. machinarer gradum, quorū esset nobis nullo modo certior cognitio, sed cōsuetudo fidentior. Itaq; si statim quærerē q̄d ad sensum proprie ꝑtineret oculorum, inuenirē colores, quorum principatum lux ista obtineret. Hęc.n. sunt, q̄ nullus alius sensus attingit: nā motus corporū, & magnitudines, & interualla, & figuras q̄uis & oculis, non tñ proprie, sed tactu etiā posse sentiri. Vñ colligerē tāto cęteris corpo-
I reis & sensibilib. ꝑstare lucem, q̄tò aliis sensibus aspectus esset illustrior. Electa igitur ex oīb. q̄ corpore sentiunt̄ ista luce qua niterer, & in qua gradū illū inquisitionis meæ necessario collocarē, pergerem attendere q̄d ageret̄ hoc modo, mecūq; ita sermocinarer, Si sol iste tanta claritate cōspicuus, & diei luce sufficiens vsq; ad lunę similitudinem in conspectu nostro paulatim deficeret, num aliud quicq̄ oculis sentiremus, q̄ lucē vtcunq; fulgentem, lucem tñ quærentes, q̄d fuerat nō videndo, & haurientes videndo quod aderat? Non ergo illum defectum videremus, sed lucem q̄ defectui remaneret. Cum aūt nō videremus, nō sentiremus, q̄cquid.n. sentiremus aspectu, nō pōt non videri, quare si defectus ille neq; visu, neq; alio sensu sentiret̄, nō posset inter sensibilia numerari. Nihil.n. sensibile est, q̄d sentiri non pōt. Referamus nūc cōsiderationē ad virtutē, cuius intelligibili luce splendere aīum conuenientissime dicimus. Porrò ab hac luce virtutis defectus q̄dam nō perimēs aīam, sed obscurans, vitium vocat̄. Potest igit̄ recte vitium quoq; aīæ nequaquā inter intelligibilia numerari, vt lucis ille defectus rectè de sensibilium numero eximit̄, illud tñ quod remanet aīæ, i. hoc ipsum q̄d vi-
K uit, atq; aīa est, tam est intelligibile, q̄ sensibile illud, quod in hoc visibili lumine pòst defectū quantuncunq; fulget, & ideo animam inquantum aīa esset, & vitæ participaret, sine qua nullo pacto aīa esse potest, rectissimè omnib. sensibilib. anteferri. Quamobrem maximi erroris esse vllā aīam dicere nō esse ex Deo, ex quo esse solē lunāq; gloriaris. Quòd si iam placeret oīa sensibilia nominare, non modo ea q̄ sentiremus, sed etiam ea q̄ nō sentiendo, tñ per corpus iudicaremus, sicut per oculos tenebras, & ꝑ aures silētium, & illas enim non videndo, & hoc nō audiendo cognoscimus. Rursusq; intelligibilia nō ea tm̄, quæ illustrata mente conspicimus, sicuti est ipsa sapientia, sed etiā illa, quæ ipsius illustrationis priuatione auersamur, vt est insipientia, q̄ tenebras animi congrue dixerim, nullā de verbo facerem controuersiam, sed totam quæstionem facili diuisione dissoluerem, statimq; approbarem bene attendentibus substantias inteligibiles sensibilibus substantiis diuina & incorrupta veritatis lege præponi: non earum substantiarum defectus quanuis
hos intelligibiles illos sensibiles appellare L
vellemus. Quapropter qui & hæc lumina visibilia, & illas intelligibiles aīas substātias esse faterent̄, omnimodo eos cogi sublimiores partes aīs concedere atq; tribuere, defectus vero vtriusq; generis nō posse alteros alteris anteponi, priuant.n. tantum, & non esse indicant q̄d vsquequaq; eandem vim habēt, sicut ipse negationes. Nam cum dicimus, Non est aurum, & nō est virtus, quanuis inter aurū & virtutē sit plurimum, nihil tñ inter negationes, quas eis adiūximus distat. Verum.n. vero peius est non esse virtutem, quā non esse aurum: nemo sanus hinc ambigit, quod non propter ipsas negationes, sed propter res, quibus adiunguntur, accidere quis non intelligat? Auro enim virtus quanto ꝑstat, tanto est virtute quam auro carere miserius. Quā ob rem cum res intelligibiles sensibilibus rebus antecellūt, defectum in intelligibilib. quam in sensibilibus merito ęgrius toleramus, non eos defectus, sed ea quę deficiunt, carius & vilius æstimātes. Ex quo iam illud apparet defectum vitæ, quæ intelligibilis est, multo miserabiliorem esse quam huius sensibilis, quod scilicet multo est carior intellecta vita, quem lux ista conspecta. Quę
cum ita sint, audebit ne quisquam cum solē M
aut lunam, & quicquid in syderibus, quicquid denique in hoc igne nostro atque terreno luce visibili effulget, Deo tribuat animas quaslibet, quæ profecto nisi viuendo animæ non sunt cum tantum hoc lumen vita præcedat, nolle concedere ex Deo esse, & cum ille verum dicat, qui dicit, inquantum nitet, ex Deo est: egò ne tandē, Deus magne mentiar, si dicam, inquantum viuit, ex Deo est? Non vsqueadeo quæso cæcitas mētis, suppliciaq; augeant̄ animorū, vt hæc homines nō intelligant.

ligant.

ligant. Sed quoquo modo illorum error aut
pertinacia ſeſe hr̄et, his ego fretus armatuſ-
q́ue rō nib. credo cū ad eos rē ita cōſideratā
perfectamq́; detuliſſem,& cū his placite cō-
tuliſſem, vererer ne mihi qſq̄ eorum alicuiꝰ
momēti eſſe videret̄,ſi aut intellectū,aut ea q̄
intellectu nōdum perfecte perciperent̄,ſen-
ſui conaret̄ ꝑferre, aut ſaltem cōparare cor-
poreo, vel his reb. quæ ad eūdem ſenſum no
ſcendæ ſimiliter pertinerent. Quo cōſtituto,
qn̄ illi mihi vel qſquam negare auderet, aīas
q̄tum velit malas,tn̄ qm̄ aīæ eſſent, intelligi-
bilium rerum numero cōtineri, neq; illas ꝑ
defectum intelligi? Si qdem aīę non alio eſ-
ſent,niſi quo viuerent, licet.n. per defectum
intelligerent̄ vitioſæ, qa virtutis egeſtate sūt
vitioſæ,non tn̄ per defectum aīæ,quia viuen
do aīæ.Nec fieri pōt, vt vitæ præſentia ſit cā
A deficiendi,cū tanto quidq; deficiat, q̄to deſe
rit̄ a vita. Omnimodo igit̄ cum pateret non
poſſe vllas aīas ab eo authore ſeparari,a quo
lux iſta non ſepararet̄,iam qcquid afferrent,
non acciperem, moneremq́ue potius,vt eos
mecum ſequi mallent,qui omne qcquid eſ-
ſet,qm̄ eſſet,inquantumq; eſſet, ex vno Deo
Mali quō eſſe prędicarent. Recitarent aduerſus me vo
ex Deo,et ces illas Euangelicas, Vos propterea nō au-
nō ex Deo ditis,qa ex Deo nō eſtis, vos ex patre diabo-
Cap. 7. lo eſtis.Ego quoq; cōtra recitarem,Oīa per
Ioan. 8. ipſum facta sūt,& ſine ipſo factum eſt,nihil,
Ioan. 1. & illud Apoſtoli, Vnus Deus, ex quo oīa,&
1. Co. 8. vnus dn̄s Ieſus Chriſtus,per quem omnia. Et
Rom. 11. iterum eiuſdē Apoſtoli,ex quo oīa, per quē
oīa,in quo oīa,ipſi gloria in ſecula,hortarer
q́ue hoīes,ſi tamen hoīes inuenirē,nihil nos
iam quaſi comperiſſe præſumeremus,ſed q̄-
reremus potius magiſtros, qui ſn̄iarum iſta-
rum,q́ nobis inter ſe pugnare viderentur,pa
Ioan. 1. cem concordiamq́; monſtrarent. Nā in vna
Ioan. 1. atq; eadem authoritate ſcripturarum,cū ali-
B bi ſonaret, Oīa ex Deo,& alibi, Vos nō eſtis
ex Deo, qm̄ libros temere cōdemnare nefas
eſſet,quis non videret peritum doctorē, cui
qōnis huius ſolutio nota eſſet,inueniendum
1. Co. 2. fuiſſe? qui profecto ſi eſſet bonꝰ intellector,
&,vt diuinitus dr̄,homo ſpiritalis,qm̄ neceſ
ſariofaueret veris rationib.quas de intelligi-
bili ſenſibiliq́; natura quantū potui tractaui
atq; diſſerui,imò ſi eas ipſe multo melius,&
ad docēdū aptiꝰ aperiret,nihil ab eo aliud de
hac qōne audiremus, niſi quēadmodū fieri

poſſet,vt & nullū aīarum genus non eſſet ex
Deo,& rectè tn̄ peccatorib.& infidelib.dice
ret̄,Nō eſtis ex Deo,Nā & nos fortaſſe īplo-
rato in auxiliū Deo facile videre poſſemus, *1. Tim. 5.*
aliud eſſe viuere,aliud peccare,& q̄q̄ vita in
peccatis cōparatione iuſtæ vitæ mors appel
lata ſit,vtrunq; tn̄ in homine vno poſſe inue
niri,vt ſimul ſit viuus atq; peccator,ſed ꝙ vi
uus,ex Deo: ꝙ peccator,non ex Deo. In qua
diuiſione vtimur ea parte de duab. quæ nr̄æ
ſn̄iæ competit,vt cū Dei cōditoris omnipo-
tentiā inſinuare volumus,ēt peccatorib.dica
mus,ꝙ ex Deo ſint.Dicimus.n.his qui aliqua
ſpecie continent̄, dicimus animantib. dici-
mus rōnalib. dicimus poſtremo, qđ ad rem
maxime attinet,viuentib. quæ omnia per ſe-
ipſa diuina ſunt munera. Cum aūt malos ar-
guere propoſitū eſt,recte dicimus, Non eſtis
ex Deo.Dicimus.n. ſe a veritate auertentibus *Ioan. 8.*
infidelib.facinoroſis,flagitioſis,& qđ nomi- C
ne vno totum continet peccatorib. quæ rur-
ſus omnia ex Deo nō eſſe quis dubitet? Itaq;
Chriſtus peccatoribus idipſum,ꝙ peccato-
res erant,& ſibi non credebant, coarguens,
quid mirum ſi ait, Non eſtis ex Deo, ex alia
parte illa ſalua manente ſn̄ia,ꝙ omnia per ip
ſum facta ſunt,& omnia ex Deo? Nā ſi Chri-
ſto non crederē. Chriſti aduentum repudia-
re, Chriſtum non crederē,certum iudicium
eſt aīarum,quæ nō ſunt Dei, & ideo dictum
eſt, Vos propterea non auditis, quia nō eſtis
ex Deo, qūo vera eſt vox illa Apoſtoli,in ip
ſo Euangelii memorabili principio qua di- *Ioan. 1.*
ctū eſt, In ſua propria venit,& ſui eū nō rece
perunt. Vnde ſui,ſi non receperunt,aut vnde
ideo non ſui,quia non receperunt, niſi quia
homines peccatores, eo ꝙ ſunt homines,ad *Summū*
Deum, eo vero ꝙ peccatores, ad diabolum *malū non*
pertinent? Hic ergo partē naturæ tenuit qui *intelligit̄*
ait,Sui eū non receperūt,ille vero volūtatis, *niſi cogni*
qui ait, Non eſtis ex Deo. Euangeliſta.n. Dei *to ſummo*
opera cōmendabat,Chriſtus hominū pecca *bono.*
ta coercebat.Hic fortaſſe quis dicat,Vnde ip *Cap. 8.*
ſa peccata,& omnino vnde malum? Si ab hō D
mine,vnde homo? Si ab angelo, vnde ange-
lus? Quos ex Deo eſſe cum dr̄,quamuis recte
vereq́ue dicatur, videtur tamen imperitis &
minus valentibus acriter res abditas intueri,
quaſi per quandam catenam ad Deum mala
& peccata cōnecti. Hac quæſtione illi regna
re ſe putant, quaſi vero interrogare ſit ſcire.

Vtinam

Vtinam id esset, nemo me sciẽtior reperiret. Sed nescio quõ sępe in altercãdo magnę q̃ nis propositor personã magni doctoris ostẽ tat, plerũq; ipso quẽ terret in eo, de quo terret, indoctior. Itaq; isti multitudini se pręferẽ dos arbitrant, q̃a priores inter rogant quod cum multitudine ignorãt. Sed si eo tpe, quo cũ eis me non sicut iam diu ago, egisse nunc pœnitet, mihi has rõnes depromẽti hoc ob iecissent, dicerẽ. Quæso interim mecum cognoscite q̃d facillimum est, si nihil põt sine
E Deo fulgere, multo minus posse aliq̃d viuere sine Deo, ne in tãtis mõstris opinionũ remaneamus, vt nescio quas aĩas vitam nõ ex Deo hr̃e prædicemus. Sic. n. fortasse continget, vt id q̃d mecum ignoratis, i, vnde sit malũ, vel simul, vel quolibet ordine aliq̃n discamus. Quid. n. si cognitio summi mali sine cognitione summi boni cõtingere hoĩ nõ põt? Non. n. nossemus tenebras, si in tenebris sp̃ essemus, sed lucis notitia contrariũ suum nõ sinit incognitũ. Summũ aũt bonum, i. quo superius esse nihil põt, Deus aũt bonũ, & Deo superius nhil esse põt, Deus igit̃ summũ bonum. Cognoscamus ergo Deũ, atq; ita nos illud q̃d præpropere quærimus nõ latebit. Mediocris ne negocii tandem vel meriti cognitionem Dei esse arbitramini? Quod. n. nobis aliud præmium, q̃ vita æterna promittitur, q̃ Dei cognitio est? Ait enim magister Deus, Hæc est aũt vita ęterna vt cognoscãt te solũ verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. (Io. in. 15.) Etenim aĩa quãuis sit immortalis, tamẽ q̃a mors eius recte dr̃ a Dei cognitione auersio, cũ se cõuertit ad Deum, meritum est ęternę vitę cõsequẽdæ, vt sit ęterna vita, sicut dictũ est, ipsa cognitio, cõuerti aũt ad Deũ nemo nisi qui ab hoc mundo se auertat, potest.
F Hoc ego mihi arduum & difficillimum sentio, vobis si facile est, ipse Deus viderit. Ego vellem credere, nisi me moueret, q̃ cũ iste mũdus, à quo auerti iubemur, visibilis sit, dixeritq; Apostolus, (2. Co. 4.) Ea quæ vident̃, tẽporalia sunt, quæ aũt nõ vident̃, ęterna sunt, vos plus istorũ oculorum q̃ mentis iudicio tribuistis, apud quos nullam esse fulgentem pennam * (a. l. ptãrẽ.) quæ nõ ex Deo fulgeat, & esse viuentem animam, quæ non ex Deo viuat prædicatur & credit̃. Hæc & his similia vel illis etiam dicerem vel mecum reputare possem. Nãq; Deũ omnib. vt dr̃ viscerib. deprecans, & scripturis q̃tum licebat, intentus etiam tũc fortasse talia vel dicerem, vel q̃d salutis aderat cogitarẽ. (Quare hæserit Manichæis. Cap. 9.) Sed me duo quędã maxime q̃ incautã illã ętatẽ facile capiũt, per amicabiles attriuere circumitus, quorũ est vnũ familiaritas, nescio qũo repens quadam imagine bonitatis tanq̃ sinuosum aliq̃d vinculũ multipliciter collo inuolutũ. Alterũ q̃ q̃dam noxia victoria penè mihi sp̃ in disputionib. proueniebat differenti cum Christianis imperitis, sed tñ fidem suam certatim vt quisq; posset defende
G re molientib. Quo successu creberrimo gliscebat adolescentis aĩositas, & impetu suo in peruicatiæ magnũ malum imprudenter vergebat, Q̃d altercandi genus q̃a post eorũ auditionẽ aggressus eram, q̃cquid vel & qualicunq; ingenio vel aliis lectionib. poterã, solis illis libentissime tribuebã. Ita ex illorum sermonib. ardor in certamina, ex certaminũ prouentu amor in illos * quotidie mouebat̃. (a. l. nouabatur.) Ex quo accidebat, vt quicquid dicerent, miris q̃busdam modis, non quia sciebam, sed q̃a optabam verũ esse pro vero approbarẽ. Ita factum est, vt q̃uis pedetẽtim atq; caute, tñ diu sequerer homines nitidam stipulã viuenti aĩę præferentes, verum nõ poteram illo tempore sensibilia ab intelligibilib. carnalia. s. ab spiritalib. diiudicare atq; discernere. Non erat ætatis, non disciplinę, non cuiusdã etiam cõsuetudinis, nullorum deniq; meritorum, non. n. parui gaudii fęlicitatisq; res est. Ita tãdem ne illud q̃dem arripere poteram, quod in omnium iudicio summi Dei legib. natura ipsa cõstituit. Quiuis enim homines, (Peccatũ ã volũtate. Cap. 10.) quos modo a communi sensu generis humani nulla dirupisset amentia, quæ vellent ad iudicandũ studia detulissent, quamlibet imperitiam, quatancunque etiam tarditatem. Velim experiri quid mihi responderent roganti, vtrum eis peccasse videretur, de cuius dormientis manu scripsisset alius aliquid fla
H gitiosum? Omnes quis dubitet ita fuisse negaturos illud esse peccatum, ita reclamaturos, vt etiam succenserent fortasse quòd tali eos rogatione dignos putarem? A quib. ego quoquo modo poteram, reconciliatis & in consilium restitutis peterem, vt me aliud tã manifestum, & in omnium cognitione positum, interrogantem non moleste ferrent, tunc quærerem, si non dormientis sed scien tis manu, qui membris tamen cęteris vinctus

ctus atq; constrictus esset, quisquam valentior aliquid similiter fecisset mali, vtrũ quia id nosset, quanuis id omnino noluisset vllo peccati nomine teneretur? Et hic mihi omnes mirantes, ꝙ talia suscitaretur, sine cũctatione responderent, nihil etiã istũ omnino peccasse. Quid ita? Quia de quo nesciẽte, vel
I resistere non valente quisquã quippiã mali fecerit, iuste damnari nullo modo põt. Atq; idipsum cur ita esset, si illis omnibus naturã ipsam percontarer hũmanã, facile peruenirem ad id quod cuperem, isto modo quærens, Quid si dormiens ille iam sciret, quid aliꝰ de manu eius facturus esset, & q̃ industria se plus potus etiã ne expergisceretur, somno dederet, vt aliquẽ iurando falleret, num ei quicquam somnus ad innocentiam suffragaretur? Quid aliud illi quã nocentẽ hominem ꝓnũciarẽt? Quod si & ille volẽs vinctus est, vt alique similiter prętenta defensione deciperet, quid ei tandem, vt peccato careat, illa vincula profuerunt? Quanquam his obstrictus, reuera resistere non valeret, sicut ille dormiens, quid tunc fieret, omnino nesciret.
1. Retra. Cap. 15. 1. sen. di. 14. ca. illius et iã. Nunquid nã igitur, dubitandũ est, quin peccasse ambo iudicarentur? Quibus concessis colligerem, nusquam. s. nisi in uoluntate esse peccatum, cũ mihi auxiliaretur etiã illud, ꝙ iustitia peccantes tenet: sola mala uoluntate: quamuis quod uoluerint, implere nequiuerint. Quisquam ne me ista tractantẽ posset dicere, in rebus obscuris abditisq; versari, vbi ꝓp intelligẽtiũ paucitatẽ uel fraudis uel ostẽtationis suspitio nasci solet? Secedat paulisper illa intelligibilium sensibiliũq; distinctio. Nulla mihi fiat inuidia, ꝙ tardas animas subtiliũ disputationũ stimulis persequor. Liceat mihi me scire uiuere, liceat mihi scire me uelle uiuere: in quę si consentit genus humanũ, tam nobis cognita est uolũtas nr̃a, quã uita. Neq; enim cum istam sciẽtiã pro-
K fitemur metuendum est, ne nos quisquã falli posse cõuincat: hoc ipsum. n. falli nemo põt, si aut non uiuat, aut nihil uellit. Non me arbitror quicquã obscurũ attulisse, & uereor ne cuiquam magis quod hæc nimiũ manifesta sunt, uidear esse culpãdus, sed quorsum hęc tendant consideremus. Non igitur nisi uo-
1. Retra. c. 15. Voluntas luntate peccat. Nobis aũt uoluntas nr̃a notissima est: neq; .n. scirẽ me uelle, si quid sit uoluntas ipsa nescirẽ. Definitur itaq; isto mõ,

Volũtas est animi motus, cõgẽte nullo ad aliquid, uel nõ amittendũ, uel adipiscendũ. Cur ergo ita tunc definire nõ possem? An erat difficile uidere inuitũ uolenti esse cõtrariũ, ita ut contrariũ sinistrũ dextero esse dicimus, nõ ut nigrũ albo? Nã eadẽ res simul & nigra & alba esse non potest: duorũ autẽ in medio quisq; positus, ad alterũ sinister est, ad alterũ dexter, simul quidẽ utrunq; unus homo potest, sed simul utrunq; ad unũ hominẽ nullo modo põt. Ita inuitus & uolẽs simul esse quidẽ unus animus potest sed unũ atq; idẽ nolle simul & uelle nõ põt. Cũ. n. quisq; inuitus aliq̃d facit, si eũ roges utrũ id facere uelit, nolle se dicet: itẽ si roges utrũ id uelit nõ facere, uelle rñdet. Ita inuitũ ad faciẽdũ, ad nõ faciẽdũ aũt uolentẽ reperies: idest. n. unũ animũ uno tp̃e habentẽ utrunq;, sed aliud atq; aliud ad singula referentem. Cur hæc dico? Quia si rursum quęramus quã ob causam id inuitus faciat, cogi se dicet. Nam & omnis inuitus faciẽs cogitur, & omnis qui cogitur si facit, non nisi inuitus facit, Restat ut uolens a cogente sit liber, etiã si se quispiã cogi putet. Et hoc enim modo omnis qui uolens facit non cogitur, & oĩs qui nõ cogitur, aut uolens facit, aut nõ facit: hæc cũ in omnibus hoĩbus, quos interrogare non absurde possumus, a puero usq; ad senẽ, à ludo literario usq; ad soliũ sapientis natura ipsa proclamet, cur ergo nõ uiderẽ tũc in definitione uolũtatis ponendũ esse, cogente nullo, quod nunc quasi experientia maiore cautissimus posui? At si hoc ubiq; manifestũ est, & nõ doctrina sed natura omnibus promptum: quid restat q̃d uideatur obscurum, nisi forte ullũ lateat, aliquid nos uelle cũ uolumus, & ad hoc moueri animũ nostrũ, idq; aut hr̃e nos aut nõ hr̃e: & si haberemus & retinere uelle, si nõ habemus requirere? Quare aut nõ amittere, aut adipisci aliquid uult oĩs qui uult. Quamobrẽ si omnia ista luce clariora sunt, sicuti sunt, neque meę tũ, sed notitiæ generis humani ueritatis ipsius liberalitate donata, cur illo etiã tp̃e dicere nõ possem, Volũtas est motus animi cogẽte nullo ad aliq̃d, uel nõ admittẽdũ, uel adipiscẽdũ? Dicet aliq̃s, Et hoc te aduersum Manichęos quid adiuuaret? Expecta, sine prius ẽt pc̃tm̃ definiamus ꝙ sine uoluntate esse nõ posse omnis mẽs apud se diuinitus conscriptum legit. Ergo peccatũ est uolũtas

Quid sit. 15. q. 1. c. 1. 2. sen. di. 41. ca. illius et. Et. 24. c. Voluntatẽ ipsam. Et 35. Cap. 1.
L
M Quid sit peccatũ. Cap. 11.

retinendi vel consequẽdi quod iustitia vetat, & vñ liberũ est abstinere, q̃q̃ si liberũ nõ sit, nõ est volũtas. Sed malui grossius quã scru-
1. Retracta. c. 15. 2. sen. di. 35. ca. 1.
pulosius defnire eã rẽ. Nec hi libri obscuri mihi scrutandi erant vnde discerem, nemi-nẽ vituperatione suppliciòue dignũ qui aut id velit quod iustitia velle non prohibet, aut id non faciat quod facere non potest. Nonne ista cantant & in montibus pastores, & in theatris poetę, & indocti in bibliothecis, &
A magistri inscolis, & antistites in sacris locis, & in orbe terrarũ genus humanum? Quod si nemo vituperatione vel damnatione dignus est, aut non cõtra vetitũ iustitiæ faciens, aut quod non potest non faciẽs, oẽ aũt pc̃tm̃ vel vituperandũ est vel damnandũ, quis dubitet tunc esse pc̃tm̃, cũ & velle iniustũ est, & libe rũ nolle: & ideo definitionẽ illã & veram, & & ad intelligendũ esse facillimã, & non modo nunc, sed tunc quoq; à me potuisse dici, Pc̃tm̃ est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, & vñ liberũ ab abstine
De malis ac bonis animabus Cap. 12.
re. Age nũc videamus quid nos hæc adiuuarent. Primũ omniũ, vt nihil amplius desiderarẽ: totã causam quippe finirent. Nã quisquis secreta conscientię suę legesq; diuinas penitus naturæ inditas apud animũ, intus vbi expressiores certioresq; sunt, consulens, has duas definitiones voluntatis atq; pc̃ti veras esse concedit, totã Manichęorũ hæresim paucissimis & breuissimis, sed planè inuictissimis ratiunculis sine vlla cunctatione condẽ
Error Manichæorũ de duab. aĩabus.
nat. Quod sic considerari potest, Duo aĩarũ genera esse dñt, Vnũ bonũ, quod ita ex Deo sit, vt nõ ex aliqua materia, vel ex nihilo ab eo factũ, sed de ipsa eius oĩno substantia pars quędã processisse dicatur: Alterũ aũt malũ, ꝙ nulla prorsus ex parte ad Deũ pertinere credunt credendũq; commendant. Et ideo illud summũ bonũ, hoc vero summum malũ esse prædicant: atq; ista duo genera fuisse
1. Retracta. c. 17
aliqñ discreta, nunc esse cõmixta. Genus quidẽ cõmixtionis huius, & causam nondũ audierã, sed tñ iã quærere cęperam, vtrũ illud
B malũ genus animarũ antequã bono miscere tur, habuisset aliquã voluntatẽ. Si.n.non hẽbat, sine pc̃tõ atq; innocens erat, & ideo nullo modo malum, Si autem ideo malum, quia licet esset sine voluntate, tanquam ignis: tñ si bonum attigisset, violaret atq; corrumperet, quãtum est nephas, & naturam mali tm̃ valere ad commutandã vllã Dei partem, & summũ illud bonũ corruptibile & violabile credere? Qđ si voluntas inerat, profecto inerat cogente nullo motu animi ad aliquid, vel nõ admittendũ, vel adipiscendũ. Hoc autẽ aliquid, aut bonũ erat, aut bonũ putabat, C
Non enim aliter appeti posset. Sed in summo malo ante commixtionẽ quã prędicant, nullũ vnquã bonũ fuit. Vñ igitur ibi vel sciẽtia vel opinio boni esse potuit? An nihil volebant ꝙ apud se esset, atq; illud bonũ, verũ, quod extra erat, appetebant? Ista vero præclara & magna laude prędicanda voluntas est, qua summũ appetitur & verũ bonum. Vnde igitur in summo malo motus animi tãta laude dignissimus? An studio nocendi appetebãt? Primo eodẽ reuoluitur ratio. Qui enim nocere vult, bono aliquo vult priuare alium ꝑꝑ aliquod bonũ suũ. Erat igitur in eis vel scientia boni, vel opinio, q̃ in summo malo nullo modo esse debebat. Deinde bonũ illud extra se positũ, cui nocere studebant, vtrum omnino vñ esset cognouerãt? Si intellexerãt quid tali mente præclarius? An quicquam est, aliud, quo magnis laboribus omnis bonorũ porrigatur intentio, nisi vt summũ illud & syncerum bonũ intelligatur? Quod ergo nunc vix paucis bonis iustisq; conceditur, id tũc illud merũ malũ nullo bono adiuuante poterat? Si aũt illę animæ corpora gerebant, & id oculis viderant, quę linguę, quę pectora, quæ ingenia laudandis istis oculis prędicandisq; sufficiũt, quibus vix possunt mentes iustorũ adęquari, quanta bona inuenimus in summo malo? Si.n.videre Deũ malũ est, nõ est bonũ Deus: bonũ est autẽ Deus: bonũ est igitur Deũ videre, & nescio quid tãto bono cõparari queat. Porro ꝙ videre bonum est, vnde fieri potest vt posse videre sit malũ? Quapropter quicquid vel in illis oculis, uel in istis mentibus fecit, vt ab his possit videri diuina substantia, magnum & ineffabili laude dignissimum bonum fecit. Si autẽ *Rursus cõfutat Manichæos.*
nõ factũ, sed ipsum per se tale ac sempiternũ erat, difficile hoc malo quicquam melius inuenitur. Postremo vt nihil horum laudando D
rum habeant illę animę quæ illorum rationibus habere coguntur, quęrentem aliquas an nullas animas Deus damnet. Si nullas, nullum meritorum iudicium est, nulla prouidentia: & casu potius quam ratione mundus admini-

administratur, vel potius nõ administratur: non.n. administratio casibus danda est. Hoc aũt in omnibus qualibet religione deuinctis credere nephas est, restat vt aut sit aliquarum animarũ damnatio, aut nulla pctã sint. Sed si nulla pctã sunt, ẽt nullũ bonũ. Quod isti si di dixerint, hæresim suã vno ictu interficiunt.
E Cõuenit igitur mihi cũ illis animas aliquas diuina lege iudicioq; dãnari. At hæ si bonæ sunt, quæ illa iustitia est? Si malæ, natura, an voluntate? Sed natura esse malæ animę nullo
1.Re.13. modo queunt. Vnde hoc docemus? De superioribus definitionib. voluntatis atq; peccati. Quia dicere animas, & esse malas, & nihil peccare plenũ est dementiæ: dicere aũt peccare sine voluntate, magnũ deliramentũ est: & peccati reum teneri quenquã, quia non fecit ꝙ facere non potuit, summæ iniquitatis
2. sen.di. 28.ca.similiter. est, & insaniæ. Quã ob rẽ illę animæ quicqd faciunt, si natura non voluntate faciunt, i.si
1.Retracta.c.15. libero ad faciendũ, & ad non faciendũ motu animi carent: si denique his abstinendi ab
2.sen. di. 27.cap.si igitur gratia. opere suo ptãs nulla conceditur, pctõ earũ teneri non possumus. At oẽs fatemur & malas animas iuste: & eas quæ non peccauerũt, iniuste damnari. Fatentur igitur eas malas esse, q̃ peccant: illæ aũt, sicut ratio docuit, nõ peccant. Animarũ ergo malarũ genus nescio ꝙ extra illud, ꝙ a Manichęis inducitur, nullũ est. Nunc bonũ illud genus videamus, ꝙ rursus ita laudant, vt ipsam Dei substantiam dicant esse. Quanto aũt melius est, vt suũ ordinem meritumq; quisq; cognoscat, nec ita sacrilega superbia ventiletur: vt cũ se totiens cõmutari sentiat, summi illius boni, ꝙ incõmutabile pia ratio profitetur & docet, credat esse substantiã. Ecce.n. cũ manifestum sit non peccare animas in eo ꝙ non sunt tales, quales esse non possunt. Vnde constat iã nescio quas illas inductitias nullo modo peccare, & propterea illas nõ esse oĩno: relinquitur, vt qm̃ concedũt esse pctã, non inueniant
F quib. ea tribuãt, nisi bono generi animarum & substantiæ Dei. Maxime aũt vrgẽtur authoritate Christiana: nunquã.n. negauerunt dari veniam pctorum, cũ fuerit ad Deũ quisque cõuersus? nunquam dixerũt, vt alia multa, ꝙ scripturis diuinis hoc quispiã corruptor inseruerit. Quibus ergo pctã donantur? Si alieni generis illis malis, possunt & bonæ fieri, possunt Dei regnũ posidere cũ Chr̃o. Qđ isti quia negant, nec habent alterũ genus, nisi earũ, quas de substantia Dei perhibent, restat vt non solum ẽt ipsas, sed ipsas solas peccare fateantur. Ego aũt nihil pugno, ne solæ peccent: peccãt tñ, etenim mali cõmixtione coguntur. Si ita coguntur ut resistendi potestas nulla sit, non peccant: si est in potestate sua resistere, & propria uoluntate cõsentiũt, cur tãta bona in summo malo? Cur hoc ma- G lum in summo bono per doctrinã illorũ cogimur inuenire, nisi quia neq; illud malum est, ꝙ suspitione inducũt, neq; hoc summũ bonum quod superstitione peruertunt? At si *Vera de aĩabus opinio. c. 13.* de duob. istis generibus animarũ delirare illos, & errare docuissem aut certe ipse didicissem ꝙ remanere non poterat, cur mihi iam de vlla re audiendi aut consulendi uiderentur? An ut discerem hinc ostendi animarum duo esse genera, ꝙ in deliberando nunc in malam partem, nũc in bonã mutat assensio? Cur non magis hoc signũ est unius animæ, quæ libera illa uoluntate huc & illuc ferri, hinc atq; hinc referri potest? Nam mihi cũ accidit, unũ me esse sentio utrunq; considerantem, alterutrum eligentem, sed plerunq; illud libet, hoc decet, quorum nos in medio positi fluctuamus: Nec mirũ, Ita.n. nunc constituti sumus, ut & per carnẽ uoluptate affici, & per spm̃ honestate posimus, quare nõ duas animas hinc fateri cogor. Possumus.n. melius & multo expeditius intelligere duo genera rerũ bonarũ, quorũ tñ neutrũ ab authore Deo sit alienũ, unã animã ex diuersis efficere partibus, inferiore ac superiore, vel ꝙ recte ita dici potest, exteriore atq; interiore. Ita sunt duo genera quæ sensibiliũ & intelligibiliũ nomine pauloante tractauimus, quæ carnalia & spiritalia libentius & familiarius nos uocamus. Sed factũ est nobis difficile a carnalib. abstinere, cum panis uerissimus noster spiritalis sit. Cũ labore nãq; nũc edimus panẽ. Neq;.n. nullo in supplicio su- H mus pctõ trãsgressionis mortales ex immortalib. facti. Ideo contingit, ut cũ ad meliora conantib. nobis cõsuetudo facta cũ carne, & pctã nostra quodãmodo militare cõtra nos, & difficultatẽ nobis facere cęperint, nonnulli stulti aliud genus animarum ꝙ non sit ex Deo, superstitione obtusissima suspicentur. Quanquam ẽt si eis concedatur inferiore alio genere animarũ nos illici ad turpia, non

inde conficiunt, aut illas naturas malas esse, aut istas summũ bonũ. Fieri.n. pōt vt propria illę voluntate appetendo ꝙ non licebat hoc est peccando ex bonis factæ sint malæ, rursusq; fieri bonæ possint, sed sic vt quãdiu manent in pctõ, ad sese alias occulta quadã suasione traducant.
I Deinde vt omnino malę nõ sint, sed in suo genere quãuis inferiore opus propriũ sine vllo pctõ exerceant: istæ aũt superiores quib. actionẽ longe præstantiorẽ rerũ moderatrix iustitia summa tribuerit, si illas inferiores sequi & imitari voluerint, peccando fiunt malæ, non quia malas, sed quia male imitantur. Ab illis.n. agitur propriũ, ab istis appetitur alienũ: vnde illę in suo gradu manent, istę ad inferiora mergũtur. Velut cũ hoĩes formam sectantur, pulchre nanq; incedit, quadrupedans equus, at si hoc homo pedib. manibusq; imitetur, quis eũ vel palearũ cibo dignũ putet? (Pul chre nanque.) Recte igitur plerunque improbamus imitantẽ, cũ eũ quem imitatur probemus. Improbamus aũt, non quia nõ sit assecutus, sed quia omnino assequi voluit. In equo.n. proba illud, cui quãtũ præponimus hominem, tm̃ offendimur ꝙ inferiora sectatur. Quid inter ipsos homines? In emittenda voce nonne ꝙ præco bene facit, ẽt si clarius ac melius id faciat senator insanus est? Cęlestia suspice, lucens Luna laudatur, suoq; cursu atq; vicibus bene considerantib. satis placet: tñ si eam Sol velit imitari, fingamus.n. eũ posse habere hmõi voluntates, cui non summe ac iure displiceat? Ex quibus illud est, ꝙ intelligi volo, Etiam si sunt animę, ꝙ interim incertum est, corporeis officijs non peccato, sed natura deditæ, nosq; quanquã sint inferiores, aliqua tñ inferiore vicinitate contingant, non illas ideo malas habere oportere, quia & nos quũ eas sequimur & corporea diligimus mali sumus. (1. Retracta. c. 15.) Propterea.n. corporea diligendo peccamus, quia spiritalia diligere & iustitia iubemur & natura possumus & tũc in nostro genere optimi & beatissimi sumus. (1. Retracta. c. 15.) Quamobrem quid habeat argumenti æstuans in vtrãq; partem deliberatio, modo
K in pctm̃ prona, modo in recte factũ subuecta: vt duo animarũ genera, quorum alterius natura ex Deo sit, alterius nõ sit, cogamur accipere, cũ alias tot causas alternãtes cogitationes cõijcere liceat. Sed hæc obscura esse, & incassum ab animis lippientib. quæri, ꝗsquis bonus rerũ existimator est, videt. Quare illa potius, quæ de voluntate atq; pctõ dicta sunt, illa inquã, q̃ summa iustitia est, neminẽ ratione vtentẽ ignorare permittit: illa, quæ si auferant nobis, nihil aliud est vnde disciplina virtutis inchoet, nihil vnde a vitiorũ mo- L
le surgatur, ẽt atq; ẽt considerata, satis clare ac dilucide Manichęorũ hęresim falsam esse cõuincunt. Horũ simile est, ꝙ de pęnitendo nunc dicã: nã vt inter oẽs sanos constat, & ꝙ ipsi Manichęi nõ solũ fatent, sed & p̃cipiũt, vtile est pęnitere peccati. (De pœn. Cap. 1.) Quid ego nunc in hãc rẽ diuinarũ scripturarũ testimonia, quæ vsquequaq; diffusa sunt, colligã? Vox est etiã ista naturæ, Neminẽ stultum rei huius notitia deseruit. Hoc nobis nisi ẽt pęnitus insitũ esset, periremus. Pōt aliquis dicere, non se peccare: nõ aũt sibi esse si peccauerit pęnitendũ, nulla barbaries hoc dicere audebit. Quæ cũ ita sint, q̃ro ex duob. illis generib. animarũ, cuius sit pęnitere peccati? Scio quidẽ neq; illius esse posse, qui male facere: neque illius qui bene facere non potest: quare vt eorum verbis vtar, si animã tenebrarũ peccati pœnitet, nõ est de substantia summi mali: si animã lucis, non est de substantia summi boni. Pęnitendi.n. affectio illa, quæ prodit male fecisse pęnitentẽ, & bene facere potuisse testatur. Qũo igitur nihil ex me mali est, si ego perperam feci? Aut qũo me recte pęnitet, si ego non feci? Audi partẽ alterã, Qũo ex me nihil boni est, cui bona voluntas inest? Aut qũo me recte pęnitet, si non inest? Quamobrẽ aut negent isti esse pęnitendi magnã vtilitatẽ, vt non solũ a Christiano noĩe, sed ab oĩ ẽt vel imaginaria ratione pellantur: aut aĩarũ illa duo genera, vnũ ex quo nihil mali, alterũ ex quo nihil boni sit, discere, atq; docere iã desinant: ꝙ si faciãt, Manichęi esse vtiq; iã desinent: nã tota illa secta ista bicipiti, vel potius p̃cipiti animarum varietate fulcitur. Ac mihi quidẽ satis est sic scire ꝙ Manichęi errent: vt scio pęnitendum esse peccati: & tñ si M
nunc amicorũ meorũ aliquem, qui vsq; adhuc illos audiẽdos putat, cõpellem iure amicitiæ, & ei dicã, scisne vtile esse cum quisq; peccauerit pęnitere? sine dubitatione se scire iurabit. Si ergo te fecero ita scire falsam esse Manichęorũ hæresim, desiderabisne amplius? Quid amplius esse posset in hac re desiderãdum, rñdeat. Bene quidẽ hucusq;. Sed

cum

cũ oñdere cępero certas,necessariasq; ratio
nes:quę illã propositionẽ adamantinis,vt di
cit,catenis innexæ cõsequunt, rẽq; totã ad
cõclusionẽ,qua illa vertitur secta pduxero,
negabit se forsitã scire vtilitatẽ illã pęnitẽdi:
quã nemo doctus, nemo indoctus ignorat,
Al.l. potius se. & potuisse scire cõtẽdet:cũ dubitamus & de
liberamus duas in nobis animas, patrocinia
propria singulis q̃stionis partibus adhibere.
A O consuetudo peccati, ò comes pęna pec-
cati,vos me tunc a rerũ tã manifestarũ cõsi-
deratione auertistis:sed nõ sentienti noceba-
tis,nunc in familiarissimis meis similiter nõ
sentiẽtibus me iã vulneratis, torquetisque
Orat pro amicis, quos habuit erroris socios. Cap. 15. 1. Retracta. c. 15. sentiẽtẽ. Attendite ista q̃so charissimi, vestra
ingenia bene noui. Si mihi nũc vos qualiscũ-
que hominis mẽtẽ rõnẽq; cõceditis, multo
certiora sunt, q̃ q̃ ibi videbamur discere, vel
magis credere cogebamur. Deus magne,
Deus ops, Deus summæ bonitatis, quẽ inuio-
bilẽ atq; incõmutabilem credi atq; intelligi
phas est, trina vnitas, q̃ catholica ecclesia co
lit, supplex oro expertus in me misericordiã
tuã, ne homines, cũ q̃bus mihi à pueritia in
hominũ victu fuit summa consensio, in tuo
cultu a me dissentire permittas. Video maxi-
me expectari hoc loco, qũo etiã catholicas
scripturas à Manichæis accusatas vel tunc
defenderẽ, si vt dico, cautus essem: vel nunc
defendi posse demõstrem. Sed in alijs volu-
minibus Deus adiuuabit propositum meũ:
Al.l. Moderata. nam huius iam, quãtum arbitror, * immode
rata parci sibi postulat longitudo.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

Contra Fortunarum quendam Manichęorũ Presbyterum, Liber vnus.



Vinto calendas Septembris Ar-
cadio Augusto bis, & Rufino
viris clarissimis cõsulibus, actis
habita est disputatio aduersus
B Fortunatũ Manichęorũ p̃sbyte
rũ in vrbe Hipponensium regionum in bal-
neis Sosij sub p̃sentia populi. AVG. dixit,
Ego iã errorẽ puto, quã antea veritatẽ puta-
bã, vtrũ recte existimẽ, a te p̃sente audire cu-
pio. In primis summũ errorẽ puto omnipo-
tentẽ Deũ, in quo vna nobis spes est, ex ali-
qua parte violabilẽ aut corruptibilẽ, aut co-
inquinabilẽ credere. Hoc vestram hæresim C
affirmare scio, non quidem ijs verbis, quibus
nunc vsus sum. Nã & vos interrogati cõfite-
mini Deũ esse incorruptibilem & omnino
inuiolabilẽ & incoinquinabilẽ. Sed cũ cępe
ritis cętera exponere, cogimini eũ corrupti-
bilẽ pęnetrabilẽ, & coinquinabilẽ profiteri.
Dicitis.n. aliã nescio quã gentẽ tenebrarũ ad
uersus regnũ rebellasse. Deũ aũt omnipoten
tẽ, cũ videret quãta labes & vastitas immine
ret regnis suis, nisi aliquid aduersæ genti op-
poneret & ei resisteret, misisse hanc virtutẽ,
de cuius cõmixtione cũ malo & tenebrarũ
gente mundus sit fabricatus. Hinc esse quod
animæ bonæ laborãt, seruiunt, errant corrũ
puntur: vt necessarium haberent liberatorẽ,
qui eas ab errore purgaret, & a commixtio-
ne solueret, & a seruitute liberaret. Hoc ego
nephas puto credere, Deum omnipotentem
aliquam aduersam gentem timuisse, aut ne-
cessitatẽ esse passum, vt nos in erumnas præ-
cipitaret. FOR dixit, Quia in te in medium
fuisse nostrum scio, idest, inter Manichæos
administrasse, ista sunt principalia fidei no-
stræ. De conseruatione hic agitur, de quibus
falsis criminibus pulsamur. Et te ergo pręsen
tes audiunt boni viri, vtrũ sint vera super qui
bus criminamur & appetimur, an sunt falsa.
Etenim ex tua doctrina, & ex tua expositio-
ne & ostensione poterũt verius scire nostrã
conuersationem, si a te fuerit prodita, inter-
fuisti orationi? AVG. Interfui, Sed alia quę
stio est de fide, alia de moribus, Ego de
fide proposui, Sed si illi qui assunt, vt di-
cis, malunt audire de moribus, nec ipsam
quæstionẽ defugio. FOR. Purgare me prius
volo penes conscięntiam vestram, penes quã
polluimur, ex idonei viri testimonio, qui
mihi & nunc idoneus est, & in futura iusti iu D
dicis Christi examinatione, si ea quę iactant
vidit in nobis, vel consecutus est. AVG. Ad
aliud vocas, cum ego de fide proposuerim.
De moribus autem vestris plene scire pos-
sunt, qui electi vestri sunt. Nostis autem me
non electum vestrum, sed auditorem fuisse.
Itaque quanuis & orationi vestræ interfue-
rim, vt interrogasti, vtrum separatim vobis-
cum habeatis aliquam orationem, Deus so- *De vtilitate credẽdi. c. 1. & 1.*
lue potest nosse & vos. Ego tamen in oratio
ne in qua interfui, nihil turpe fieri vidi, sed

ſolum cõtra fidem animaduerti, quam poſtea didici & probaui ꝙ contra Solem facitis orationem. Pręter hoc in illa oratione veſtra nihil noui cõperi. Quiſquis autẽ vobis opponit quæſtionẽ aliquã de moribus, & electis veſtris opponat. Quid autẽ inter vos agatis qui elicti eſtis, ego ſcire non poſſum. Nam & euchariſtiam audiui a vobis ſępe ꝙ accipiatur: tempus autem accipiendi cum me lateret, quid accipiatis, vnde noſſe potui? Itaq; ſerua ſi placet quæſtionem de moribus, vt inter electos veſtros diſcutiatis, ſi diſcuti poteſt. Mihi fides data eſt à vobis quam hodie improbo. De ipſa propoſui, Ad propoſitum meum mihi reſpondeatur. FOR. Et noſtra profeſsio ipſa eſt, ꝙ incorruptibilis ſit Deus

E ꝙ lucidus, ꝙ inadibilis, intenibilis, impaſsibilis, ꝙ æternã lucẽ & propriam habitet: ꝙ nihil ex ſeſe corruptibile proferat, nec tenebras, nec dęmones, nec Satanã, nec aliquid aduerſum in regno eius reperiri poſsit. Sui autem ſimilem Saluatorem direxiſſe, verbũ natum a conſtitutione mundi cum mundũ fabricaret, poſt mũdi fabricã inter homines veniſſe: dignas ſibi animas elegiſſe ſanctę ſuę voluntati, mandatis ſuis cęleſtibus ſanctificatas, fide ac ratione imbutas cęleſtiũ rerũ, ipſo ductore: hinc iterum eaſdem animas ad regnum Dei reuerſuras eſſe: ſecundum ſanctam ipſius pollicitationem, qui dixit, Ego ſum via, veritas, & ianua. Et, Nemo poteſt

Ioan. 14. ad patrẽ peruenire niſi per me. His rebus nos credimus, quia aliæ ſunt animæ: i. alio mediãte non poterunt ad regnum Dei reuerti, niſi per ipſum repererint veritatẽ, viã, & ianuã.

Ioan. 5. & 8. Ipſe. n. dixit, Qui me vidit, vidit & patrem meum. Et, Qui in me crediderit, mortẽ non guſtabit in æternum, ſed tranſitum faciet de morte ad vitã, & in iudicium nõ veniet. His rebus credimus, & hæc ratio fidei noſtræ, & pro viribus animi noſtri mandatis eius obtẽperare, vnã fidẽ ſectantes, huius Trinitatis patris & filij & ſpiritusſancti. AVG. Has animas quas de morte ad vitam per Chriſtũ venire fatemini, quę cauſa præcipitauit in mortem? FOR. Hinc iam dignare proſequi &

F contraire. Snihil pręter Deũ? AVG. Immo tu dignare rñdere id quod interrogaris, has animas quę cauſa morti dederit. FOR. Immo tu dignare dicere, vtrũ aliquid ſit pręter Deũ an omnia in Deo ſint. AVG. Illud ego rñdere poſſum ꝙ me dñs noſſe voluit, Deũ neceſsitatẽ nullã pati poſſe, neque ex aliqua parte violari atq; corrũpi. Qđ cum tu quoq; fatearis, q̃ro qua neceſsitate huc miſerit animas, quas dicis, ꝑ Chriſtũ redire? FOR. Qđ tu dixiſti, q̃a hucuſq; tibi Deus reuelauit, ꝙ incorruptibilis ſit, & mihi ratio q̃renda eſt, G

quẽadmodũ animę & ob quã cauſam iſtũ in mũdũ venerint, vt merito nũc eas per vnigenitũ filiũ ſuũ, ac ſui ſimilẽ de hoc mundo liberaret, ſi nihil præter ipſum. AVG. Non debemus fruſtrare tantos qui pñtes ſunt, & de qõne prępoſita ire ad aliud. Si confitemur ambo, ſi nobis concedimus eſſe incorruptibilẽ & inuiolabilẽ Deũ & nihil pati potuiſſe ex quo eſt cõſequẽs vt falſa ſit hęreſis veſtra, q̃ dicit Deũ, cũ videret imminere vaſtitatẽ ac labẽ regnis ſuis, miſsiſſe virtutẽ quæ cũ tenebrarũ gente pugnaret, & ex ea commixtione hinc noſtras animas liberaret. Breuis eſt ergo rõ mea, & quantũ exiſtimo lucis pleniſsima. Si Deus nihil pati potuit a gẽte tenebrarum, q̃a inuiolabilis eſt, ſine cauſa huc nos miſit, vt nos hic erumnas patiamur. Si aũt aliquid paſſus fuit, non eſt inuiolabilis, & decipitis eos, quibus dicitis eſſe inuiolabilẽ Deũ. Hoc. n. veſtra hęreſis negat cũ cętera exponitis. FOR. Hoc ſentimus quod nos inſtruit beatus Apoſtolus Paulus, qui dicit, Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, Qui cũ in Phil. 2.

forma Dei eſſet conſtitutus, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe ęqualẽ Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens: in ſimilitudinẽ hominũ factus eſt, & habitu inuentus ut hõ: humiliauit ſemetipſũ, & factus eſt ſubditus vſq; ad mortẽ. Hoc ergo ſentimus de nobis quod & de Chriſto, qui cũ in forma Dei eſſet conſtitutus factus eſt ſubditus vſq; ad mortẽ, vt ſimilitudinẽ animarũ noſtrarũ oſtenderet. Et quemadmodũ in ſe mortis ſimilitudinẽ oſtendit, & ſe à patre eſſe de medio mortuorũ reſuſcitatum: eo modo ſentimus & de animabus noſtris futurũ, quod ꝑ ipſum poterimus de hac morte liberari: quæ aliena eſt à Deo aut ſi propria eſt Dei, & miſericodia eius ceſſat, & liberatoris nomẽ, &

opera liberãtis. AVG. Ego quæro quẽadmodũ in mortẽ venerimus, & tu dicis quemadmodũ de morte liberemur. FOR. Ita Apoſtolus dixit quomodo ſentire debeamus de animabus noſtris, quod Chriſtus nobis oſtendit, H

Si

Si fuit Christus in paſsione & morte, & nos: ſi voluntate patris deſcendit in paſsionem & mortē, & nos. AVG. Notū eſt omnib. catholicā fidem ita ſe habere, ꝙ dn̄s noſter, i. virtus & ſapientia Dei: & verbū per ꝙ facta sūt omnia, & ſine quo factū eſt nihil, ad liberationē noſtram hominē ſuſcepit. In ipſo hoīe quem ſuſcepit demonſtrauit illa quæ dicis. Nos aūt nunc de ipſius Dei & ineffabilis maieſtatis ſubſtantia q̄rimus, vtrū ei aliquid nocere poſsit, an non poſsit. Si. n. pōt ei aliquid nocere, non eſt inuiolabilis. Si non pōt ei ali-
I quid nocere, quid ei factura erat gēs tenebrarū, contra quā dicitis bellū geſtū eſſe a Deo ante conſtitutionē mundi, in quo bello nos, ideſt animas quas modo indigere liberatore manifeſtum eſt, cōmixtas eſſe omni malo, & morti implicitas aſſeritis? Redeo. n. ad iſtud breuiſsimū, Si poterat ei nocere, non eſt inuiolabilis: Si nō poterat, crudeliter huc nos miſit, vt iſta patiamur. FOR. Anima Deus
Al. l. Dei. * eſt, an non? AVG. Si iuſtū eſt vt non interrogatis meis reſpōdeatur, & ego interroger, rn̄debo. FOR. Si in ꝑprio agit anima? Hoc a te quæro. AVG. Ego quidē ꝙ interrogaſti dicā, tm̄ illud memineris, te noluiſſe reſpondere interrogatis meis, me aūt tuis reſpondere. Si quæris vtrū a Deo deſcenderit anima, magna quidē quæſtio eſt. Sed ſiue a Deo deſcendit, ſiue non, illud de anima reſpondeo, non eſſe Deū, aliud eſſe Deū, aliud animam. Deū eſſe inuiolabilē, incorruptibilē, & impenetrabilē & incoinquinabilem, & qui ex nulla parte corrumpi poſsit, & cui nulla ex parte noceri pōt. Animam vero videmus & peccatricē eſſe, & in ęrumna verſari, & veritatem quærere, & liberatore indigere. Hæc mutatio animæ oſtendit mihi, ꝙ anima non ſit Deus, nā ſi anima ſubſtantia Dei eſt, ſubſtantia Dei errat, ſubſtantia Dei corrūpitur,
K ſubſtantia Dei violatur, ſubſtantia Dei decipitur, ꝙ nephas eſt dicere. FOR. Ergo negaſti animā ex Deo eſſe, quādiu peccatis & vitijs & mundanis reb. deſeruit & errore ducitur, ꝙ fieri non pōt, vt aut Deus hoc patiaī, aut ſubſtantia eius. Eſt. n. Deus incorruptibilis, & ſubſtantia eius immaculata eſt & ſancta. Hic vero quæritur a nobis, utrum aīa ex Deo ſit, nec ne? Quod nos fatemur & oſtendimus, ex Saluatoris aduētu, ex ipſius ſancta ꝑdicatione, ex ipſius lectione, dū animabus miſereī, & ſecūdū eius arbitriū anima veniſſe dicitur, ut eādē de morte liberaret, & per duceret eā ad æternā gloriā & reſtitueret pr̄i. Quod uero de anima tuipſe dicis aut ſperas, utrū ſit à Deo, nec ne: ſubſtantiam Dei, ex qua negas eſſe animā, nullis paſsionibus poſſe ſubiacere. AVG. Animā ſic negaui eſſe ſubſtātiā Dei, ut negem illam eſſe Deum, ſed tn̄ ex Deo authore eſſe, quia facta eſt a Deo. Aliud eſt qui fecit, aliud ꝙ fecit. Qui L
fecit, corruptibilis eſſe omnino non pōt ꝙ *Lib. 83.*
autem fecit, omnino non poteſt æqua- *Quæſtio*
le eſſe illi q fecit. FOR. Nec ego dixi ani- *quæſt. 2.*
mā eſſe ſimilē Deo. Sed quia dixiſti facturā * *Al. l. fa-*
eſſe animā, & nihil præter Deū, q̄ro vnde nā *ctitiam.*
Deus animæ ſubſtantiā adinuenit? AVG. Tm̄
memento me rn̄dere ad ea quæ interrogas: *1. Retra-*
te aūt ad ea q̄ interrogo nō rn̄dere. Animam *cta. c. 16.*
dico eſſe factā à Deo, & cętera omnia quæ a Deo facta ſunt, & inter illa quæ Deus omnipotēs fecit principalē locū datū eſſe animæ. Si aūt q̄ris unde Deus animā fecit, memento me cōfiteri tecū, eſſe Deū omnipotētem. Omnipotens aūt nō eſt, qui quærit adiuuari aliqua materia unde faciat ꝙ uelit. Ex quo eſt conſequens, ut ſcd̄m fidē noſtrā omnia quæ Deus fecit, per uerbū & ſapientiā ſuā de nihilo fecerit. Sic. n. legimus, Ipſe iuſsit & facta *Pſal. 32.*
ſunt, ipſe mandauit, & cōſtituta ſunt. FOR. Ex iuſsione cōſtant uniuerſa? AVG. Ita credo, ſed uniuerſa quæ facta ſunt. FOR. Facta conſonant, ſed quia incōuenientia ſibi ſunt, ac per hoc ergo conſtat non eſſe unā ſubſtātiā licet ex unius iuſsione eadem ad compoſitionē mundi huius & faciē uenerint. Cęterū reb. ipſis patet, quia nihil ſimile tenebræ & lux, nihil ſimile ueritas & mendaciū, nihil ſimile mors & uita, nihil ſimile anima & corpus, & cętera ijs ſimilia, quæ & nominibus & ſpeciebus diſtant ab inuicē. Et merito di- *Mat. 15.*
xiſſe dominū noſtrū, Arbor quam plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur, & in ignē mittetur, quia non affert fructus bonos, & eſſe arborem radicandā. Hinc uere conſtat ex ratione rerū, quod duę ſunt ſubſtātiæ in hoc mundo, q̄ ſpeciebus & nominibus conſtant, quarum eſt una corporis, alia uero æterna M
patris omnipotentis, quam eſſe credimus. AVG. Contraria iſta quæ te monent ut aduerſa ſentiamus, propter peccatū noſtrum, ideſt, propter peccatum hominū cōtigerūt.

Nam omnia Deus & bona fecit & bene ordinauit, pctm̄ aũt nõ fecit: & hoc solũ ꝙ dr̄ malũ, est volũtariũ nostrũ pctm̄: & aliud genus mali, ꝙ est pęna peccati. Cum ergo duo sint genera malorũ, pctm̄, & pęna peccati: pctm̄ ad Deũ non pertinet, pęna peccati ad vindicem pertinet. Etenim vt bonus est Deus qui
A omnia constituit: sic iustus est vt vindicet in pctm̄. Cum ergo omnia optime sint ordinata quæ videntur nobis nunc aduersa esse, merito contingit hominis lapsi, qui legẽ Dei seruare noluit. Animæ.n. rationali quæ est in homine, dedit Deus liberũ arbitriũ. Sic.n. posset habere merita, si volũtate, nõ necessitate boni essemus. Cũ ergo oporteat nõ necessitate, sed voluntate bonum esse, oportebat vt Deus animæ daret liberũ arbitriũ. Huic aũt animæ obtẽperanti legibus suis, omnia subiecit sine aduersitate, vt ei cętera q̃ Deus condidit seruirẽt, si & ipsa Deo seruire voluisset. Si aũt ipsa noluisset seruire Deo, ea quæ illi seruiebant, in pęnã eius cõuerterentur. Quare si recte omnia a Deo ordinata sunt, & bona sunt, & Deus non patitur malũ. FOR. Nõ patit, sed Deus malũ præuenit. AVG. A quo nihil passurus erat? FOR. Hoc meũ est quia præuenire voluit, & non temere, sed virtute & præsciẽtia. Cęterũ nega malũ præter Deũ esse, cũ per præcepta ostendit, quæ sunt alia quæ præter voluntatẽ ipsius fiunt? Præceptũ non intercedit, nisi vbi est & contrarietas: libera facultas viuendi non datur, nisi vbi est lapsus, secundũ Apostoli rationẽ, qui dicit,
Ephes. 2. Et vos cũ essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliqñ ambulastis, secundũ magisteriũ huius mundi, secundũ Principẽ potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filijs diffidẽtiæ, in quib. & nos & omnes aliqñ conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntates cõsiliorũ carnis, & eramus naturaliter filij iræ sicut & cęteri. Deus aũt qui diues est in omni misericordia, misertus est nobis. Et cũ mortui essemus in peccatis, cõuiuificauit nos ĩ Christo
B cuius gratia estis salui facti, simul & suscitauit, & cũ eo collocauit in cęlestib. cũ Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientib. abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia.n. estis saluati per fidẽ, & hoc nõ ex vobis, Dei.n. donũ est, non ex operibus vt ne quis glorietur. Ipsius.n. sumus factura creati in Christo Iesu in operib. bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Propter ꝙ memores estote, ꝙ aliqñ vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputiũ, ab ea quæ dr̄ circuncisio in carne manufacta, quia eratis illo tempore sine Xp̄o, alienati a conuersatione Israel, C
& hospites testamẽtorũ, promissionis spem nõ habẽtes, & sine Deo in hoc mundo. Nũc aũt in Christo Iesu vos qui aliqñ eratis lõge, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse.n. est pax nostra qui fecit vtraq; vnũ, & mediũ parietẽ maceriæ soluens inimicitias in carne sua, legẽ mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipsum in vnũ nouũ hominẽ, faciens pacem, vt recõciliet ambos in vno corpore Deo, per crucẽ, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacẽ vobis qui longe, & pacẽ ijs qui prope. Qm̄ per ipsum habemus vtriq; in vno spiritu accessum ad patrẽ. AVG. Ita Apostoli lectio quã recitare voluisti, si nõ fallor, pro mea plurimũ & contra tuã fidem facit. Primo quia ipsum liberũ arbitriũ, quo ego dixi fieri vt anima peccet, satis hic expressum est cũ pctã nominauit, & cũ reconciliationẽ nostrã dixit fieri cũ Deo per Iesum Christum. Peccando.n. auersi eramus a Deo: tenendo aũt præcepta Christi reconciliamur Deo: vt qui peccatis mortui eramus seruantes præcepta eius viuificemur, & pacem habeamus cũ illo in vno spiritu, à quo alienati eramus, non seruantes mandata eius: sicuti de homine qui primus est constitutus in fide nostra prædicatur. Ergo nunc quæro abs te secũdũ eã lectionẽ quæ lecta est, quo habeamus peccata, si natura contraria nos cogit facere ꝙ facimus? Qui.n. cogitur necessitate aliquid facere, non peccat. Qui aũt peccat, libero arbitrio peccat. Nihil mali fecit, qui nihil sua voluntate fecit. Quare sit nobis pnĩa imperata, si nos nihil mali fecimus, sed gens tenebrarũ? Quæro itẽ, Indulgentia pctõrũ cui detur, D
nobis, an genti tenebrarũ? Sed si genti tenebrarũ datur indulgentia peccatorũ, regnabit & ipsa cũ Deo, accipiens indulgentiam peccatorũ. Si aũt nobis datur indulgentia peccatorũ, manifestũ est quia voluntate peccauimus. Satis.n. stultũ est ignoscere ei qui nihil mali fecit. Nihil aũt mali fecit, qui nihil sua voluntate fecit. Hodie ergo anima pollicẽte

sibi

sibi Deo indulgentiam peccatorũ & recon-
ciliationẽ, si peccare destiterit, & de peccatis
pniam gesserit, si respondeat secundũ fidem
vestrã & dicat, Quid.n.peccaui? quid cõme-
rui? quid me expulisti de regnis tuis, vt con-
tra nescio quã gentem pugnarem? Depressa
sum, permixta sum, corrupta sum, defecta
sum, non est mihi seruatũ liberũ arbitriũ, tu
E nosti necessitatem qua pressa sum, Cur mihi
imputas vulnera quæ suscepi? Quare me co
gis ad pniam, cũ tu sis causa vulnerũ meorũ,
cũ tu scias quæ passa sum gentem tenebrarũ
in me fecisse te authore, qui violari non po-
teras, & tñ volens cauere regnis tuis, quibus
nihil noceri posit, me in miserias præcipita
sti? Si recte ergo pars tua ego sum quæ de vi-
sceribus tuis processi, si de regno tuo & de
ore tuo, in hac gente tenebrarũ aliquid pati
non debui, vt me incorrupta illa subijceret,
si pars eram dñi: nunc aũt cum illa tẽperari
non posit, nisi mea corruptione, quõ aut
pars tua dicor, aut tu inuiolabilis manes, aut
non es crudelis, qui me pati voluisti pro his
regnis, quib. nihil noceri poterat ab illa gẽte
tenebrarũ? Ad hoc rñde, si placet, & dignare
mihi ẽt illud exponere, quõ dictum est a Pau
lo Apostolo, Eram⁹ naturaliter filij iræ. Quõ
dicis naturaliter animã filiã esse Dei & por-
tionẽ Dei? FOR. Si secundũ animã dixisset
Ephes. 2. Apostolus, ꝙ simus naturaliter filij iræ, alie-
nata esset anima ore Apostoli a Deo. Et hoc
modo tu ratione ostendis, ꝙ anima non sit
Dei, qua naturaliter, ĩquit Apostolus, sumus
iræ filij. Si vero secundũ ꝙ lege tenebat idem
ex semine Abrahæ, vt ipse contestatur, descẽ
dens, constat eũ corporaliter dixisse nos fuis
se filios iræ sicut & ceteros. Animæ vero sub
stantiã oñdit, ꝙ sit ex Deo, & animam aliter
nõ posse recõciliari Deo, nisi per magistrũ,
F qui est Chrs Iesus. Interfecta.n.inimicitia, vi
debatur aĩa indigna extitisse Deo. Sed quia
missa est, hoc cõfitemur, a Deo tñ oĩpotẽte,
& originẽ trahens, & missa ad ipsius volunta
tẽ consignandã. Quẽadmodũ & Saluatorem
Xp̃m credimus de cęlo venisse, voluntatẽ pa
tris cõplere. Quæ voluntas patris hæc erat,
aĩas nostras de eadẽ inimicitia liberare, inter
fecta eadem inimicitia. Quæ si aduersa Deo
nõ fuisset, nec inimicitia vocaretur vbi erat
vnitas, nec interfectio diceret aut fieret vbi
vita erat. AVG. Mẽmẽto ꝙ Apostolus dixe-
rit, conuersatione nos alienatos a Deo esse.
FOR. Trado ego duas substantias fuisse, In
lucis substantia haberi Deũ, vt superius dixi-
mus, incorruptibilẽ fuisse vero contrariam
naturã tenebrarũ, eam quã virtute Dei vinci
hodie quoq; confiteor, & ad meũ regressum
Saluatorem esse Xp̃m emissum, vt ante idẽ
Apostolus ait. AVG. Rationibus vt discute- G
remus duarũ naturarũ fidẽ, impositũ est ab
ijs qui nos audiunt. Sed qm̃ ad scripturas ite-
rũ confugisti, ad eas ego descendo, ac nihil
prętermittendũ esse postulo, ne quibusdã ca
pitib. vtentes, nebulas afferamus eis, quib. no
tæ scripturæ non sunt. A capite igitur ꝙ ha-
bet Apostolus in epistola sua ad Romanos
consideremus. In prima.n.pagina est ꝙ vehe
menter contra vos est. Dixit.n.Paulus seruus *Rom. 1.*
Xp̃i Iesu, vocatus Apostolus separatus ĩ Euã
geliũ Dei, ꝙ ante promiserat per Prophetas
suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui fa-
ctus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ,
qui prædestinatus est filius Dei in virtute se-
cundũ spm̃ sanctificationis ex resurrectione
mortuorũ Iesu Xp̃i dñi nostri. Videmus Apo
stolũ de dño nostro nos docere, vt & virtute
Dei ante carnẽ prædestinatus fuerit, & secũ-
dú carnẽ factus sit ei ex semine Dauid. Hoc
vos cũ semper negaueritis & negetis, quõ
scripturas flagitatis, vt secundũ eas potius dis
seramus? FOR. Secundũ carnem asseritis ex *Ioan. 3.*
semine Dauid, cũ prædicetur ex virgine esse
natus, & filius Dei magnificetur. Fieri.n.non
põt, nisi vt ꝙ de spiritu est, spũs habeatur: &
ꝙ de carne est, caro intelligatur. Contra ꝙ
est ipsa authoritas Euangelij qua dr̃, ꝙ caro *1. Co. 15.*
& sanguis regnũ Dei non possidebunt, neq;
corruptio incorruptelã possidebit. Hic stre
pitus factus est a confidentib. qui rationibus
potius agi volebant, quia videbant eum non
omnia quæ in Apostoli codice scripta sunt
velle accipere. Deinde passim sermocinatio
ab omnib. haberi cępit, quousq; diceret ser-
mone Dei ligatũ esse in gente tenebrarũ. Qđ
cũ exhorruissent qui aderant, discessum est. H
Postera die adhibito iterũ notario, res acta *Disput. 2.*
sic est. FOR. Quod nihil mali ex se proferat
Deus omnipotens, & ꝙ quæ sua sunt incor-
rupta maneant, vno ex fonte inuiolabili orta
& genita. Cętera vero q̃ in hoc mundo ver-
santur cõtraria, nõ ex Deo manare, nec Prin
cipi Deo paruisse in hoc seculo, i. ꝙ non ex

ipso originē trahant. Hæc ergo in fide suscepimus, ꝙ aliena sint mala à Deo. AVG. Et nostra fides hæc est, ꝙ malorum genitor non sit Deus, neq; vllam naturam fecerit malī. Sed cum vterq; nostrū consentiat incorruptibilē Deum & incoinquinabilem, prudentium est æstimare & fideliū q̄ sit fides purior, & maiestate Dei dignior. I Illa vbi asseritur, vel virtus Dei, vel pars aliqua Dei, vel sermo Dei posse cōmutari, violari, corrumpi, ligari. An ea vbi dr̄ & omnipotentē Deū & omnē ipsius naturā & substantiā nulla parte vnquam posse corrūpi, sed mala esse voluntario pctō aīæ, cui dedit Deus liberū arbitriū. Quod liberū arbitriū, si nō dedisset Deus, iudiciū puniēdi nullū iustū esse posset, nec meritū recte faciendi, nec præceptū diuinum, vt ageretur pnīa de peccatis: nec ipsa indulgentia peccatorū quam nobis Deus per dn̄m nostrum Iesum Xp̄m donauit. Quia qui non voluntate peccant, non peccant. Hoc arbitror omnib. apertū esse atq; perspicuū. Quapp̄ non nos mouere debet, si aliqua in ijs quæ Deus fecit molesta patimur ꝓ meritis nostris. Sicut.n. ille bonus est vt constitueret omnia, sic iustus est vt peccatis non parcat. Quæ peccata, vt dixi, nisi libera voluntas esset in nobis, pctā non essent. Si quis.n. verbi causa ligaretur ab aliquo cęteris mēbris, & de manu eius falsū scriberetur sine eius propria voluntate, quæro si hoc iudici patefieret, posit hunc hominē falsitatis crimine condēnare? Quare si manifestū est, pctm̄ non esse vbi non est liberū voluntatis arbitriū, volo audire, anima, q̄ dicitis aut partem, aut virtutē, aut sermonē, aut aliud quodlibet Dei, quid mali fecerit, vt a Deo puniatur, aut pnīam agat peccati, aut veniam mereatur, cū nihil ipsa peccauerit. FOR. De substantijs proposui, ꝙ bonorum Deus tantūmodo creator, vltor vero malorū habeatur, eo ꝙ mala ex ipso non sint. Merito ergo hoc sentio, & vlcisci Deum mala, quia ex ipso non sunt. Cęterū si ex ipso essent, aut daret licentiā peccandi, ꝙ dicis liberum arbitriū dedisse Deū, K consensor iā inueniebatur delicti mei, eo ꝙ author delicti mei esset: aut ignorās quid futurus essem, delinqueret, quē ipse nō se dignum institueret. Hoc ergo propositū est a me, & ꝙ interrogo nūc, vtrū Deus mala instituerit, nec ne: & vtrū ipse finē malorū instituerit. Etenim quę ab ipso diximus facta esse, vt opifice Deo, vti ab ipso creata & genita incorruptibilia haberi, his reb. apparet, & fides Euangelica docet. Hæc ergo & proposui quæ sunt credulitatis nostræ, & quæ a te possunt in ista professione nostra firmari, ita tn̄ vt non desit authoritas fidei Christianæ. L Et quia nullo genere recte me credere ostendere possum, nisi eandē fidem scripturarū authoritate firmauerim, idē ergo est ꝙ insinuaui, ꝙ dixi. Aut si mala authore Deo in mundū prouenerunt, hoc ipse dicere dignare. Aut si recte creditur mala ex Deo non esse, hoc ēt præsentium contēplatio prosequi debet & suscipere. De substantijs dixi, nō de peccato ꝙ in nobis versatur. Si.n. originē nō haberet ꝙ cogitamus delicta facere, non cogeremur ad pctm̄ venire, vel ad delictum. Nam quia inuiti peccamus, & cogimur a contraria & inimica nobis substantia, idcirco sequimur scientiam rerum. Qua scientia admonita anima & memoriæ pristinæ reddita, recognoscit ex quo originē trahat, in quo malo versetur, quibus bonis iterū emendans ꝙ nolēs peccauit, posit per emendationē delictorū suorū bonorū operū gratia, meritum sibi recōciliationis apud Deum collocare, authore Saluatore nostro qui nos docet & bona exercere, & mala fugere. Propositū est.n. nobis, ꝙ non ab aliqua contraria natura, sed sua sponte homo aut iustitiæ seruiat, aut peccatis se obnoxiū faciat: cū nulla existente contraria gente, si sola versatur anima in corpore constituta, cui Deus vt dicis liberum arbitriū dedit, sine peccato esse, nec peccatis se obnoxiū faceret. AVG. Ego dico pctm̄ non esse si non propria voluntate peccetur: hinc esse & præmium, quia propria voluntate recta facimus. (*1. Retracta.c.16.*) Aut si pœnā meretur qui peccat inuitus, debet & præmium mereri qui bene facit inuitus. Quis autem dubitet nō deferri præmium, nisi ei qui bona voluntate aliquid fecerit? Ex quo intelligimus & pœnam inferri ei, qui volunta- M te mala aliquid fecerit. Sed quoniam me ad priores naturas, & substantias reuocas, fides mea est, omnipotentem Deum, quod maxime animaduertendum est & aīo figendum, bonum, iustū, fecisse bona: sed ea quæ ab illo facta sunt non possunt esse talia, qualis est ipse qui fecit. Iniustum est enim & stultum credere, quod opera paria sint artifici & cōdita

condi-

cõditori. Quapropter si pia fides est, vt omnia bona Deus fecerit, quibus tñ ipse est multo excellentior longeq; pręstãtior, origo & caput mali peccatũ, sicut Apostolus dixit, Radix omniũ malorũ est cupiditas: quã quidã sequẽtes naufragauerũt à fide, & inseruerũt se doloribus multis. Si.n. radicẽ omniũ malorũ quęris habes Apostolũ dicentẽ radicẽ omnium malorũ esse cupiditatẽ. Radicẽ radicis q̃rere non possum. At si aliud malũ, cuius radix cupiditas, non erit omnium malorum radix cupiditas. Si aũt verũ est omniũ malorũ radicẽ esse cupiditatẽ, frustra aliud aliqđ mali genus quærimus. Tua vero natura contraria quã inducis, qm̃ iã rñdi obiectis tuis, quæro vt tu mihi dicere digneris, si illa natura contraria est totũ malũ, neq; peccatũ põt esse nisi ex illa, pęnã ipsa sola debet mereri, non anima a qua non est peccatũ. Aut si dicis ipsam solam mereri pęnã, & animã non mereri, quæro cui data sit pęnitentia, quę sit iussa pęnitere? Si anima iussa est pęnitere, ab illa peccatũ, & ipsa voluntate peccauit. Nã si cogitur anima facere malum, neq; illa est quæ malũ facit, nonne stultũ est & plenum demẽtiæ vt gens tenebrarũ peccauerit, & me pęniteat de peccatis? Nonne plenũ dementię est, vt gens tenebrarũ peccauerit, & mihi detur indulgentia peccatorũ, qui possum dicere secundũ fidẽ vestrã, quid feci, & quid cõmisi? Apud te fui, integer fui, nulla labe contaminatus fui: tu me huc misisti, tu necessitatem passus es, tu cauisti regnis tuis, cum magna eis labes & vastitas immineret. Cũ ergo noueris necessitatẽ qua hic oppressus sum, qua respirare non potui, cui resistere nõ potui, quid me accusas quasi peccantẽ? aut quid promittis indulgentiã peccatorum? Ad hoc sine ambagibus responde si placet, sicut ego tibi sine ambagibus respondi. FOR. Hoc nos dicimus, ꝙ à contraria natura anima cogatur delinquere: cui non vis esse radicẽ, nisi hoc tm̃, ꝙ in nobis malũ versatur, cũ cõstet exceptis nostris corporibus mala in omni mundo versari: non ista quæ in corporibus solũ habemus in toto mundo versantur, & in omnibus vniuersaliter mala radix hæret. Nã dixit dignatio tua quod hæc sit radix malorũ, cupiditas quæ in nostris corporib. versatur: cum quando non est cupiditas mali ex nostris corporibus, ex principali illi contraria natura versatur in toto mundo: Apostolus etenim nominauit id radicẽ esse malorũ cupiditatẽ, nõ vnũ malũ, quã dixisti radicem omniũ malorũ. Cupiditas vero non vno modo intelligitur, quã dixisti radicẽ esse omniũ malorũ: quasi quę in cordibus nostris solum versetur: cũ cõstet hoc quod in nobis versatur malũ ex authore malo descẽdere, & portiunculam esse mali ac radicem quam tu esse dicis: vt non sit ipsa radix, sed sit portiuncula mali, eius mali quod vbiq; versatur. Quã radicẽ & arborẽ malã dominus noster appellauit, nunquã fructus bonos afferentem, quã non plantauit pater suus, ac merito eradicari & in ignem mitti. Nam quod dicis cõtrarię naturæ peccatũ debere imputari: illa natura mali est: & id esse peccatũ animæ, si post cõmonitionẽ Saluatoris nostri, & sanã doctrinã eius a contraria inimica sui stirpe segregauerit anima a purioribus se adornans anima aliter non posse substãtiæ suę reddi. Dictum est enim: Si non venissem & locutus eis non fuissem peccatum non haberent. Nunc vero quia veni & locutus sum, & noluerunt mihi credere veniam de peccato non habebunt. Vnde patet recte pęnitẽtiam esse datã post aduentum Saluatoris, & post hanc scientiam rerũ, qua possit anima, ac si diuino fonte lota de sordibus & vitijs tam mũdi potius quã corporũ, in quibus eadẽ anima versatur, regno Dei, vnde progressa est, representari. Nã dictũ est ab Apostolo, quod prudẽtia carnis inimicã sit Deo: legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Patet ergo his rebus, ꝙ anima bona factione illius quę legi Dei non est subiecta, peccare videtur non sua sponte. Nanque idem sequitur, ꝙ caro concupiscit aduersus spm̃ & spiritus aduersus carnem, vt nõ quæcunq; vultis illa faciatis. Dicit iterũ, Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuũ me ducentem in legem peccati & mortis. Ergo miser ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius, nisi gratia Dei per Iesum Christum dominũ nostrum, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo? AVG. Agnosco & amplector testimonia diuinarum scripturarum, & fidei meæ quemadmodum congruant, sicut Deus donare dignabitur, paucis exponam. Liberum voluntatis arbitrium in illo hoie fuisse dico, q primus formatus est.

1. Tim. 6. | A | B | C | Mat. 7. & 15. | Ioan. 15. | Rom. 8. | Galat. 5. | Rom. 7. | Galat. 6. | D

est. Ille sic factus est, vt nihil omnino volūta
ti eius resisteret, si vellet Dei præcepta serua-
re. Postquā aūt libera ipse volūtate peccauit,
nos in necessitatē ꝑcipitati sumus, qui ab e-
E ius stirpe descēdimus. Pōt aūt vnusquisq; no
strū mediocri consideratione inuenire verū
esse ꝙ dico. Hodie nāq; in nostris actionib.
antequā consuetudine aliqua implicemur,
liberū habemus arbitriū faciendi aliquid, &
vel nō faciēdi. Cū aūt ista libertate fecerimus
aliquid, & facti ipsius tenuerit animā perni-
ciosa dulcedo & voluptas, eadē ipsa sua cō
suetudine si implicatur, vt postea vincere nō
possit, ꝙ sibi ipsa peccādo fabricata est. Vi-
demus multos iurare nolle, sed quia iā cōsue
tudinē lingua tenuit, nō posse refrenare, cū
ea exeāt de ore ipsorū, q̄ nō possumus dice-
re ad mali stirpem nō pertinere. Vt.n. vobis-
cū his verbis agā, quæ vtinā sicut de ore ve-
stro non recedūt, ita & corde intelligantur,
ꝑ paracletū iuratis. Si ergo vultis experiri, ve
rū esse, ꝙ dico, instituite nō iurare. Videbitis
illā consuetudinē ferri quo solet: & hoc est
ꝙ aduersus animū pugnat consuetudo facta
in carne. Ipsa est nimirū carnis prudētia, quę
quandiu ita est, legi Dei subijci nō pōt, quan
diu prudentia carnis est: illuminata anima,
desinit illa esse carnis prudētia. Sic.n. dictum
est prudētiā carnis nō posse legi Dei esse sub
iectā, quēadmodū si diceretur glacialem ni-
uem calidā esse nō posse. Nullo enim pacto
quādiu nix est, calida esse potest. Sed quem
admodū illa nix calore resoluitur, & desinit
nix esse, vt possit calescere: sic illa carnis pru
dentia. i. consuetudo facta cū carne, cū fuerit
mens nostra illuminata, & ad arbitriū diuinę
legis totū hominē sibi Deus subiecerit, pro
illa consuetudine aię mala facit consuetudi-
F nē bonam. Ex quo illæ duę arbores, bona ar-
bor, & mala arbor quas enumerasti, verissi-
me dictū est à dño, qđ fructus suos habeāt,
idest, neq; bonā posse dare malos fructus, ne
que malam bonos quandiu mala est. Acci-
piamus duos homines, bonū hominē & ma
lū hominē. Quādiu bonus est, malos fructus
dare non potest. Quandiu malus est, fructus
bonos dare non potest. Sed vt intelligas istas
duas arbores sic esse à domino positas, vt ibi
significaretur liberum arbitrium, nō naturas
esse istas arbores, sed voluntates nostras: ip-
se ait in euangelio, Aut facite arborem bo-
nā, aut facite arborē malā. Quis est qui possit
facere naturā? Si ergo imperatū est nobis vt *Mat. 12*
faciamus arborē aut bonam aut malam, no-
strū est eligere quod velimus. De isto ergo G
peccato hominis, & ista cōsuetudine animę
facta in carne Apostolus dicit, Nemo vos se-
ducat. Omnis creatura q̄ à Deo facto est, bo *1. Tim. 4*
na est. Dicit idē Apostolus quē tu ipse cōme *Rom. 5.*
morasti, Sicut per vnius inobedientiā pecca
tores cōstituti sunt multi, sic & per vnius o-
bedientiā iusti constituentur multi. Qm̄ per
hominē mors, & per hominem resurrectio
mortuorū. Quādiu ergo portamus imaginē *1. Co. 15*
hominis terreni. i. quandiu scđm carnē viui
mus, qui vetus etiā homo nominatur, habe-
mus necessitatē cōsuetudinis nostræ, vt non *Ibidem.*
ꝙ volumus faciamus. Cū aūt gratia Dei a-
morē nobis diuinū inspirauerit, & nos suæ
voluntatis subditos fecerit, quibus dictū est,
Vos in libertatē vocati estis, & gratia Dei li
berauit me a lege pcti & mortis: Lex autem *Galat. 4.*
peccati est, vt quicūq; peccauerit, moriatur: *Gen. 3.*
ab ista lege liberamur, cū iusti esse cęperimꝰ.
Lex mortis est qua dictū est homini, Terra
es, & in terrā ibis. Ex ipsa.n. homines sic na-
scimur, quia terra sumus, & in terrā ibimus
propter meritū peccati primi hominis: pro-
pter autem gratiā Dei quæ liberat nos a lege *1. Retra-*
peccati & mortis, ad iustitiā conuersi libera- *ctā. c. 16*
mur: vt postea eadē ipsa caro, quę nos in pę
nis torsit in peccatis manētes, subijciatur no
bis in rusurrectione, & nulla aduersitate nos
quatiat, quo minus legē Dei & diuina præce
pta seruemus. Vnde qm̄ ergo respondi tuis,
dignare tu rñdere illud ꝙ desidero, quemad
modū fieri possit, vt si est Deo natura contra
ria, nobis imputetur peccatū, qui in illam na
turā non voluntate, sed ab ipso Deo, cui no
ceri nihil poterat, missi sumus. FOR. Hoc *Mat. 10.*
genere quemadmodū & dominus dixit di-
scipulis suis, Ecce ego mitto vos sicut oues
in medio luporū. Hinc sciendū est quod nō H
inimica mente Saluator noster agnos suos, i.
discipulos suos in medio luporum dirigere
voluit, nisi esset aliqua cōtrarietas, quę in si-
militudine luporū eā deponeret, vbi & di-
scipulos suos miserat, vt quę forte medio lu-
porum animæ possent decipi, ad propriam
substantiam reuocarentur. Hic ergo appa-
ret antiquitas temporum nostrorum quam
repetimus, & animorum nostrorum, ante

mundi constitutionem hoc more missas esse animas contra contrariã naturã, vt eãdẽ sua passione subijcientes, victoria Deo redderetur. Nã dixit idẽ Apostolus, ꝙ non solũ esset luctatio contra carnẽ & sanguinẽ, sed & cõtra Principes & potestates, & spiritalia nequitiæ & dñationẽ tenebrarũ. Si ergo vtrobique mala conuersant & nequitiæ habentur, iam non solũ est malũ in nostris corporib. sed in toto mundo, vbi videtur versari animæ quæ sub cęlo isto versant & implicatæ sũt. AVG. *Solæcismus.* *Ephes. 6.*

I Agnos suos dñs noster in medio luporũ misit, i. homines iustos in medio hominũ peccatorũ ad prædicationẽ Euangelij tp̃e hominis suscepti ab inæstimabili diuina sapientia, vt nos ad iustitiã a pc̃tõ vocaret. Quod aũt ait Apostolus, nobis colluctationẽ non esse aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & ptãtes, & cętera quæ sunt commemorata: hoc significat, diabolum & angelos eius, sicut ẽt nos pc̃tõ cecidisse & lapsos esse, & obtinuisse terrena, i. homines pc̃tõres. Qui quãdiu pc̃tõres sumus, sub iugo eorum sumus: quemadmodũ cum iusti erimus, erimus sub iugo iustitiæ: & contra illos luctam habemus, vt migrantes ad iustitiam, ab eorũ dãnatione liberemur. Ergo & tu digna re mihi breuiter ad vnũ ꝙ interrogo respondere, Noceri Deo non poterat, an poterat? Sed quæso mihi vt non poterat respondeas. FOR. Non poterat noceri. AVG. Quare ergo huc nos misit secundũ uestrã fidẽ? FOR. Professio mea hæc est, quia non poterat noceri Deo, & ꝙ Deus huc nos direxit. Sed q̃a id tibi contrarium est, tu dic qua ratione hic apparuit anima, quã nũc cupit Deus noster, & mãdatis & proprio filio directo liberare? AVG. Qm̃ uideo te interrogatis meis respõdere nõ posse, & me aliquid interrogare voluisse, ecce satisfacio tibi, dũmodo memineris te ad id ꝙ interrogaui nõ r̃ndisse. Anima

K quare hic sit in mundo inuoluta miserijs, nõ modo sed pauloante nescio quoties a me dictũ est. Peccauit anima, & ideo misera est. Liberũ arbitriũ accepit, vsa est libero arbitrio, queadmodũ uoluit, lapsa est, eiecta de beatitudine, implicata miserijs. Ad hoc tibi recitaui testimonium Apostoli dicentis, Sicut per unũ hominẽ mors, ita per unũ hominem resurrectio mortuorũ. Quid q̃ris amplius? Vnde tu r̃nde, cui noceri nõ poterat, quare huc *1.Co.15.*

nos misit? FOR. Causa hæc quærẽda est, cur huc uenerit anima, aut quare eandem Deus hinc cupit liberare, q̃ medio malorum uiuit. AVG. Hanc causam abs te quæro, i. si Deo noceri non poterat, quare huc nos misit? FOR. Quærit a nobis, si Deo malũ nocere nõ possit, quare huc anima missa fuerit, aut qua ratione mundo permixta sit. Quod in eo manifestũ est ꝙ ait Apostolus, Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit, cur me ita formaueris? Si ergo causanda est res hæc, interrogandus est qui animã direxit nulla cogẽte se necessitate. Si aũt necessitas fuit mittendi animam, merito est & uoluntas liberandi eam. AVG. Premitur ergo Deus necessitate? FOR. Iã hoc est, noli ad inuidiã excitare id ꝙ dictũ est, ꝙ non necessitate facimus subditum esse Deũ, sed volũtarie misisse animã. AVG. Recita ꝙ supra dictũ est, ꝙ recitatũ est. Si autẽ necessitas fuit mittendi animã, merito est & voluntas liberandi eã. AVG. Audiuimus. Si aũt necessitas fuit mittendi animã, merito est & voluntas liberandi eam. Tu aũt dixisti fuisse necessitatẽ mittendi animã. Sed si modo uoluntatem uis dicere, & hoc addo, Cui noceri nihil poterat, crudelis uoluntas fuerat mittendi animã ad tantas miserias. Quod refellẽdi causa quia loquor, ueniam peto ab illius unius misericordia, in quo spem liberationis habemus ab omnibus erroribus hæreticorum. FOR. Nos dicere asseueras crudelem esse Deum mittendo animã: fecisse uero Deum hominẽ, & insufflasse in eum animã, quã utiq; pro sua scientia animã futurã inuolui, & beneficio malorũ non posse hæreditati suæ repręsentari: hoc aut ignorantis est, aut dantis animã ad hæc mala quæ supra memorata sunt. Id cõmemoraui quia dixisti ante tp̃s non multũ, ꝙ adoptauerit sibi Deus animã, non ꝙ ab ipso sit, aliud est. n. adoptare. AVG. De adoptione nostra memini me ante dixisse, secũdũ testimoniũ Apostoli qui dixit nos uocatos in adoptionẽ filiorũ. Non ergo meũ fuit illud, sed Apostolicũ r̃nsum. De re, i. de ista adoptione suo tp̃e, si placet, inquiramus: & de illa sine dilatione r̃ndebo, cũ tu meis obiectionib. responderis. FOR. Progressum fuisse animæ contra contrariã naturã. AVG. Cum natura Deo nihil nocere poterat, quid opus erat isto progressu, vbi nihil habebat Deus ꝙ caueret, cui nocere

L *Rom. 9.* *Rom. 8.* M

cere nihil poterat? FOR. Constat apud conscientiam vestram, à Deo venisse Christum. AVG. Iterum me interrogas? Ad interrogata responde. FOR. Sic accepi in fide, ꝙ voluntate Dei ipsa huc venerit. AVG. Et ego dico, Deus omnipotens, inuiolabilis, incōmutabilis, cui noceri nihil possit, quare huc animā
A ad miserias, ad errorem, ad ista quę patimur,
Ioan. 10. misit? FOR. Dictum est.n. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem accipiendi eam. Non dixit ꝙ voluntate Dei progressa est anima. AVG. Ego autem causam quæro, quare, cum Deo nihil noceri possit? FOR. Nihil noceri Deo iam diximus, & in contraria natura esse animam diximus, ideo vt contrariæ naturæ modum imponeret: Modo imposito contrariæ naturæ sumit eādem Deus. Ipse. n. dixit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo sumendi eam. Hanc pater mihi dedit potestatem ponendi animam meam, & sumendi eā. Deus ergo qui loquebať in filio, de qua anima diceret? Constat esse animam nostrā quę in his corporibus habetur, ꝙ de volūtate venerit, & de voluntate ipsius iterum assumať. AVG. Vnde dixerit dominus noster, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo sumendi eam: omnibus notum est, quia passurus erat & resurrecturus. Ego autem abs te iterum atq; iterū quæro, si Deo nihil nocere poterat, cur huc animas misit? FOR. Naturæ contrariæ modum imponere. AVG. Et omnipotens Deus, misericors & omnium summus vt modum imponeret contrariæ naturæ, ideo illam moderatam esse voluit, vt nos īmoderatos efficeret? FOR. Sed ideo ad se reuocat. AVG. Si ad se reuocat ab immoderatione, si a peccato, ab errore, a miseria, quid opus erat tanta mala animam pati per tantum tps donec mundus finiatur: cū Deo, a quo eam dicitis missam, no
B cere nihil possit? FOR. Quid ergo dicturus sum? AVG. Et ego noui non te habere quid dicas, & mecum vos audire in hac quæstione nunquam inuenisse quod dicerem, & inde fuisse admonitum diuinitus, vt illum errorem derelinquerem, & ad fidem catholicam me cōuerterem, vel potius reuocarem ipsius indulgentia, qui me huic fallaciæ semper inhærere non finit. Sed si confiteris non habere te quod respondeas omnibus audiētibus & recognoscentibus, quoniam fideles sunt, catholicam fidem si permittunt & volunt, exponam. FOR. Sine præiudicio professionis meæ dixerim, illa quæ a te opponūtur quum retractauero meis cū maioribus, si minus rńderint interrogationi huic meæ, quæ similiter a te nunc mihi offertur, erit in mea contēplatione, quia & ego animā meā C cupio certa fide liberari, venire ad huius rei inquisitionē, quæ a te mihi offertur, & ostensurum te polliceris. AVG. Deo gratias.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

Contra Adimantum Manichęi discipulum, Liber vnus.



E eo ꝙ scriptum est, In principio fecit Deus cęlum & terrā: vsque ad id ꝙ scriptum est, Et factum est vespere & factum est mane dies vnus. Hoc capitulum legis aduersum esse Euangelio stultissimi Manichęi arbitrantur, dicentes in Genesi scriptum esse, ꝙ Deus per seipsum fecerit cęlum & terram & lucē: in Euangelio autē scriptū esse dn̄m nostrum Iesum Christū fabricatū esse mundū, vbi dictū est, Et mundus per ipsum factus est, & mundus illū non cognouit. Tribus.n.modis refelluntur: Primo, quia cum dr̄, In principio fecit Deus cęlū & terrā: Trinitatem ipsam Christianus accipit, vbi non solum pater, sed & filius & spiritussanctus intelligitur. Non.n.tres Deos, sed vnum Deum credimus, patrem & filium & spiritumsanctū, quanuis pater pater, & filius filius sit, & spiritussanctus spiritussanctus. De qua vnitate Trinitatis hoc loco longum est disputare: Deinde, quia vbi dicitur, Dixit Deus, fiat, & factum est: ibi necesse est intelligatur per verbum eum fecisse quod fecit, verbum autem patris est filius. Non ergo D repugnat hoc capitulum Geneseos vbi scriptum est, Et dixit Deus, fiat, & factum est: illi loco Euangelij vbi dr̄, Et mundus per eū factus est, i. per dn̄m nostrum, quia ipse est verbū patris per quod facta sunt omnia. Postremo si propterea in Genesi nō intelligitur filius, quia non est dictum, quod per filium Deus fecerit: nec in Euāgelio per filiū Deus,

Omnia per patrē, & que per filium. c. 1 *Gen. 1.* *Ioan. 1.* *Matt. 6.*

&

& aues pascit, & lilia vestit, & cętera innu-
merabilia quæ ipse dñs dicit Deũ facere pa-
trẽ.quanuis nõ dicat ꝙ ea per filiũ faciat.Qđ
aũt ẽt testimonium Apostoli adiugunt, quod
ait de dño nostro Iesu Christo, Ipse est pri-
Col. 1. mogenitus totius creaturę, & omnia per ip-
sum facta sunt in cęlo & in terra, visibilia &
inuisibilia:& hoc capitulũ aduersum esse di-
cunt Genesi, ubi Deus ita dicitur fecisse mũ
dũ, vt specialiter filius ibi nõ sit nominatus,
vehementer errant:& non vident, si ita est, ip
Rom. 8. sum Apostolũ sibi esse contrariũ, cum alio
loco vnũ dicit, Ex quo omnia, per quem om
nia, in quo omnia:& filiũ nõ nominat. Qũo
aũt hic filius nominatus non est, intelligitur
E tñ, ita & in Genesi. Et qũo sibi hæc duo capi-
tula Pauli non aduersantur, ita nec Genesis
Sabbata Deiꝭ nostrũ. c. 2. Euãgelio. De eo ꝙ scriptũ est, Et cõsumma-
uit Deus die sexto omnia opera sua quę fe-
cit, & in septimo requieuit ab omnibus ope
Gen. 2 3. ribus eiusdem quæ fecerat. Huic etiam loco
Manichæi calumniam mouent:& dicunt, no
uo testaméto aduersari, quod in Genesi scri-
ptum est Deũ septimo die requieuisse ab om
nibus operibus suis quæ fecit, qm̃ dominus
in Euangelio dicit, Pater meus vsq; nũc ope
ratur. Quod nullo modo contrarium est. Do
Ioan. 21. minus. n. Iudęorũ refellit errorẽ, qui puta-
bant Deũ sic requieuisse die septimo, ut ex il
lo prorsus nihil operaretur. Requieuit autẽ
ab omnibus operibus suis quæ fecit, ut iam
ultra, non faceret mundũ cũ omnibus quæ
in eo sunt: non tamen ut etiã a mundi admi
nistratione requiesceret. Nõ enim scriptum
est, requieuit Deus ab omnib. operibus suis
ut deinceps non operaretur, sed scriptũ est,
Requieuit ab omnibus operibus suis quę fe
cit:ut deinde non in faciendo mundo, a quo
opere post perfectionẽ cessauerat, sed in ad-
ministrãdo operaretur, in quo opere eũ esse
dñs intimauit. Nec illa requies quasi post la
borẽ Deũ pausam quæsisse, se ab instituẽdis
rerũ naturis post earũ rerũ perfectionẽ ces-
sasse significat, quãuis usq; adhuc in admini
strandis operetur. Sabbati aũt obseruationes
non intelligebant Iudæi, qui putabant ab ijs
etiã operibus, quæ ad salutẽ hominũ ualent,
oportere cessari. Vnde illos dñs etiam alijs
F locis de boue qui in puteum cecidit, & iu-
uc. 14. mẽto, quod soluendũ est ut ad aquã ducatur
r 15. mirifica comparatione redarguit. Sabbatum
aũt non repudiatũ, sed intellectũ à Christia-
nis destitit quidem carnaliter obseruari, sed
spiritaliter retinetur a sanctis, qui intelligunt
uocẽ domini uocantis ad requiẽ & dicẽtis,
Venite ad me q laboratis, & ego uos reficiã, Mat. 11.
Tollite iugũ meũ super uos, & discite a me
q̃a mitis sum & humilis corde, & inuenietis
requiem animabus uestris. Iugum. n. meũ le- G
ue est, & sarcina mea leuis est. Hoc sabbatum
idest hanc requiẽ scriptura illa significat quã
Iudæi non intelligebant, & pro temporũ di-
spensatione carnaliter sequebantur vmbrã,
cuius umbrę quasi corpus. i. ueritas nobis dã
da erat. Sed quamadmodum illa requies Dei
post fabricatũ mundũ insinuatur, Sic requiẽ
quæ nobis promittitur, post opera quæ in
hoc mũdo habemus, si iusta fuerint, conse-
quemur:septima, s. eadẽ ultima parte seculi,
de qua longũ est disputare. Nõ ergo dñs re-
scindit scripturã ueteris testamenti, sed co-
git intelligi:nec sabbatum soluit ut pereat ꝙ
figurabatur, sed appetit potius ut appareat ꝙ
tegebatur. De eo quod scriptũ est in Genesi, Conciliat
Et dixit Deus, Non est bonũ solũ hominem loca quæ
esse; faciamus ei aditoriũ. Et immisit Deus A- videntur
dæ somnũ & obdormiuit, & sumpsit unã de pugnare.
costis eius, ex qua formauit Euã quã adduxit Cap. 3.
ad Adã, & ait, ideo relinquet hõ patrẽ & ma Gen. 2.
trẽ & adhærebit uxori suæ. Huic rursus loco
Manichæi calũniãtur dicẽtes contra nouũ te-
stamentũ esse istã sententiã, qua Deus scribi-
tur & formasse mulierẽ & uiro coniunxisse:
ꝓpterea, quia in Euãgelio dicit dñs, Omnis Mat. 19.
qui reliquerit domũ aut uxorẽ, aut parẽtes, Luc. 18.
aut fratres, aut filios propter regnũ cęlorũ,
centies tantũ accipiet in hoc tempore, & in
futuro seculo possidebit uitã ęternã. In qua
calumnia miror eos sic esse cęcatos, uel po-
tius nõ miror, Excęcauit. n. illos, sicut scriptũ Sap. 2.
est, malitia eorum. Sed tñ quis nõ uidet tanta
in nouo testamento præcepta de uxore dili-
genda? Cur enim potius vetus testamentũ di-
cunt aduersari huic sentẽtiæ domini, qua di
cit relinquẽdã esse uxorẽ propter regnũ cęlo
rũ, & nõ ipsum nouum sibi aduersari? Quod
nephas est dicere. Intelligenda. n. sunt, nõ te-
mere accusanda quæ imperitis uidentur esse
cõtraria. Nã & dominus interrogatus a Iu- H
dæis, utrum ei placeret dato libello repudij Mat. 19.
dimittere uxorem. Respondit eis dicẽs, Non & Mar-
legistis, quoniã qui fecit ab initio masculum ci. 10.

& fęminã fecit eos, & dixit, Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna: itaq; iam nõ sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit in vnũ, homo non separet. Dicũt illi, Quid ergo Moyses mandauit dari libellũ repudij & dimitte? Dicit illis Iesus, Quia ad duritiã cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere vxores vestras, Ab initio aũt nõ fuit sic. Dico aũt vobis, Quicunq; dimiserit vxorẽ suã, nisi ob causam fornicationis, facit mœchari. Et ipse si alterã duxerit, adulterium committit. Ecce habent confirmatã sententiam veteris testamẽti ab ipso dño aduersus imperitiã Iudæorũ, simul ẽt Moysi perhibuit testimoniũ, ꝙ ꝑꝑ duritiam cordis eorum repudiũ dari permisit. Nunquid etiam Euange-
K liũ Euangelio dicũt esse cõtrariũ? Quod si dicunt, hoc capitulũ falsum esse & a corruptoribus scripturarũ esse additũ: nã hoc solent, qñ nõ inueniũt quid rñdeant, dicere, quid si alius dicat illud esse immissum & falsum, ꝙ ipsi proferunt dicente dño, Omnis qui reliquerit domũ aut vxorẽ aut parentes aut filios propter regnũ cęlorũ & cętera? Non intelligunt miseri quemadmodũ oẽm fidem Christianam cũ ista dicunt conentur euertere. Fides aũt vera & ecclesię catholicæ disciplina vtrũq; verũ & a domino dictũ esse cõfirmat, & nullo modo esse contrariũ: quia & cõiunctio mariti & vxoris a domino est, & relictio vxoris propter regnũ cęlorũ est a domino. Nõ enim quia suscitauit Deus mortuos, & dedit eis vitã, propterea ipsa vita nõ est relinquẽda propter regnũ cęlorũ. Sic ergo quamuis dominus dederit vxorẽ viro, relinquenda est tamen, si opus est propter regnum cęlorũ. Non enim hoc semper neces-
1.Cor.7. se est, sicut Apostolus dicit, Si quis fidelis habet vxorẽ infidelem, & hæc consentit habitare cũ illo, nõ dimittat eã. Significat vtiq; ꝙ si non consentit habitare cũ illo, idest, si execratur in illo fidem Christi, & non eum patitur, ꝙ Christianus est, relinquenda est propter regnum cęlorum: sicut idem Apostolus in sequentibus dicit. Quod si infidelis discedit, discedat: non est enim subiectus seruituti frater aut soror in huiusmodi. Si quis ergo relinquit regnum cęlorum, dum non vult relinquere vxorem non ferentem Christianum virum, improbatum a domino. Et item si quis vir relinquit vxorem dato libello repudij, cũ causa non existat aut fornicationis, aut obtinendi regnũ cęlorũ, similiter improbatur a dño. Ita nec ista capitula Euangelica inueniuntur sibi esse cõtraria, nec Euãgelium veteri testamento: quia vbi vxor coniungitur viro, vt simul mereantur regnũ cęlorũ: & ita vxor relinquenda esse pręcipitur, **L**
si virũ impediat ad possidendum regnũ cęlorũ. Et ideo quando Christianos vtrosque Apostolus monet, idest, maritos & vxores, nonne ita dicitur, Diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & tradidit se ipsum ꝓ ea: & mulieres viris suis subditę sint quasi dño, qa & ecclesia subdita est Christo? Nonne illud quod isti miseri irrident in vete- Gen.2.
ri testamento, quod scriptũ est, Propterea relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori suę, & erunt duo in carne vna: in magno sacramento idem Apostolus accipit, cũ Ephe.
dicit, Sacramentum hoc magnũ est: ego autẽ dico in Christo & in ecclesia: Deinde subiungit, Veruntamen vnusquisq; vxorẽ suam diligat, mulier autem vt timeat virum suum? Nonne alio loco euidentissime ostendit vtriusq; sexus & naturã & coniunctionẽ a domino Deo conditore atq; ordinatore consistere, cũ dicit, Veruntamen neq; mulier sine 2.Co.1
viro, neq; vir sine muliere in domino: Sicut enim mulier ex viro, ita & vir per mulierem: omnia aũt ex Deo? Qđ isti si cõsiderare vellent, nõ quibusdã capitulis separatis, & aduersus se inuicẽ magna fraude collatis caliginẽ facerẽt imperitis, sed oĩa tã in veteri q̃ in nouo testamento vno sanctospiritu conscripta & cõmendata esse sentirent. Nã & in veteri testamento habent apud Esaiã Prophetã quanta promittãtur spadonibus, ne in nouo solo arbitrentur esse laudatos a domino, vbi dicit esse quosdam, qui seipsos castraue- **M**
runt propter regnũ cęlorum: & addidit, Qui Mat.19
potest capere capiat. Nam & Esaias ita dicit, Esa.56.
Hæc dicit dominus spadonibus eis, qui custodierint pręcepta mea, & elegerint sibi q̃ ego volo, & capaces fuerint testamẽti mei, dabo illis in domo mea, & in muro meo locũ nominatissimum, meliorem multo filiorum atq; filiarum: nomen ęternum dabo illis, nec vnquam deerit. Certis enim quibusdam umbris & figuris rerũ ante domini aduẽtum secundũ mirabilem atq; ordinatissi-

Al.l. etiã ab Isa. propheta in veteri lege commendatũ fuisse cælibatum 1. retra. Cap. 22

mam

mam diſtributionẽ temporũ populus ille te-
nebatur, qui teſtamentũ vetus accepit: tamen
in eo tanta prædicatio & prænunciatio noui
teſtamẽti eſt, vt nulla in euangelica atq; apo-
ſtolica diſciplina reperiãtur, quanuis ardua
& diuina præcepta & promiſſa, quę illis etiã
libris veteribus deſint, ſed ſanctæ ſcripturæ
A non temerarios & ſuperbos accuſatores ſed
Conciliat diligentes & pios lectores deſiderant. De eo
ilia loca. quod ſcriptũ eſt in Geneſi, Et dixit dominus
Cap.4. ad Cain, Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris
Gen.7. tui clamat ad me de terra, Nunc maledictus
eris a facie terræ quæ abſorbuit & recepit ſã
guinẽ fratris tui ex cęde manus tuę: te.n. ope
rari neceſſe eſt terrã, quæ ſterilis tibi fructus
dabit. Huic capitulo Geneſeos, quo maledi-
ctionẽ accepit Cain, vt terræ ſterilitate puni
retur, calũniantes Manichęi, & euangelio cõ
trariũ demonſtrare cupientes, nõ ſanè mihi
videntur cogitare cũ hoĩb. ſe agere, ſed prorſus
quaſi pecora forent, qui eos audirent, vel eo
rũ ſcripta legerẽt: ſic abuſi ſunt imperitia eo
rũ, & tarditate ingenij, vel potius animi cę-
citate. Quippe dixerunt huic capitulo illud
in euãgelio eſſe cõtrariũ, ꝙ dñs ait diſcipulis
Mat.6. ſuis, Nolite cogitare de craſtino, nã craſtinus
dies ipſe cogitabit ſibi. Reſpicite volatilia cę
li, q̃a non ſeminãt, neq; metunt, neq; colli-
gũt in horrea. Quaſi vero Cain parricida di-
ſcipulis cõparãdus ſit, vt quoniã ille meruit
pęnã ſterilitatis terrę, conſequens eſſet vt eã-
dẽ ſterilitatẽ iſti etiam paterẽtur, qui domi-
nũ Ieſum Chriſtũ ſecuti prædicando euan-
gelio parabantur. Immo etiã iſtis duobus ca
pitulis: quorũ vnũ de Geneſi, alterum de euã
gelio tanquã ſibi inimica poſuerunt, tanta
inuenitur amicitia atq; concordia, vt nulla
maior deſideranda ſit. Quid.n. congruentius
B quã ut illum, cuius erat ſcelere frater occi-
ſus, ẽt in terra laborantem ſterilitas ſequere-
tur: illis aũt, per quorum miniſterium in prę
dicando Dei verbo fratres liberabantur, etiã
de craſtino minime cogitantibus fructuoſa
terra ſeruiret? Quod ſi in veteri teſtamento
exhorreſcunt maledicto Dei terrã ſterilem
factã eſſe peccatori: cur non in nouo teſta-
mento exhorreſcunt maledicto domini no-
Mat. 21. ſtri Ieſu Chriſti arborem fici aridam factã,
nullo peccato domini ſui? Itẽ ſi domini ſen-
tẽtia delectãtur, ꝙ diſcipulis dicit, ne de cra
Mat. 6. ſtino cogitent, ꝙ de victu eorũ Deus curam
gerat: cur non prophetica ſententia delectan
tur, quia cecinit dicens, Abijce in dñm ſoli- C
citudinẽ tuã, & ipſe te paſcet? Vt hoc modo *Pſal. 24.*
ſi poſſint miſeri intelligant: & illa q̃ deteſtã-
tur in veteri teſtõ de Deo dicta, uſque adeo
recta eſſe, vt etiam in nouo inueniantur: & il
la quæ in nouo laudant & prædicant, etiam
in veteri reperiri: vnde clareſcat bene intelli
gẽtibus vtriuſq; teſtamenti manifeſta concor
dia. De eo quod ſcriptũ eſt in Geneſi, Facia- *Hō quate-*
mus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ no- *nus ima-*
ſtram. Hunc locũ Manichæi, quo ſcriptũ eſt *go Dei,*
in Geneſi, hominem factũ eſſe ad imaginem *aut ſecus.*
& ſimilitudinẽ Dei, propterea dicunt nouo *Cap. 5.*
teſtamento eſſe contrarium, quia dominus *Ioan.8.*
in euangelio dicit Iudæis, Vos ex patre dia-
bolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere
vultis, ille homicida erat ab initio, & in veri
tate non ſtetit, quia veritas in eo non eſt. Et
quod alio loco Iudęi ſerpentiũ genimina & *Lucæ. 3.*
viperarũ appellantur, nõ intelligũt illud di-
ctũ eſſe de homine antequã peccaret, quod
factus eſt ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei,
hoc autem quod in euãgelio eſt, Vos ex pa-
tre diabolo eſtis: peccatoribus & infidelibus
dici. Tribus enim modis in ſcripturis ſanctis *1. Retra-*
filiorũ nomen accipitur. Vno ſecũdũ naturã *ctã. c.22*
q̃uo Iſaac filius Abrahæ, vel etiã cęteri Iu- *Gen.21.*
dæi, qui ex eadẽ origine veniunt. Alio ſecun-
dum doctrinam, vt filius eius in ea re quiſq; *Ioan.8.*
appelletur, a quo aliquid didicit: ſicut filios
ſuos appellat Apoſtolus, qui ab illo didice- *1. Cor.4.*
runt Euangeliũ. Tertio ſecundũ imitationem
ſicut filios Abrahę nos vocat Apoſtolus, qui
eius fidẽ imitamur. Duobus ergo modis pec
catores infideles Iudæi, filij diaboli vocantur à
domino, vel ꝙ ab ipſo impietatem didice-
runt, ſicut de ipſo diabolo Apoſtolus dicit, *Ephe. 2.*
Qui nunc operatur in filios diffidentiæ, vel
ꝙ eũ imitantur, quod magis pertinet ad id,
quod de illo dictũ eſt, Et in veritate non ſte-
tit: quia & ipſi Iudęi in veritate legis, quæ ſi-
bi data eſt, non ſteterunt, eo ꝙ domino atte-
ſtãte & dicẽte, Si crederetis Moyſi, credere- D
tis & mihi: ille.n. de me ſcripſit, Secundũ eo *Ioan. 5.*
rundẽ peccatorũ venena etiam ſerpẽtum &
viperarum genimina vocantur, ad imaginẽ
autem Dei factũ hominem, non tantum Ge-
neſis, ſed etiam Apoſtolus clamat, cum dicit, *1.Co.11.*
Vir quidem non habet velare caput, cum ſit
imago & gloria Dei, mulier autẽ gloria viri.

Et vt manifeſte intelligatur non ſecundũ ve-
tuſtatem peccati, quæ corrumpitur, ſed ſecũ
dũ ſpiritalem conformationẽ factũ eſſe ho-
minem ad imaginẽ Dei, idẽ Apoſtolus mo-
net, vt exuti conſuetudine peccatorũ.i. vete-
F ri homine, induamur noua vita Chriſti, quẽ
nouũ hominẽ appellat. Et vt doceat hoc nos
Col. 3. aliqñ amiſiſſe, renouationem illã vocat. Nã
ita loquitur, Expoliantes vos veterem homi
nẽ cũ actibus eius induite nouũ qui renoua-
tur in agnitionem Dei, ſecundum imaginem
eius, qui creauit eum. Filij ergo Dei ſunt ho-
mines renouati ad eius imaginẽ, & ei ſimi-
les facti vſq; dilectionem inimici. Sicut dñs
dicit, diligere nos debere inimicos noſtros,
vt ſimiles ſimus patri noſtro qui in cęlis eſt.
Matt. 5. Quod in poteſtate noſtra ab ipſo Deo eſſe
poſitum docet ſcriptura, cũ dicit, Dedit eis
Ioan. 1. poteſtatem filios Dei fieri. Filij aũt diaboli
dicũtur homines, cum imitantur eius impiã
ſuperbiã, & à luce atq; celſitudine decidunt
ſapientiæ, & non credunt veritati; quales dñs
Ioan. 8. arguit cum dicit, Vos ex patre diabolo eſtis,
Pſal. 81. &c. Cui loco euãgelico Propheta conſonat
dicẽs, Ego dixi dij eſtis, & filij altiſsimi om-
nes: vos aũt vt homines moriemini, & ſicut
Parentes vnus ex principibus cadetis. De eo quod ſcri
q̃uo hono ptum eſt in Exodo, Honora patrem tuum &
randi & matrem tuam: Huic etiam loco vbi de hono
contẽnen randis parentibus Deus præcepit, illum euã-
di. c. 6. gelij locum Manichęi dicunt eſſe contrariũ,
Exo. 20. vbi dñs, cuidã dicenti Ibo primum vt ſepe-
Lucæ. 9. liam patrem meum, reſpondit, Sine vt mor-
tui mortuos ſepeliant, tu autem veni annun-
cia regnum Dei. Quod eodem modo ſolui-
tur quo illud ſuperius, vbi de vxore relinquẽ
da dictũ eſt, propter regnum cęlorũ: quia &
parentes honorare debemus, & eos tamen
propter annunciationem regni Dei nulla im
pietate cõtẽnimus, Nam & ſi veteri teſtamẽ-
to contrarium eſt euangeliũ propter iſtã ſen
tentiam, incipit etiam Apoſtolo eſſe contra-
Col. 3. rium, qui & filios monet vt honorent paren
tes, & parentes vt diligant filios. Non ſolum
autem, ſed etiam dñs videbitur ſibi ipſi eſſe
contrarius, quod credere nefas eſt, quia loco
alio dicit homini quærenti vitam æternam,
G Si vis venire ad vitam, ſerua mandata. In qui
bus etiam illud commemorat, Honora pa-
Mat. 19. trem & matrem. Quibus mandatis perfectis
etiã ad dilectionẽ Dei creſcitur in qua eſt to

ta perfectio, Nam dilectio proximi, certus H
gradus eſt ad dilectionẽ Dei. Et ideo rñdenti
ꝙ omnia mandata illa ſeruauit, dicit vnũ ei
deeſſe, ſi vult eſſe perfectus, vt vendat omnia
quæ habet, & det pauperibus, & ſequatur eũ.
Ex quo manifeſtũ eſt, honorẽ parentum in-
gradu ſuo eſſe ſeruandum, & eos tñ in diui-
ni amoris cõparatione, ꝑſertim ſi impedimẽ
to ſunt, nulla dubitatione oportere contem-
ni. Nã & in ſcripturis veterib. habes poſitũ,
Qui dicit patri aut matri, Non noui vos, & *Deu. 3*
qui filios ſuos non agnoſcit, ipſe autem co-
gnouit teſtamentũ tuum, Ergo ſi & in nouo
teſtamento commendatur parentũ dilectio,
& in veteri cõmendatur parentũ contẽptus,
ex vtroq; capite duo ſibi teſtamenta conſen-
tiũt. Deo eo quod in Exodo ſcriptũ eſt, Ego *De⁹ vl*
ſum Deus zelans, tribuens filijs tertię & quar *& clem*
tę generationis parentũ peccata qui me ode *Cap. 7.*
runt. Huic loco Manichæi illud de euãgelio Exo. 2
dicunt eſſe cõtrariũ quod dñs dicit, Eſtote be *Matt.*
nigni ſicut pater veſter cęleſtis, qui Solem
ſuum oriri facit ſuper bonos malos. Et illud
aliud quod idẽ dominus ait, Non ſolum ſe- *Mat. 1*
pties peccãti fratri dimittendũ, ſed etiam ſe-
ptuagieſſepties. A quibus tamen ſi quæram,
vtrum Deus non puniat inimicos ſuos, ſine
dubio turbabuntur. Ipſi enim dicunt Deum
genti tenebrarũ ęternũ carcerẽ præparare,
quã dicũt eſſe inimicã Deo. Et parũ eſt, ſed *Mar. 2*
eũ etiã ſuam membra ſimul cum ipſa gente
punitură eſſe non dubitant dicere. Sed cũ ad
capitula veteris & noui teſtamenti veniunt,
ut imperitos decipiant, & ea ſibi aduerſa eſ-
ſe criminentur, fingunt ſe nimis bonos. Sed
dicant nobis quibus dicturus eſt dñs, Ite in
ignem æternum qui præparatus eſt diabolo
& angelis eius: ſi omnibus parcit & nemi- I
nem damnat? Quare intelligendum eſt & il-
lud rectum eſſe quod Deus retribuit paren-
tum peccata filijs qui eum oderunt, Ex eo e-
nim quod addidit, qui me oderunt: intelligi
tur eos puniri peccatis parentum, qui in ea-
dem peruerſitate parentum perſeuerare vo-
luerunt. Tales enim non ſęuitia, ſed potius *Sapien*
iuſtitia Dei, & ſua inquitate puniuntur, ſicut
Propheta ait, Sanctus enim ſpiritus diſcipli-
nę effugiet fictum, & aufert ſe a cogitationi-
bus quę ſunt ſine intellectu, & corripietur,
a ſuperueniente iniquitate, ideſt corripie-
tur homo ſuperueniente ſibi iniquitate ſua,
cum

cum ab eo recesserit spūssanctus. Et alio lo-
Sapien. 2 co. Hæc cogitauerunt & errauerũt, exceca-
Prou. 5. uit.n.illos malitia eorũ.Et alio loco, Crini-
culis pctõrum suorũ vnusquisq; constringi-
tur. Quibus testimonijs veteris testamenti de
Rom. 1. nouo consentit Apostolus dicens, Tradidit
illos Deus in cõcupiscentias cordis eorum.
Qua cõcordia vtriusq; testĩ satis ostenditur
I non esse sęuũ Deũ, sed vnumquenq; in se sę
Deut. 5. uire peccando. Quod aũt in tertiã & quartã
scriptũ est generationẽ vindictã procedere,
nõ aliud significari arbitror, nisi ꝙ ab ipso
Abrahã, qui pater esse incipit populi Iudęo
rũ, quatuor ætates sunt cũ ista quæ nunc agi
Mat. 1. tur, quas Matthęus Euãgelista distĩguit. Vna
est ab Abrahã vsq; ad Dauid: alia a Dauid vs
que ad transmigrationẽ in Babyloniã: tertia
a transmigratione in Babyloniã vsq; ad dñi
aduentũ: Inde vsq; ad finẽ quarta deputatur
tm̃, quantum senectus seculi cęteris ætatibus
longior. Quas ætates pro generationib. posi-
tas credimus, q̃uis singulæ pluribus genera-
tionib. constent. Et qm̃ tertia incipit a trans
migratione Babyloniæ, qñ Iudęorum est fa
cta captiuitas: in quarta vero, i. post aduentũ
dñi nostri, gens Iudęorũ a solo proprio pe-
nitus eradicata est: hoc datur intelligi ꝙ di-
ctũ est, tertiæ & quartæ generationis pecca-
ta parentũ redditurũ Deum: his vtiq; legiti-
me atq; debite, qui parentũ peccata perseue
rantes tenere, q̃ Dei iustitiã sequi maluerunt.
Nam non pertinere patris peccata ad filium
…ec. 18. iuste viuentem, Propheta Ezechiel apertissi-
…at. 5. me ostendit. Quod aũt in Euangelio dr̃, Esto
te benigni quemadmodũ pater vester cęle-
stis, qui Solem suũ oriri facit super bonos &
malos: non est veteri testõ contrariũ. Hoc n.
facit Deus vt inuitet ad pęnitẽtiã, sicut dicit
Apostolus, Ignoras quia patientia Dei ad pę
nitentiã te inuitat? Nec tñ ideo credendũ est
…1. 1. non puniturũ Deũ eos, qui, vt dicit idẽ Apo-
stolus, thesaurizat sibi irã in die iræ, & reuela
K tionis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq;
secundũ opera sua. Nanq; istã Dei patientiã
S… 11. & bonitatem ẽt Propheta prædicat dicens,
Parcis aũt omnibus, qm̃ tua sunt omnia qui
animas amas: & cętera innumerabilia, quib.
intelligitur & in bonitate & in seueritate mi
sericordiã & iustitiam Dei testm̃ vtrunque
E… 20. prædicare. Si aũt mouentur ꝙ dictũ est, Ego
2… 11. sum zelans: moueantur ẽt illo, ꝙ dicit Apo-
stolus Paulus, Zelo Dei vos zelo: desponsa-
ui.n. vos vni viro virginem castam exhibere
Christo. Sancta.n. scriptura verbis nostris lo
quens, ẽt per hæc verba demonstrat, nihil dĩ
gne de Deo posse dici. Cur.n. non ẽt verba
ista dicantur de illa maiestate, de qua quic-
quid dictum fuerit, indigne dr̃: quia omnes
opes linguarũ omniũ ineffabili sublimitate
præcedit? Nã qm̃ zelando solent mariti vxo-
rum pudicitiã custodire, potestatem & disci
plinam Dei, qua fornicari animam impune L
non sinit, zelum Dei scripturæ vocauerunt.
Est aũt animæ fornicatio auersio a fęcundita
te sapientiæ, & ad conceptũ temporalium il
lecebrarum corruptionumq; conuersio. Il- Mat. 18.
lud vero ꝙ dimittendum esse dicit fratri, nõ
solum septies, sed & septuagies septies pęni
tenti vtiq; dicit. Deus aũt illis se dicit tribue
re peccata, qui eum oderunt, non qui ei per
pęnitentiam reconciliantur. Nam & apud
Prophetam dñs dicit, Nolo mortem pecca- Ezec. 18.
toris, tantum vt reuertatur & viuat. Ex quo & 33.
facile apparet, & in ea patientia, quæ inuitat
ad pęnitentiã: & in ea indulgentia, quæ igno
scit pęnitentibus: & in ea iustitia, quæ punit
eos qui corrigi nolunt, vtrunque testm̃ con-
uenire atq; congruere, tanquã ab vno Deo
vtrunq; conscriptum. Dę eo quod scriptum Vltio per
est in Exodo, Oculum pro oculo, dentem missa &
pro dente: & cętera talia. Huic loco Mani- vetita.
chęi, quod in veteri lege par vindicta permit Cap. 8.
titur, & dicitur oculum pro oculo, dentem Exo. 21.
pro dente esse perdendum, sic calumniãtur,
quasi & ipse dñs hæc duo sibi veluti aduer-
santia atq; contraria in Euangelio demon-
strauerit. Ipse.n. ait, Audistis quia dictum est
antiquis, Oculum pro oculo, & dentẽ pro Mat. 5.
dente, Ego autem dico vobis, non resistere
malo: sed si quis te percusserit in maxillam,
præbe illi & alteram: & quicunq; voluerit
tecum iudicio contendere, & tunicam tuam
auferre, dimitte illi & pallium. In quib. dua-
bus sententijs reuera duorum testamentorũ
differentia demõstratur, sed amborum tñ ab
vno Deo constitutorũ. Nam qm̃ primo car-
nales homines ardebãt multo amplius se vin M
dicare, quam erat illa iniuria, de qua quęre-
bantur cõstitutus est eis primus lenitatis gra-
dus, vt iniuriæ acceptę mensurã nullo modo
dolor vindicãtis excederet. Sic.n. & donare
aliqñ posset iniuriam, qui eam primo non

superare didicisset. Vnde dñs iã per euangelij gratiã ad summã pacẽ populũ deducẽs, huic gradui superædificauit alterũ: vt qui iã audierat non ampliorẽ vindictã, quã quisq; læsus esset, reddere, placata mente totũ se donare gauderet. Quod ẽt in illis veteribus libris Propheta pdicat, dicẽs,

Psal. 7. Dñe Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manib. meis, si

Thren. 3. reddidi retribuentib. mihi mala. Et alius Pro

A pheta dicit de hmõi viro patiẽte iniurias, & lenissime tolerante. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Ex quo intelligitur & mensurã vindicandi recte carnalibus constitutã, & omnimodã iniuriæ remissionẽ, non tñ in nouo testõ esse præceptam, sed longe ante in veteri prænunciatã.

De° quo audiatur & nõ audiatur. cap. 9. De eo ꝙ scriptũ est, ꝙ locutus est Deus cum Adã & Eua, & cũ serpente, & cũ Cain, & cęteris antiquis: inter quos ẽt & nonnullis apparuisse scribitur, & ab eis visus, nõ vno, sed multis scripturarũ locis, in quib. & locutus esse cũ hominib. inuenitur, & nonnullis apparuisse:

Gen. 3. & 4.

Ioan. 1. insidiantur Manichęi, & dicunt oĩa contraria esse nouo testõ, qm̃ dñs dicit, Deũ nemo vidit vnquã, nisi vnicus filius, qui est in sinu patris, ille annunciauit nobis de eo. Et iterũ

Ioan. 5. ꝙ dicit Iudęis, Nec vocem illius aliqñ audistis, nec faciẽ eius vidistis, nec verbũ eius habetis in vobis manens: quia ei quẽ ille misit, non credidistis. Quibus rñdemus eoipso, ꝙ in Euangelio scriptũ est, Deũ nemo vidit vnquã, nisi vnicus filius, qui est in sinu patris, ipse annunciauit nobis de eo, totã ipsam solui posse qõnẽ: quia ipse filius, qui est verbum Dei, nõ solũ nouissimis tẽporib. cũ in carne apparere dignatus est, sed ẽt prius a constitutione mũdi, cui voluit de patre annunciauit, siue loquendo, siue apparendo, vel per angelicã aliquã ptãtem, vel per quãlibet creaturã: quia ipse est in omnib. veritas, & oĩa illi constant, & oĩa illi ad nutũ seruiũt atq; subiecta sunt: vt ẽt oculis per visibilẽ creaturam

B cui vult, qñ dignatur appareat: cũ ipse tñ secundũ diuinitatẽ suã, & secundũ id ꝙ verbũ est patris, coæternũ patri, & incõmutabile, per ꝙ facta sunt oĩa, non nisi purgatissimo & simplicissimo corde videatur. Et ideo quibusdã locis ẽt scriptura ipsa testatur angelũ visum, vbi dicit Deum visum. Sicut in illa luctatione Iacob, & angelus dictus est ille qui apparuit, Et cum apparuit in rubo Moysi. Et iterũ in eremo, cũ iam eduxisset populũ de terra Aegypti, qñ legem accepit, Deus ei locutus est. Sed siue in rubo cũ eum misit: siue postea, cũ ei legẽ dedit, angelũ dicit Stephanus in Actibus Apostolorum ei apparuisse. Acto. 7

Quod ideo dicimus ne quis arbitretur verbum Dei, per ꝙ facta sunt omnia, quasi per loca posse definiri, & alicui visibiliter apparere, nisi per aliquã visibilem creaturam. Si- C

cut. n. verbũ Dei est in Propheta, & recte dr̃, Dixit dñs, quia verbum Dei, ꝙ est Christus, in Propheta loquitur veritatem: sic & in angelo ipse loquitur, qñ veritatem angelus annunciat: & recte dr̃, Deus dixit: & Deus apparuit, & itẽ recte, Angelus dixit, & angelus apparuit: cũ illud dicatur ex persona inhabitantis Dei, illud ex persona seruientis creaturæ. Ex hac regula ẽt Apostolus ait, An vultis 2. Co. 13

experimentũ eius accipere, qui in me loquitur Christus? Si aũt hoc mouet, ꝙ in veteri testõ ẽt peccatorib. Deus loquitur, vel Adę vel Euæ, vel serpenti, attendant ẽt in nouo, cuiusmodi exemplũ Deus posuit de hoĩe stulto & cupido, qũo ei locutus est dñs cũ ait, Stulte, hac nocte auferetur a te aĩa tua, hæc Luc. 12

quæ præparasti cuius erunt? Cũ. n. ueritas ẽt peccatoribus dicatur, per quãlibet creaturã dicatur, non nisi ab illo dr̃, qui unus est uerax. Quod aũt Iudęis dicit, Nec uocem eius aliqñ audistis: ideo dicit, quia non obtemperauerunt, isti duntaxat, cum quibus loquebatur. Quibus dicit etiam, Nec faciem eius vidistis, quia non potest. Quod autem dicit, Neq; uerbum eius habetis in uobis manens: quia in quo manet uerbum Dei, Christus in illo manet, quem isti respuerunt. Nam cum Ioan. 12

ipse dominus dixisset, Pater clarifica me ea & 17

claritate qua fui apud te priusquam mundus fieret: sonuit uox de cęlo, Et clarificaui & clarificabo. Quam uocem multi Iudęorum præsentes audierunt, nec ideo tamen audisse D

dicendi sunt, quia non obtemperauerunt ut crederent. Quapropter si non est mirandum ꝙ uerbum Dei, idest, unicus filius Dei, qui de patre annunciat, cui vult per seipsum, cui vult per aliquam creaturã manifestatur uel sonãdo uel apparendo, cum tamen ipse per seipsum mundo corde uideatur, & per illũ pater, Beati enim mũdi corde, quia ipsi Deũ Mat. 5

uidebunt: non est mirandum ex utroque testamento ista omnia testimonia consonare.

De

Deus in tēplo, cū in loco nō sit. c. 10. Exo. 25.

De eo quod locutus est Deus Moysi, & dixit illi, loquere ad filios Israel, Sumite primitias ab omni homine, quod mihi destinetis: hoc est aurū, argentū, æramentum, purpurā, byssum, coccū, pilos caprinos, pelles rubeas agnorū lingua integra, oleū ad illuminationē thymiamata, lapides pretiosos: hoc est, berillos: & constituite tabernaculū in quo cōmorari vobiscū possim. Commouēt etiam hinc Manichæi quęstionē, & huic scripturarū loco illud in Euāgelio dicūt esse contrariū, qđ ait dn̄s, Nō iurabis, neq; per cęlū, quia sedes Dei est: neq; per terrā, quia scabellū pedum eius est. Disputāt.n. & magnū aliquid sibi videntur dicere, cū dicunt, Qūo ille Deus, cuius cęlū sedes, & terra scabellū pedū eius est, in tabernaculo habitat, quod ex auro & argēto, & ære, & purpura, & pil s pecorū, pellibusq; cōstructū est? Adhibētes ēt testē Apostolū Paulū, quia dicit Deum lucē habitare inaccessibilē. Quibus nos parē qōnē referimus, & quod de nouo testamento protulerunt, de veteri testamento proferimus. Ibi.n. inuenitur prius scriptū, Cęlū mihi sedes est, terra aūt scabellū pedū meorū. Quā domum ædificabitis mihi, aut qs locus requiei meę? Nōne manus mea fecit omnia? Ecce habent vbi libri veteris testamenti prædicant Deū in templis manufactis non habitare, & tn̄ filius Dei nostri in flagello de restibus facto expulit de tēplo eos, qui boues & columbas vēdebant, & nummulariorum euertit mēsas, & ait, Domus patris mei domus orationis vocabitur, vos aūt fecistis illā spelūcā latronū. Si ergo aliquis istis duobus ex aduerso capitulis constitutis velit imperitos decipere, & dicere in veteri testamēto magnificari Deū, cuius dicitur sedes cęlū, & terra scabellū pedū eius, & negatur habitare in domo manufacta: in nouo autem testamento domus eius dicitur templum constructū ab hominibus: nonne Manichęi vel sero fatebūtur & habitaculū Dei per manus hominū factū, ad aliquā significationē in vtroq; testamento accipi: & Deū non habitare in locis ab hominibus fabricatis, in vtroq; testamento prędicari? De eo quod in Exodo scriptū est, Ne adoraueritis Deos alienos. Et iterū, Deus vester zelans appellatur: zelans.n. zelauit. Huic capitulo qđ scriptū est, Ne adoraueritis Deos alienos: cū calūniant Manichæi satis oñdunt placere sibi adorari multos Deos. Nec mirū qñquidē in secta sua numerosissimā deorū familiā cōmemorāt atq; cōmendant: quippe qui ēt ad ista visibilia venerūt, q̄ pro istius veritatis luce venerantur & adorāt: & iō displicet eis quod scriptū est in Exodo, Ne adoraueritis Deos alienos. Addunt ēt illud propter hoc dictū esse Deus vester zelans.n. zelauit: vt tanquā Deū zelantē non amemus, cuius zelo Deos alienos adorare nō sinimur. Et iō dicūt ista Euangelio esse contraria, qm̄ dn̄s dicit, Pater iuste, mūdus te nō cognouit: quasi non sit dicendus Deus iustus, nisi nos Deos alienos adorare permittat. Iustū.n. Deū & zelantē Deū tanquā contraria sibi esse differtant, & decipiūt miseros, nō intelligentes totā spē salutis nostrę esse zelū Dei. Hoc enim noīe illa eius significat prouidētia, qua nullā à se animā fornicari impune pmittit: sicut Propheta dicit, Perdes oēs qui fornicantur abs te. Sicut.n.ea, q̄ dicit ira Dei, nō perturbatio mentis est, sed potētia iudicandi: sic zelū Dei non cruciatum animi, quo maritus aduersus vxorē, vel vxor aduersus maritū torqueri solent, sed trāquillissimā, syncerissimāq; iustitiā, qua nulla anima beata esse sinitur, falsis opinionibus, prauisq; cupiditatib. corrupta, & quodammodo grauidata. Illa.n. hęc verba exhorrescunt, qui nondū viderūt ineffabili maiestati nulla verba congruere: Sic.n. ab istiusmodi verbis tēperandū putant quasi aliqd dignū Deo putent cū ista non dicunt. Sanctus.n. spiritus hoc ipsum hominibus intelligētibus insinuās, quā sint ineffabilia summa diuina, his ēt verbis vti voluit, quę apud hoīes in vitio poni solent: vt inde admonerent, etiā illa, quę cū aliqua dignitate Dei se putant homines dicere, indigna esse illius maiestate, cui honorificū potius silētiū quā vlla vox humana cōpeteret. Quęro zelū hominis, & inuenio perturbationē cruciantē cor. Tamen cum quæro causam, nil aliud inuenio, nisi quod non patitur cōiugis adulteriū. Maxime enim & proprie inter cōiugia zelotipia dicit solet. Itaq; si maritus esset per se ipsum beatus, & omnipotens, & iustus sine vllo cruciatu & tota facilitate, & nulla iniquitate peccatū coniugis vindicaret. Quā tamen eius actionem humano loquēdo modo etiam si non proprie, translate tn̄ & recte zelum vocarem. Quis.n. Tullio calum-

Matt. 5. E *1.Tim.6.* *Ioan.1. Mat.21.* F *Jo. 20. ...lus, & impro... e Deo ...uun- ...c.11* G *Ioan.17.* *Zelus Dei qualis dicatur. Psal.27.* H *Zelotipia proprie vbi sit.*

niatus est, qui certe nouerat Latine loqui, cũ
ait Cęsari, Nulla de virtutibus tuis, nec admi
rabilior, nec grauior misericordia est. Et tñ
ex eo appellatã misericordiã dicunt, ꝙ mise
rũ cor faciat dolentis aliena miseria. Nunqd
ergo virtus miserũ cor facit? Quid ergo ca-
lumniosis Tullius rñderet, nisi misericordiæ
I noie clementiã se appellare voluisse? Qm̃ re
cte solemus loqui, non solũ verba propria,
sed ẽt vicina vsurpantes. Cuius authoris mẽ-
tionẽ facere volui, qm̃ nõ de re quęstio hic,
sed de verbo est. Sicut enim nostri authores
diuinarũ scilicet literarum de rebus maxime
cogitauerunt: sic mundanorum authorũ pro
prie omnis cura de verbis est. Sed habeo Euã
geliũ, & oẽs noui testamenti libros, in qui-
bus misericordia frequentissime cõmenda-
tur, Si audẽt ergo isti miseri, ẽt inde faciant
quęstionẽ & negent esse misericordẽ Deum,
ne miserũ cor habere intelligatur. Sicut er-
go põt esset in Deo misericordia sine cordis
miseria: sic ẽt sine tabe atq; cruciatu animi ze
lũ Dei nõ dedignemur accipere, & humani
conditionẽ sermonis feramus, vt ad diuinũ
perueniamus silẽtiũ. Sed si cõtraria dicũt esse
zelantẽ Deũ, & iustũ Deũ, quid dicturi sunt
1. Co. 11. cũ & in nouo testamento inuenio, Zelo Dei
Psal. 68. vos zelo: vel adhibitũ etiam de veteribus in
Psal. 10. Euãgelio testimoniũ, Zelus domus tuæ co-
medit me? Rursus in veteri cũ legunt, Iustus
dñs, & iustitias dilexit, ęquitatẽ vidit vultus
eius: nonne fatebuntur etiam hoc modo im-
peritis duo testamenta videri posse contra-
ria, vt in nouo inueniamus zelũ Dei, in vete-
re iustitiã? Bene aũt intelligentibus vtrunq;
in vtroq; magna sancti spiritus vnitate & pa
Q̃uo ani- ce cõcinere? De eo ꝙ scriptũ est, nõ esse mã
ma dicĩt ducãdũ sanguinẽ, quod anima sit carnis san-
sanguis. guis huic sentẽtiæ veteris legis Manichæi ex
Cap. 12. Euangelio illud opponunt, quod dñs dicit,
Deu. 12. Nõ esse timendos, eos qui occidunt corpus
Mat. 10. animæ autem nocere nõ possunt: & disputãt
dicentes. Si sanguis anima est, q̃uo homines
K potestatẽ in eã nõ habẽt, cũ de sanguine mul
ta faciant, siue excipiẽtes, & carnibus volu-
cribusq; in escã proponentes, siue effunden
tes, aut cęno lutoq; miscentes? Hæc.n. & alia
innumerabilia sine difficultate hoĩes de san
guine possunt facere. Ideo isti quærunt insul
tãtes, Q̃uo si sanguis est anima, nõ possit ho-
minis interfector nocere animę, cũ tantam
in eius sanguinẽ habet potestatẽ? Addunt etiã
quod ait Apostolus Paulus. Quia caro & san *1. Co. 1*
guis regnũ Dei nõ possidebunt. Et dicunt, Si
sangis est anima, sicut Moyses dicit, nulla in
uenietur anima posse regnũ Deum adipisci. *Deu. 1*
Cui calumnię primo ita rñdendũ est, vt ipsi
cogantur ostẽdere vbi scriptũ sit in libris ve
teris legis, quod anima humana sanguis sit. L
Nusquã.n. hoc inuenĩẽt in illa scriptura quã
lacerare miseri quandiu conantur, nullo mo
do permittuntur intelligere. Quod si de ani-
ma humana nihil tale ibi dictũ est, quod ad
nos pertinet si anima pecoris aut lędi ab in-
terfectore potest, aut possidere Dei regnũ nõ
potest? Sed quia d̃ animis pecorũ nimis sunt
isti soliciti, cũ.n. sint hominũ animæ rationa
les, reuolui tñ eas in pecora existimant, clau
sa sibi esse arbitrãtur regna cęlorũ, si pecorũ
animis clausa esse cõsentiãt. Quid ꝙ ẽt insul-
tare ausus est populo Israel Adimãtus vnus
ex discipulis Manichęi, quẽ magnũ doctorẽ
illius sectę fuisse cõmemorant? Insultare er-
go ausus est populo Iudæorũ, ꝙ scd̃m eorũ
intellectũ quo existimant sanguinẽ esse ani-
mã, parentũ ipsorũ animę, partim serpentib.
deuoratæ, partim igne consumptæ, partim
in desertis atq; asperrimis montiũ locis are-
factę sunt. Quod si verum esse quisquam cõ-
cederet, sine scelere tamen eorũ, quibus iste
insultare voluit, factum esse cõuinceret. Nõ
enim parentum suorum animas, quibus illa
omnia secundum horũ intellectum accidis-
se, idem dixit, ipsi aliqua ex parte lęserunt:
quapropter luctũ inde possunt habere nõ rea *Error A-*
tũ. Quid aũt ipse Adimantus faciet secundũ *dimãti c-*
opinionẽ suam, qua credit etiam rationales, *refutati-*
idest, hominũ animas beluina corpora posse *ne.*
contrudi? Quid ergo faciet de tanto scelere,
si quando tardum iumentum plagis, aut con
citatum freno fatigauit, in quo forte patris
eius anima fuerit: vt non dicam quod etiam
occidere parẽtes suos inter pediculos & pu
lices potuerit, à quorũ isti interfectione non
tẽperant. Quid enim eis prodest, ꝙ aliqñ ne- M
gant vsq; ad ista minutissima animantia reuo
lui animas humanas posse? Hæc negant, ne
tã multarum interfectionum rei teneantur,
aut cogãtur parcere pediculis & pulicibus,
& cimicibus: & tantas ab eis molestias sine
vlla cędis eorũ licentia substinere. Nã vehe-
menter vrgent, cur in vulpeculã reuolui aĩa

huma-

humana posſit, & non poſsit in muſtelã, cũ catulus vulpeculæ fortaſſe ẽt minor ſit, quã magna muſtela. Deinde ſi in muſtelam põt, cur in murem nõ põt? Et ſi in iſtum põt, cur in ſtellionem non põt? Et ſi in eum põt, cur in locuſtam non põt? Deinde in apem, deinde in muſcam, deinde in cimicẽ, atq; inde vſque in pulicẽ, & ſi quid eſt aliud multo minutius, peruenire. Vbi n. terminũ conſtituãt, non inueniunt: atq; ita per iſtã nugatoriã credulitatẽ conſcientiæ illorũ innumerabilib. homicidiorũ ſceleribus obruuntur. *Deut.* 12. Nam ex eo ꝙ ſcriptũ eſt, Sanguinem pecoris animã eius eſſe, A præter id ꝙ ſupra dixi, non ad me pertinere quid agatur de pecoris anima, poſſum ẽt interpretari præceptũ illud in ſigno eſſe poſitum. *Mat.* 26. Non. n. dñs dubitauit dicere, Hoc eſt corpus meũ: cum ſignũ daret corporis ſui. *1. Co.* 15. Quod aũt ait Apoſtolus, Caro & ſanguis regnũ Dei non poſsidebunt, ẽt in lege *Gen.* 6. dictũ eſt, Nõ permanebit in iſtis ſpũs meus, qm̃ caro ſunt. Et toties in veteribus libris iuſtorum animis præmiũ futurũ promittitur. Sed tñ Apoſtolus volẽs inſinuare quale corpus iuſtorũ per immutationẽ in reſurrectione futurum ſit, quia non nubent, neq; vxores ducent, ſed erunt ſicut angeli in cęlis: *Mat.* 22. Hanc ergo immutationẽ futurã corporum ſanctorũ volẽs inſinuare, dixit Apoſtolus, Dico. n. vobis fratres, quia caro & ſanguis regnũ Dei non poſsidebunt. Quod nõ vna ſeparata, & ad fraudem cõmemorata ſnĩa, ſed toto ipſo epiſtolæ loco pertractato vel potius lecto, non. n. res obſcura eſt, inueniri põt. Sic. n. dicit Apoſtolus, *Co.* 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatẽ: ꝙ eũ de corpore dicere, de ſuperioribus manifeſte inuenitur, cũ ait, Non omnis caro eadẽ caro: alia quidẽ hominũ, alia aũt pecorũ, alia caro volucrũ, alia piſciũ: & corpora cęleſtia, & corpora terreſtria: ſed alia eſt cęleſtium gloria, alia terreſtriũ: alia gloria Solis, alia gloria Lunæ, & alia gloria ſtellarũ. Stella. n. ab ſtella differt in B gloria, ſic & reſurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione: ſeminatur in cõtumelia: ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale: ſicut ſcriptũ eſt, Factus eſt primus homo Adam in animã viuentẽ, nouiſsimus Adã in ſpm̃ viuificantẽ. Sed non primũ ꝙ ſpiritale, ſed ꝙ animale, poſtea ꝙ ſpiritale. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cęlo cęleſtis. *Gen.* 2. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cęleſtis, tales & cęleſtes. Et qũo induimus imaginem terreni, induamus & imaginem eius, qui de cęlo eſt. Hoc aũt dico fratres, quia caro & ſanguis regnum Dei hæreditate poſsidere non poſſunt: neque corruptio incorruptionem hæreditate poſsidebit. C Certe iam clarũ eſt quare hoc Apoſtolus dixerit. Quid ergo iſte tã turpi fraude non cõmemorat, niſi hoc vltimum & tacet illa ſuperiora, quibus hoc ꝙ male interpretatur, bene poſsit intelligi? Nam qm̃ dñi noſtri corpus poſt reſurrectionem ſic leuatum eſt in cęlum, vt pro ipſa cęleſti habitatione, cęleſtem acceperit mutationem, & hoc ſperare in die vltimo iuſsi ſumus: ideo dixit Apoſtolus, Qualis terrenus, tales & terreni, i. mortales: & qualis cęleſtis, tales & cęleſtes, i. immortales: non ſolũ animis, ſed ẽt corporib. Vnde & ſupra dixerat aliam eſſe cęleſtium corporum gloriam, & aliã terreſtriũ. Quod autem ſpiritale dixit corpus in reſurrectione futurum, non propterea putandũ eſt, ꝙ non corpus, ſed ſpiritus erit: ſed ſpiritale corpus omnimodo ſpiritui ſubditũ dicit ſine aliqua corruptione vel morte. Non. n. quia ꝙ modo habemus corpus animale appellat, ideo putandũ eſt non illud eſſe corpus ſed animã. Ergo queadmodũ corpus animale nunc dr̃, quia ſubditũ eſt animæ: ſpiritale aũt nõdum dici poteſt, quia nondum ſpiritui planè ſubiectum eſt quãdiu corrũpi poteſt: ſic & tunc ſpiritale vocabitur, cum ſpiritui atq; æternitati nulla corruptione reſiſtere poterit. Aut ſi adhuc parum vr̃ eſſe monſtratum, ꝙ ſententiam iſtam propter immutationem quæ futura eſt Apoſtolus dixerit cum ait, Caro *1. Co.* 15. & ſanguis regnum Dei hæreditate poſsidere non poſſunt, neq; corruptio incorruptionẽ hæreditate poſsidebit: attendite quid continuo ſubijciat & adiungat, Ecce myſteriũ vobis dico. D Omnes quidẽ reſurgemus, non tñ omnes immutabimur, in atomo, in ictu oculi, in nouiſsima tuba. Canet. n. tuba, & mortui reſurgẽt icorrupti, & nos immutabimur. Deinde cõtexit & dicit ẽt illud ꝙ pauloante cõmemoraui, vt oſtendat qualis futura ſit ipſa immutatio. Statim quippe dicit. Oportet

enim corruptibile hoc induere incorruptio
nem,& mortale hoc induere immortalitatē.
Hic ergo apparet quia caro & sāguis regnū
Dei non poſsidebunt,quia cū induerit incor
ruptionē & immortalitatē, iam non caro &
1. Retra- ſanguis erit,ſed in corpus cęleſte mutabitur.
ſta. c. 22 Quod quidē ex occaſione tractauimus,quia
huic quoq; ſnīæ multum inſidiari ſolent ne-
I gantes corporū reſurrectionē, Nā iſta quæ-
ſtio nō de corpore, ſed de aīa propoſita eſt,
quā putant ſic accipi in lege, vt ſanguis eſſe
exiſtimetur, ꝙ nos nullo modo ſic intelligi-
Deu. 12. mus: Sed q̃uis de pecorū aīs non curemus,
cū quib. non habemus rationis aliquā ſocie
tatē: tñ illud ꝙ lex dicit, fundendū eſſe ſan-
guinē, nec in eſcā aſſumendū, quia ſanguis
eſt aīa, eſſe poſitū dicimus ſicut alia multa,
& penè oīa ſcripturarū illarū ſacrā ſignis &
1. Co. 10. figuris plena ſunt futuræ prædicationis, quæ
iā per dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū declarata
eſt. Sic eſt.n. ſanguis aīa, q̄uo petra erat Xp̄s,
ſicut dicit Apoſtolus, Bibebant.n. de ſpirita-
Exo. 17. li ſequente eos petra,petra aūt erat Chriſtus,
Notū eſt aūt filios Iſrael petra percuſſa bibiſ
ſe aquā in eremo, De quibus {loquebatur}
Apoſtolus cū hæc diceret,nec tñ ait petra ſi-
gnificabat Chriſtū: ſed ait, petra erat Chr̄s.
Quæ rurſus ne carnaliter acciperetur, ſpiri-
talem illam vocat,i.eam ſpiritaliter intelligi
docet. Longū eſt, & nunc nō neceſſariū, ſa-
crā eiuſdē legis exponere, niſi cum breuiter
poſsint. Sufficit aūt vt nouerint illi q̄ de his
calumniantur, non ea nos ita intelligere vt il
las ſolent irridere, ſed quemadmodū Apo-
ſtoli omnia intelligentes pauca expoſuerūt,
vt ad eaſdē regulas cętera poſteris intelligen
da relinquerent. De eo ꝙ ſcriptū eſt in Deu-
Quo ſenſu Deus ignis edax. c. 13 Deut. 4. teronomio. Videte ne obliuiſcamini teſtm̄
Dei veſtri ꝙ conſcripſit, & faciatis vobis ef
figies & imagines. Addit ēt dicens, Deus ve-
ſter ignis eſt edax,& Deus zelans. Hæc ver-
ba de ſcripturis hoc modo illa Adimantus
propoſuit, Eius.n. calumnias refutandas refel
K lēdaſq; ſuſcepimus. Sed & iā ſuperius de ze-
lo Dei cū calūniaretur puto ſatis eſſe rn̄ſum.
Memineris tñ nō ſolū ibi,ſed ēt hic, ſic eum
de zelo Dei criminatum ſcripturas, vt adiun
geret ēt ꝙ de ſimulachris non colendis in il-
lis libris præcipitur a dn̄o Deo noſtro: quaſi
non ob aliud reprehendat zelum Dei, niſi ꝙ
illo ipſo zelo a cultu ſimulachrorū prohi-
bemur. Vult ergo videri fauere ſe ſimula-
chris. Quod propterea faciunt vt miſerrimę
& veſanæ ſuæ ſectæ ēt Paganorū concilient
beneuolentiam. Huic aūt legis capitulo illud
Euangelicum opponit, vbi quidā acceſsit ad
dn̄m & ait illi, Magiſter bone quid faciēs vi- *Luc. 18.*
tam æternā poſsidebo? Cui reſpondit Ieſus.
Quid me interrogas de bono? Nemo bonus G
niſi vnus Deus. Vt ex hoc videlicet contraria
iſta eſſe arbitremur, q̄a in lege dr̄, Deus ignis
edax,& Deus zelans: in Euangelio aūt, Ne-
mo bonus niſi vnus Deus. Et de zelo quidē
ita reſponſum eſt, non ſic eſſe iſta verba in
ſcripturis poſita vt aliquā Dei perturbatio-
nem cruciatumve ſignificent, ſed quia nihil
dignū de Deo dici pōt, Propterea vſque ad
iſta peruentum eſt, quæ cū homines indigna
eſſe putauerint, cogantur diſcere ēt illa quæ
conuenienter de ineffabili diuina excellētia
ſe dicere exiſtimant, indigna eſſe maieſtate
Dei: cuius ſapientia cū deſcenſura eſſet vſq;
ad corpus humanum, prius vſq; ad humana
verba deſcendit. Ecce dixi, deſcendit: ꝙ ver-
bum ſi diſcutere cępero, proprie me dixiſſe
non video: non.n. pōt deſcendere, niſi ꝙ ēt
de loco in locū moueri poteſt. Nam qui de-
ſcendit, locū ſuperiorem deſerere,& inferio
rem petere vr̄. Dei aūt ſapientia cū tota vbi-
que præſto ſit, nullo pacto migrare de loco
in locū pōt. De qua Ioannes in Euangelio di *Ioan. 1.*
cit, tanquam dn̄ici pectoris particeps: ait.n.
In hoc mundo erat, & mundus per ipſum
factus eſt,& mundus eū non cognouit. Et tñ
ēt ipſe adiungit & dicit, In ſua propria venit
& ſui eum non receperunt. Q̄uo hic erat,&
q̄uo venit, niſi quia illa ſublimitas ineffabi-
lis, vt hominib. congruat, humanis ſonis ſi-
gnificanda eſt: vt aūt Deos homines faciat,
diuino eſt intelligenda ſilentio? Poteſt ergo
reddi ratio, quare ita dictū ſit: non tñ poteſt
aliquid de Deo digne dici, ꝙ ideo iam indi-
gnum eſt, quia potuit dici. Tolle de zelo er-
rorem & dolorē, quid remanebit aliud niſi H
voluntas cuſtodiens caſtitatē, & corruptio-
nē vindicans coniugalē? Quo igitur verbo,
niſi zelo Dei melius poſſet inſinuari? Quo vo
camur ad coniugiū Dei, non vult nos turpi
amore corrumpi, & punit impudicitiam nō
ſtrā, & diligit caſtitatem. Non.n. fruſtra etiā
vulgo dici ſolet, Qui non zelat, non amat.
Ad hoc ēt pertinet ꝙ dictum eſt, edax ignis:

de quo disputare non debeo, sed potius ipsos interrogare, quem ignē dixerit dñs se venisse mittere in hunc mundū. Hoc.n.dictum est in Euangelio, ꝙ illi accusare non possunt vt non Christum honorent, sed vt decipiant Luc. 12. Christianos. Quod cū eis cōmemoratū fuerit quemadmodū dñs dixerit, ignē veni mittere in terram: miseri dicunt, Sed illud aliud est. Quibus rñdemus, Et hoc aliud est, Noli I metuere. Nā ipse Christus loquitur etiam in Deut. 4. veteri testō, cū dicit, Ego sum ignis edax: q loquitur in Euangelio, ꝙ ignem venerit in hunc mundum mittere, i. verbū Dei, ꝙ est ipse. Nā veteres vtiq; scripturas exposuit post resurrectionē discipulis, incipiens a Moyse & Prophetis omnibus, qñ ipsi discipuli ignē Luc. 24. se accepisse confessi sunt, dicentes, Nonne cor nostrū ardens erat in nobis in via, cum aperiret nobis scripturas? Ipse est ignis edax: consumit.n. veterem vitam diuinus amor, & innouat hominem, vt ex eo ꝙ Deus ignis est edax, faciat vt eum nos amemus: ex eo autē ꝙ Deus zelans est, ipse nos amet. Nolite ergo timere ignē qui est Deus: sed timete ignē quem parauit hæreticis Deus. Quod.n. Adimantus elegit de Euāgelio locum, quē huic legis capitulo tanquam contrarium apud imperitos obijceret, vbi ait dñs, Nemo bonus, Mar. 10. nisi vnus Deus, quoties inuenit̄ bonitas Dei in veteri testō, quis numerare sufficiat? Vnū tñ ponam, ꝙ quotidie in ecclesia cantatur. Cōfitemini dño, qm̄ bonus, qm̄ in seculum Ps. 117. misericordia eius. Certe & hoc zelanti Deo, sicut Manichęi existimant, vr̄ esse contrariū, & tñ in libris veteris testamenti cantatur. Itē Mat. 22. rex ille, qui cum filio suo nuptias faceret, inuenit inter discumbentes hominem non habentem vestem nuptialē: & eum primo amici nomine appellans, manibus & pedib. colligatis mitti iussit in tenebras exteriores: moleste intelligentibus nō vr̄ bonus. Et si ipsum quisquam capitulū Euangelij proponeret, K & sicut facit Adimantus de veteri testō, ita Euangeliū calumniose accusaret, laudans potius veteris testamenti libros, vbi scriptū est, Confitemini dño qm̄ bonus, qm̄ in seculū misericordia eius: & reprehendens in nouo, ꝙ vocatus conuiua in tantum suppliciū pp uestem mittitur: & hoc fraudulenta peruersitate assidue faceret, ut omnia loca lenitatis de ueteri testō colligeret, & loca seueritatis de nouo, & hæc sibi aduersa esse contenderet, laudans vetus, & reprehendens nouum, similiter inueniret imperitos, & diuinarum scripturarum miserabiliter ignaros, quibus persuaderet uetus potius testm̄ quam nouū esse retinendum. Quod cum isti ex alia parte faciunt, i. uetus reprehendentes quasi contrarium nouo, miror ꝙ non cogitant posse aliquem aliqñ utrunq; legere, & diuina ope intellectum utrunq; laudare: fraudemq; istorū L atq; malitiam uel dolere tanquā hominum, uel cauere tanquam hæreticorū, uel irridere tanquam imperitorū & superborum. De eo Cap. 14. ꝙ scriptum est in Deuteronomio. Secundū Deu. 12. desiderium animæ occide & manduca omnem carnē, iuxta voluptatem * quam dedit Al. l. voluntatē. tibi dñs: Caue aūt ne sanguinem manduces, sed effunde tanq̄ aquam super terram. His uerbis legis Adimantus contrarium esse arbitratur ꝙ in Euangelio dñs ait, Ne grauentur Luc. 21. corda uestra crudiṫate & uinolentia, & curis secularibus. Et ꝙ ait Apostolus, Bonum est Rom. 14. non manducare carnem neq; bibere uinū. 1. Co. 10. Et iterum, Non potestis mensæ dñi cōicare, & mensę dęmoniorum. Nos aūt omnia hæc siue quæ in ueteri, siue quæ in nouo testamēto scripta sunt, & suis causis exigentibus posita dicimus, & sibi aduersa non esse mōstramus. Quanquā & ipse in his uerbis quæ posuit de ueteri testō animaduertere potuit, nō ad immoderatam uoracitatē pertinere ꝙ dictum est, Secūdū desiderium animæ tuæ occide & māduca omnem carnē: qñ sequitur, iuxta uoluptatem quā dedit tibi dñs: immoderatam.n. uoluptatē non dedit tibi dñs, sed quanta sustētationi naturæ salutiq; sufficiat. Quisquis aūt sequitur immoderatam uoracitatem, suū uitiū sequitur, non eam uoluptatem quam dedit dñs: & ideo non est contrariū ꝙ in Euangelio positū est, Non grauentur corda uestra cruditate & uinolentia Luc. 21. & curis secularibus. Cum.n quisque non replet nisi eam uoluptatem, quam dñs dedit, i. modestam atq; naturalem, nō grauatur cor M eius cruditate & uinolentia & curis secularibus. De carne aūt non manducanda & non bibendo uino, ꝙ ait Apostolus, non quia illa immunda arbitratus est, hoc præcepit sicut isti existimant, & errantes in errorem præcipitāt, quibus talia persuaserunt: sed cum ipse posuerit causam, cur hoc dixerit, non est no

bis

bis hæc interpretanda uel exponenda sñia.
Sufficit.n.ipsum de Apostoli epistola totum
locum huic sermoni contexere, vt & causa
manifestius appareat, cur hoc Apostolis di-
Al. l. consueuerũt facere & moderni hæretici. xerit, & istorũ fraus * qui particulas quasdã
de scripturis eligunt, quibus decipiant impe
ritos nõ cõnectentes, quæ supra & infra scri
pta sunt, ex quib. voluntas & intentio scripto
ris possit intelligi. Sic ergo Apostolus ait, In
firmũ aũt in fide recipite, nõ in disceptatio-
Rom. 14. nibus cogitationũ. Alius quidem credit man
ducare se omnia, Qui aũt infirmus est, olera
A manducet. Qui manducat, non manducantẽ
non spernat:& qui non manducat, mandu-
cantem non iudicet, Deus.n.illum recepit.
Tu quis es qui iudices alienum seruum? Suo
dño stat, aut cadit, Stabit aũt. Potens est.n.
dñs statuere illum. Alius quidem iudicat al-
ternos dies, alius aũt iudicat omnem diem.
Vnusquisq; suo sensu abundet. Qui sapit diẽ,
dño sapit:& qui manducat, dño manducat,
gratias.n.agit Deo, & qui nõ manducat, dño
non manducat, & gratias agit Deo. Nemo.n.
nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Si-
ue.n.viuimus, dño viuimus: siue morimur,
dño morimur. Siue.n. viuimus, siue mori-
mur, dñi sumus. Ad hoc.n. Christus mortuus
est, vt mortuorũ & viuorum dñetur. Tu aũt
quare iudicas fratrem tuũ: aut tu quare sper-
Esa. 45. nis fratrem tuum? Omnes.n. stabimus ante
tribunal dñi: Scriptum est.n. Viuo ego dicit
dñs, quia mihi curuabitur omne genu, & cõ
fitebitur omnis lingua Deo. Igitur vnusquis
que nostrum pro se rationẽ reddet. Non er-
go amplius inuicem iudicemus: Sed hoc ma
gis iudicate ne ponatis offendiculũ aut scan
dalum fratribus. Scio & certus sum in dño
Iesu, quia nihil cõe per illum nisi ei qui pu-
tat aliquid esse cõe, illi cõe est. Nam si pro-
B pter escam frater tuus contristatur, iam non
secundũ charitatẽ ambulas. Noli in esca tua
illum perdere pro quo Xp̃s mortuus est. Nõ
ergo blasphemetur bonum nostrum. Nõ est
enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia,
& pax & gaudium in spiritusancto. Qui.n.
in hoc seruit Christo, placet Deo, & proba-
tus est hominibus. Itaq; quæ pacis sunt secte
mur, & quæ ad ędificationem sunt in inuicẽ.
Noli propter escã destruere opus Dei. Om-
nia quidem munda, sed malum est homini
qui per offensionem manducat. Bonum est
non mãducare carnem, neq; bibere vinum,
neq; in quo frater tuus offenditur. Tu fidem
quam habes penes temetipsum, habe coram
Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in
eo ꝙ probat. Qui autem discernit si mandu-
cauerit, damnatus est, quia non ex fide. Om-
ne autem ꝙ non est ex fide, peccatũ est. Nun
quid eget cuiusquam interpretatione, vt in-
telligatur cur hoc Apostolis dixerit: & quan C
ta illi malitia de scripturis certa quæque di-
scerpunt, quibus circumueniant imperitos?
Nam & munda esse omnia dixit Apostolus
secundum fidem:& ei esse immunda, qui pu
tat immunda, & tunc esse ab eis temperan-
dum, cũ per offensionem accipiuntur, i. cũ
aliquis infirmus putat sibi ab omnibus carni
bus temperandum, ne incidat in carnem im
molatitiam:& ideo eum qui manducat, po-
test arbitrari in honorem idolorũ id facere:
& ex eo grauiter offendi, cũ ipsa immolati-
tia caro, si ex fide a nesciente accipiatur, ne-
minem maculet. Vnde alio loco idẽ Aposto *1. Co. 1*
lus interrogare vetat, cũ quid de macello e-
mitur, vel ab aliquo infideli quisquam voca
tus, in mensa eius exhiberi sibi carnes videt,
quas isti immundas arbitrantur, nõ propter
immolationẽ, sed quia carnes sunt, cũ Apo- *Rom. 1.*
stolus clamet omnia munda esse, & omnem
creaturã Dei bonam esse, & omnia sanctifi-
cari per verbum, & orationem:& tñ tempe-
randum ab eis, si quis forte infirmus offendi
tur. Et quodam loco apertissime istos signi- *1. Tim.*
ficauit, cum dicit. In nouissimis temporibus
futuros quosdam prohibentes nubere, absti-
nentes a cibis quos Deus creauit. Hos enim
proprie designat, qui non propterea tempe-
rant a cibis talibus, vt aut concupiscentiam
suam refrenent, aut infirmitati alterius par-
cant: sed quia ipsas carnes immundas putãt,
& earum creatorem Deum esse negant. Nos D
autem teneamus Apostolicam disciplinam
dicentem, ꝙ omnia munda sint mundis, ser- *Luc. 21.*
uata moderatione Euangelica, vt non gra-
uentur corda nostra cruditate & vinolentia
& curis secularibus. Nam idẽ illud ꝙ Apo- *1. Co. 10.*
stolus ait, Non potestis mensę dñi cõmuni-
care, & mensę dęmoniorum: non video cur
opponendum huic loco legis, & quasi con-
trarium Manichęi esse crediderunt. Non. n.
de immolationib. lex loquitur, cũ in Deute- *Deut. 2.*
ronomio dr̃. Secundum desiderium animæ

tuæ occide, & mãduca omnẽ carnem, iuxta
voluptatẽ quã dedit tibi dñs: ſed de cibis, qui
pertinent ad hominis alimentũ. Sed qm̃ Ma-
nichæi etiã, cum ad hominis cęnam quæque
animalia præparãtur, immolationem eſſe di
cunt, ſecundũ ſuũ intellectũ iſta cõtraria eſſe
putauerunt. Popterea & illũ cõmemoraue-
1.Co.10. runt locũ, vbi Apoſtolus ait, Quæ immolãt
gentes dęmonijs immolant, & non Deo: cũ
Apoſtolus apertiſsime de victimis loquere-
tur quæ in tẽplo offerunt dęmonibus, nõ de
eſcis; quas ſibi hoĩes pręparant. Sic.n.dicit,
Quid ergo dico, quia idolis immolatum eſt
E aliqd, aut idolũ eſt aliquid? Sed quia quę im
molãt, dęmonijs & non Deo immolant, No
lo vos ſocios dęmoniorũ fieri. Non poteſtis
calicẽ domini bibere, & calicẽ dęmoniorũ.
Nõ poteſtis menſæ domini participare, &
menſę dęmoniorũ. An æmulamur dñm? Nũ
qd fortiores illo ſumus? Oĩa licita ſunt, ſed
non oĩa expediunt, oĩa licita ſunt, ſed nõ oĩa
ędificant. Nemo quod ſuũ eſt quęrat, ſed id
quod alterius. Omne quod in macello venit
manducare, nihil interrogamus propter cõ-
Pſal. 22. ſcientiã. Dñi.n.eſt terra & plenitudo eius. Si
quis vos vocauerit ex infidelibus, & volue-
ritis ire, oĩa quę apponunt vobis manduca-
te, nihil dijudicantes pp conſcientiã. Si quis
aũt vobis dixerit, quia hoc immolatũ eſt, no
lite manducare, pp illũ qui inducauit, & pro
pter conſcientiã. Cõſcientiã autem dico, nõ
tuã, ſed alterius: Quare.n.libertas mea iudi-
cetur ab aliena conſcientia? Si ergo cũ gra-
tia participo, vt quid blaſphemor, pro quo
gratias ago? Siue igitur mãducatis ſiue bibi-
tis, ſiue quodcunq; facitis, omnia in gloriam
Dei facite. Hæc attendãt Manichęi, & videãt
Deu. 12. qũo dictũ ſit in Deuteronomio, Secundũ de
ſideriũ animę tuę occide, & manduca oẽm
carnẽ iuxta voluptatẽ, quã dominus dedit ti
bi. Quod.n.de quibuſdã carnibus non man-
ducandis Iudæis præceptũ eſt, & immundæ
F ſunt dictę, ad ſignificationẽ valet hoĩum im-
mundorũ, qui per figuras in veteribus ſcri-
Deu. 25. pturis ſunt deſignati. Sicuti.n. bos ille, cui tri
1.Cor. 9. turãti vetat os alligari, Euangeliſtã ſignificat
ſicut Apoſtolus apertiſsime exponit, ſic &
illa quæ prohibita ſunt, quaſdã hominũ im-
munditias ſignificant, quæ in ſocietatẽ cor-
poris Chriſti.i.in eccleſiã ſtabilẽ & ſempiter
nam nõ recipiũtur. Nam quod ad cibos atti-
net, oĩno nihil immundũ eſſe, ſed malũ eſſe
homini qui per offenſionẽ manducat, mani
feſtiſsime apparet. De eo ꝙ in Leuitico ſcri- Iugulat
ptũ eſt, Separate a mundo immundũ, & ne- Adimantũ ſuo gl[a]dio. c. 15.
mo manducet carnẽ cameli: aſini, & leporis,
& porci, & æquilæ, & milui, & corui, & vul
turis, & reliquorũ. Nuſquã manifeſtius, ple- Leuit. 11
niſsima dolis & fraudibus anima huius hoĩs
deprehendi põt qui tanquã ſibi aduerſa atq;
cõtraria de vtroq; teſtõ capitula obiecit, quã
in hoc loco vbi commemorauit in Leuitico
ſcriptũ eſſe, vt a nõnullis animaliũ carnibus
tẽperetur. Nanq; huic ſnĩę illud ex Euange- Mat. 15.
lio credidit opponendũ vbi dñs dicit, Nihil
eſt ingrediens in hoĩes coinquinans eũ, ſed
ea quę procedunt ex eo coinquinant. Hoc ſi G
imprudens fecit, nihil cęcius: ſi aũt ſciens, ni
hil ſceleratius. Nõne ipſe pauloante poſue-
rat Apoſtoli teſtimoniũ dicẽtis, Bonũ eſt fra
tres nõ mãducare carnẽ, neq; bibere vinũ, dũ Rom. 14.
cupit de nouo teſtamento veteri aduerſari,
vbi dictũ eſt, Secundũ deſideriũ aĩę tuę occi
de & mãduca oẽm carnẽ? Qũo ergo nũc pla Deu. 12.
cet ei ſnĩa dẽi, qua dicit, Nihil eſſe ingrediẽs
in hoĩem quod coinquinet eũ, ſed ea coin-
quinare quæ de hoĩe procedũt? Vbi ſe iſte ab
ſcondet ab hac ſnĩa? Quo fugiet, dicat mihi,
qñ immunditiã carnium fugiendã, & a cibis
ſanctorũ ſeparãdã, peruerſa & ſuperſtitioſa
imaginatione cõtinẽtiæ præcipit? Certe.n.ſi
verũ eſt nõ coinquinare illa quę ingrediũtur
in hominẽ, cũ magno errore immũdas eſſe
dicũt eſcas Manichæi, cũ hoĩes carne veſcũ
tur. Si aũt immũdę ſunt tãles eſcę, qd de iſto
teſtimonio facient quod Euangelica & diui-
na authoritate prolatũ eſt, vbi dñs dicit, non
coinquinari hoĩem ijs quæ ingrediuntur in
eũ ſed ijs quę procedũt de illo? An forte di-
cturi ſunt, ſicut ſolent dicere, cũ ſcripturarũ
eos vrget authoritas: hoc capitulũ a corru-
ptoribus ſcripturarũ inſertũ eſſe Euangelio?
Cur ergo Adimantus hoc capitulo teſte vti-
tur, & inde conatur vetus teſtm̃ oppugnare,
vnde ipſe proſternitur? Cũ.n.quiſquã catho
licus Chriſtianus vtriuſq; ſcripturæ venator
& intellector ei reſponderit, hæc non eſſe H
contraria: ꝙ ille de quorundã carnibus ani-
maliũ, qbus nõ eſſe veſcẽdũ, populo adhuc
carnali præceptum eſt, ad ſignificationem
poſita ſunt humanorũ morũ: quos eccleſia
quę corpus eſt domini, in ſuæ vnitatis vin-
culum

culum ſtabile & ſempiternũ recipere nõ põt
tanquã immundas eſcas reſpuens, & in ſua
viſcera nõ cõuertens: vt oĩa illa præcepta car
nali populo impoſita futurã diſciplinã ſpiri
talis populi prophetarent. Et ideo non ea re
pugnare ſnĩæ dñi, qua veriſsime dicit, nõ co
inquinari hoĩem ijs quę ꝑ eſcã ingrediũtur
in eũ. Illa.n.ſnĩa ſeruis onera imponit, iſta
vero liberis iugũ excutit ſeruitutis. Et illa tñ
ſic dicta eſt vt ſeruorũ onera, fidẽ pręnũciẽt
1.Co.10. liberorũ. Omnia.n.ſicut dicit Apoſtolus in
figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem
ꝑꝑ nos, in quos finis ſeculorum obuenit. Si
ergo in figurã cõtingebant quæ patiebãtur,
in figurã accipiebãt quæ monebantur. Cum
ergo iſta rñdero, & hoc modo non eſſe con
traria duo iſta capitula de ſingulis teſtamen-
I tis collata monſtrauero., quid iſte facturus
eſt, cõtra quẽ dicit grauiſsimũ teſtimoniũ te
ſtis, quẽ cõtra aduerſariũ ipſe produxit? Ipſe
enim cõmemorauit de Euangelio teſtimo-
niũ domino dicente, nõ coinquinari hoĩem
ijs eſcis quę ingrediũtur in eũ: & ipſe a carni
bus abſtinendum tanquã ab immũdus eſcis
monere & docere nõ ceſſat: & tñ ſenſit quã-
tã plagã ſibi infligeret, & quãto ictu reper-
cuſſus ſe ipſe ſauciaret. Nequis enim eum in
terrogaret & diceret, Qũo ergo prohibe-
tis carnibus veſci, ſi dominus dicit, ſicut tu
ipſe cõmemoras, nihil eſt ingrediens hoĩem
coinquinans eũ, ſed ea quę procedunt de eo
coinquinant: voluit quaſi adhibere medici-
nã ſine cauſa in mortifero vulnere. Sic.n.po
ſuit ipſum Euangelicũ teſtimoniũ, In Euan-
gelio, inquit, dicit ad turbã dñs, Audite & in
telligite. Nihil eſt ingrediẽs in hoĩem coin-
Mat.15. Marc.7. quinans eũ: & cętera. Quod ergo cõmemo-
rauit dominũ hoc ad turbam dixiſſe, nihil a-
liud oſtendit, niſi nõ ſe ignorantia, ſed mali-
tia feciſſe quod fecit: vt poſtea diceret audi-
toribus ſuis, ad turbã dominũ iſta locutũ eſ-
ſe, nõ ad paucos ſanctos, quales ſe videri vo
lunt: & qm̃ ſuos auditores tanquã adhuc im
mũdos permittũt carnib. veſci, ſibi aũt quaſi
iã mundis cũ ſceleratũ neq; nefarium eſſe ar
bitrãtur, hoc etiã dominũ ſenſiſſe videatur,
K ꝙ non paucos ſanctos, ſed turbas iſta docue
rit. O hominẽ peſsimũ, ſecurũ de negligen-
tia generis humani ad occultãdas deceptio-
nes ſuas. Nõ.n.credebat aliquem exiſtere qui
arriperet Euangelium, & cum ſcientia lege-
ret, & inueniret hominẽ in ipſis pratis, qui-
bus greges ſuos dominus paſcit, laqueos in-
cautis & minus prouidis abſcõdentẽ. Nã de
his verbis cõmoti diſcipuli, & nõ credentes
proprie, ſed potius figurate dominũ locutũ
fuiſſe, cũ diceret nõ coinquinari hoĩnẽ ijs q̃
per cibos ingrediuntur in eũ, qm̃ Iudæi erãt L
etiã ipſi diſcipuli, qui fugiendos quarundam Mat.1
carniũ cibos a pueritia inſtitutũ acceperãt,
accedentes ad eũ dixerũt ei, Scis quia Phari-
ſæi audito hoc verbo ſcãdalizati ſunt? At ille
reſpondens ait, Omnis plantatio quam non
plantauit pater meus cęleſtis eradicabitur. Si
nite illos, cęciſunt, & duces cęcorum. Cęcus
aũt ſi cęco ducatũ pręſtet, ambo in foueã ca
dunt. Cũ ergo infidelitatẽ Iudæorũ plantatio
nem appellaret, quã nõ plantauit pater cęle
ſtis, tamen adhuc Petrus putãs eſſe illã para-
bolam, & propterea reprehenſos Iudæos &
cęcos dictos, ꝙ eam intelligere non potue-
rint, reſpondens dixit ei, Ediſſere nobis para
bolã iſtã. Et ille manifeſtiſsime oſtendens nõ
eſſe parabolã, ſed propriam locutionem: di-
xit ad eos, Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?
Non intelligitis, quia omne quod in os in-
trat, in ventrẽ vadit, & in ſecceſſum emitti-
tur? Quæ autem procedunt de ore, de corde
exeunt, & ea coinquinant hoĩem. De corde
enim exeunt cogitationes malę, homicidia,
adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimo-
nia, blaſphemiæ, hæc ſunt quæ coinquinant
hominẽ. Nõ lotis autẽ manibus manducare,
nõ coinquinat hominẽ. De non lotis autem
manibus Iudæi mouerant quęſtionẽ, cuius
occaſione dominus generaliter de ijs quę in
os intrant, & in ventrẽ vadũt, & in ſeceſſum
emittuntur, hoc eſt de alimentis noſtris dixit
ſententiã. Quanquã ergo cõuocatis ad ſe tur
bis eũ dixiſſe ſcriptum ſit, Non quod intrat
in os coinquinat hoĩem, ſed quod procedit
ex ore: tamen iſte quod timore hoc adiderit,
verbis ſuis quibus hmõi teſtimonium cõme
morauit ſatis apparet, ſicut pauloante dictũ
eſt, vt haberet quod rñderet eis qui ſibi qõnẽ
mouiſſent, Cur primates Manichæorum ne-
fas ſibi eſſe exiſtimãt carnibus veſci: videli-
cet & illud quod dñs ait, turbis tñ, non ele- M
ctis conceſsiſſe videretur. Sed cum ex conſe-
quentibus declaratum ſit etiam Petro ſeor-
ſum interroganti, audientibuſq; diſcipulis,
quos vtiq; ad culmen eccleſiæ producebat,

ita

ita rñdisse dñm, ut neq; per parabolã se illa dixisse testatus sit, & ad oẽs pertinere monstrauerit, non habent isti unde auferãt cibos de faucib. hominũ, & eos laqueo superstitionis astringant. Fortassis aliquis eorũ dicat, Edissere ergo quid significet caro porci, & cameli, & leporis, & milui, & corui, & cęterorũ, a quib. abstinendũ in lege pręcipitur. A Nolo, quia longũ est. Sed fac me non posse, nunquid ꝓpea nullus potest? Et sunt iam uolumina innumerabilia in quib. ista exposita sunt. Nobis tñ ad eos refellendos satis est, ꝙ eas obseruationes umbrã esse futurorũ, non ego, sed Apostolus dicit, *Col. 2.* cũ ẽt seruiliter obseruari, sed tñ aliquid significare declarat dicens, Nemo ergo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, ꝙ est umbra futurorũ. Illa itaque futura q̃ illis obseruationib. significabãtur, posteaquã per dñm Iesum Xp̃m uenerunt, ablatæ sunt seruiles obseruationes: sed earũ interpretationes tenẽtur a liberis. Quicquid.n. futurã ecclesiã significauit, Prophe- *Thes. 5* tia est. Habes aũt eundẽ Apostolũ dicentem, Spm̃ nolite spernere, Prophetiã nolite extinguere: oĩa legite, quæ bona sunt tenete. Legenda est ergo scriptura diuina, & spũssancti dispensatio cognoscenda, & intuenda Prophetia: & reijcienda carnalis seruitus, & liberalis intelligentia retinenda. De eo ꝙ scriptũ est in Deuteronomio, Obserua & sanctifica diẽ quẽ pręcepit tibi dñs, Sex dieb. laborabis, & facies omne opus tuũ, septima uero *Deut. 5.* die sabbati epulare dño Deo tuo, nullũ faciẽs opus ipse tu, aut filius tuus, aut filia tua, aut puer tuus, aut puella tua, bos tuus, aut asinus tuus, oĩa iumenta tua, & colonus tuus. Sic autẽ quiescet seruus tuus & ancilla tua, quẽadmodũ & tu. Memento qm̃ seruus fuisti in Aegypto, & eruit te dñs Deus tuus in *Gen. 17.* manu potenti & brachio excelso. Idcirco p̃cepit tibi dñs custodire diẽ septimũ. Et iterũ in Genesi scriptũ est, quẽadmodũ Abrahę de circũcisione loquitur, Testm̃ meũ custodi, B inquit, tu & semen tuũ, ꝙ erit post te: hoc est testm̃ meũ ꝙ seruabis inter me & te & semẽ tuum. Omne masculinũ circuncides in carne præputij ipsorũ: & fit hoc signũ testamẽti inter me & uos. Octaua aũt die circuncides oẽs masculos in gente uestra, ut ẽt dñatum & cõparatum circuncidatis pręter alienigenã, & hoc erit testm̃ in gente uestra. Et oĩs masculus qui nõ circuncidet præputiũ suũ, perdet animã suam de media plebe, quia testm̃ meũ dissoluit. Hæc oĩa uerba ueteris testi ut eis de nouo testõ aduersetur proponit Adimantus, *Mat. 23.* & cõtraria esse affirmat ea quæ dñs dicit in Euãgelio de proselyto, Vę uobis scribæ & pharisęi, hypocritæ, qui circumitis mare & terrã, ut faciatis unũ proselytũ, & cũ feceritis, C erit filius gehennæ, multo plus quam estis uos. Quasi uero ꝓpea dñs proselytum dicat filium gehennæ, quia circunciditur & sabbatũ obseruat, & non potius quia Iudęorum prauã conuersationẽ cogitur imitari, non qua obseruant præcepta legis, sed qua faciunt contra legẽ. Quod alio loco de his *Mat. 15.* apertissime dicit, ubi ait, ꝙ reijciunt mandatũ Dei, ut suam constitutionem confirment: quia cũ lex præceperit honorari patrem & matrẽ, instituerunt ipsi qũo exhonorẽtur parentes. *Mat. 23.* Et itẽ cum eis dicit, Vę uobis scribæ & pharisęi qui habetis clauẽ regni cęlorũ, nec ipsi intratis, nec alios permittitis intrare. Vel cũ alio loco præceperit audientib. ut dictis pharisęorũ & scribarũ obtẽperarent, facta uero eorũ non imitarentur. Ait. n. Super cathedrã Moysi sedent, quæ dicũt facite, sed quæ faciunt, facere nolite: dicunt.n. & non *Mat. 23.* faciunt. Quo loco & authoritatẽ legis, quæ per Moysen data est, confirmat dñs, & tñ cauendos & fugiẽdos esse mores eorũ qui legi quã acceperant non obtẽperabant, apertissime ostendit. Istis aũt peruersitatib. suis faciebant, ut cũ aliquis gentilis ad legẽ eorũ transisset, i. factus esset proselytus, haberet mores eorũ & fieret filius gehennę, multo plus quã ipsi essent. Dabant.n. magnã operam ut Iudęus fieret aliquis ex gentib. & Iudęũ factũ cogebant suos mores pessimos imitari. Neque illud ꝙ de Apostolo tanquam contrariũ cõmemorat, potuit aduertere Adimãtus Manichęus, omnino non esse contrariũ, quia totus eius oculus non ad inquisitionem, sed ad reprehensionẽ scripturæ intentus erat. Commemorat.n. dicentẽ Apostolũ. *1. Cor. 7.* Circuncisus aliquis uocatus est, nõ adducat præputium. D In præputio quis uocatus est, non circuncidatur: quia præputiũ nihil est, & circuncisio nihil est, sed obseruatio præceptorum Dei. Quid.n. manifestius quã hoc Apostolũ præcipere, ut unusquisque sicut uocatus erat sic manere?

maneret? Aduenientibus.n.rebus quarũ erãt vmbræ illę obſeruationes,id actũ eſt, vt oſtẽderetur in ipſis vmbris nõ eſſe ſpem ponendã,ſed in ipſis reb. quas illæ vmbræ ſignificabant eſſe venturas,i.Chriſtũ & Eccleſiam. Et ꝑpea illa iã oĩa inania erant: nec tñ ea tanq̃ noxia remouenda, ſed tanquã ſuperflua con

E tẽnenda Apoſtolus p̃cepit: vt ſi quis Iudęus Chriſto credidiſſet, ꝑꝑ offenſionẽ ſuorũ nõ prohiberet̃ in ipſis ſuperfluis remanere, nec tñ in eis ſalutẽ ſuã conſtitutã putaret: non.n. ſigna illa, ſed ea q̃ his ſignificantur in ſalutẽ introducũt. Ideoq; præputiũ nihil eſt, & cir

Galat. 5. cuncifio nihil eſt,ſed obſeruatio mandatorũ Dei. Et ꝙ alio loco ait, Vtinã & abſcindant̃ qui vos conturbant, nõ quia circuncifio cõtraria eſt Euãgelio dicit Apoſtolus, ſicut Manichęi putant: ſed illud eſt Euãgelio contrariũ, vt quiſq; rẽ deſerens, quæ per illã vmbrã figuratur, ipſius vmbræ ſequatur inanitatem. Quod volebant qui gentib. in Chriſtũ credẽtib. iugũ circuncifionis imponebant quaſi ad ſalutẽ neceſſariũ, cum iã non eſſet vmbra in corpore figurãda, ſed res ipſa in corde gẽſtanda. Et ꝙ dicit, Dies obſeruatis, & ſabbata, & ſolẽnitates, timeo vos ne fruſtra laborauerim in vobis: non ſic ſcriptũ eſt vt Adimantus ponit. Non.n. noĩat ibi ſabbatũ Apo

Gala. 4. ſtolus, dicit.n. Dies obſeruatis & annos, & tꝑa, timeo vos, ne fruſtra laborauerim in vobis. Sed putet eſſe de ſabbato dictũ, nunquid & nos nõ dicimus iſta non eſſe obſeruanda, ſed illa potius quæ his ſignificantur? Illi.n. ea ſeruiliter obſeruabant, non intelligentes ad quarũ rerũ ſignificationẽ & prænunciationẽ pertinerent. Hoc in eis culpat Apoſtolus, & in omnib. q̃ ſeruiũt creaturæ potius q̃ creatori. Nã nos quoq; & dñicũ diem & Paſcha ſolẽniter celebramus, & quaslibet alias Chriſtianas dierũ feſtiuitates. Sed quia intelligimus quo pertineant, non tꝑa obſeruamus, ſed q̃ illis ſignificant̃ tẽporibus. Manichęi autẽ ſic ea reprehendũt, quaſi nullos dies & tẽ

F pora obſeruent. Sed cũ de his interrogantur ſecundũ opinionẽ ſectæ ſuæ, oĩa conãtur exponere, vt non ipſa tꝑa, ſed res, quarũ illa ſigna ſunt, obſeruare videantur. Quas quidem res fabuloſas eſſe atq; falſiſſimas alijs locis oſtenditur. Nunc ad hoc dictũ eſt, vt ore ſuo cogantur fateri, poſſe talia rationabiliter celebrari: & ideo circuncifionẽ carnis & recte impoſitã ſeruis, & recte a liberis intellectam eſſe manifeſtũ eſt. Repudiamus ergo eã carnalem cũ Apoſtolo, & approbamus eã ſpiritalẽ cũ Apoſtolo, qui ſabbati quietẽ non obſeruamus in tꝑe, ſed ſignũ tꝑale intelligimus & ad æternã, quietem quæ illo ſigno ſignificatur aciẽ mentis intendimus. Repudiamus

G itaq; tẽporum obſeruationẽ cũ Apoſtolo, & temporaliũ ſignorũ intelligentiam tenemus cũ Apoſtolo, Duorũq; teſtõrum dñam ſic probamus, vt in illo ſint onera ſeruorum, in iſto gloria liberorum. In illo cognoſcatur præfiguratio poſſeſſionis noſtræ, in iſto teneatur ipſa poſſeſſio. Interpretatur Apoſtolus ſabbatum ad Hebręos cum dicit, Remanet igitur ſabbatiſmus populo Dei. Interpretatur ẽt circuncifionem cum dicit de Abraham, Et ſignum accepit circuncifionis ſignaculũ iuſtitiæ fidei. Apoſtolicã itaq; interpretationẽ ſpiritaliter teneo: carnalem ſeruitutis obſeruationẽ libertate contemno, vtriuſque teſtamenti authorẽ Deũ venerans: qui & veteri homini fugienti tanquã dñs appoſuit ꝙ timeret, & nouo redeunti tanquam pater aperuit ꝙ amaret. De eo ꝙ in Exodo ſcriptũ eſt, Si aure audieris vocẽ meã, & facies quęcunq; pręcipio tibi, odero odientes te, & cõtriſtabo contriſtantes te: præcedet te angelus meus, & adducet te ad Amorręũ, & Pherezęũ, & Chananęũ, & Hiebuſęum, & Gergeſęũ, & occidetis illos. Deos eorũ ne adoraueritis, neq; feceritis opera eorũ, ſed euerſione euertite illos, & delete eorũ memoriam. His verbis de veterib. libris ita cõmemoratis, tanq̃ cõtrariũ opponit Adimantus, ꝙ in Euangelio ſcriptum eſt dicente dño, Ego autẽ dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vobis maledicunt, & benedicite ijs qui vos oderunt, & orate pro ijs qui vos perſequuntur. Quo loco primo illud videndũ eſt, ꝙ ſatis eſſe debuerit homini volẽti quaſi cõtraria monſtrare, ꝙ de occidendis inimicis in veteri lege ſcriptum eſſe cõmonuit. Dñs enim de inimicis diligendis, vtiq; de hominibus præcepit, quos per noſtrã patientiam & charitatẽ ad ſalutem poſſe conuerti, & quiuis intelligit, & exemplis ſæpiſſime demonſtratum eſt. Quid ergo ſibi vult quod adiungenda cõſequentia putauit, vbi ſcriptum eſt, Deos eorum ne adoraueritis, neq; feceritis opera ipſorum, ſed euerſione

Heb. 4

Rom. 4

Vltioq; tenus permiſſa.

Cap. 17 Exo. 23

Luc. 6.

H

euertite illos,& delete eorum memoriã:niſi
quia & Deos gentiũ Manichæi cogunt dili-
gere . Et quod in Euangelio dñs ait, Diligite
inimicos veſtros,nõ ſolum ad homines,ſed
ad dęmonia quoq;, vel etiam ad ſimulachra
I pertinere arbitrãtur. Quod ſi ita eſt, quis nõ
iſtã deteſtatur amentiã? Si aũt non hoc arbi-
trantur,iſte plurimũ errauit, qui ſuperſtitio
nes gentiũ euertendas eſſe præceptas in vete
ri teſtõ cõmemorare voluit, cũ in nouo qđ
ſcriptũ eſt de inimicis diligẽdis,tãquã cõtra
riũ vellet opponere. Nos autẽ neq; illud qđ
de hoſtibus occidendis in veteribus libris il-
li populo dictũ eſt, contrariũ eſſe dicimus
huic pręcepto euangelico,quo nobis vt ini-
micos noſtros diligamus dñs iubet:quando
quidẽ inimicorũ interfectio carnali adhuc
populo congruebat, cui lex tanquam pęda-
alat.3. gogus data erat,ſicut Apoſtolus dicit.Hi ve-
ro qui tũc in illo populo ſancti & ſpiritales
homines erant pauciſsimi , ſicut Prophetæ,
quo aĩo facerẽt illã inimicorũ interfectionẽ
& vtrũ eos quos interficiebãt,diligerent:mul
tũ latet indoctos & impios, qui diligunt cę-
citatẽ ſuã,qui qm̃ nõ ſunt idonei videre iſta,
mole potius authoritatis vrgendi ſunt. Quid
Cor.5. enim eſt quod dicit Apoſtolus,Ego quidem
abſens corpore, præſens aũt ſpiritu, iã iudi-
caui quaſi præſens,eũ qui ſic operatus eſt,in
noĩe dñi noſtri Ieſu Chriſti congregatis vo-
bis & meo ſpiritu cũ potentia dñi Ieſu , tra-
dere huiuſmodi ſatanę in interitũ carnis , vt
ſpiritus ſaluus ſit in die dñi Ieſu? Quid.n.ha-
bet illa interfectio , quam multum iſti exag-
gerant & inuidioſe ventilant , niſi interitum
carnis? Sed quia expoſuit Apoſtolus quo ani
mo faceret,ſatis declarauit in aliquem inimi
cũ vindictã cũ charitate poſſe procedere. Et
K tñ hic ẽt alio modo fortaſſe interitus carnis
qui fit per pęnitentiã põt intelligi. Ipſi aũt le
gunt ſcripturas apocryphas,ẽt incorruptiſſi-
Diſtin. mas eſſe dicunt , vbi ſcriptũ eſt Apoſtolum
c. Sã- Thomã maledixiſſe homini a quo per im-
Roma prudentiã palma percuſſus eſt, ignorante qs
& E- eſſet,maledictũq; illud cõtinuo veniſſe ad ef
vero. fectũ.Nã cũ ille homo, qm̃ miniſter cõuiuij
erat,vt apportaret aq̃ exiſſet ad fontẽ, a leo-
ne occiſus & dilaniatus eſt. Quod vt manife
ſtaretur, ad aliorũ terrorẽ , canis manũ eius
intulit menſis vbi conuiuabatur Apoſtolus:
atq; ita cũ cauſa quæreretur a neſcientibus,
eisq; penderetur,in magnũ timorem,& ma-
gnũ honorẽ Apoſtoli eos eſſe cõuerſos:atq;
hinc Euãgelij exordiũ commẽdandi extitiſ-
ſe.Si vellet aliquis dentes,Manichæorũ in ip
ſos cõuertere, q̃ mordacirer iſta reprehende
ret. Sed quia & ibi tacitũ nõ eſt quo animo
factũ ſit,videtur dilectio vindicantis.Sic ete- L
nim illa ſcriptura legitur,ꝙ deprecatus fue-
rit Apoſtolus pro illo in quẽ tẽporaliter vin
dicatũ eſt, vt ei parceret in futuro iudicio.
Si ergo tpe noui teſtamẽti, quo maxime cha
ritas cõmẽdatur, de pęnis viſibilibus diuini-
tus iniectus eſt carnalibus timor, quanto ma
gis tpe veteris teſtamenti hoc cõgruit? Sed
illi populo intelligẽdũ eſt,quem timor legis
tanquã pædagogi coercebat. Nã hęc eſt bre
uiſsima & apertiſsima differentia duorũ te-
ſtamentorũ , timor & amor: illud ad veterẽ,
hoc ad nouũ hominẽ pertinet,vtrunq; tñ v-
nius Dei miſericordiſsima diſpenſatione ꝓ-
latũ atq; cõiunctũ. Et in veteri ſcriptura tace
tur animus vindicantiũ,quia pauciſsimi ſpi-
ritales diuinis reuolutionibus quid fecerent,
nouerãt,vt populus cui error vtilis erat, ſe-
ueriſsimo imperio domaretur,& quẽadmo
dũ videbant dari in manus ſuas interficien-
dos inimicos impios cultoresq; ſimulachro
rũ ſic ipſi formidarent in manus inimicorũ
ſuorũ dari, ſi Dei veri iuſſa contẽnerent, &
& ad cultũ idolorũ atq; impietates gentiũ la
berentur. Nã & in ipſos ſimiliter peccantes
nõ diſsimiliter vindicatũ eſt. Sed omnis hęc
tẽporalis vindicta infirmos animos terret, vt
enutritos ſub diſciplina erudiat: & a ſempi-
ternis atq; ineffabiliter ſupplicijs poſsit auer
tere:qa plus timẽt carnales hoĩes , quod in
præſenti Deus vindicat,quã illud quod futu M
turũ minat̃. Põt ergo eſſe dilectio in vindicã
te. Qđ vnuſq; in filio ſuo probat,cum eũ in
mores peſsimos defluẽtẽ ſeueriſsima coerci
tione cõſtringit, & tãto magis, quãto magis
eũ diligit,atq;hoc mõ corrigi poſſe arbitrat̃.
Nõ aũt occidunt filios quos diligunt hoĩes
qñ eos corrigere volunt:quia multi hãc vitã
pro magno bono habẽt, & totũ quare volũt
educare filios ſuos,in hac vita ſperant.Fide-
les aũt atq; ſapientes hoĩes q credũt eſſe aliã
vitã meliorẽ,& quanta poſſunt ex parte no-
uerunt:nec ipſi vindicãt occidẽdo cũ filios
ſuos volũt corrigere,qa ĩ hac vita eos poſſe
corrigi credũt,Deꝰ aũt q nouit qd vnicuiq;
tribuat,

tribuat, vindicat occidendo in quos volue-
rit, siue per hoĩes siue occulto rerũ ordine:
nõ quia eos odit in quantũ hoĩes sunt, sed in
Sap. 11. quantũ peccatores sunt. Nã in ipsis veteribus
libris legimus dictũ Deo, Et nihil odisti eorũ
quę fecisti: sed omnia, siue per pęnas, siue ꝑ
præmia iustitia moderãte disponit. Nonne
1. Co. 11. Apostolus Paulus Christianis fidelib. loque-
batur, cũ diceret, Probet aũt se homo & sic
B de pane illo edat, & de calice illo bibat? Qui
enim man ducat & bibit indigne, iudiciũ sibi
manducat & bib it, nõ dijudicãs corpus dñi.
Propterea in vobis multi infirmi & ęgri &
dormiunt sufficientes. Si aũt nosipsos dijudi-
caremus, nõ vtiq; dijudicaremur. Dũ iudica
mur aũt a dño corripimur ne cũ hoc mun-
do damnemur. Ecce manifestũ est Deũ cum
dilectione corrigere, non solum infirmitati-
bus & ægritudinibus, sed ẽt mortibus tempo
ralibus, eos quos non vult damnare cũ mun
do. Attendant hæc isti, & videant qũo potue-
rint & impię gentes dari in manus populi,
quanuis adhuc carnalis, tñ vnũ Deũ colẽtis,
vt ab eo interficerẽtur: cũ in eo tñ populo si
q essent spiritalis, sine alicuius odio intellige
rent dispensationẽ Dei: & qũo nõ sit contra
Luc. 6. riũ quod dñs nobis in Euangelio præcepit,
vt diligamus inimicos nostros: de quibus tñ
promittit ipse vindictã, cũ de illo iudice si-
militudinẽ inducit, qui quotidianas interpel
Luc. 18. lationes viduę mulieris petentis vt se vindica
ret, quanuis esset iniustus nec Deum timens
nec hoies reuerẽs, tñ sustinere non potuit, &
audiuit eã, ne vlterius tædiũ pateretur. Ex cu
ius cõparatione multo magis Deũ qui est be
nignissimus atq; iustissimus dixit vindicare
C electos suos de inimicis suis. Huic isti audeãt
obijcere quęstionẽ, & dicãt si possunt, Quid
est quod iussisti, vt inimicos nostros diliga-
mus, & de illis nos vĩdicare disponis? An for
te cõtra voluntatẽ suorũ sanctorum facturus
est, eos quos illi diligunt, puniendo atq; dã-
nando? Immo ipsi potius ab ista calumniosa
cęcitate cõuertantur ad Deũ, & in vtroq; te
stamento intelligãt eius uoluntatẽ, ne in fini
stra parte inueniãtur inter eos quibus dictu-
rus est dñs, Ite in ignẽ æternũ qui paratus est
Mat. 25. diabolo & angelis eius. Esuriui.n. & nõ dedi-
stis, mihi mãducare: & cętera talia. Displicet
enim istis miseris ꝙ Deus populo suo inter-
ficiẽdos tradidit inimicos, & ipsi panẽ men-
dicanti dari prohibent, non inimico, sed sup
plici. Intelligant potius sine odio esse posse
vindictã, quã pauci intelligunt: & tñ quãdiu
non intelligitur, tãdiu necesse est, vt lector
in libris vtriusq; testamẽti magno labore aut
errore iactetur, & putet contrarias sibi esse D
scripturas. Quã vindictã sine odio nondum
Apostoli animo ceperant, qñ irati eis a qui- Lucæ.
bus non recipiebantur hospitio, qsierunt de
dño vtrũ vellet eos petere ignẽ de cęlo, si-
cut Helias fecerat, quo igne homines i hospi 4. Reg.
tales cõsumerẽtur. Tunc rñdit eis dñs, dicẽs
eos nescire cuius spiritus filij essẽt, & ꝙ ipse
liberare venisset, non perdere: qm̃ illi animo
inimico perdere cupiebãt eos quos volebãt
igne consumi. Postea vero cũ impleti essent
spũ sancto, & perfecti facti essent, qui iã pos-
sent etiã inimicos diligere, acceperunt pote-
statẽ vindicandi, qa iã sine odio poterãt vin
dicari. Qua potestate Petrus Apostolus vsus Acto.
est in libro quem isti non accipiunt, qm̃ ma
nifeste cõtinent paracleti aduentũ. i. cõsolato
ris sancti spiritus quẽ lugentibus misit cum
ab eorũ oculis ipse ascendisset in cęlũ. Cõso
lator. n. tristibus mittitur secundũ illã eiusdẽ
dñi sententiã, Beati lugẽtes, qm̃ ipsi cõsolabũ- Matt.
tur. Ipse etiam dicit, Tunc lugebunt filij spõ- Mat. 9
si, cũ ablatus fuerit ab eis sponsus. In illo er-
go libro vbi apertissime spiritussanctus, quẽ
dñs consolatorẽ promiserat, uenisse declara
tur, legimus ad sententiã Petri cecidisse hoĩes Acto.
& mortuos esse virũ & vxorem, qui mentiri
ausi erãt spirituisãcto. Quod isti magna cęci
tate vituperãt, cũ in apocryphis pro magna
legãt, & illud quod de Apostolo Thoma cõ-
memoraui, & ipsius Petri filiam paralyticã
factã precibus patris & hortulani filiã ad pre
cẽ ipsius Petri esse mortuã, & rñdent, ꝙ hoc
eis expediebat, vt & illa solueretur paralysi,
& illa moreretur: tñ ad ꝑces Apostoli factũ
esse non negant. Quis aũt illis dixit, Nõ expe
diebat gentibus impijs interfici, quas tradi-
tas esse diuinitus in manus populi Iudæorũ
irridentes mirari se fingunt? Cũ aũt illa non E
odio, sed bono animo Apostolo fecerint, vn
de isti cõuincũt animos virorũ spiritaliũ, qui
in illo populo fuerunt, ꝙ eos oderant, qui
per ipsos diuina iustitia de hac vita iubeban-
tur auferri? Cõpescant potius temeritatẽ suã,
& non decipiant imperitos, quibus aut non
vacat legere, aut nolunt legere, aut per-
uerso

verſo animo legunt, & non attēdunt & mi-
ſericordiam & ſeueritatē Dei vtriuſq; teſtī li
Pſal. 7. teris cōmēdari. Nā de inimici dilectione, vt
nō reddaꝶ malū pro malo, in veterib. legiꝶ li
bris, Dn̄e Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniqui
D tas in manib. meis, Si reddidi retribuentibus
mihi mala, decidā merito ab inimicus meis
inanis. Quis hoc diceret, niſi qui ſciret hoc
Deo placere, vt malū ꝓ malo nemo reddat?
Sed hoc ꝑfectorū eſt, vt nō oderint in pc̄tō-
rib. niſi pc̄tā: ipſos aūt hoīes diligant, & cum
vindicāt non vindicēt acerbitate ſæuitiæ, ſed
F moderatione iuſtitiæ, ne ipſa relaxatio pc̄ti
plus noceat pc̄tōri q̄ pœna vindictę. Nec tn̄
hoc fecerunt iuſti hoīes niſi authoritate diui
na, ne quis arbitreꝶ paſsim ſibi eſſe permiſſū
necare quē velit, aut iudicio ꝑſequi, aut pœ
nis q̄buſlibet affligere. Aliqn̄ autē aperte po-
niꝶ in ſcripturis ipſa diuina authoritas, aliqn̄
aūt occultaꝶ, vt & manifeſtis lector inſtruaꝶ,
& exerceaꝶ obſcuris. Certe inimicū & perſe
cutorē ſuum, nimis ingratū & nimis infeſtū,
1. Re. 24. Saul regē accepit Dauid ī ptātē, vt ei faceret
qđ vellet, & elegit parcere potiꝰ q̄ occidere.
Non. n. erat iuſſus occidere, ſed neq; prohi-
bitus, imò etiā diuinitus audierat ſe impune
facere q̄cq̄d vellet inimico, & tn̄ tantā ptātē
ad māſuetudinem cōtulit. Dicaꝶ mihi quem
timuit, cū interficere noluit? Nec hoīem poſ
ſumꝰ dicere timuiſſe, quē acceperat in ptātē,
nec Deū q̄ dederat. Vbi ergo nec difficultas
fuit occidendi, nec timor dilectio profecit
inimico. Ecce Dauid ille bellator impleuiꝶ p̄
ptum Chriſti, qđ accepimus, vt diligamus
inimicos. Atq; vtinam hoc imitarenꝶ iſti, qui
humanum affectum mīæ, ad neſcio quæ cru-
delia deliramēta torſerunt. Dū. n. credūt panē
plorare, qđ fieri non pōt, non eū porrigunt
hoī quē plorantē vident. Fortaſsis dicāt, ſicut
G ſolent cęci iactare inſana cōuitia, meliorem
Mani- fuiſſe Dauid qui pepercit inimico q̄ Deum
chæorum qui dederit ei occidendi ptātem, quaſi vero
dementia. Deus neſciret cui dederit hanc ptātē. Noue-
rat vtiq; voluntatem ſerui ſui, ſed vt cæteris
etiā hominib. ad imitandū innoteſceret, ea q̄
in corde Dauid iā Deo nota erat inimici di-
lectio, dedit in ptātem inimicum, quem non
dum volebat occidi, ꝓꝑ certam rerum diſpē
ſationem, q̄ per illum impleri oportebat. Ita
& Dauid bonitas cōmendata eſt, vt haberent
hoīes quod amarent, & Saulis regis malitia
ad exitum digniorem dilata eſt, vt haberent
hoīes quod timerent. De eo qđ in Deutero- *Poſſeſſio*
nomio ſcriptū eſt, Si aure audieris vocē dn̄i *quomodo*
Dei tui, benedictꝰ es in agro tuo, bn̄dictus es *permiſſa*
in prato tuo, bn̄dictus fructus ventris tui, & *& uetita*
fructus terrę tuę, & gn̄ationes iumentorum *Cap. 28.*
tuorum, & armētum boum tuorum, & grex *Deu. 28.*
ouium tuarum, benedictus es introitu tuo &
egreſſu. Huic capitulo illud dicunt in Euāge
lio eſſe contrarium, Si quis vult me ſequi, ab *Mat. 16.*
neget ſemetipſum ſibi, & tollat crucē ſuā &
ſequaꝶ me. Quid. n. prodeſt homini, ſi totum *Mar. 8.*
mundū lucreꝶ, animæ aūt ſuæ detrimentū pa
tiaꝶ? Aut quam dabit homo cōmutationē pro H
aīa ſua? Sed ex illa regula oſtendiꝶ nō eſſe cō-
trarium, qua notū eſſe iam debet, carnali ad-
huc populo congruenter carnalia & tꝑalia
præmia fuiſſe promiſſa, ſed tn̄ ab vno Deo,
cuius eſt creatura oīs & ſuperior & inferior.
Certe. n. ipſe Adimantus poſuit teſtimoniū
de Euangelio vbi dominus ait, Nolite iurare
neque per cœlum, quia thronus eius eſt, ne- *Mat. 5.*
que per terram, q̄a ſcabellum eſt pedū eius.
Quod q̄dem & in veterib. libris ſcriptū eſt,
Cęlum mihi thronus eſt, terra ſcabellum pe *Eſa. 66.*
dum meorū. Quid ergo mirum ſi bona thro
ni ſui dat ſpiritaliter ſibi ſeruientib. & bona
ſcabelli pedum ſuorum dat carnaliter ſibi
ſeruientib. cum ſpiritus ſuperior ſit & caro
inferior, ſicut ſuperiora ſunt cœleſtia, & in-
feriora terreſtria? Quamquam illa omnia, i.
ager & pratum, & fructus ventris & fructus
terrę & iumentorum, & armentum boum &
grex ouiū poſsint etiam ſpiritaliter intelligi.
Sed nunc ad rem non pertinet iſta tractatio.
Si autem in ipſo nouo teſtō, cuius premium
& hęreditas ad nouum hoīem pertinet, cum
& dn̄s iiſdē ipſis quos vult eſſe rerum tēpo-
ralium contēptores, vt in Euāgelio ſibi ſer-
uiant, promittit multiplicationē earum rerū I
in hoc ſeculo dicens, ꝙ accipient in hoc ſe- *Mar. 10.*
culo centies tm̄, in ſeculo aūt futuro vitam *Hiero. in*
æternā, ſicut etiā in veteri ſcriptura dr̄, Fide- *prologo*
li homini totus mundus diuitiarum eſt. Vn- *Bibliæ.*
de exultat Apoſtolus dicens, Quaſi nihil ha- *Cap. 6.*
bentes & omnia poſsidentes. Si ergo in no- *2. Co. 6.*
uo teſtamento præter æternam poſſeſsionē
quæ promittitur ſanctis, huius quoque poſ-
ſeſsionis quę tranſitura eſt, multiplicatio nō
ſubtrahitur, & tanto ſit vberior, quanto con-
temptius poſsideꝶ, quāto magis in veteri te-

ſtamento carnalis populi præmia talia eſſe
debuerũt, ipſo tñ vno & vero Deo guberna-
tore oĩum temporum oĩa pro tpe moderãte
& adminiſtrãte? Sed ne in ſolis noui teſtamẽ
ti libris iſti arbitrent hæc eſſe cõtẽpta, audiãt
Prophetam obiiciẽtem talem fęlicitatem, &
ad vnũ dñm Deum cõfugiendum eſſe cantã
Pſa. 143 tem, ita.n. dicit, De gladio maligno erue me,
& exime me de manu filiorũ alienorũ, quo-
rũ os locutũ eſt vanitatem, & dextera eorum
dextera iniquitatis. Quorum filii ipſorum ve
lut nouellæ conſtabilitæ in iuuentute ſua, Fi
lię eorum circũpoſitæ & ornatę velut ſimili
K tudo templi. Cellaria eorum plena, eructãtia
ex hoc in hoc. Oues eorũ fœcundę multipli
cantes in exitibus ſuis, boues eorum craſſæ.
Non eſt ruina ſepis nec exitus, neq; clamor
in plateis eorum. Beatum dixerunt populum
cui hęc ſunt, beatus populus cuius dñs Deus
eius. Attendant ergo qũo irrideat iſta fœlici
tas in hoĩb. impiis, & tota beatitudo in Deo
ſolo inconcuſſa figat. Illi.n. dicunt, beatũ po
pulũ cui hæc ſunt, ſed beatus populus cuius
eſt dñs Deus ipſius. Quod aũt ẽt illud cõtra-
rium eſſe putauerunt huic loco veteris teſta-
Marc. 8. menti quod dñs ait, Oĩs qui confeſſus fuerit
me aut verba mea in gente iſta adultera &
peccatrice, & filius hoĩs cõfitebit illũ, cum
venerit in gloria patris ſui & laude ſanctorũ,
quid pertineat ad contemptum rerum tem-
poralium nõ video. Quòd ſi propterea perti
net, ne aliquis territus de talium rerũ dãnis,
Chriſtum cõfiteri, aut erubeſcat, aut timeat,
Quid habent qđ dicant? Dicimus ita eſſe iſta
munera Dei, vt tñ ſint infima, & in compara
tione ſalutaris cõfeſsionis, non ſolum amittẽ
da, ſed vltro ẽt proiicienda, carnalib. tñ hæc
amantib. & nondũ capientib. promiſſa cœle
L ſtia, ne ab idolis & dæmonib. iſta peterẽt, vti
Diuitiæ liter a dño Deo eſſe pollicita. De eo qđ ſcri-
qũo piis ptũ eſt in lege, Ego ſum qui diuitias do ami-
dantur a cis meis, & paupertatẽ inimicis meis. Huic
Chriſto. ſnĩæ illud opponũt quod dñs dicit, Beati pau
Cap. 19. peres ſpiritu, qm̃ ipſorum eſt regnum cœlo
Mat. 5. rum. Et, Væ vobis diuitib. quia percepiſtis cõ
Lucæ. 6. ſolationem veſtrã. Sed cur nolunt & alia in
Euangelio contueri? Vbi.n. ſcriptum eſt, Bea
ti pauperes ſpũ, qm̃ ipſorum eſt regnum cę
lorum, ibi ſequit, Beati mites, qm̃ ipſi hære-
ditate poſsidebunt terram. Ecce habent ami-
cos Dei hæreditate terræ diuites fieri, Cũ aũt
ad tantam egeſtatẽ diues ille redigit, vt ab eo
paupere quẽ neglexerat, digito breui in aq̃
tincto arenti linguæ ſuæ humorẽ ſtillari de-
precet, intelligãt qũo fiant pauperes inimici Luc. 5.
Dei, & id eſſe cognoſcant qđ in lege ſcriptũ
eſt, Ego ſum qui diuitias do amicis meis, &
paupertatem inimicis meis: nã iſtas diuitias
tpales, & in veteri ſcriptura eſſe contẽptas &
ſuperius docui, & innumerabilib. locis qui
legere voluerit, inueniet, Vnde eſt etiã illud,
Melius eſt modicũ iuſto ſuper diuitias pec- Pſal.
catorũ multas. Et illud, Bonum mihi lex oris
tui ſup milia auri & argenti. Et illud. Iudicia
Dei vera iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabi- M
lia ſuper aurum & lapidẽ precioſum multũ. Pſa. 18
Et illud, Beatus vir qui inuenit ſapientiam, et
immortalis qui videt prudẽtiã. Melius eſt.n. Pſal.
illã mercari, q̃ auri & argenti theſauros, Pre Prou.
cioſior eſt.n. lapidib. optimis, non reſiſtit illi
vllũ malũ, bñ nota eſt oĩb. appropinquãtib.
ei, & eis qui cõſiderant eã diligẽter, Oẽ autẽ
p̃cioſum nõ eſt illi dignum. Et illud, Propter
hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus, & inuo- Sapiẽ.
caui, & venit in me ſpũs ſapientiæ. Et p̃poſui
illã regnis & ſedib. & honeſtatẽ nihil eſſe di-
xi ad cõparationẽ ipſius, Nec cõparaui illi la
pidẽ p̃cioſum, qm̃ oẽ aurũ in cõparõne ipſi⁹
arena eſt exigua, & tanq̃ lutũ æſtimabitur ar
gentũ ad illã. Hæc iſti ſi aut legerent aut non
impie legerent, viderent oĩa in vtriuſq; teſtĩ
ſcripturis, & ad expetendũ, & ad fugiẽdũ, &
ad ſumendũ, & ad reiiciẽdũ, ſibi cõcordãtia
& ſuis gradib. ordinata. De eo quod ſcriptũ De nõ
eſt in lege, Si ambulaueritis in lege & præce- bendo
pta mea cuſtodieritis, dabo pluuias tpe ſuo, in zon
& p̃ducet terra fructus ſuos, & arbores po- Cap. 2
ma, & vindemiæ tuæ meſsib. ſuccedẽt, & ſa- Lu. 26
tio vindemiis, & ſaturabimini, & ſedebitis ĩ
pace in terra veſtra, & dormietis, & non erit
q vos terreat. Et p̃dã oẽm beluã ex terra ve-
ſtra, & perſequemini inimicos veſtros & ca A
dent ante vos in gladio, & inſequent q̃nq; ex
vobis centũ, & cẽtũ ex vobis p̃ſequent decẽ
milia, & concident inimici veſtri ante vos in
gladio, & veniã & bñdicã vos, & multiplica
bo vos, & diſponã vos. Manducabitis vetus
qđ inueterauit, & p̃iicietis vetus ante nouũ.
Iã neminẽ oportet poſtulare a nobis vt hæc
oſtendamus, q̃ conguenter illi populo Deus
promiſerit. Multa.n. de hac re dixim⁹, & cui
parua ſunt, nimis tardus eſt. Sed tñ ꝙ etiam

huic loco de nouo testõ dicunt esse contra-
Mat. 10. riũ, illud videlicet quod dñs ait, Nolite por
tare aurũ neq; argentũ, neq; nũmos in zonis
vestris, nõ perã in via, neq; duas tunicas, ne-
que calciaméta, neq; virgã, dignus est.n. ope
rarius mercede sua, quid mirũ si hæc Euãge-
listis donauerat? Nunqd in hoc ministerium
populus Iudaicus vocabať? Quæ tñ oĩa spiri
taliter pscrutanda sunt, ne ipse dñs oĩb. im-
piis contra sua præcepta fecisse videať, qui ẽt
loculos habebat, qb. ad necessarium victum
Ioan. 12. pecunia portabať. Nisi forte dicturi sunt in
K zonis habere pecuniã, peccatum esse, in lo-
culis aũt, nõ esse pctm̃. Non aũt ista iussa, sed
pmissa esse Apostolis ex hoc intelligitur, qđ
Exo. 18 Apostolus Paulus manib. suis operatus victũ
Co. 10. q̃rebat, nõ abusus ea ptãte sicut ipse loquiť,
quam dñs Euangelistis dedit. Quod.n. pmit-
titur a dño, etiam facere non licet, quod aũt
iubeť, nisi fiat peccatum est. Addunt ẽt de illo
Luc. 12. diuite cui Deus dixerat, Stulte, hac nocte ani
mam tuam expetã, quæ aũt præparasti cuius
erunt? Et dicunt non minus huic capitulo le-
gis esse contrariũ, cũ in isto inanitas irrisa sit
vanę lætitię, qui incerta illa ꝑ certis habuit,
populo aũt Israel certam faciebat illã polli-
Ti. 6. citationẽ oĩpotẽtia pollicẽtis. Vnde Aposto
lus Paulus scribẽs ad Timotheum, diuitibus
seculi huius quos nouerat in ecclesiæ mem-
bris hr̃e suum locum, ita loquiť, Diuitib. hu-
ius seculi pręcipe, non superbe sapere, neq;
sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo vi
uo, qui pręstat nobis oĩa abundanter ad fruẽ
dum, benefaciant, diuites sint in operib. bo-
nis, facile tribuant, cõicent, thesaurizent sibi
fundamentũ bonum in futurũ, vt apprehen-
dant verã vitã. Quis hic non intelligat non
esse culpabile hr̃e ista, sed amare & spem in
eis ponere, & ea præferre, aut ẽt conferre ve
ritati, iustitiæ, sapientiæ, fidei, bonę cõscien-
tiæ, charitati Dei & proximi, qb. omnib. aĩa
pia diues est in secretis suis corã oculis Dei?
I Sed vt diligať, Deus, qui diligentib. se ista cũ
ćta & inuisibilia & æterna largiť, i. seipsũ his
omnib. plenum donat dilectorib. suis, Vt er-
go ipse diligať, illo etiam tp̃e quo carnalis
aĩa, carnis videlicet affectib. implicata, nisi
temporalia desiderare nõ nouit, persuaden-
dum illi est, quod etiam ista Deus dat homi-
ni, qa & verum est, & vtilissime crediť hoc
populo Israel factum esse per illas pollicita
tiones, quas imperitissime miseri deridẽt, vt
etiam in ipsis infimis reb. qũo possent Deum
diligere assuescerent, q̃uis prius ibi operetur
timor, Quæ tamẽ oĩa dona tp̃alia figurę sunt
donorum ęternorũ, & illa de inimicis victo
ria præsignat victoriã de diabolo & angelis
eius. Et quod isti adiecerunt quasi contrariũ
veteri testõ quod Apostolus loquiť, Deũ nõ
pugna & dissensione, sed pace delectari, sciãt I. Co. 14.
talẽ Deũ prędicari in scripturis illis, cui pa-
cem suam nemo possit auferre, non qualem
ipsi prædicant qui timens ne irrueret bellum
regionib. suis, membra sua longe misit, vt pe
regrina bella tolerarent & postea liberari at
que purgari victa & inquinata non possent.
In natura vero humana, q̃ peccato in inferio M
ra defluxit, ita Deus pace delectať, vt non re
linquat libramẽta iustitiæ, nec pacem quam
diligit velit calcari a peccantib. sed amari a
certantib. apprehendi à victorib. & ea carna
lib. figurata promittere, spiritalib. aperta mõ
strare. De eo quod scriptum est in Deutero. *christus*
Maledictus omnis qui in ligno pependerit: *q̃uo male*
Licet sæpe a Manichęis ista quæstio ventila- *dictus.*
ta sit, non video tñ quid habeat huic sñię cõ *Cap. 21.*
trarium quod ex euangelio Adimãtus oppo *Deu. 21.*
nendum putauit, vbi dñs ait, Si vis perfectus *Mat. 19.*
esse, vende oĩa quæcunq; possides & diuide
pauperib. & tolle crucẽ tuam & sequere me.
hic pręterquam ꝙ crucem nominat, nihil
attendit esse contrarium ei quod dictum est,
Maledictus omnis qui in ligno pependerit,
quasi vero talem crucẽ possit quisq; tollere
& sequi dñm. Sed illa tollitur cum sequimur
dñm, de qua dicit Apostolus, Qui autẽ Iesu
Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum *Gala. 5.*
passionib. & concupiscentiis. Tali.n. cruce
vetus homo. i. vetus vita perimitur, quam de
Adam traximus, vt qđ in illo fuit volũtariũ,
in nobis fieret naturale. Quod ostendit Apo *Ephe. 2.*
stolus dicẽs, Fuimus & nos aliqñ natura filii
irę sicut & cæteri. Si ergo vetus vita de Adã,
vnde & nomine veteris hominis uetus vita
significatur, quid absurdum habet ꝙ in vete- A
rem hoĩem maledictum prolatum est, quem
dñs suspendit in ligno? Quia ex ipsa succes-
sione mortalitatem gestauit, de virgine Ma-
ria mortaliter natus habens carnem non pec
catricem, sed tamen similitudinem gerẽtem *Rom. 8.*
peccati, quia mori poterat, & mors de pecca
to est. Vnde est etiam illud, Scientes quia ve- *Rom. 9.*

tus homo noster simul confixus est cruci cũ illo, vt euacuetur corpus peccati. Nõ ergo dñs per linguam Moysi famuli Dei, sed mors ipsa meruit maledictũ, quam dñs noster suscipiendo euacuauit. Mors itaq; illa pependit in ligno, quæ p mulierem ad hoĩem serpentina persuasione puenit. Vnde etiam serpentẽ, ad
Nu. 21. significationem ipsius mortis, Moyses in eremo exaltauit in ligno. Et quĩ a mortiferis cupiditatib. per fidem sanamur crucis dñi, qua cruce mors ligno suspensa est, ppea qui serpẽtum morsib. venenabant, conspecto serpẽte qui fixus erat atq; exaltatus in ligno, conti
Ioan. 3. nuo sanabant. Huic sacro ipse dñs attestatus est dicens, Sicut. n. Moyses exaltauit serpentẽ in eremo, ita exaltari oportet filiũ hoĩs. Susci piẽdo aũt ignominiosissimum apud hoĩes mor
Gala. 3. tis genus dñs noster Iesus Christus, hoc est mortem crucis, cõmendauit nobis dilectio-
F nem suam, vt merito Apostolus diceret, accẽdens nos in eius charitatẽ, Christus nos rede
Deu. 21. mit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ, Scriptũ est. n. Maledictus oĩs qui pendet in ligno, vt nõ solũ nullam mortẽ, sed ẽt nullum mortis gen⁹ Christiana libertas sicut
Sabbati obseruatio. c. 22. Iudaica seruitus formidaret. De hoĩe quem lapidari Deus iussit, qui sabbato inuentus est ligna colligere, dñs in euãgelio vbi hominis
Nu. 15. manũ aridam sanauit die sabbati, diuinũ op⁹
Mat. 12. fecit, nõ humanum, nec ab ocio recessit qui iussit & factum est. Et ideo nõ est simile hoc factum ligna colligenti, qđ facere cum inuẽtus esset homo die sabbati, iussu Dei lapidatus est. De seruili aũt obseruatione sabbati, & de vindicta tpalis mortis, iã multa dicta sũt. Sicut enim tpe charitatis bonitas, sic tpe timoris seueritas Dei maxime commendat. Et cũ adhuc non oporteret ante aduentum dñi nudare populo legitimarum sacra figurarũ, non inuitabãtur figurata intelligere, sed iussa cogebant implere, nondum enim Deo inhærebant per spm, sed per carnẽ legi seruiebãt.
G Miror aũt φ isti plangunt lapidatum hoĩem Dei præcepto, qa contra iussa legis ligna col legit, & non plangunt arefactam ficulneam
Mat. 21. verbo Christi, quæ contra nullum præceptum fecerat, cum talem aĩam arboris esse credant, qualem hoĩs. De eo quod scriptum
Eunuchi fœcandi. Cap. 23. est, Mulier tua sicut vinea frondescẽs, & filii tui vt nouellæ oliuarum in circumitu mensæ tuæ, & videbis filios filiorũ tuorum, & scies qa hoc modo benedicit hõ qui timet dñm. Hoc per Prophetam figurate dictum, & ad significationem ecclesię pertinere Manichęi non intelligũt, & putant contrariũ esse qđ in Euãgelio dñs de spadonibus ait, qui seipsos castrant pp regnum cęlorum. Sed nos iam Mat. 19.
& de viro & de vxore & de spadonibus quãtum satis fuit in tertio capitulo disseruimus.

De eo quod scriptũ est apud Salomonẽ, Formicarum exemplum. Cap. 24.
imitare formicã, & intuere diligentiã eius, quia ab æstatis tempore vsque ad hyemem colligit sibi alimonias, Neque hoc intelligũt Manichęi spiritaliter esse accipiendũ, & pu- Pro. 6
tant præceptum esse vt thesaurizemus in terra, vt etiam curemus hæc horrea, quæ sine vllo prędcepto multum homines implere festinant. Et ideo illud Adimantus ex Euangelio dicit aduersum esse huic sententiæ, vbi domi nus ait, Nolite cogitare de crastino. Sed ne- H
que hoc intelligunt ad id pertinere, vt tem- Mat. 6
poralia nõ amemus, neque timeamus ne nobis desint necessaria, & propter ipsa conqui renda vel Deo vel hominibus seruiamus. Nam si hoc ideo dictũ est, vt non seruetur panis in crastinum, magis hoc implent vagi Romanorum, quos passiuos appellant, qui Passiui.
annona quotidiana satiato ventre: aut donãt statim quod restat, aut proiiciunt, quàm vel domini discipuli, qui etiam cum ipso domino cęli & terræ in terra ambulantes loculos habebant: vel Paulus Apostolus, qui hominũ terrenorum contemptor, sic tñ gubernauit ea quæ præsenti vitæ erant necessaria, vt ẽt de viduis præceperit dicens, Si quis fidelis 1. Ti.
hẽt viduas sufficienter tribuat illis, vt nõ grauet ecclesia, quo veris viduis sufficere possit. Sed tñ illud de formica ita positũ est, vt queadmodũ illa æstate colligit vnde in hyeme pascat, sic vnusquisq; Christianus in re- Deu. 8.
rũ trãquillitate, quã significat æstas, colligat verbũ Dei vt in aduersitate & tribulationib⁹,
ą hyemis nomine significant, habeat vnde I
spiritaliter viuat. Non enim in pane solo viuit homo, sed in omni verbo Dei. Si autem hoc eos mouet, φ in terra cõdit formica qđ colligit, irascantur etiam illi thesauro quem dominus in agro dicit inuentum. De eo qđ Mat. 13.
scriptũ est in Osee, Da illis ventrem vacuũ, Sterilitatis allegoria. c. 25.
& vbera arida: mortifica semẽ ventris ipsorũ ne pariant. Et hæc prophetica locutio est utiq; figurata. Nã & ventrem non carneum intelli-

intelligunt in Euangelio cum legũt, Flumi-
Osee. 9. na aquæ viuæ fluent de ventre eius, & vbera
Ioan.7. q̃dam hẽbat Apostolus cum diceret, Lac vo
1. Co. 3. bis potum dedi, nõ escã. Et iterũ, Factus sum
1. Te. 2. paruulus in medio vestrũ, tanq̃ si nutrix fo-
Gala. 4. uens filios suos. Et Galat, ad carnalia decli-
nãtes iterũ parturit donec Christ⁹ in eis for
meẽ. Et ideo huic ꝓpheticę snię nõ repugnat
qđ Adimãtus posuit ex Euãgelio, ꝙ in resur
Mat. 22. rectione a mortuis, neq; nubent, neq; vxores
ducent, neq; morienẽ, sed sunt vt angeli Dei.
Nã hoc est vtiq; qđ accipiunt etiã spadones,
K de q̃b. Esaias loquiẽ, Locum nominatũ mul-
to meliorem filiorum & filiarũ, nomen ęter
Esa. 56. nũ dabo eis inquit. Ne ergo arbitrenẽ in solo
Euangelio tale pręmiũ promitti sanctis, ven
tremq; vacuũ & vbera arida, & mortificatũ
semẽ ne pariant, intelligant de his esse dictũ
1. Ti. 3. de q̃b. dicit Apostolus, Sicut. Iambres & Mã
Exo. 7. bres restiterunt Moysi, sic & isti resistunt ve-
ritati, hoĩes mente corrupti, reprobi circa fi
dem, sed vltra nõ proficient, dementia.n. eo
rum manifesta erit oĩbus sicut & illorũ fuit.
Cum ergo vltra non proficient, tunc hẽbunt
ventrem vacuum, & vbera arida, & mortifi-
catum semẽ, In qua snĩa se isti tanq̃ in specu
Deus quõ lo dignenẽ inspicere. De eo qđ scriptum est
facit ma- in Amos propheta, Si fieri põt vt ambulãtes
l. c. 26. duo in via minime se agnoscant, & leo sine
Amo. 3. pręda ad catulum suum reuertaẽ, si decidet
auis sine aucupe in terram, si tendunt musci-
pulam sine cã vt nihil capiãt, si dabit sonum
tuba in ciuitate vt plebs non terreaẽ, ita etiã
malum aliquod in ciuitate non perpetratur
quod dñs non faciet. Malum hoc loco non
peccatum, sed pœna intelligẽda est. Duplici
ter enim appellatur malum, vnum qđ homo
facit, alterum quod patitur pœna. De pęnis
ergo loquebatur Propheta cũ hoc diceret.
L Diuina enim prouidentia cuncta moderãte
& gubernante, ita homo male fecit qđ vult,
vt male patiaẽ quod non vult. Sic aũt isti ac-
cusant Prophetam ista ita dicentem, quasi in
Euangelio nõ legerint, Nonne duo passeres
Mat. 10. asse veneunt, & vnus ex his non cadit in ter-
ram sine patris vestri volũtate? Ita ergo Deus
malum facit quod non ipsi Deo malum est,
sed eis in quos vindicat. Itaq; ipse quantum
ad se pertinet bonum facit, quia omne iustũ
bonum est, & iusta est illa vindicta, & ideo
non est cõtrarium quod Adimantus obiicit

dixisse dominum, Arbor bona fructus bonos
facit, mala aũt arbor malos fruct⁹ facit. Quã Mat. 7.
uis.n. malum sit gehẽna damnatio, iustitia tñ
Dei bona est, & ipse fructus est ex arbore bo
na. Ille aũt malis peccatorum suorũ thesauri
zat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti Rom. 2.
iudicii Dei, q reddet vnicuiq; secũdũ opera
sua. Quanq̃ istæ duæ arbores manifestissime
in similitudine duorũ hoĩum positæ sint. i. 1. Re. 12
iusti & iniusti, q̃a nisi quisq; voluntatem mu
tauerit, bonum operari nõ põt. Quod in no-
stra potestate esse positũ alio loco docet vbi
ait. Aut facite arborem bonã & fructũ eius M
bonũ: aut facite facite arborem malam & fru Mat. 12.
ctum eius malum. Illis.n. hoc dicit qui puta- 2. se. d. 28
bant se bona loqui posse cũ essent mali, hoc ca. Alibi.
est, bonos fructus facere cum essent arbores
malæ. Sic.n. & subiungit, Hypocritę, quõ po
testis bona loqui cũ mali sitis? Mala ergo ar-
bor, fructus bonos facere non põt, sed ex ma
la fieri bona põt, vt bonos fructus ferat. Fui-
stis enim aliquando tenebræ, inquit Aposto-
lus, nunc autem lux in dño. Tanquam si dice
ret, fuistis aliq̃n arbores malæ, & ideo nõ po
teratis tunc nisi malos fructus facere, nũc aũt Ephe. 5.
lux in domino, i. etiam facti estis arbores bo
nę, date fructus bonos, quod sequiẽ dicens,
Sicut filii lucis ambulate. Fructus. n. luminis
est in omni iustitia & veritate, probantes q̃d
sit beneplacitum domino. Nam in ipso Euã-
gelii capitulo si non studio maleuolentię fu
geret Adimantus, posset aduertere quomo-
do dicatur Deus malum facere: Ubi enim ait
dominus, ꝙ etiam iste commemorauit. Om
nis arbor quę non facit fructus bonos, exci- Mat. 7.
detur & in ignem mittetur. Hæc sunt mala q̃
Deus facit, i. peccatoribus pœnas, ꝙ in ignẽ
mittet arbores quæ in malitia perseuerantes
fieri bonæ noluerunt, cum hoc ipsis arbori-
bus malum fit. Deus autem, vt sæpe dixi, non A
dat fructus malos, quia iustitiæ fructus est
vindicta peccati. De eo quod in Esaia Pro-
pheta scriptum est, Ego sum Deus qui facio De eodẽ.
pacem & constituo mala. Etiam hoc eadem Cap. 27.
regula soluitur. Non enim reprehendit Adi- Esa. 45.
mantus ꝙ dixit Deus, facio pacem, sed ꝙ di- Rom. 11.
xit, cõstituo mala, cũ Paulus Apostolus hæc
duo similiter vno in loco etiam latius tracta
uerit dicens, Vides ergo bonitatem & seueri
tatem Dei, In eos q̃dem qui ceciderunt seue
ritatẽ, in te aũt bonitatem, si permanseris, in

bonitate,alioquin & tu excideris,& illi ſi nõ permãſerint in incredulitate inſerent̃, Potẽs eſt.n.Deus iterum inſerere illos. In hoc ſermone Apoſtolico ſatis apparet bonitas Dei, ſecundum q̃ dixit Eſaias, Ego ſum Deus qui facio pacem,& ſeueritas,ſecundum q̃ dixit, conſtituo mala. Simul etiam oſtendit in nr̃a

1. Re.22

ptãte eſſe,vt vel inſeri bonitati ipſius, vel excidi ſeueritate mereamur. Non ergo eſt Eſaię cõtrarium Euãgelium, ſicut patet vel potius putari cupit Adimantus,vbi dñs ait,Beati pa

Mat. 5.

B cifici,quia filii Dei vocabunt̃. Vel ex ipſa.n. parte debuit agnoſcere,etiam Eſaiam ſcire filios Dei eſſe pacificos,q̃a per eũ dixit,Deus, Ego ſum qui facio pacem. Sed cũ alia parte ad male intelligẽdum oculũ fixit,in altera ſe ipſe excęcauit.Qđ ſi vellet alius ſimiliter cęcus dicere bonum eſſe vetus teſtm̃, vbi dicit Deus,Nolo mortem peccatoris,q̃tum vt reuertat̃ & viuat:malum aũt eſſe nouum teſtm̃: vbi dicit Chriſtus,Ite in ignem æternum,qui præparatus eſt diabolo & angelis eius, nõne in foueam cadens omnes qui ſequerent̃ indoctos & ſcripturarum ignaros in imperitię cæcitatem germinãte malitia ſecum pariter præcipitaret?Qui aũt loco pio legit,& in nouo teſtamento inuenit quod iſti accuſant in vetere, & in vetere quod laudant in nouo.

Ezec. 18. & 33.
Mat. 25.

Deus quõ uiſibilis et inuiſibilis
Cap. 28.
Eſai. 6.
1.Ti.1.

De eo quod ſcriptum eſt in Eſaia, Et factum eſt eo anno quo mortuus eſt Ozias rex, vidi dñm ſedentem in ſede altiſsima,& plena erat dom⁹ glorię ipſius,& in circumitu ſeraphin ſtabant, ſenas alas habentes, & binis quidem operiebant faciem ipſius, binis vero pedes. Huic loco illud opponit Adimãtus quod ait Apoſtolus,Regi aũt ſeculorum inuiſibili honor & laus in ſecula. In qua q̃one quærendũ

C eſt,q̃d ei viſum fuerit,vel in illa viſione Eſaiæ binas alas prætermittere q̃b.volabant ſeraphin,dicentes, Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs Deus ſabaoth, vel in Apoſtoli verbis non totum dicere. Nam ita dicit Apoſtolus, Regi aũt ſeculorum inuiſibili,incorruptibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorũ. An forte timuit ne Trinitatis commemoratio cõmendaret Prophetam lectori, & aliquid magnum ibi latere ſuſpicaret̃? Ter enim dr̃ ſanctus, ſanctus, ſanctus dñs Deus ſabaoth. In Apoſtolo autem forte vidit,q̃ ſi dixiſſet, incorruptibili Deo,reſponderet̃ illi,quod nũc iſtis dicimus. Quid ergo incorruptibili Deo factura erat gens tenebrarum ſi cũ ea pugnare noluiſſet? Aut ſi forte mendoſos codices legerat, aut iſte mendoſus eſt vbi nos ipſum Adimãtum legimus,non eſt diutius de re dubia differendum,ſed iã quærendũ eſt q̃uo & Propheta dixerit vidiſſe ſe Deum in ſede altiſsima,& Apoſtolus Paulus verũ dixerit,inuiſibilẽ Deum.Interrogo itaque iſtos vtrum inuiſibilia poſsint conſpici: Si dicunt poſſe, q̃d ergo calumniant̃ ſi Deum inuiſibilẽ Propheta conſpexit?Si aũt dicunt non poſſe,ipſi Apoſtolo potius calumniẽtur ſi audent, qui ait, Inuiſibilia.n. Dei a conſtitutione mundi per ea que facta ſunt intellecta conſpiciunt̃. D

Rom. 1.

Ipſe.n.dixit eſſe inuiſibilia,& ipſe rurſus dicit,conſpiciunt̃.Nõne hic cogunt̃ fateri oculis corporeis eſſe inuiſibilia,mente vero eſſe viſibilia? Sic igit̃ & Propheta Deũ qui corporaliter inuiſibilis eſt,non corporaliter ſed ſpiritaliter vidit.Nã multa genera viſionis in ſcripturis ſanctis inueniunt̃: Vnum ſm̃ oculos corporis, ſicut vidit Abraham tres viros ſub ilice Mambre, & Moyſes ignẽ in rubo, & diſcipuli transfiguratum dñm in monte inter Moyſen & Heliam,& cętera huiuſmodi.

Varia genera uiſionum
Gen. 18.
Exod.3.
Mat.17.

Alterum ſm̃ quod imaginamur ea quæ per corpus ſentimus: nã & pars ipſa noſtra cum diuinitus aſſumit̃,multa reuelantur,non per oculos corporis,aut aures, aliumve ſenſum carnalem,ſed tñ his ſimilia,ſicut vidit Petrus diſcum illum ſubmitti è cœlo cũ variis animalib. Ex hoc genere eſt etiam Eſaiæ, quod imperitiſsime impii reprehendunt. Nõ enim Deum forma corporea circumterminat, ſed quemadmodum figurate non proprie multa dicuntur, ita etiam figurate multa monſtrantur.

Acto. 10.

Tertium autem genus viſionis eſt ſecundum mentis intuitum,quo intellecta cõſpiciuntur veritas atq; ſapientia, ſine quo genere illa duo quæ prius poſui, vel infructuoſa ſunt, vel etiam in errorem mittunt. E Cum enim ea quæ ſiue corporeis ſenſibus,ſiue illi parti aĩæ quæ corporaliũ rerum imagines capit diuinitus demonſtrat̃, non ſolũ ſentiunt̃ his modis,ſed etiã mente intelligunt̃,tũc eſt pfecta reuelatio.Ex hoc tertio genere eſt viſio illa quã cõmemoraui dicente Apoſtolo, Inuiſibilia.n. Dei a conſtitutione mũdi p ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Hac viſione videt̃ Deus, cum per pietatẽ fidei & per agnitionem Dei,morũ optimorũ corda

Rom. 1.

mun-

mundatur. Quid enim profuit Balthasari re
Daniel. 5 gi, ꝙ manum scribētem ante oculos suos in
pariete cōspexit? Cui visioni q̄a non potuit
adiungere mentis aspectum, quęrebat adhuc
videre qđ viderat. Tali aũt acie luminis qua
ista intelligunt, Daniel præditus, mēte vidit,
quod ille viderat corpore. Rursus illa parte
animi, quæ imagines corporum capit, vidit
somnium Nabuchodonosor rex, & qm̃ non
habebat idoneum oculum mentis ad melius
videndum qđ viderat, i. ad intelligēdum qđ
E viderat, ideo ad interpretandũ visum suum,
Daniel. 2 aspectum quæsiuit alienum, eiusdem. s. Danielis,
Cui tñ aperienti, vt certam commoda
ret fidem, etiam ipsum somnium vt sibi dice
retur exegit. Daniel autem reuelante sancto
Dei spũ, & quid ille vidisset in somnis ea par
te vidit qua corporum capiunt imagines, &
quid significaret, mēte conspexit. Non est au
tem Propheta veri Dei & summi, qui oblata
diuinitus visa, vel solo corpore, vel etiam il-
la parte spũs videt qua corporum capiuntur
imagines & mente nõ videt. Sed plerunque
in scripturis sic posita inueniuntur quemad
modum visa sunt, non etiam quemadmodũ
intellecta sunt, vt mentis visio in qua totus
fructus est exercendis lectoribus seruaretur.
Sed ex multis quæ aperte sunt scripta, mani-
festatur nobis quomodo illa intellexerint
quæ sic in libris posuerunt quomodo figura
te illis demonstrata sunt. Ad duo enim gene-
ra illa visionis, pertinent figuratæ demonstra
tiones, ad mentis autem, idest, ad intelligen
tiæ visionem simplex & propria pertinet re-
uelatio rerum intellectarum atq; certarum.
Omnia tamen hæc genera mirificis & ineffa
bilibus distributionibus exibet atq; modera-
tur spiritussanctus summæ incommutabilis-
F que sapientiæ. Sed isti miseri, sunt qui ca-
lumniantur Prophetę dicenti ꝙ Deum vide
rit, obiicientes Apostolicam sententiam, vbi
inuisibilem dixit, Si enim alter obiiciat huic
Apostolico verbo euangelicum verbũ, quo
Mt. 5. dominus ait, Beati mundicordes, quoniam
ipsi Deum videbunt, quomodo responde-
bunt posse inuisibilem videri? Verbo enim
premunt imperitos, & quatenus inuisibilis
Deus dictus sit, & si cognoscunt, cognosci
timent. Tanta est pernicies animorum qui
cum vincere homines volunt, ab errore con
uincuntur.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, Aduersus Faustum Manichęum.

LIBER PRIMVS.



Austus quidam fuit gente Afer, Prologus Cap. 1.
ciuitate Mileuitanus, eloquio
suauis, ingenio callidus, secta
Manichæus, ac per hoc nefan- G
do errore peruersus. Nouerā
ipse hoīem quēadmodũ eum cõmemoraui Lib. 5. Cõfes. c. 3. cũ sequen.
in libris Cõfessionũ mearũ. Hic quoddā vo
lumē edidit aduersus rectā Christianā fidem
& catholicā veritatē. Qđ cum venisset in ma
nus nostras, lectumq; esset a fratrib. desidera
uerunt, & iure charitatis per q̄ eis seruimus,
flagitauerũt, vt ei rñderemus. Hoc aggrediar
nũc in noīe atq; adiutorio dñi & Saluatoris
nostri Iesu Christi, vt oēs qui hęc legent, in-
telligant q̄ nihil sit acutum ingenium & lin-
gua expolita, nisi a dño gress⁹ hoīs dirigantꝰ.
Qđ multis etiam tardiorib. & inualidiorib. Psal. 36.
occulta ęquitate diuinæ misericordiæ præsti
tum est, cũ multi acerrimi & facũdissimi, de
serti adiutorio Dei, ad hoc velociter & perti
naciter currerēt, vt a veritatis via longius ab
errarent. Commodum aũt arbitror, sub eius
nomine verba eius ponere, & sub meo rñsio
nem meam. Faustus dixit. Satis superq; in lu
cem iam traductis errorib. ac Iudaicę super Cap. 2.
stitionis, simul & semichristianorum abũde
detecta fallacia, a doctissimo, s. & solo nobis
post beatum patrem nostrum Manichæum
studendo Adimanto, non ab re visum est pa 1. Retra.
tres charissimi hæc quoque breuia vobis & Cap. 21.
concina responsum pp callidas & astutas cõ
ferentium nobiscum ꝓpositiones scribere,
quo cum iidem vos ex more parētis sui ser-
pentis captiosis circumuenire quæstiumcu- H
lis voluerint, & ipsi ad respondendum vigi-
lanter eis sitis instructi. Ita enim fiet vt ad ea
ipsa quæ proposuerint religati, vlterius huc
atq; illuc vagari non possint. Ac ne profusa
confusàve oratione legentium inundaren-
tur ingenia, tam breuiter quam distincte ex
aduerso sibi ipsorum atque nostrorum ver-
ba constitui. Augustinus respondit. Tu semi- Cap. 3.
christianos cauendos putas, quod nos esse di
cis: nos autem pseudochristianos cauemus,

quod vos esse ostẽdimus. Nam qđ semis est, ex quadam parte imperfectũ, ex nulla tñ falsum est. Quid ergo si aliq̃d deest fidei eorum quos circumuenire conamini, nunq̃d ideo id qđ eis adest destruendũ, ac non potius id qđ deest astruendum est? Sicut ad quosdam
Colo. 2. imperfectos loquens Apostolus ait, Gaudẽs & videns vestram conuersationem, & id qđ deest fidei vestræ. In Christo cernebat vtiq; quandam fabricam spiritalem, sicut alibi di-
1. Co. 3. cit, Dei ędificatio estis, & in ea cernebat vtrũque, & vnde gauderet, & vñ satageret. Gauderet ex eo qđ iam ædificatum videbat, satagebat ex eo qđ vsq; ad culmen perfectionis adhuc ædificandũ esse sentiebat. Itaq; nos re uera catholicos nõdum perfectos, sed quodammodo, vt dixisti, semichristianos quos
A fallatis & seducatis vestra peruersitate insectamini. Sed si qui adhuc etiam tales sunt, si vos pseudochristianos esse intellexerint, quã uis captiosis quæstionum vestrarum propositionib. propter id quod eorum fidei deest, respõdere non possint: non tamen sequẽdos: sed deuitandos vos esse cognoscunt. Sicut ergo vestra intẽtio est semichristianos quos decipiatis inquirere, sic nostra intẽtio est pseudochristianos vos ostendere, vt non solum Christiani peritiores vos conuincendo prodant, sed & imperitiores vos cauendo proficiãt. Cur aũt serpẽtem patrem nostrũ dixisti? An excidit tibi, quemadmodum soleatis vituperare Deũ qui homini pręceptũ in paradi-
Gene. 2. & 4. so dedit, & laudare serpẽtem ꝙ ei per suum cõsilium oculos aperuit? Puto iustum esse vt serpẽtem illum diabolum a vobis laudatum, tu potius agnoscas parentem tuum. Nam ille te filium etiam modo vituperatus agnoscit.

B LIBER SECVNDVS.

Cap. 1. Faustus dixit. Accipis Euãgeliũ? Et maxime. Proinde ergo et natum accipis Christum? Nõ ita est. Neque enim sequitur, vt si Euangelium accipio, idcirco & natum accipiam Christum. Cur? Quia Euangelium quidem a prædicatione Christi & esse cœpit & nominari, in quo tamen ipse nusquam se natum ex hominibus dicit. At vero genealogia adeo non est Euangelium, vt
Mat. 1. nec ipse eius scriptor ausus fuerit eam Euangelium, nominare. Quid enim scripsit? Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, Non ergo liber Euangelii Iesu Christi, sed liber generationis. Quippe ibi & stella inducit quæ confirmat Genesin, vt recte Genesidium hoc magis nuncupari possit quam Euangelium. Mat. 2
At denique Marcus qui generationem scribere non curauit, sed prædicationem tantum filii Dei, quod est Euangelium, vide quam sit competenter exorsus, Euangelium, inq̃t, Iesu Christi filii Dei, vt hinc satis abũdeque Mar. 1
appareat genealogiam nõ esse Euangelium, Nam & in ipso Matthæo post inclusum Ioãnem in carcerem: tunc legitur Iesum cępisse prædicare Euangelium regni. Ergo quicquid ante hoc narratum est, genealogiam esse constat non Euangelium. Alioquin quid impediebat, & Matthæum ponere Euãgelium Iesu Christi filii Dei, nisi quia improbum C
putauit genealogiam vocare Euangelium? Quapropter si iam tibi distinctum satis est quod vsque nunc ignorasti, longe aliud esse Euangelium quam genealogiam, scias me ut dixi accipere Euangelium, i. prædicationem Christi. De quo quicquid iam perrogare* a.l. prærogare.
volueris, omissis generationib. quære. Aut si & de ipsis conferre est animus, nõ equidem recuso, cum sit mihi magna & de his responsdẽdum copia. Sed tu disce interrogare quod primum est: Videris enim mihi nunc scire velle non vtrum Euangelium accipiam, sed vtrum generationes. Augustinus respondit. Cap. 2
Certe interrogasti teipsum velut ex persona nostra, vtrum acciperes Euangelium, & respondisti, maxime. Rursusque interrogasti, vtrum acciperes Christum natum, & respondisti, Non ita est: Hanc. s. causam subiiciens, q̃a generatio Christi nõ pertinet ad Euange D
lium, Quid ergo respondebis Apostolo dicenti, Memor esto Christum Iesum resurre- 2. Tim
xisse a mortuis ex semine Dauid secundum Euãgelium meum? Vides certe quã nescias vel te nescire fingas, quid sit Euãgelium, nec ex doctrina Apostolica, sed ex vestro errore nomines Euangeliũ. Aut si hoc appellas Euãgelium quod Apostoli appellauerunt, aberras ab Euangelio qui non credis Christum ex semine Dauid, qđ Apostol⁹ ꝯm suum Euãgelium prædicari testatus est. Quod aũt erat Apostoli Pauli euangelium, hoc etiam ceterorum. Apostolorum, & oĩum fidelium dispensa-

ſpenſatorum tanti ſacramenti. Hoc enim ali
1.Co.15. bi dicit, Siue ergo ego, ſiue illi ſic prædica-
mus,& ſic credidiſtis, Non.n.oẽs illi euange
lium conſcripſerunt, ſed tñ oẽs euangelium
ꝑdicauerũt. Narratores ꝗppe originis, facto
Mat.1. rum, dictorũ, paſsionũ dñi noſtri Ieſu Chr̃i,
proprie dicti ſunt Euangeliſtę. Nã & ipſum
nomen ſi q̃ramus quid Latine interpretetur,
bonum nuncium dr̃ Euangeliũ, vel bona an
nunciatio. Quod ꝗdem cum aliꝗd bonũ an-
Mar.1. nunciaẽ, ſemper dici põt, proprie tñ hoc vo
cabulũ obtinuit illa q̃ dixit annunciacio Sal-
uatoris. Si aũt alia vos annunciatis, extra euã
gelium vos eſſe manifeſtum eſt. Vtique ſunt
aduerſus vos paruuli quos appellatis ſemi-
I chriſtianos, ſi matris charitatis vocem ſibi ex
Gala. 1. ore apoſtolico perſonantẽ audiãt, Si ꝗs vo-
bis annũciauerit, præterq̃ qđ annunciauimꝰ
vobis, anathema ſit. Cũ ergo ipſe Paulus ẜm
euangeliũ ſuum annunciauerit Chriſtum ex
ſemine Dauid, vos qui hoc negatis, & aliud
annũciatis, anathema ſitis. Quis nõ aũt videat
q̃ta cęcitate dicaẽ, ꝙ nusq̃ ſe Chriſtus natum
ex hoĩb. dicat, cum penè nunq̃ ſe filium hoĩs
Mat. 8. taceat? Sed videlicet dodiſsimi hoĩes, profer
Cap. 3. tis nobis ex armario veſtro, neſcio quem pri
mum hoĩem qui ad gentem tenebrarum de-
bellãdam, de lucis gente deſcẽdit, armatum
aquis ſuis, contra inimicorũ aquas, & igne
ſuo, contra inimicorum ignẽ, & ventis ſuis,
contra inimicorũ ventos. Cur non ergo &
fumo ſuo, cõtra inimicorum fumum, & te-
nebris ſuis, contra inimicorum tenebras, ſed
cõtra fumum aere, vt dicitis, armabaẽ: & cõ
tra tenebras luce? An ꝗa mala ſunt fumus &
tenebræ, nõ ea potuit hr̃e bonitas eius? Bona
ergo ſunt illa tria, aqua, ventus, ignis Cur er-
go ea potuit hr̃e malitia gentis aduerſæ? Hic
rñdetis. Sed aqua illa gentis tenebrarũ mala
K erat, q̃ vero primus homo attulit bona erat,
& ventus illius malus, huius aũt bonus. Ita &
huius ignis bonus, cõtra malũ ignẽ illius di-
micauit. Cur ergo & contra malũ fumũ non
potuit afferre ſummum bonum? An in fumo
veſtra mẽdacia tanq̃ fumus ipſe euaneſcunt
atq; deficiũt? Certe primus homo veſter cõ-
tra naturã contrariã bellum geſsit. Cur ꝗnq;
illis elementis, q̃ in contraria gente cõfingi-
tis, vnum allatũ eſt de diuinis regnis cõtrariũ
lux cõtra tenebras? Cætetera.n. quatuor non
ſunt cõtraria. Nã nec aer fumo eſt cõtrarius,
multominus aquę aqua, & ventus vento, &
ignis igni. Iam vero illa ſacrilega deliramẽ- Cap. 4.
ta quis audiat, ꝙ primum hoĩem veſtrũ dici
tis ẜm hoſtium voluntatẽ, quo eos caperet
elemẽta q̃ portabat mutaſſe atque vertiſſe, vt
regnũ qđ dicitis falſitatis, in ſua natura ma-
nẽs, non fallaciter dimicaret, & ſubſtãtia ve-
ritatis mutabilis appareret, vt falleret? Huius
primi hoĩs filium, credi vultis dñm Ieſum
Chriſtum. Huius commẽtitię fabulæ, filiam
dicitis veritatẽ. Hunc primũ hoĩem quẽ lau-
datis, ꝗa mutabilib. & mẽdacib. formis cum
aduerſa gẽte pugnauit, ſi verũ dicitis, nõ imi
tamini, ſi autẽ imitamini, & vos mentimini.
Quapꝑ dñs & Saluator noſter Ieſus Chr̃s,
verus & verax Dei filius, verus & verax hoĩs L
filius, qđ vtrunq; de ſe ipſe teſtaẽ, & de vero
Deo diuinitatis æterninatẽ, & de vero hoĩe
carnis originẽ duxit. Nõ nouit apoſtolica do
ctrina primum hoĩem veſtrum, audite apo-
ſtolum Paulũ, Primus homo, inꝗt, de terra
terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis.
Qualis terrenus, tales & terreni, qualis cœle- 1.Co.15.
ſtis, tales & cęleſtes. Sicut & portauimꝰ ima-
ginẽ terreni, portemus & imaginem eius qui
de cęlo eſt. Primus itaq; homo de terra terre
nus, ille Adã de limo formatus. Secũdus aũt
homo de cœlo cęleſtis, dominus Ieſus Chri
ſtus, ꝗa filius Dei venit ad carnem, qua ſuſce Gene. 2.
pta & homo exterius fieret, & Deus interius
ꝑmaneret, vt & filius Dei verus eſſet, per quẽ
refecti ſumus. Cur ergo primum hoĩem ve-
ſtrum cõmenticium, neſcio vnde produci-
tis, & primum hoĩem quẽ doctrina apoſto-
lica docet, non vultis agnoſcere? An vt com 2.Ti.4.
pleatur in vobis qđ ipſe Apoſtolus ait, A ve
ritate ꝗdem auditum ſuum auertentes, ad fa
bulas aũt conuerteñ. Paulus annũciat primũ
hoĩem de terra terrenũ, Manichęus annũciat
primũ hoĩem non terrenũ, neſcio ꝗb. falla
cib. elementis quinq; veſtitum. Et Paulus di- M
cit, Si quis vobis annunciauerit præterquam Gala. 1.
quod annunciauimus vobis, anathema ſit. Er
go ne Paulus mendax ſit, Manichæus anathe
ma ſit. Quod autem etiam ſtellæ calumnia-
mini, qua Magi ad Chriſtum infantem ado- Cap. 5.
randum perducti ſunt, non erubeſcitis cum
vos commenticiũ Chriſtum veſtrum filium
cõmenticii primi hoĩs veſtri, non ſub ſtellæ
teſtificatione ponatis, ſed in ſtellis omnibus
colligatum eſſe dicatis, quia videlicet princi

pibus

pibus tenebrarum commixtum esse creditis
in illo bello; quo ipse primus homo vester
cum tenebrarum gente pugnauit, vt de ipsis
principib. tenebrarum tali commixtione ca-
pitis mũdus fabricaretur. Vnde ista sacrilega
deliramenta vos cogunt, non solum in cęlo
atq; in oĩbus stellis, ẽt in terra atq; in omnib.
quæ nascunt̃ in ea confixum & colligatum
atq; concretum Christũ dicere, non iam Sal
uatorem vestrum, sed a vobis saluandum, cũ
eum manducatis atq; ructatis. Nã & ista im-
pia vanitate seducti, seducitis auditores ve-
stros, vt vobis cibos afferant, quo posit liga
E to in eis Christo subueniri per vestros dẽtes
De natu- & vẽtres. Talibus.n. auxiliis eũ solui & libe-
raboni.c. rari prædicatis, nec saltem totum, sed adhuc
44. et 45 licet exiguas sordidasq; reliquias eius in ster
& de fide corib. remanere contenditis, vt in aliis atque
cõtra ma aliis rerum corporalium formis iterum atq;
nichæos. iterum implexæ implicatæque teneantur. Et
ca. 11. & si mũdo stãte solui & purgari nõ potuerint,
21.
3. Pet. 3. iam illo igne vltimo quo ipse mundus arde-
bit, soluant̃ atq; purgent. Nec tñ etiã tũc totũ
Christum dicitis posse liberari, sed ei⁹ bonæ
diuinæq; naturæ nouissimas residuasq; parti
culas, q̃ ita sordidatæ sunt, vt nullo modo di
lui valeãt, dãnari in æternum confixas globo
horrido tenebrarũ. Ecce q̃ se fingũt indigna-
ri, q filio Dei fiat iniuria, qa eum natũ stella
demonstrasse dicat̃, tanq̃ Genesis eius sub fa
tali cõstellatione sit constituta, cum eũ ipso
non tm̃ sub stellarũ cõnexione, sed in vincu
lis oĩum terrenorũ, & in succis oĩum herba
rum, & in putredine oĩum carniũ, & corru-
ptione oĩum ciborũ, ita ligatum pollutũq;
cõstituant, vt ex magna non tñ ex tota parte
solui purgariq; non posit, nisi vt ab hoĩbus
electis videlicet Manichęorũ, ẽt in porris ri-
diculisq; ructet̃. Et nos q̃dem sub fato stella
rũ nullius hoĩs Genesim ponimus, vt liberũ
arbitriũ voluntatis quo vel bene vel male vi
F uitur, pp iustũ iudiciũ Dei ab oĩ necessitatis
vinculo vindicemus, q̃to min⁹ illius tpalem
gñationem sub astrorũ cõditione credimus
factã, qui est æternus vniuersorũ creator &
dñs? Itaq; illa stella q̃ viderunt Magi Christo
Mat. 2. secundũ carnem nato non ad decretum dña
bat̃, sed ad testimonium famulabat̃, nec cum
subiiciebat imperio, sed indicabat obsequio.
Proinde non ex illis erat hæc stellis, quæ ab
initio creaturæ itinerum suorũ ordinem sub

creatoris lege custodiunt, sed nouo virginis
partu nouum sydus apparuit, qđ ministeriũ
officii sui ẽt ipsis Magis quærentib. Christum
cum ante faciem præiret exibuit, donec eos
vsq; ad ipsum locum vbi Dei verbum infans
erãt, pręeundo perduceret. Qui tandẽ astro
logi ita constituerũt hoĩum nascentium fata *De Ge.*
sub stellis, vt aliq̃ stellarum hoĩe aliquo nato *ad lite.*
circuitus sui ordinem reliquisse, & ad eũ qui *li. 2. c. 1*
natus est perrexisse asseuerent? Sortem q̃ppe *In med.*
nascentis astrorũ ordini colligari arbitrant̃, *Sup Io.*
non astrorum ordinem ob hoĩs nati diẽ pos *Trac.*
se mutari. Quapp si stella illa ex iis erat quę
in cœlo peragunt ordines suos, qũo poterat G
decernere qđ natus Christ⁹ acturus erat quæ
nato Christo iussa est relinquere qđ agebat?
S aũt vt pbabilius credit̃ ad demonstrãdum
Christum q̃ nõ erat exorta est, nõ ideo Chr̃s
nat⁹ est, qa illa extitit, sed iõ illa noua exorta
est, qa Chr̃s natus est. Vnde si dici oporteret,
nõ stellam Christo, sed Christũ stellę fatum
fuisse diceremus. Ipse q̃ppe illi, nõ illa huic
nascẽdi attulit cãm. Si ergo sunt fata q̃ a fan-
do, i. a dicendo appellata sunt, qm̃ Christus
verbũ Dei est, in quo antequam essent dicta
sunt oĩa, non cõsortium syderum fatũ Chri-
sti est, sed fatum etiã syderum Christus est, q̃
& ipsam carnem sub cœlo creatã ea volun-
tate assumpsit, qua etiam cœlum creauit, ea
potestate deposuit & recepit qua etiam syde *Cap. 6.*
ribus imperauit. Cur ergo non sit Euangeliũ
quod de ista generatione narratur, cum tam
bona nobis annuncientur, vt per ipsam no-
stra sanet̃ infirmitas? An quia Matthæus non
est ita exortus, vt diceret, Initium euangelii
Iesu Christi, sicut ait Marcus, sed, Liber ge- *Ioan. 1.*
nerationis Iesu Christi? Hoc modo nec Ioan *Mat. 1.*
nes euangelium scripsisse dicatur, quia nec
ipse ait, Initium euangelii, aut, Liber Euange
lii, sed, In principio erat verbum. Nisi forte H
tam elegãs vocabulorum fabricator Faustus
fuit, vt & hoc Ioannis exordium verbidium
nominauerit, propter verbum, sicut illud
propter genesim genesidium ausus est appel
lare? Sed cur non potius cogitatis, quanta im
pudentia prolixas illas & impias fabulas ve-
stras euangelium nominetis? Quid enim illic
boni annunciatur, vbi dicitur, Deus aduer-
sus rebellem nescio quã cõtrariam alienam
que naturam, non aliter regno suo potuisse
prospicere atque cosulere, nisi partem suæ
naturæ



naturæ in illius auidas fauces deuorandam mitteret, atq; ita polluendam, vt post tantos labores, atque cruciatus non posset saltẽ totã purgari? *Euãgeliũ* Itane tam malus nũcius euãgelium est? Certe oẽs qui Græce vel tenuiter nouerunt, euãgelium bonum nuncium, aut bonã annũciationem interpretant̃. Q̃uo est autem iste bonus nuncius, quandoquidẽ ipse Deus vobis velo sibi opposito lugere nũciatus est, donec sua membra ab illa vastatione & contaminatione reparentur atque purgentur? Quid si aliqñ luctum finierit, crudelis erit?
K Quid.n. de illo male meruit pars illa eiꝰ, quæ in globo ligabitur, quæ vtique in æternum lugẽda est, quæ in æternum damnabitur? Sed euasimus, ꝙ istum nuncium quisquis diligẽter aduerterit, non cogitur lugere, quia malus est, sed ridere, quia falsus est.

LIBER TERTIVS.

p. 1.



FAustus dixit, Accipis ergo generationem? Equidẽ conatus diu sum hoc ipsum qualecunque est persuadere mihi quia sit natus Deus, sed offensus duorum maxime Euangelistarum dissensione, qui Genealogiam eius scribũt, Lucæ & Mattæi, hęsi incertus quem nam potissimum sequerer. *at. 1.* *cæ. 3.* Fieri.n. posse putabam, vt quia præscius non sum quem mentiri existimarem, ipse diceret verum, & quem vera loqui, ipse forsitan mẽtiret̃. Infinita ergo eorum prætermissa lite, & interminabili mihi, ad Ioannem Marcumq; me cõtuli, nec impariter a duob. ad duos, & ab Euãgelistis ad eiusdem noĩs professores, Quorum mihi principia interim non immerito placuerunt, q̃a nec Dauid nec Mariã inducunt, nec Iosephum, sed Ioannes q̃dem in principio fuisse verbum dicit, & verbũ fuisse apud Deum, & Deum fuisse verbũ, Christũ significans: *n. 1.* Marcus vero, Euangelium, inq̃t,
I Iesu Christi filii Dei, tanq̃ Matthæum exprobrãs, qui posuerit filium Dauid. *rc. 1.* Nisi forte alterum hic, & alterum ille annunciat Iesum. Hęc ergo rõ est quã ego non accipio Christum natũ, Tu vero si tantus es, vt hanc mihi adimas offensionem, effice vt inter se ipsi cõueniant, & vtcunque succumbam, quamuis nec sic q̃dem dignum erit ex vtero credere Deum & Deum Christianorum. *Cap. 2.* Augustinus respõdit. O si pio studio legisses euangeliũ, & ea quæ te in Euangelistis tanq̃ repugnãtia mouissent diligenter quęrere q̃ temere damnare maluisses, vt saltem ꝑꝑ ipsam quæ quasi prima fronte occurrit apertissimã repugnantiam cogitares, nisi aliquid illic magnum lateret, difficile fieri potuisse, vt tãta eis authoritas in terrarum orbe præberetur, qua sibi tot hominum doctissimorum ingenia subiugarẽt.* Quid enim magnum est videre quod vidistis, alios Christi secundum carnem progeneratores commemorari a Luca, alios a Matthæo, cum ambo Ioseph cõstituant. *a. l. subigerent.* Matthæus ad quem terminet, Lucas a quo incipiat, *Mat. 1.* *Lucæ. 3.* qui propter quoddam cum eius matre
M sanctum & virginale coniugium etiam ipse parens Christi meruit appellari, vt propter virilem dignitatem ab ipso vel vsque ad ipsum generationes contexerentur? Quid ergo magnum est quod vidistis, ꝙ alium patrem habeat Ioseph secundum Matthæum, alium secundum Lucam, & alium auum secundum istum, alium secundum illum, & deinceps sursum versus vsque ad Dauid per tam multas generationes alios ab illo enumerari? Itàne tam apertam manifestamque diuersitatem, tot acuti & docti viri diuinarum scripturarum pertractatores diligentissimi non viderunt, qui quidem in Latina lingua perpauci sunt, eos autem in Græca quis numeret? Viderunt eam planè. Quid enim facilius, aut quis paululum intuens ista non videat? Sed pie cogitãtes tantę authoritatis eminentiam, latere ibi aliquid crediderũt, quod petentibus daretur, oblatrantibus negaretur, a quærentibus inueniretur reprehendentibus subtraheretur, pulsantibus aperiretur, oppugnantibus clauderetur, petierunt, quęsierunt, pulsauerunt, acceperunt, inuenerunt. *Mat. 7.* Nempe tota in hoc quæstio est, quomodo potuerit duos patres habere Ioseph. *Cap. 3.* Hoc enim si potuisse fieri demonstratur, nulla omnino causa est cur quisquam istorũ Euangelistarum in diuersis generationibus enumerandis falsum dixisse credatur. A
A duobus enim patrimus iam non erit mirum neque contrarium, ꝙ & aut duo ataui & proataui esse potuerunt, & quicquid supra est vsque ad Dauid, cuius erant ambo filii, & Salomõ qui pertinet ad ordinẽ quem Matthęus secutus est, & Nathã qui est in serie quam Lucas exposuit.

exposuit. Attēdunt enim ista nonnulli, & vi-
2. Re.ca. 7.12.16 & 55. dēt nō posse a duob. viris per commixtionē
carnis hoīem gigni, & ideo putant istā qōnē
non posse dissolui, nec intuenť qđ vsitatissi-
mum atq; facillimū est, patrem cuiusq̄ non
eum tm̄ dici a quo genitus, sed ēt eum a quo
fuerit adoptatus. Neq;.n. adoptionis vinculū
apud antiquos alienū ab eorū morib. fuit, cū
Gene.16 ēt fęminas inueniamus adoptasse sibi filios,
Gene.30 nō ex vtero suo natos, sicut Sara ex Agar, &
Exod. 2. Lia ex ancilla sua, & filia Pharaonis Moysen
Gene.48 adoptauit, ipse aūt Iacob nepotes suos, filios
Ioseph adoptauit. Ipsū vero adoptionis no
men plurimum valere in nostræ fidei sacro,
Rom.9. Apostolica doctrina testať. Vnde Apostolus
Paulus cum de Iudęorū meritis loqueretur.
Quorū est, inq̄t, adoptio & gloria & testm̄ et
legislatio, quorum patres ex q̄b. Christus ꝑm
carnem, qui est super oīa Deus benedictus in
B secula. Itē dicit, Et ipsi in nobismetipsis inge
Rom.8. miscimus, adoptionē expectantes redēptio-
Gala.4. nē corporis nostri. Itē alio loco, Cum aūt ve
nit plenitudo tpis, misit Deus filiū suū factū
ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege
erāt redimeret, vt adoptionē filiorū recipe-
remus. Hęc igiť adoptio q̄ti sacri sit, his atq;
hmōi testimoniis, satis apparet. Vnicum.n. fi
lium Deus hēt quē genuit de substātia sua, de
Philip.2. quo dr̄, Cū in forma Dei esset non rapinā ar
bitratus est esse æqualis Deo. Nos aūt non de
substātia sua genuit, creatura. n. sumus, q̄ nō
genuit sed fecit, & iō vt frēs Christi ꝑm mo-
a.l.suum. dū nostrū * faceret, adoptauit. Iste itaq; mo-
dus quo nos Deus cū iā essemus ab ipso non
nati, sed conditi & instituti, verbo suo & gr̄a
sua genuit, vt filii ei⁹ essemus, adoptio vocať.
Ioan.1. Vnde Ioannes dicit, Dedit eis ptātem filios
Dei fieri. Cum igiť ius adoptionis filiorum
apud patres nostros, & in scripturis sanctis
vsitatū sit, quæ impietatis dementia ꝑcipitat,
prius Euāgelistas falsitatis arguere quod di-
uersas ḡnationes commemorauerūt, tanquā
C vtraque vera esse non possint, q̄ cogitare &
attendere, & videre quod facillimum est,
quam crebra consuetudine generis humani
vnus homo duos patres habere potuit, vnū
cuius carne homo sit genitus, alterum cu-
ius voluntate cum iam homo esset filius sit
Mat.6. adoptatus? Qui si non recte dicitur pater,
nec nos recte dicimus, Pater noster qui es in
cęlis, ei de cuius substantia nati non sumus,
sed cuius gr̄a & misericordissima voluntate
adoptati secūdum doctrinā Apostolicam &
fidelissimā veritatem. Ipsum quippe hēmus,
& Deum & dn̄m, & patrem. Deum, q̄ ab ip
so ēt ex hoīb. parentib. cōditi sumus. Dn̄m,
q̄ ei subditi sumus. Patrē, q̄ eius adoptione
renati sumus. Facile fuit ergo religiosis per-
scrutatorib. diuinarū literarū aliquantum cō
siderare & videre in diuersis Christi genera-
tionib. a duob. Euāgelistis cōmemoratis: qūo
duos patres potuit hr̄e Ioseph, quorum pro
generatores diuersi enumerenť. Hoc & vos
si studiū contentionis nō excęcaret, facile vi
dere possetis. Sed ab illis viris alia ēt q̄sita &
inuēta sunt, cū oēs harum narrationū partes
pertractarēt. Hęc aūt a vr̄o intellectu lōgissi
me remota sunt. Itaq; ēt in Manichęi errore
cōstituti, id qđ in reb. humanis fieri solet, vt
alius carne generet filium, alius eū voluntate D
adoptet, ac sic vnus duos patres hēat, si nō ad
uerso aio legeretis, cogitādo videre possetis.
Cur aūt Matth. ab Abrahā cœperit, descēdēs Cap. 4
vsq; ad Ioseph, Lucas aūt a Ioseph cœperit Mat. 1
ascēdens, non vsq; ad Abrahā, sed vsque ad Luce.3
Deū qui hoīem, & dato ꝑcepto, ptātē dedit Lib.2.d
vt credēs filius Dei fieret, & cur ille in capite consens.
libri, generationes ipsas enumeraret, ille aūt Euā.c.
cū dn̄s Saluator à Ioāne baptizatus fuisset, &
q̄d sibi velit numerus ḡnationum ꝑm Matth.
vt ter quatuordecim digeranť, q̄b. in summā
cōputatis, tn̄ vna minus appareat, numerus
aūt generationum ꝑm Lucam, qui in baptis-
mo dn̄i cōmemorať, ad septuaginta & septē
perueniat, quē numerū ipse dn̄s in peccato-
rum remissionē cōmendat, dicens, Non tm̄ Mat. 8
septies, sed vsq; septuagies septies, nullo pa-
cto indagare possetis, nisi aut ab aliquo ca-
tholico id audieritis, nō quolibet, sed quodā
diuinarum scripturarum studioso, & quan-
tum posset perito, aut ipsi ab errore corre-
cti pietate catholica peteretis vt acciperetis,
q̄reretis vt iueniretis, pulsaretis vt intraretis. E
Quapp, qm̄ id quod Faustū de generationū Cap. 5
diuersitate permouit, q̄a in duob. patrib. in-
telligendus hic nodus erat, intellecta natura
& adoptione solutum est, frustra se voluit ad
duos Euangelistas conferre, & ab aliis duo-
bus auferre, magis offensurus ad quos se cō-
tulisset, quam eos a quibus abstulisset. Non Lib.2.D
enim amant sancti suos electores, si suorum consensu
sociorum eos inuenerint desertores. Vnitate Euā.c.
enim

enim gaudent, & in Christo vnum sunt, &
si alius aliquid, & alius aliud, aut alius aliter,
& alius aliter, vera tamen omnes dicunt, nec
sibi vllo modo contraria si pius lector acce-
dat, si mitis legat, si non hæretico aío vnde ri
xetur, sed fideli corde vnde ædificetur inqui-
rat. Iam ergo in singulorum patrum genera-
tiones, quos vt vnus homo duos haberet, nõ
est ab humano genere alienũ, singulos Euan
gelistas narrandas suscepisse credidimus, nõ
est a veritate nostra fides aliena. Quocirca
inter se iam Euangelistis conuenientibus, si-
cut Faustus promisit, vtcunque succumbite.
Cap. 6. An illud quod adiunxit, vos mouet adhuc.
Quamuis nec sic quidem, inqt, dignum erit,
F ex vtero credere Deum & Deum Christiano
rum, quasi nos ipsam diuinam naturam ex fę
minæ vtero extitisse credamus? Nonne mo-
do commemoraui Apostoli testimonium,
Rom. 9. vbi ait de Iudæis. Quorum patres, & ex qui-
bus Christus secũdum carnem qui est super
omnia Deus benedictus in secula? Christus
ergo dominus & Saluator noster, filius Dei
verus secundum diuinitatem, & filius homi
nis verus secundum carnem, non ex eo ꝙ est
super omnia Deus benedictus in secula, ex
fęmina natus est, sed ex illa infirmitate quam
suscepit ex nobis, vt in ea moreretur pro no
bis & eam sanaret in nobis. Non ex forma
Dei, in qua cum esset, nõ rapinam arbitratus
est esse æqualis Deo, natus ex fęmina est, sed
ex forma serui quam accipiẽdo semetipsum
exinaniuit. Neque ob aliud exinanisse se di-
ctus est, nisi accipiendo formam serui, non
amittẽdo formam Dei. Illa enim natura qua
in forma Dei æqualis est patri incommutabi
liter permanẽte, suscepit mutabilem nostrã,
per quam de virgine nasceretur. Vos aũt, qui
cum carnem Christi virginali vtero commit
G tere horretis, ipsam diuinitatem Dei non tan
tum hominum, sed & canum pecorumque
vteris commisistis, semel conceptam in vte-
ro virginis Christi carnem non vultis crede
re, in quo non solum non ligatus, sed nec mu
tatus est Deus, & ipsam Dei partẽ diuinam-
que naturam in omnium hominum, ac be-
stiarum masculinis feminib. & fœmininis
vteris in omnibus cõceptibus per omnes ter
ras, & per omnes aquas, & per omnes horas
ligari opprimi, coinquinari, & nec totã po-
stea liberari posse predicatis.

LIBER QVARTVS.



FAustus dixit, Accipis testm̃ ve- Cap. 1.
tus? Si est mihi in eo hæreditas
accipio, Si nõ est, nõ accipio.
Improbitas. n. hęc quidem ni-
mia est vsurpare tabulas q̃ te-
stẽtur exhæredatum. An ignoras testm̃ vetus Gene. 15
Chananæorũ terram repromittere, sed eã tñ & 17.
Iudęis, i. circuncisis & sacrificantib. & absti-
nentib. a porcina, ac reliquis carnib. quas im
mũdas Moyses appellat, sabbata obseruãtib. Leu. 11.
& azimorum solẽnitatem, ac reliqua hmõi
q̃ eius ipse testator eis obseruãda mandauit? H
Quæ qa Chistianorum placuere nemini, ne Exo. 12.
que. n. quisquam nostrorum eá custodit, di- & 20.
gnum est vt cum refusa hæreditate reddam'
& tabulas. Hęc ergo prima causa est: cur ego
testm̃ vetus abiiciendum puto, nisi tu me pru
dentius aliquid doceas. Secunda vero causa
est, ꝙ tam etiam misera eius & corporalis ac
longe ab aĩę commodis hęreditas est, vt post
beatam illam noui testamẽti pollicitationẽ, Mat. 5.
quæ cœlorum mihi regnum & vitam perpe
tuam repromittit, etiam si gratis eam mihi te
stator suus ingereret fastidium. Augustinus Cap. 2.
respondit, Temporalium quidem rerum ꝓ- contra.
missiones testamẽto veteri cõtineri, & ideo Adiman-
vetus testamentum appellari, nemo nostrum tũ. ca. 3.
ambigit, & ꝙ æternæ vitæ ꝓmissio regnum- in fine.
que cœlorum ad nouum pertinet testamen-
tum, sed in illis temporalibus figuras fuisse
futurorum, quæ implerent̃ in nobis, in quos
finis seculorum obuenit, nõ suspitio mea, sed
Apostolicus intellectus est, dicente Paulo cũ 1. Co. 10.
de talibus loqueretur. Hæc omnia figuræ no
stri fuerunt. Et iterum, Hęc omnia in figura
cõtingebant illis, scripta sunt autem propter
nos, in quos finis seculorum obuenit. Nõ er-
go vetus testamentum ad consequendas illas
promissiones, sed ad intelligendas in eis no- I
ui testamenti prænunciationes accipimus.
Veteris quippe testificatio fidem nouo con-
ciliat. Vnde dñs postea quã resurrexit a mor
tuis, seq; non solum intuendum discipulorũ
oculis, sed etiam contrectandum manib. ob
tulit, ne quid tñ cum suis mortalib. & carna
lib. sensib. fallaciter agi arbitrarentur, magis Luc. 24.
eos de veterũ librorũ testificatione firmauit, Contra Adiman-
dicẽs, Oportebat impleri omnia quæ scripta tum c. 1.
sũt in lege Moysi & Prophetis, & Psalmis de & 20.
me

me. Nõ itaq; ſpes noſtra in tp̃alium rerũ pro
miſsione defixa eſt, qñquidẽ nec ipſos illius
tp̃is ſãctos & ſpiritales viros Patriarchas &
Prophetas his terrenis reb. fuiſſe deditos cre
dimus, intelligebant.n. reuelãte ſibi ſpũ Dei,
q̃d tp̃i illi cõgrueret, & q̃b. modis Deus p̃ il-
las oẽs res geſtas & dictas futura figuranda
& p̃nunciãda decerneret, magisq; deſideriũ
eorũ de nouo teſtõ erat, ſed præſens functio
corporalis ad ſignificãda noua ventura pol
licitationib. veterib. p̃bebat̃. Ita illorũ homi-
B nũ non tm̃ lingua, ſed & vita p̃phetica fuit.
Carnalis aũt populus p̃miſsis vitę p̃ſentis in
hærebat. De quo tñ ẽt populo nihilominus
ſignificabant̃ futura. Sed vos iſta non intelli-
Eſai. 8. gitis, q̃a ſicut Propheta dixit, Niſi crediderı-
tis non intelligetis. Non.n. eſtis eruditi in re-
gno cęlorũ, i. in Eccleſia Chriſti vera catho-
lica. Q̃d ſi eſſetis de diuitiis ſanctarũ ſcriptu
Mat. 13. rarũ, nõ ſolũ noua, ſed ẽt vtera proferretis. Ip
ſe q̃ppe dñs dicit, Propterea oĩs ſcriba eru-
ditus inregno cœlorũ ſimilis eſt hoĩ patri-
familias p̃ferenti de theſauro ſuo noua & ve
tera. Et ideo dũ ſola p̃miſſa Dei noua tenere
vos arbitramini, remanſiſtis in vetuſtate car-
nis, & nouitatẽ induxiſtis erroris. De qua no
2. Ti. 2. uitate Apoſtolus dicit, Prophanas aũt verbo
rũ nouitates euita, multũ.n. proficiunt ad im
pietatẽ, & ſermo eorũ ſicut cancer ſerpit. Ex
quib. eſt Hymeneus & Philetus, qui circa ve
ritatẽ aberrauerunt, dicẽtes reſurrectionem
iam factã eſſe, & fidẽ quorundã ſubuertunt.
De fide contra Man. 40 Ex qua vena falſitatis vos manare cognoſci-
te, qui dicitis nũc eſſe reſurrectionem tantũ-
modo aĩarum per prædicationem veritatis,
corporũ aũt quam prædicauerunt Apoſtoli
futuram negatis. Quid aũt ſpiritaliter ſecun-
2. Co. 4. dum hoĩem interiorẽ, q̃ renouat̃ in agnitio-
C ne Dei, poteſtis cogitare, cum per vetuſtatẽ
carnis, & per carnaliũ rerũ imagines, quib.
totus error veſter inuoluit̃, res corporeas nõ
poſſeſsione teneatis, ſed phãtaſmate ſapiatis?
Terram.n. Chananęorũ, q̃ manifeſta erat,, &
manifeſte illi populo data eſt, contemnere
vos & faſtidere gloriamini, quaſi nõ ita ter-
rã luminis deſcribatis ex vna parte a terra gẽ
tis tenebrarũ tanquã cuneo coarctato diſciſ
ſam, vt neq; in rerum veritate inueniat̃, & in
cogitationũ veſtrarum falſitate credatur, &
ideo nec vitam veſtram datam ſuſtineat, &
mentem veſtram deſiderata corrumpat.

LIBER QVINTVS.



Auſtus dixit, Accipis Euãgeliũ? *Cap. 1*
Tu me interrogas vtrum acci-
piã, in quo idipſum accipere
apparet, quia q̃ iubet obſeruo.
An ego de te q̃rere debeo, vtrũ
accipias, in quo nulla accipiẽtis Euãgelium
vident̃ indicia? Ego patrem dimiſi & matrẽ, *Mat. 1*
vxorẽ, filios, & cętera quæ Euãgelium iubet,
& interrogas vtrum accipiam Euangelium?
Niſi adhuc neſcis quid ſit q̃d Euangelium D
nuncupat̃. Eſt.n. nihil aliud q̃ prædicatio & *Mat. 1*
mandatũ Chriſti. Ego argentum & aurũ re- *Mat. 6*
ieci, & æs in zonis hr̃e deſtiti, quotidiano cõ
tentus cibo, nec de craſtino curãs, nec vnde
venter impleat̃, aut corpus operiat̃ ſolicitu-
dinem gerens, & quæris a me vtrũ accipiam
Euangeliũ? Vides in me Chriſti beatitudines
illas quæ Euangelium faciunt, & interrogas
vtrum illud accipiam? Vides pauperẽ, vides
mitẽ, vides pacificũ, puro corde, lugentem,
eſurientẽ, ſitientẽ, p̃ſecutiones & odia ſuſti-
nentem p̃p iuſtitiã, & dubitas vtrũ accipiam
Euangeliũ? Non ergo iam mirũ eſt Ioannem
Baptiſtã vero Ieſu, & eius itẽ auditis operib.
quærere adhuc vtrum ipſe eſſet Chriſtus, cui
digne & merito Ieſus nec dignatus q̃dem eſt
renunciare q̃ ipſe eſſet, ſed opera rurſus ea-
dem illi quæ iam dudũ audierat remãdauit,
Cæci vidẽt, ſurdi audiunt, mortui reſurgũt, *Mat. 11*
&c. Q̃d ego quoq; circa te nõ immerito fe-
cerim, ſi progãti vtrum accipiam. Euangeliũ
dixero, Oĩa mea dimiſi, patrem, matrẽ, vxo-
rẽ, filios, aurũ, argẽtũ, mãducare, bibere, de- *Mat. 19*
litias, voluptates, hoc tibi ad interrogata ſa-
tis reſponſum puta, & beatum te futurum, ſi
in me non fueris ſcandalizatus. Sed non in- E
quis, accipere Euangelium hoc ſolum eſt ſi *Cap. 2.*
q̃d præcepit facias, ſed vt etiã credas oĩbus
q̃ in eodẽ ſcripta ſũt, quorũ primũ eſt illud,
q̃a ſit natus Ieſus. Sed nec itẽ eſt ſolum illud
Euãgeliũ accipere, vt credas q̃a natus eſt Ie-
ſus, ſed vt facias ẽt q̃d p̃cepit. At ſi me idcir-
co, Euangeliũ nõ accipere putas, q̃a gñatio-
nẽ p̃termitto, nec tu ergo accipis, & multo
magis non accipis, q̃a p̃cepta contẽnis. Ac p̃
hoc interim pares ſumus, donec diſcutia-
mus, & partes, aut ſi tibi non pręiudicat pręceptorum
iſta contẽptio ad profitendũ quin
accipias Euangeliũ, mihi quare ad hoc præ-

iudicet

iudicet genealogia dānata? Quod si Euange-
liū accipere in duob. his constat, vt dicis, ge-
nealogias credere, & seruare mādata, qd er-
go imperfectus imperfectū iudicas? Vterque
nostrū eget alterutro. Sin qđ certius est, acci
pere Euāgeliū in sola obseruatione cōstat cę
lestiū mādatorū, duplici modo improbr es,
qui vt dici solet, desertor arguas militē. Et tñ
age, Ponamus qa ita vis, duo hæc partes esse
fidei pfectę quarū vna qdē cōstet in verbo. i.
fateri Christū natū, altera vero in opere, qđ
B est obseruatio pceptorū. Vide ergo q̃ arduā
ego & difficiliorē mihi partē elegerim, tu vi
de q̃ leuissimā & facilē, nec immerito plebs
ad te confluit, a me refugit, nesciēs vtiq; qa
regnum Dei non est in verbo, sed in virtute.
co. 4. Quid ergo est q me lacessis, si difficiliorē fi
dei aggressus partē, tibi vt infirmo reliqui fa
ciliorē. Sed ego ad tribuendā, inqt, salutē aīs
hanc partē fidei efficaciorē puto, ac magis
p. 3. idoneam q̃ tu reliquisti, i. Christū fateri na-
tum. Age ergo ipsum eundem interrogemus
Christum, & vnde potissimum nobis salu-
tis oriat̃ occasio, ex eius ore discamus. Quis
hominū intrabit in regnum tuum Christe?
at. 7. Qui fecerit, inqt, voluntatē patris mei qui in
cęlis est. Non dixit, q me pfessus fuerit natū.
at. 28. Et alibi ad discipulos, Ite docete oēs gētes, ba
ptizātes eos in noīe patris & filii & spūsctī,
& docētes eos seruare oīa q̃ mandaui vobis.
Non dixit, docentes eos qa sim natus, sed, vt
n. 15. mādata cōseruent. Itē alibi, Amici mei eritis
si feceritis ea quę pręcipio vobis, Nō dixit, si
natum me credideritis. Rursum, Si feceritis
mandata mea, manebitis in mea charitate. Et
t. 5. alia multa. Nec non & in monte cū doceret,
Beati pauperes spū, dicens Beati mites, beati
pacifici, beati puro corde, beati qui lugent,
C beati qui esuriūt, beati qui persecutionē pa-
tiunt̃ pp iustitiā, nusquā dixit, beati q me cō
fessi fuerint natum. Et in discretione agnorū
ab hedis in iudicio dicturū se dicit iis qui ad
. 25. dexterā sunt, Esuriui & cibastis me, sitiui &
potastis me, & cetera, propterea percipite re
gnū, non dixit quia natum me credidistis, re
. 19. gnum percipite. Nec non & diuiti quęrenti
vitam ęternā, Vade, inquit, vende oīa quę ha
bes & sequere me: Non dixit, crede me natū
vt in ęternum viuas. Ecce igit̃ portioni meę,
quam mihi de gemina vt vultis fide delegi,
vbiq; regnum, vita, beatitudo promittit̃, ve-
stræ vero nusquā. Aut docete sicubi scriptū
est beatum esse, regnum ue percepturum, aut
ęternam habiturum vitā, qui eum confessus
fuerit natum ex fęmina. Interim tñ si & hæc
pars est fidei beatitudinē nō habet. Cū vero
eā nec partem fidei probauerimus quid fiet?
Nempe eritis vos inanes, quod & ipsum vti-
que mōstrabitur. Sed interim hoc satis nobis
est ad propositum, qa portio hæc nostra bea
titudinib. coronata sit. Cui tñ accedit & illa
alia beatitudo, ex confessione quoq; sermo D
nis quia Iesum confitemur etiam Christum
filium Dei viui, quod æq; ipse ore suo testat̃
Iesus, dicens ad Petrum, Beatus es Simon Ba Mat. 16.
riona, qa non tibi hoc caro & sanguis reue-
lauit, sed pater meus qui in cęlis est. Quapp
non iam vt putabatis vnam, sed duas easdem
dem ratas fidei partes tenemus, & vtraq; pa-
riter beati appellamur a Christo, quia alterā
earum operib. exercentes, alteram sine blas-
phemia prædicamus. Augustinus rñdit, Iam
supra commemoraui, quam sæpe se domin9 Cap. 4.
Iesus Christus filium hominis dicat, & quā-
ta vanitate Manichæi fabulam nephandi sui
erroris inducant, de nescio quo commenti-
tio primo homine, quem non terrenum sed
fallacibus elementis indutum contra Apo- 1. Co. 16.
stolum prædicant dicentem, Primus homo
de terra terrenus, & quanta cura nos idem
monuerit Apostolus, dicens, Si quis vobis
annunciauerit præter quam quod annuncia
uimus vobis, anathema sit. Quapropter re-
stat, vt filium hominis Christum ita creda- Gala. 1.
mus, sicut Apostolica veritate prædicat̃, non
sicut Manichæorum falsitate confingit̃. Cum
igitur eum Euangelistæ annunciēt natum ex
fœmina, de domo Dauid, hoc est de familia
Dauid, Paulusque ad Timotheum scribat, 2. Tim. 2
dicens, Memor esto Christum Iesum resurre
xisse a mortuis, ex semine Dauid secūdū Euā E
gelium meum, satis apparet quemadmodū Rom. 4.
Christum filium hominis credere debeam9,
qui filius Dei per quem facti sumus, etiam fi
lius hominis per assumptionem carnis fact9
est, vt moreretur propter delicta nostra, &
resurgeret propter iustificationem nostram.
Ideoque vtrūque se dicit, & filium Dei, & fi
liū hominis. Vnde ne pergam per plurima,
vno loco in Euangelio secundum Ioannem Ioan. 5.
ita scriptum est, Amen amen dico vobis quia
venit hora & nunc est, q̃do mortui audient

vocem

vocem filii Dei,& qui audierint viuẽt. Sicut
enim pater habet vitã in ſemetipſo, ſic dedit
& filio vitam hr̃e in ſemetipſo,& ptãtem de
dit ei & iudiciũ facere, qa filius hoĩs ẽſt. Di-
xit, Vocem filii Dei audient,& dixit, Quia fi
lius hoĩs eſt. Secundum hoc enim ꝙ dixit, Fi
lius hoĩs eſt, accepit ptãtem iudiciũ faciẽdi,
Quia in ipſa forma venturus eſt ad iudicium,
vt a bonis & a malis videaẽ. In qua forma ẽt
aſcendit in cœlum, & vox illa in diſcipulis
Acto. 1. ſonuit, Sic veniet quẽadmodum eũ vidiſtis
euntẽ in cęlum. Nam ſm̃ id quod filius Dei,
Deus æqualis eſt patri, & cum patre vnum,
Mat. 5. non videbiẽ a malis, Beati.n.mundo corde,
qa ipſi Deũ videbũt. Cum ergo credentibus
in ſe promittat vitam æternam, nec aliud ſit
credere in eũ, q̃ credere in verum Chriſtũ,
F qualem ſe ipſe predicat,& ab Apoſtolis præ
dicaẽ, hoc eſt,& verum Dei filium & verum
hoĩs filium, vos Manichæi qui creditis in fal
ſum & fallacẽ, falſi & fallacis hoĩs filiũ, cum
& ipſum Deũ gentis aduerſę tumultu pterri
tum, mẽbra ſua miſiſſe cruciãda, nec poſtea
tota purganda docetis, videtis q̃ ſitis alieni a
vita ęterna q̃ promittit Chriſtus illis qui cre
dunt in eũ. At.n.dixit Petro confitenti eum fi
Mat. 16. lium Dei, Beatus es Simon Bariona. Nunqd
ideo nihil promiſit eis, qui in eum filiũ hoĩs
crederẽt, cum idẽ ipſe ſit & fili⁹ Dei,& filius
hoĩs? Habes etiã aperte vitã æternam pmiſ-
ſam credentib. in filium hoĩs. Sicut exaltauit,
Ioan. 3. inquit, Moyſes ſerpentẽ in eremo, ſic opor-
tet exaltari filium hoĩs, vt omnis qui credide
rit in eũ non pereat, ſed habeat vitã æternam.
Quid vultis amplius? Credite ergo in filium
hoĩs, vt habeatis vitam æternam, qa ipſe eſt
& fili⁹ Dei qui poteſt dare vitã æternam, qa
ipſe eſt verus Deus & vita æterna, ſicut idem
G Ioannes ait in Epiſtola ſua. Vbi etiã dicit An-
1. Ioã 4. tichriſtum eſſe qui negat Chriſtum in carne
Cap. 5. veniſſe. Quid ergo vos tanquam de mandato
rum eius perfectione iactatis, quod ea quę
in Euãgelio præcepta ſunt operamini? Quid
enim illa prodeſſent vbi nõ eſt fides vera, ẽt
ſi vere implerentur a vobis? Nonne audiſtis
1 Co. 13. Apoſtolum dicentem, Si diſtribuam omnia
mea pauperib.& tradam corpus meum vt ar
deam, charitatem autem non habeam, nihil
mihi prodeſt? Quid ergo vos tanquam de
Chriſtiana paupertate iactatis, cum Chriſtia
na charitate careatis? Habẽt.n.inter ſe quam

charitatem vocant etiam latrones, ſibi debẽ-
tes facinoroſã flagitioſamq́; conſcientiã, ſed
non charitatem quã commendat Apoſtolus
vt eam a cęteris improbãdis repudiandisq́;
ſecerneret, ait alio loco. Finis aũt pcepti eſt *1. Ti. 1*
charitas, de corde puro, & cõſcientia bona,
& fide non ficta. Vnde ergo hr̃e poteſtis verã
charitatem ex non fide ficta ſurgentem? Aut
qñ vos pigebit fidẽ veſtrã * pugnare cũ men *a.l. fuſ-*
daciis, qñ & primum hoĩem veſtrum, cum *re.*
ſuis hoſtib. in ſuæ naturæ veritate manentib.
mutabili fallacia dimicaſſe prædicatis,& ip-
ſum Chriſtum qui dicit, Ego ſum veritas ſpe *Ioan. 1*
ciem carnis, mortem crucis, vulnera paſſio-
nis, cicatrices reſurrectionis, mentitum eſſe
ſuadetis? Proinde vos Chriſto veſtro antepo
ni vultis, ſi illo mentiente, vos annũciatis ve-
ritatẽ. Si aũt Chriſtũ veſtrũ ſectari vultis, quis
non in vobis caueat falſitatẽ, vt his quoq; mã H
datis quæ vos implere dicitis, nõ ſit niſi ſola
fallacia? Quippe, cũ auſus ſit Fauſtus dicere, *Mat. 1*
ꝙ æs in zonis non portetis, niſi forte ideo ve
rum dixit, qa non æs in zonis, ſed & aurũ in
arcellis & in ſacculis habeatis, nec reprehẽ-
derentur iſta in vobis, niſi quia profitemini
aliud & aliter viuitis. Adhuc in rebus huma-
nis eſt ille Conſtãtius, modo iã frater noſter
catholicus Chriſtianus, qui multos veſtrum
Romæ in domum ſuam congregauerat, pp
implenda præcepta Manichæi, ſatis quidem
vana & inepta, ſed tñ quę magna exiſtimatis.
Quib. cum veſtra infirmitas cederet diſperſi
eſtis quiſq; in viam ſuam. Vnde illi qui in eis
perdurare voluerunt. a veſtra ſocietate ſchiſ
ma fecerunt. Et quia in mattis dormiunt mat
tarii appellantur, a quorum ſtratis longe diſ
ſimiles fuerunt plumæ Fauſti, & caprinæ lo
dices quę delitiarum affluẽtia non ſolũ mat I
tarios faſtidiebat, ſed etiã domum patris ſui
hominis pauperis Mileuitiani. Auferte ergo
perditam ſimulationem, ſi de moribus non
vultis, ſaltem de literis veſtris, ne lingua ve-
ſtra cum vita veſtra, tanquam ille primus ho
mo, cum gente tenebrarum mendacibus, nõ
elementis, ſed verbis pugnare videatur. Sed
ne in homines potius non implentes ea quæ *Cap. 6.*
ſibi præcipiuntur, quàm in ipſam ſectam va
niſſimi erroris me iſta dicere quiſquam re-
prehendat, hoc dico, talia ſunt ipſa præce-
pta Manichæi, vt ſi ea non faciatis, decepto-
res, ſi aũt faciatis, decepti ſitis. Neque enim
Chriſtus

Christus vobis pcepit vt herbã non euellatis sed ne homicidiũ perpetretis, qui discipulos suos per segetẽ transeuntes & esurientes, vellere spicas sabbato nõ prohibuit, vnde cõuinceret & pñtes Iudæos, & futuros Manichæos. Illos quia sabbato fiebat, istos quia fiebat. Sed planè Manichæus præcepit, vt ociosis manib. vestris de homicidijs viuatis alienis: & illa quidẽ falsa sunt homicidia, sed vestra sunt vera, cũ tali dęmoniorũ doctrina miseras aĩas trucidatis. Inest tñ ille hęreticus typhus, intolerabilisq; supbia. Vides, inqt, in me Xp̃i beatitudines illas, q̃ Euãgeliũ faciũt, & interrogas, vtrũ illud accipiã. Vides pauperẽ, vides mitẽ, vides pacificũ, puro corde, lugentẽ, & esurientẽ, sitientẽ, persecutionẽ & odia sustinẽtẽ pp iustitiã, & dubitas vtrũ accipiã Euãgeliũ? Si hoc esset iustũ esse, iustificare seipsum, verbis suis volasset in cęlum homo iste, cum hæc loqueretur. Sed ego in delitias Fausti non inuehor notas omnibus auditoribus Manichæorũ, & eis maxime qui sunt Romæ: talẽ propono Manichæum, qualẽ Constantius requirebat, cũ illã pręcepta exigebat impleri, non qualẽ videri nolebat. Et illum tamen quomodo video pauperem spiritu, quia tam superbus est, vt animã suã Deũ credat, nec captiuus erubescat? Quomodo mitem, qui tantæ authoritati Euangelicæ mauult insultare, quam credere? Quomodo pacificũ, qui naturã ipsam diuinã, qua Deus est quicquid est, qui solus vere est, perpetuã pacẽ habere potuisse non putat? Quomodo puro corde, in quo tumulantur tã sacrilega, & tam multa figmenta? Quomodo lugẽtem, nisi Deũ captũ & ligatum, donec soluatur & euadat, ex quadam tamen parte decurtatus, quæ in globo tenebrarũ a patre ligabitur, lugebit? Quomodo esurientẽ & sitientem iustitiam, quam Faustus in scriptis suis nõ addidit: credo ne sibi deesse videretur, si eam se adhuc esurire ac sitire fateretur? Sed quã iustitiam isti esuriunt & sitiunt, quibus perfecta iustitia erit damnatis in globo fratribus, qui nihil suo vitio peccauerunt, sed hostili tabe, quo eos pater misit, inexpiabiliter infecti sunt, insuper triumphare? Qũo psecutiones & odia sustinetis propter iustitiã, quibus hęc sacrilegia prædicare & persuadere iustitia est: pro qua impia peruersitate propter Christianorũ temporũ mansuetudinẽ, quam parua, & propè nulla patiamini, cur non cõgitatis, sed tanquam cęcis fatuisq; loquimini iustitię vestræ velut magnum esse vultis indiciũ, quod opprobria sustinetis, persecutionemq; patimini? Porro si tanto est quisq; iustior, quanto grauiora perpetitur, omitto dicere quod videre facilimũ est, quam multo grauiora vobis patiantur, alijs atq; alijs quibusq; facinoribs flagitijsq; polluti. Illud dico, si pro nomine Christi quoquo modo vsurpato atq; suscepto quisquis patitur persecutionẽ, iam etiã veram fidẽ iustitiamq; tenere dicendus est: concedite vt ille sit fidei verioris & maiorisq; iustitię, quẽ multo vobis grauiora perpessum potuerimus ostendere, & milia iã vobis nostrũ martyrũ occurrant: atq; ipse pręcipue Cyprianus, cuius etiã literis edocetur, quod In Xp̃m crediderit natum ex virgine Maria: pro hac ille fide, q̃ vos detestamini vsq; ad gladium mortẽq; peruenit, cũ gregibus Christianorũ tũc ita credẽtibus atq; ita grauiusq; morientibus. Faustus autẽ cõuictus vel cõfessus, ꝙ Manichæus esset, cũ alijs nonnullis secũ ad iudiciũ procõsulare perductis, eis ipsis Christianis, à quibus perducti sunt, intercedentibus leuissima pęna, si tñ illa pęna dicẽda est, ĩ insulã relegatus est, ꝙ sua sponte quotidie serui Dei faciunt, se à turbulento strepitu populorũ remouere cupiẽtes, & vnde publica terrenorum Principũ vota p indulgẽtiã solẽt relaxare dãnatos. Deniq; nõ multo post inde oẽs eadẽ solẽni sorte dimissi sunt. Fatemini ergo illos fidem tenuisse veriorẽ, iustioremq; vitã, qui pro ea multo q̃ vos atrocia sustinere meruerũt: aut desinite vos inde iactare, ꝙ multis detestabiles sitis, sed discernite, qd sit persecutionẽ pati p blasphemia, & psecutionẽ pati p iustitia, & p qua istarũ patiamini, in vestris libris ẽt atq; ẽt diligenter auertite. Quã multi autẽ in nr̃a cõmunione veraciter faciũt ista sublimiora pręcepta Euangelica, de quorũ specie fallitis imperitos: q̃ multi homines vtriusque sexus ab omni cõcubitu puri atq; integri, q̃ multi experti & postea cõtinẽtes, quã multi rerũ suarũ distributores & relictores, q̃ multi ieiunijs, vel crebris vel quotidianis, vel ẽt incredibiliter cõtinuatis, corpus seruituti subijciẽtes: q̃ multæ fraternę cõgregationes, nihil habẽtes propriũ, sed oĩa cõmunia, & hęc nõ nisi ad victũ & tegumẽtũ necessa-

[Left margin notes: Mat. 12. — K — Ep. 7. — Mat. 5. — L — Cap. 8.]

[Right margin notes: M — Cyprianus martyr. — Al.l. recitat multos a seipso institutis apostolicis imbutos. — 1. Cor. 6. — Acto. 2. & 4. — 1. Tim. 6]

ria,vnã animã & cor vnũ in Deũ, charitatis
igne cõflantes:atq; in his omnibus professio
nibus quã multi fallaces & perditi deprehẽ-
duntur,quã multi ẽt latent,quã multi primo
recte ambulãtes, peruersa voluntate cito de
ficiunt,quã multi in tentationibus inueniun-
tur,ꝙ alio animo talẽ vitam adumbrata spe-
cie susceperunt:& quã multi humiliter & fi-
Mat.10 deliter sanctũ custodiẽtes propositũ vsq; ad
& 24. finẽ perseuerãt,& salui fiunt? In quorũ socie
tate quasi dispares apparent, sed tñ eadem
charitate copulantur,qui pp aliquã necessi-
1.Cor.7. tudinẽ secundũ Apostoli exhortationẽ ha-
bent vxores tanquã nõ habẽtes,& emunt tã-
quã nõ tenentes, & vtuntur hoc mundo tan-
quã non vtentes. His subiunguntur secundũ
abundantes diuitias misericordię Dei, etiam
illi quibus dicitur, Nolite fraudare inuicẽ,
nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis oratio
B ni.& iterũ ad ipsum estote, ne vos tentet Sa-
tanas pp intẽperãtiã vestrã:hoc aũt dico se-
1.Cor.6. cũdũ veniã,nõ secundũ imperiũ. Qualibus
etiã idem Apostolus dicit, Iã quidẽ omnino
delictũ est in vobis, qa iudicia habetis vobis-
cũ.Et eorũ portãs infirmitatẽ, paulopost di-
cit, Secularia igitur iudicia si habueritis, eos
qui contẽptibiles sunt in Ecclesia hos collo
cate.Neq;.n.illi soli,qui vt sint perfecti,ven
Mat.19. dunt vel dimittunt omnia sua, & sequuntur
dñm,pertinent ad regnũ cęlorũ:sed huic mi
litię Christianæ pp quoddã quasi cõmerciũ
charitatis subiungitur etiã quædã stipendia-
ria multitudo,cui dicetur in in fine,Esuriui,
& dedistis mihi mãducare,&c.Alioquin dã
Mat.25. nandi erunt illi, quorũ domos tã diligenti
& solicita cura cõponit Apostolus, monẽs
Eph.5. mulieres subditas esse viris suis,viros dilige-
re vxores suas:filios obtẽperare parentibus,
parẽtes filios nutrire in disciplina & corre-
ptione dñi,seruos obedire cum metu domi-
nis carnalibus, dominos quod iustum est &
ęquũ,seruis pstare.Sed absit vt istos à mãda-
tis Euãgelicis alienos, & à vita æterna sepa-
randos iudicet:quia vbi ait dñs, Si quis non
tulerit crucẽ suã,& secutus me fuerit, nõ põt
esse discipulus meus:exhortans firmiores ad
perfectionẽ, ibi statim & istos cõsolatus est
dicẽs,Qui receperit iustũ in noĩe iusti,mer-
C cedẽ iusti accipiet:& qui receperit Prophe-
1.Tim.5 tã in noĩe Prophetæ mercedẽ Prophetę acci
piet.Vnde nõ tñ qui modicũ vini Timotheo
dedit pp stomachũ, & frequẽtes infirmitates
eius,sed ẽt qui saniori atq; fortiori calicẽ a-
quę frigidę porrexerit tñ in noĩe discipuli,
sicut ibi sequit̃, nõ pdet mercedẽ suã. Quid Mat.
aũt fallitis auditores vestros,qui cũ suis vxo- Cap.
ribus, & filijs, & familijs, & domib.& agris
vobis seruiunt,si qui ista oĩa nõ dimiserit,nõ Mat.
accipiet Euãgeliũ? Sed qa eis nõ resurrectio-
nẽ,sed reuolutionẽ ad istã mortalitatẽ pmit-
titis:vt rursus nascant̃, & vita electorũ vestro D
rũ viuãt,tã vana & inepta & sacrilegã,quam
vos viuitis,qñ valde laudamini, aut si melio
ris meriti sunt in melones & cucumeres: vel
in aliquos alios cibos veniãt, quos vos man-
ducaturi estis,vt vr̃is ructatibus cito purgen-
tur: merito eos à mãdatis Euãgelicis aliena-
tis,sed & vosipsos talia sentiẽtes atq; suaden
tes maxime ĩde separare debetis. Si.n.hęc va
nitas ad fidẽ Euãgelicã ptineret, non debuit
dicere dñs,Esuriui,& dedistis mihi mãduca Mat.
re:sed,esuristis & mãducastis me:aut,esuriui
& mãducaui vos. Neq;.n. ex illo iã ministra
tionis merito,scd̃m vr̃a deliramẽta,quisquã
recipiet̃ in regnũ Dei,quia mãducare sanctis
dedit, sed quia vel mãducauit quos anhela-
ret,vel mãducatus est a quibus anhelaret̃ in
cęlũ.Nec illi dicerẽt,Dñe,qñ te vidimus esu
rientẽ, & dedimus tibi manducare? sed dice-
rẽt,Qñ te vidimus esurientem,& mãducasti
nos? Quibus ille nõ rñderet,Cũ vni ex mini-
mis meis dedistis.mihi dedistis:sed, cũ vnus
ex minimis meis vos mãducauit,ego vos mã
ducaui. Hæc portẽta sentiẽtes & docẽtes, &
scd̃m hęc viuẽtes, audetis vos dicere Euang. Cap.
pcepta seruare & catholicæ Ecclesiæ deroga
re:i qua sunt tã multi pusilli cũ magnis,quos
vtrosq; dñs bñdicit: p suis gradibus Euãgeli
ca mãdata seruãtes & Euangelica pmissa spe
rãtes.Sed vr̃m oculũ maleuolus error in so-
lã paleã nr̃æ segetis ducit: nã & triticũ ibi ci
to videretis,si & eẽ velletis:In vobis aũt & q
Manichęi ficti sunt,mali sunt: & qui ficti nõ
sunt vani sunt. Vbi.n.fides ipsa ficta est, & q
ea simulate vtitur,fallit,& qui eã verã existi-
mat, fallit: nec ex ea põt existere bona vita, E
qa ex amore suo quisq; viuit,vel bñ vel ma-
le. Vos aũt si spiritalis atq; intelligibilis boni
charitate,ac nõ corporaliũ phãtasmatũ cu-
piditate arderetis,vt dicã, ꝙ de vobis notis-
simũ est, Solẽ istũ corporeum, nõ pro diui-
na substãtia, & pro sapientię luce coleretis.

Liber



LIBER SEXTVS.

Cap.1. FAustus dixit, Accipis vetus testm̄? Quō, cuius præcepta non seruo? Puto quidē quia nec tu: nā peritomen ego vt pudēdā despui, ac
Gen.17. si non fallor & tu. Cessationem sabbatorum
Exo.20. vt superuacuam credo, ꝙ & tu. Sacrificia vt
Deu.5. idololatriā, non dubito, & tu. Porcina cer-
Leuit.11 te nō ego sola abstineo, tu item non solā co-
Exo.12. medis. Ego quidē quia omnē carnem immū dam existimem, tu vero quia nihil immundum, quo vtroq; ab vtroq; nostrū vetus destruitur testm̄. Azyma facta hebdomadas, sce
F nopegiam vterq; nostrū tanquam inutilia & vana contempsit. Lineis vestibus nō inserere purpuras. In adulterijs ponere vestem linistè
Leuit.23 mam, Bouem & asinū iungere, si necesse sit,
Deu.22. in sacrilegijs numerare: Caluum aut rebur-
Leuit.21 rum & similis notæ hominē non constituere sacerdotem, quia sunt hmōi apud Deum immundi, vterq; contēpsimus: risum nec in secundis habuimus nec in primis: quæ oīa præcepta sunt & iustificationes veteris testī. Quod ergo obijcis, tibi mecum cōe est: siue crimen putandum, siue recte factū: vterq; n. nostrum vetus respuit testm̄. Ergo si quid interfit inter meam fidē, quæris & tuam: hoc quia tibi mentiri libet, & illiberaliter agere, vt ꝙ mente oderis, verbo collaudes: ego fallere non didici, ꝙ sentio loquor: tam turpius odisse me fateor præceptores, quam ipsa prę
Cap.2. cepta. AVG. rn̄dit, Quemadmodū & quare accipiatur testm̄ vetus ab hæredibus testamē ti noui, iā supra diximus. Sed quia pauloante de promissis eius Faustus egit, nunc aūt de præceptis agere voluit: rn̄deo istos omnino nescire, quid intersit inter præcepta vitæ agendæ, & præcepta uitæ significandæ. Exēpli
Exo.20. gratia, Non concupisces: præceptū est agen
Gen.17. dæ uitæ. Circuncides omnem masculū octauo die: præceptū est significādæ uitæ. Ex hac
G quippe imperitia Manichęi, & oēs quibus displicent literæ ueteris testī, quicquid Deus mandauit priori populo ad celebrandū, vmbrā futurorū non intelligentes, & ea modo non obseruari animaduertētes, ex more pn̄tis tēporis illa reprehendunt, q̄ utiq; illi tpi congruebant, quo ista q̄ nūc manifestata sūt, uentura significarentur. Sed quid dicturi sūt aduersus Apostolū, qui ait, Hæc oīa in figura cōtingebant illis, scripta sunt aūt pp nos, in quos finis seculorū obuenit? Ecce ipse ape 1.Co.10.
ruit cur illę literę accipiantur a nobis, & cur illa rerū signa iā necesse non sit ut obseruentur a nobis. Cū. n. dicit, Scripta sunt pp nos: proculdubio demonstrat, quanta nobis cura legenda & intelligenda, & in quanta authoritate habenda sint: quia pp nos vtiq; scripta H
sunt. Cū uero dicit, Figuræ nostri fuerunt, & in figura contingebant illis: ostendit iam nō opus esse, ut cū res ipsas manifestatas agimus figurarū prænunciantiū celebrationi seruiamus. Vnde dicit alio loco, Nemo ergo uos Col.2.
iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorū, quæ sunt umbra futurorum. Hinc ēt cum dicit, Nemo uos in eis iudicet: declarat quam non sit necesse ut iam hæc obseruentur. Cū aūt dicit, Quæ sunt umbra futurorum, ostendit quam oportuerit ut illo tpe obseruaretur, quo ista quæ nobis iā manifestata eluxerunt, per tales umbras figurarū futura prædicebantur. Pro- Cap.3.
inde si Manichęi resurrectione dn̄i iustificarentur, cuius resurrectionis dies, ex die quidē passionis tertius, post diē tn̄ sabbati, hoc est post septimū octauus fuit: profecto spoliarentur carnali uelamento mortaliū desideriorū: & cordis circuncisione gaudentes, non eā in carne adumbratā figuratamq; deriderent tpe ueteris testamenti: quamuis iā tpe noui testamenti fieri obseruariq; non co
gerent. In quo. n. membro congruentius ex- Contra Adimantū. c.16. circa finē.
poliatio carnalis & mortalis concupiscentiæ figuratur, quam vnde carnalis & mortalis fętus exoritur? Sed sicut dicit Apostolus, Ad Ti.1.
Oīa munda mundis, immundis aūt & infidelib. nihil est mundū, sed polluta sunt eorum & mēs & conscia. Itaq; isti, qui nimis mūdi sibi vident, quia illa mēbra tanquā immūda auersantur, aut auersari se fingunt, in eas infidelitatis & erroris immunditias inciderunt, ut cum detestantur circuncisionem carnis, Rom.4.
quam dixit Apostolus signaculum iustitię fidei, in ipsis tn̄ carnalibus mēbris diuina Dei I
sui mēbra credant colligata & inquinata detineri, ut cum carnē immundā dicūt, & Deū illic ex parte, qua ibi tenetur, immundū factū dicere cōpellantur: quippe quem mundari oportere asserunt: quod donec fiat, quā tum fieri potuerit, interim nunc eum perpeti omnia q̄ carnes patiuntur: non tm̄ in la-

bore & dolore afflictionũ, ſed ẽt in volupta
te corruptelarũ. Ei nanq; ſe dicunt parcere,
ꝙ non concũbunt, ne nodis carneis arctius
implicetur,& ſordidius inquinetur. Cũ ergo
ad Ti. 1. Apoſtolus dicat, Oĩa munda mundis: vtiq;
hominib. qui poſſunt in deterius voluntatis
peruerſitate mutari: quanto magis oĩa mun-
Sapien. 7 da ſunt Deo, qui ſemper incõmutabilis & in
cõtaminabilis permanet? De cuius ſapientia
K diuina dictũ eſt in eis libris, quos reprehen-
dendo vehementius inquinamini, ꝙ nihil in
quinatũ in eam incurrit, & attingit vbiq; ꝓꝑ
ſuã munditiã. Quaꝓꝑ ò immundiſsima vani
tas, itane diſplicet tibi in mẽbro humano, vn
de humana generatio propagatur, ſignũ re-
generationis humanæ, illũ cui munda ſunt
oĩa Deũ iuſsiſſe conſtitui: & placet tibi ẽt in
flagitijs, q̃ illo mẽbro ab impudicis hoĩbus
perpetrantur, ipſum Deũ veſtrũ, cui nihil eſt
mundũ ex parte ſuæ naturę cõmaculari atq;
corrũpi? Quid.n. patitur in varijs turpib. cor
ruptelis, quẽ coniugali quoq; concubitu cre
ditis inquinari? Audete ẽt dicere ꝙ ſoletis, Er
go ne deerat, vbi Deus præfiguraret ſignacu-
lũ iuſtitiæ fidei, niſi in illo membro? Reſpon-
detur, Cur.n. non & ibi? primo, quia omnia
munda mundis, quanto magis Deo? deinde
quia hoc Apoſtolus dixit, ſignaculũ datum
Abrahæ iuſtitiæ fidei, in tali circuncisione.
Vos aũt nolite erubeſcere ſi poteſtis, cũ vo-
bis dr̃, Ergo ne deerat Deo veſtro quid age-
ret, ne ſuæ naturæ partẽ iſtis mẽbris, quæ ſic
deſpuitis, implicaret? Pudenda quidẽ iſta di-
cuntur hominib. ꝓꝑ noſtræ mortalitatis cor
ruptibilẽ pęnalemq; propaginem, quæ inde
ſubſiſtit: quib. caſti adhibent verecundiã, im
Cap. 4. pudici petulantiã, Deus iuſtitiã. Ceſſationẽ
vero ſabbatorũ iã quidem ſuperuacuã duci-
mus ad obſeruandũ, ex quo ſpes reuelata eſt
noſtræ quietis æternæ: non tñ ad legendũ &
intelligendũ, quia Propheticis tẽporib. cũ eſ
ſent iſta, quæ nobis hoc tp̃e patefacta ſunt
non tm̃ ſermonib. ſed & actib. præfiguranda
& prenuncianda, illo ſigno quo legimus, res
iſta prænotata eſt quã tenemus. Vos aũt volo
L mihi dicatis, cur veſtrã ceſſationẽ nolitis im
plere? Iudęi quippe ſabbato ſuo, ꝙ adhuc
carnaliter ſapiunt, non ſolũ in agro fructum
nullũ decerpunt, ſed nec in domo cõcidunt
aut coquunt. Vos aũt ceſſantes quidem expe
ctatis quis auditorũ veſtrorũ ꝓꝑ vos paſcen
dos, cultello vel faſcicula armatus in ortum
proſiliat, homicida cucurbitarũ quarũ vo-
bis afferat, mirũ dictu, viua cadauera. Nam ſi
non eas occidit, quid vos in tali facto metui
tis? Si aũt occiduntur cũ decerpuntur, qũo
eis ineſt vita, cui purgandæ atque recreandæ
manducando atq; ructãdo, vos aſſeritis ſub- M
uenire? Accipitis ergo viuentes cucurbitas,
quas ſi poſſetis, deglutire deberetis: vt poſt
illud vnũ vulnus, in quo eas cũ decerpſit ve
ſter auditor, reus factus eſt, veſtra indulgẽtia
liberandus, ſaltẽ deinceps ad officinã aqua-
liculi veſtri, vbi Deũ veſtrũ illo ꝓlio confra-
ctum, reformare poſſetis, illæſę atq; integræ
peruenirent. Nũc aũt anteq̃ eis conterendis
dentes incũbant, minutatim ſi hoc palato pla
cuerit, cõciduntur à vobis, quib. tam crebris
vulnerib. earũ, qũo vos non eſtis rei? Videte
quẽadmodũ vobis expediret, vt ꝙ vno die
in ſeptẽ faciunt Iudęi, vos quotidie faceretis
& a tali ẽt domeſtico opere ceſſaretis. Iã qd
in igne patiuntur, vbi certe non reformatur
vita, quæ in eis non eſt? Non.n. feruens olla
ſancto ventri cõparari poteſt, & tñ irridetis,
tanquã ſuperfluam ſabbati ceſſationem. Quã
to vtique ſanius, non ſolũ eam non reprehẽ-
deretis in patribus, qñ ſuperflua nõ fuit: ſed
etiam nunc, qñ iam ſuperflua eſt, ipſam po-
tius teneretis, q̃ iſtam veſtram non ſignifica-
tione acceptabilem, ſed errore damnabilẽ:
quam ẽt non implendo rei eſtis ſecundũ opi
nionem veſtræ vanitatis, & vani ſecundũ iu-
dicium veritatis? Dicitis.n. dolorem ſentire
fructũ, cum de arbore carpitur: ſentire cum
conciditur, cũ conteritur, cũ coquitur, cum
manducatur. Nõ ergo debuiſtis veſci, niſi eis
q̃ cruda & illęſa poſſunt tranſuorari: vt vnũ
ſaltem dolorem cum decerpuntur, non à vo
bis, ſed a veſtris auditoribus paterentur. Sed
dicitis, Qũo ſubuenimus tantæ vitæ, ſi ea tm̃
abſumimus, q̃ incocta & mollia poſſunt ab-
ſorberi? Si ergo iſta cõpenſatione tam mul-
tos cibis veſtris dolores infligitis, cur ab illo
abſtinetis, ad quem maxime iſta neceſsitas A
cogit? Nam fructus poteſt & crudus come-
di, ſicut ſe nõnulli veſtri exercuerunt: vt hoc
non tm̃ de pomis, verumẽt de omnib. oleri-
bus facerent. Si aũt non vellatur, aut decidat
aut quoquo mõ demat̃ ex terra vel arbore,
venire ad eſcã nullo pacto põt. Hoc ergo fa
cile debuit eẽ veniale, ſine quo ei ſubuenire

non

non valeretis, non illa tam multi cruciatus,
quos in pręparandis escis mēbris Dei vestri
non dubitatis inferre. At.n.plorat arbor, cū
fructus carpitur. Hoc quippe dicere nō eru-
bescitis: certe nouit omnia vita q̄ ibi est, &
pręsentit quis ad eā conueniat. Venientibus
ergo electis, & poma carpentibus, gaudere
B debuit, non plorare, illū transitorium dolo-
rem tanta fęlicitate compensans, & tantam
euadens miseriā, si in alios incidisset. Cur ita
que pomum nō decerpitis, cū decerpto tā
multas plagas doloresq; ingeratis? responde
te si potestis. Nec ipsa ieiunia vobis compe-
tunt: nō.n.oportet vacare fornacē, in qua spi
ritale aurū đ stercoris cōmixtione purgatur
& à miserandis nexibus diuina membra sol
uūtur. Quapropter ille est misericordior in-
ter vos, qui potuerit ita exercere, vt nihil e-
ius valetudini obsit, sępe crudos cibos sume
re, & multa consumere. Vos aūt & tantas pę
nas escę vestrę irrogando crudeliter mandu
Cap. 5. catis, & à membrorū diuinorū purgatione
cessando crudeliter ieiunatis. Et audetis ta-
men etiā sacrificia testamenti veteris execra
ri, & idololatriā nominare: & in hmōi sacri
legijs nos quoque sociare. Vnde pro nobis
prius rn̄demus, sic illa iā non esse in operib.
nostris, vt ea tn̄ in mysterijs diuinarū scriptu
rarū, ad intelligēda quę his pręnūciata sunt,
amplectamur, quia & ipsa figuræ nostrę fue
runt, & omnia talia multis & varijs modis
vnū sacrificiū, cuius nunc memoriā celebra
mus significauerunt. Vnde isto reuelato, &
suo tpe oblato, illa de agēdi celebritate sub-
lata sunt: sed in significādi authoritate manse
1.Co.10. runt. Scripta sunt enim propter nos, in quos
finis seculorū obuenit. Sed in eis videlicet in
terfectio vos mouet animaliū, cū ista omnis
creatura vsibus hoīum quodāmodo cōditio
C naliter seruiat. Sed vos, q̄ hoī mēdico esuriē-
ti panē non porrigitis, misericordes estis in
pecora, quibus animas humanas inesse cre-
Mat. 18. ditis. Dominus etiā Iesus in ea crudelis fuit,
cū dęmones in gregē porcorū, cum id ab eo
peterent, ire permisit? Qui etiam nondū de-
Lucæ. 5. monstrato per passionem sacrificio corpo-
Leuit. 14 ris sui, cuidā leproso, quē mūdauerat, ait, Va
Psal. 39. de, ostende te sacerdoti, & offer ꝓ te ꝙ præ-
cepit Moyses in testimoniū illis. Magis.n.q̄a
& per Prophetas Deus sępe testat̄, nullius se
talis muneris indigere, & facile est rōne per-
spicere, ꝙ nec eius rei egeat, q̄ nullius eget,
cōpellat̄ aīus humanus inquirere, q̄d nos ꝑ
hæc docēre voluerit, qui vtiq; nō frustra ea,
q̄bus nō indiget, sibi iuberet offerri, nisi ali-
q̄d in eis ostēderet, quod nobis & nosse pro
desset, & talibus signis pręfigurari oporteret.
Vos aūt quāto melius & honestius istis, quā
uis iā nostro tempori nō necessarijs, tn̄ signi D
ficantibus aliquid & docentibus, sacrificijs
subderemini, quā vobis ab auditoribus ve-
stris viuas sanctarū animarū victimas offerri
iuberetis & crederetis? Nā cū Apostolus Pau
lus de quibusdā propter epistolas Euangeliū
prędicantibus cōgruentissime dixerit, Quo Phil. 3.
rū Deus venter est: quanto vos arrogantiore
impietate iactatis, qui ventrē vestrum non
Deū, sed quod sceleratioris audaciæ est, Dei
mundatorē dicere non timetis? Cuius por-
ro dementię est, pios se videri velle, quod ab
animaliū interfectione se temperant, cū om-
nes suas escas easdē animas habere dicant,
quibus vt putant viuentibus tanta vulnera &
manibus & dentibus ingerunt? Cur autem si Cap. 6.
carnibus uesci nō uultis, non ipsa animalia
Deo uestro oblata mactatis, ut animæ illę
quas non solū putatis humanas, sed ita diui-
nas, ut ipsa Dei mēbra esse credatis, à carnis
carcere dimittātur, & ne iterū redeāt, uestris
orōnibus cōmendentur? An amplius eas ad-
iuuatis ventre quā mente, & illa potius Dei
natura saluat̄, quæ uestris uisceribus exhala-
ri meruerit, quā quę uestris precibus cōmen
dari? Propterea ergo uētri uestro pecora nō
sacrificatis, quia ea uiua absumere non po-
testis, ut eorum animas intercessione uestri
stomachi liberetis. O beata olera, quibus &
manu euulsis, & ferro cōcisis, & igne crucia
tis, & dente cōtritis cōcessum est tn̄, ut ad ue
strorū intestinorum aras uiua perueniant: &
misera pecora, quæ cum citius de corpore E
suo exeunt, in uestra corpora intrare nō pos
sunt. Ita delirantes adhuc putatis, quod ideo
sumus inimici ueteris testamenti, quia nullā
carnē immundā ducimus, tenentes Apostoli
sententiā, dicentis, Omnia munda mundis.
Et illud ubi dn̄s ait, Nō quod intrat in os ue-
strū, uos coinquinat, sed ꝙ exit. Quod nō ad
solas turbas dn̄s dixit sicut uester Adimātus, Titū. 1
quē post Manichæū Faustus ꝑcipue laudat, Mat. 15.
cū ueteri tstō calūniaret̄, uoluit intelligi: sed
ē: remotus à turbis, hoc idem discipulis suis

euidentius & expreſsius elocutus eſt. Cũ.n. hanc dñi ſniam teſtõ veteri oppoſuiſſet Adimantus, quia in illo ſcripta ſunt quędã immunda carniũ, a quibus ille populus iuſſus eſt abſtinere timuit ne ſibi diceretur. Cur ergo vos non quaſdã, ſed omnes carnes immũdas exiſtimatis, atq; ab edendis omnibus tẽperatis: cũ tuipſe proferas Euangelicũ teſtimoniũ nõ coinquinari hominẽ ex ijs, quę in os ingrediũtur, & in ventrẽ vadũt atq; in latrinã emittũr. Itaq; has arctiſsimas, & fallaciã ſuã manifeſtiſsima veritate pręfocãtes anguſtias conatus euadere, ait hoc dominũ

Contra Adimantũ. c.14. & 15. Et de Eccleſiaſti. dogma. c.31. Leuit. 11 Deu. 14.

F ad turbas dixiſſe, quaſi paucis ille in ſecreto vera diceret, in turbas aũt falſa iactaret: cum & hoc de dño credere ſacrilegũ ſit, & omnes qui legunt, nouerint hoc & remotis turbis eũ planius dixiſſe diſcipulis. Quapropter q̃a exordio harũ literarũ ſuarum Fauſtus ſic miratur Adimantũ, vt ei ſolũ præferat Manichæũ, cõpendio requiro, vtrũ iſta dñi ſnĩa, qua dixit, Nõ inquinari hominem ijs, quę in os eius intrant: vera an falſa ſit. Si falſam dicũt, cur eã tantus eorũ doctor Adimãtus à Chriſto prolatã dicens, ad expugnãdũ teſtm̃ vetus obiecit? Si aũt vera eſt, cur aduerſus eã credũt ſe coinquinari, ſi quacunq; carne veſcantur: niſi forte verũ rñdere velint, & dicere, Apoſtolũ nõ dixiſſe oĩa mũda hęreticis, ſed omnia mũda mũdis. Cur.n. non ſint iſtis hæc mũda, idẽ Apoſtolus ſequit & dicit, Immundis autem & infidelibus nihil eſt mundũ ſed polluta ſunt eorũ & mens & cõſcientia. Vnde reuera Manichęis oĩno nihil eſt mundũ, quandoquidẽ etiam ipſam Dei ſubſtãtiã vel naturã, non ſolũ coinquinari potuiſſe, ſed etiã ex parte coinquinatã eſſe contendũt nec ſolũ coinquinatã eſſe, verũetiã ex omni parte recuperari mundariq; non poſſe. Vnde mirũ eſt, quod ita ſe dicãt immũdas omnes carnes exiſtimare, & ob hoc ab eis abſtinere, quaſi aliquid exiſtiment eſſe mundum, non ſolũ eſcarũ, ſed omniũ creaturarũ. Nam & ipſa olera & poma & oẽs fruges & totam

Timo. 1.

G terrã & cęlũ commixtione gentis tenebrarum perhibent inquinata. Vtinam ergo & in cęteris cibis errori ſuo congruerent, atq; ab ijs, quæ immunda dicunt, omnibus abſtinendo, fame potius morerentur, quam tales blaſphemias pertinaciter loquerentur: nam ſe corrigere atq; emendare nolentibus, hoc eſſe vtilius quis nõ intelligat? Teſtamento autem veteri vbi quidã cibi carniũ prohibentur, cur non ſit contraria iſta ſententia, qua dicit Apoſtolus, Omnia munda mundis: &, Omnis creatura Dei bona eſt: ſi poſſunt, intelligant hoc Apoſtolũ de ipſis dixiſſe naturis: illas aũt literas p̱p̱ quaſdã pręfigurationes tẽpori congruentes animalia quædã, nõ natura, ſed ſignificatione immunda dixiſſe. H

Itaq; verbi gratia, ſi de porco & agno requiratur, vtrũq; natura mundũ eſt, quia omnis creatura Dei bona eſt: quadã vero ſignificatione agnus mũdus, porcus immundus eſt: tanquã ſi ſtultũ & ſapientẽ diceres, vtrunq; hoc verbũ naturę vocis & literarũ & ſyllabarũ, quibus conſtat, vtq; mundũ eſt: ſignificatione aũt vnũ horum verbum, quo dicitur ſtultus immundũ dici poteſt: non natura ſui, ſed quoniã quiddã immundũ ſignificat. Et fortaſſe quod eſt in rerũ figuris porcus: hoc eſt, in rerum genere ſtultus, & tam illud animal quam iſtæ duæ ſyllabæ, quod dicitur ſtultus quiddã vnum idemq; ſignificat. Immũdũ quippe illud animal in lege poſitum eſt, eo quod non ruminet: non autem hoc eius vitium, ſed natura eſt. Sunt autẽ homines, qui per hoc animas ſignificantur immundi, proprio vitio, non natura: qui cũ libenter audiant verba ſapientię, poſtea de his omnino non cogitant. Quod enim vtile audieritis, velut ab inteſtino memorię, tanquã ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare, q̃d eſt aliud, quã ſpiritaliter quodammodo ruminare? Quod qui non faciunt, illorũ animalium genere figurãtur. Vnde & ipſa à talibus carnibus abſtinentia, tale vitium nos cauere præmonuit. Cũ enim theſaurus deſiderabilis ſit ipſa ſapientia, de hac munditia ruminandi, & immunditia non ruminandi alio loco ſcriptũ eſt, Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis, vir autẽ ſtultus glutit illũ. Hę aũt ſimilitudines rerũ in locutionib. & obſeruationibus figuratis, p̱p̱ quęrendi & cõparandi exercitationẽ, rationales mentes vtiliter & ſuauiter mouent. Sed priori populo multa talia non tantum audienda verumetiam obſeruanda præcepta ſunt. I Tempus enim erat, quo non tantum dictis, ſed etiam factis prophetari oporteret ea, quæ poſteriori tempore fuerant reuelanda. Quibus per Chriſtum atque in Chriſto reuelatis, fide

Leuit. 11. Pro. 21.

Dei

Dei gentium onera obseruationũ non sunt imposita, Prophetiæ tñ authoritas cõmendata. Ecce nos diximus qua causa, cũ secũdum dñi Apostoliq; sñiam, nullas animalium carnes immundas habeamus, veteri tñ testõ, vbi quædam immundæ dictæ sunt, non aduersemur: vos iã dicite, quare immundas carnes
Cap. 8. existimetis. Si secundũ errorem vestrum, pp cõmixtionem gentis tenebrarũ: non carnes, sed ipse Deus vester immundus est in ea parte, quam velut debellandis & captiuandis hostib. absorbendã & inquinandã misit & miscuit: deinde pp ipsam cõmixtionem ẽt quicquid aliud manducatis, immundũ est. Sed di-
K citis, Multo amplius immundæ sunt carnes. Et quare amplius immundæ sint carnes, longũ est eorũ de hac re deliramenta cõmemorare: sed breuiter attingam ꝙ sat est, vt inspiciantur reprehensores veteris testamenti, tanta stultitiæ vetustate confecti, vt carnis accusatores, sine vlla spiritali veritate solam carnem sapere conuincantur. Fortassis.n. paulo prolixior ista responsio, sic aduersus eos lectorem instruet, vt in cęteris responsionib. non a nobis tam multa verba requirantur. Dicunt.n. isti vaniloqui, & mentis seductores, in illa pugna, qñ primus homo eorum tenebrarum gentẽ elementis fallacibus irretiuit, vtriusq; sexus principibus ibidem captis cũ ex eis mundus construeretur, plerosq; eorum in cęlestibus fabricis colligatos, in quibus erant ẽt feminæ aliquæ prægnantes. Quę cum cęlũ rotari cępisset, eandem vertiginẽ ferre non valentes, conceptus suos abortu excussisse, eosdemq; abortiuos fętus & masculos & fęminas de cęlo in terrã cecidisse, vixisse, concubuisse, genuisse. Hinc esse dicunt originẽ carnium omniũ, quæ mouẽtur in terra, in aqua, in aere. Ergo si de cęlo est origo carniũ, absurdissimum est pp hoc eas immundiores putare, præsertim quia in ipsa
L structura mundi eosdẽ principes tenebrarũ, ita per omnes contextiones a summis vsque ad ima colligatos dicunt: vt quãto quiq; amplius haberent cõmixti boni, tãto sublimius collocari mererentur: ac per hoc mũdiores carnes esse deberẽt, quarũ origo de cęlo est, q̃ fruges quæ oriuntur ex terra. Deinde quid tã insanũ dici põt, q̃ conceptos fętus ante vitæ cõmixtionẽ tanto viuaciores fuisse, vt & abortiui, & de cęlo in terrã ruentes viuerẽt, cõmixta aũt vita nisi tempore maturo ęditi, viuere non possint: & si de paulo altiore loco cadant, continuo moriantur: vtiq; si regnũ vitæ contra regnũ mortis belligerauit, cõmixta vita viuaciores facere debuit, non corruptibiliores. Quod si in sua natura quæque res magis suã retinet incorruptionẽ, nõ M
duas naturas bonas & malas, sed duas bonas, quarũ sit vna melior, prædicare debuerunt. Vnde igitur asserunt immundiores carnes, quas de cœlo genus ducere affirmant, istas duntaxat omnib. notas? Nam ipsa prima corpora principũ tenebrarum, ex arboribus ibidẽ natis tanq̃ vermiculos opinantur exorta, ipsas aũt arbores ex quinq; illis elemẽtis. Proinde si animaliũ corpora primã originẽ habent ex arboribus, secundã de cęlo quid causæ est vt immundiora q̃ fructus arborum existimentur? Si propterea, quia cũ moriuntur, amittunt animam, ut iam immundũ sit quicquid uita deserẽte manserit, cur eodẽ pacto non sunt immunda olera vel poma quæ utique sicut supra dictũ est, cũ decerpuntur uel auelluntur, moriuntur? Horum quippe homicidiorũ rei esse nolunt, dum nihil ex terra uel ex arbore decerpunt. Deinde cum duas animas esse in uno animantis corpore affirmant, unã bonam de gente lucis, alteram malam de gente tenebrarum: nunquid cũ occiditur anima, bona anima fugit, & mala remanet? Si.n. hoc esset, sic uiueret animal occisũ, qũo uiuebat in gente tenebrarum, qñ solam suæ gentis habebat animam, qua etiam rebellauerat aduersum regna diuina. Cũ ergo in morte cuiuslibet animalis utraq; anima & bona & mala deserat carnem, cur immunda caro dr̃, quasi sola bona aĩa deseratur? Quia & si aliquæ uitæ reliquię remanent, ex utraq; remanent. Nec ipsum quippe fimũ dicunt remanere sine aliquibus exiguis reliquijs mẽbrorũ Dei. Nullã igitur causam reperiũt, cur asseuerent carnes frugib. immundiores, sed uidelicet fallacem castitatẽ suã ostentare co- A
nantes, eo putant immundiorẽ carnem, ꝙ de concubitu existat: quasi nõ tãto uehemẽtius cogantur mẽbro illo diuino mãducãdo succurrere, quanto illic arctius colligatum putant. Postremo si ista causa est maioris immũditiæ carnium, ea comedant animalium corpora, quæ non de concubitu oriuntur, sicut sunt innumerabilia genera uermiũ, quorum

nonnullos vulgo edunt quędam Venetiæ regiones ex arboribus natos. Ranas etiam, quas repente ex vna pluuia terra germinat, * in escam isti assumere debuerunt: vt Dei sui membra talibus formis cõmixta liberarent, si eam carnem detestantur, quæ concubitu propagatur: & genus humanũ erroris arguerent, ꝙ gallinis columbisq; vescantur, ex masculorum fęminarumq; coitu procreatis, & mundiores cęli & terræ filias ranas abijciant. Nã

Al. l. generat.

A secundum istorum fabulam mundiores sunt primi principes tenebrarũ, quorum parentes arbores fuerunt, q̃ ipse Manichęus, quem pater & mater concũbendo genuerunt. Mundiores ẽt pediculi eorum, qui sine concubitu sudore corporis, vel exhalatione nascuntur, q̃ isti ipsi miseri, qui de parentibus concumbentibus nati sunt. Aut si iam quicquid ex carne ẽt sine concubitu nascitur, propterea putant immundum, quia ipsa caro ex concubitu est, immunda erunt olera & fruges, quæ de stercoribus fertilius vberiusq; surrexerint: vbi videant quid faciant vel quid respondeant qui fruges dicunt mundiores esse q̃ carnes. Nam stercore quid immundius ex carne proijcitur, & quid frugibus feracius adhibetur? Certe ipsi dicunt per attritiones & digestiones ciborũ fugere inde vitam, & exiguum quiddã in stercore remanere. Cur ergo vbi exigua vita remanet, inde cibi vestri, hoc est, fructus terræ de stercore & meliores & maiores & plures existunt? Caro nõ purgamentis terræ sed fętibus pascitur, terra vero purgamentis carnis non fętibus foecundatur.

B Eligant quid sit mundius, aut iam correcti desinant esse immũdi infideles, quibus nihil sit mundũ, & nobiscum amplectantur Apostolũ dicentem, Omnia munda mundis. Dñi est terra & plenitudo eius. Omnis creatura Dei bona est. Omnia quippe quæ naturaliter sunt, in ordine suo bona sunt: & nemo in eis peccat, nisi qui ordinem suum in Dei obedientia non custodiens, eorũ quoque ordinem, male vtendo perturbat. Patres aũt nostri qui Deo placuerunt, tenuerunt ordinem suum in ipsa obedientia, vt quicquid Deus tẽporibus congruis iubẽdo distribuit, sic obseruarẽt, quemadmodũ ille distribuit. Itaq; non solum carnes ad cibũ datas, cum omnes natura mundæ essent, quasdã tñ non nulla significatione immundas illo tempore

Titum 1. Psal. 23. 1. Tim. 2

non ederunt, ꝙ eas non edi præceptum erat, vt talibus significationibus futura rerum manifestatio præfiguraretur. Sed & azymum panem & cętera huiusmodi, in quibus fuisse vmbram futurorum dicit Apostolus, tam rei essent illius temporis & illius populi homines, si obseruare contemnerent, qñ sic illa fieri, & ista quæ nunc reuelata sunt: tunc sic

Cap.

C pręnunciari oportebat: q̃ nos desipientes essemus, si nunc iam manifestato nouo testõ, illas prænunciatiuas obseruationes, aliquid nobis prodesse putaremus. Sicut sacrilegi & impij, si eosdem libros, qui propter nos scripti sunt: vt ea quæ iam nobis reuelata & in manifestatione annunciata sunt, tanto ante illis figuris prænunciata cognoscentes, fideliter & firmiter teneremus, ideo putaremus abijciendos, quia ea quę ibi scripta sunt, nõ iam obseruare corporaliter, sed intelligere & facere spiritaliter nos dñs iubet. Scripta sunt.n. propter nos in quos finis seculorum obuenit: sicut itẽ dicit idem Apostolus, Omnia.n. q̃ ante scripta sunt, vt nos doceremur scripta sunt. Quapropter nõ manducare azymum per statutos septẽ dies, tempore veteris testamenti pctm̃ fuit: tempore autem noui testamenti non est pctm̃: sed in spe futuri seculi quam habemus in Christo, qui & animam nostram induens iustitia, & corpus nostrum induens immortalitate, totos nos innouat, credere aliquid ex veteris corruptionis necessitate atq; indigentia nos passuros vel acturos, semper pctm̃ est, quamdiu voluuntur isti septem dies, quibus peragitur tẽpus: sed hoc veteris testamenti temporib. in figura occultatum a quibusdã sanctis intelligebatur: tempore aũt noui testamenti, in manifestatione reuelatum populis prædicatur. Vnde scriptura ipsa tunc erat præceptũ, nũc testimonium. Scenopegia non celebrare ali-

1. Co. Rom. Exo.

Leuit.

D qñ peccatum fuit, nunc non est peccatũ. Tabernaculum aũt Dei ꝙ est ecclesia non compaginari, semper peccatum est. Sed tunc agebatur sub præcepto figurato, nunc legitur in testimonio reuelato. Nam & illud quod tũc factum est, non diceretur tabernaculum testimonij, nisi alicui veritati quæ suo tempore declaranda erat, quadam congruentia significationis attestaretur. Lineis vestibus miscere purpuram, & linistema veste indui, aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum;

Deu.

tum: sed inordinate viuere, & diuersi generis professiones velle miscere, vt vel sanctimonialis habeat ornamenta nuptarum, vel ea quæ se non continens nupsit, speciem virginis gerat, omni modo pctm̄ est, & si quid inconuenienter ex diuerso genere in vita cuiusque contexitur. Verum illud tunc figurabatur in vestibus, ꝙ nunc declaratur in mo-
F ribus. Illud.n.erat tempus significandi, hoc manifestandi. Ergo ipsa scriptura, quæ tunc fuit exactrix operum significantiū, nunc testis est rerum significatarum: & quæ tunc obseruabatur ad prænunciationem, nunc recitatur ad confirmationem. Bouem & asinum ad operandū iungere tunc non licebat, nunc licet. Declaratum est.n.per Apostolum, cū de boue triturante non infrenando, scripturam recoleret dicentem, Nunquid de bobus cura est Deo? Quare ergo nunc legitur, qm̄ id quod prohibuit iam licet? Quia idem ipse
1. Cor. 9. ibi secutus Apostolus ait, Propter nos scriptura dicit. Et vtrūq; impium est, vt non legamus nos, quod scriptum est propter nos. Magis enim propter nos, quibus manifestatur quam propter illos, in quibus figurabatur. Bouem quippe & asinum si necesse sit, vnusquisq; sine detrimento operis iungit. Sapientem vero & stultum, non ut unus præcipiat, & alter obtemperet, sed pariter ex æquali potestate, ut annuncient uerbū Dei nō sine scādalo quisquam comites facit. Itaq; eandem scripturam tenemus, & tunc potestate præcipientem umbris tegendum, quod nūc aperiretur: & nunc authoritate attestantem lu-
Leuit. 21 ce apertum, quod tunc tegebatur. De caluo autem & reburro, quod eos immundos lex dixerit, parū Faustus attenderat, aut in mendosum codicem inciderat. Sed utinam ipse
G caluam frontem habere uoluisset, atq; in ea crucem Christi figere non erubuisset, profecto Christum clamantem, Ego sum ueri-
Ioan. 13. tas: nec cum falsis vulnerib. occubuisse, nec cum falsis cicatricibus resurrexisse credidisset. Quin etiam dicit, Ego fallere non didici, quod sentio loquor. Non est ergo discipulus Christi sui, quem falsas cicatrices dubitantibus discipulis demonstrasse insanus opinatur, & non solum cęteris vanitatibus suis, sed etiam de ipsa Christi fallacia sibi tanquā non fallenti vult credi, utrum Christo melior, quo fallente ipse non fallit: an eoipso non ueracis Christi, sed fallacis Manichei discipulus, cum & in hoc fallit, in quo se non didicisse fallere gloriatur.

LIBER SEPTIMVS.



FAustus dixit, Quare non credis in genealogiam Iesu? Multæ quidē sūt causæ, sed palmaris illa, quia nec ipse ore suo usquam se fatetur patrē habere, aut genus in terra: sed econtra, quia non sit de hoc mundo, quia a patre Deo processerit, quia descenderit de cęlo, quia non sibi sint mater & fratres, nisi qui fecerint uoluntatem patris sui, qui in cęlis est. Et adhuc illi ipsi, qui has eius genealogias ascribunt, non eum ante natiuitatem cognouisse uidentur: sed neque statim ut natus est, quo crederentur ea scripsisse, quę erga eum oculis suis uiderint gesta: sed iuueni iam & maturo coniuncti sunt ei, idest, annorum fermè triginta, siquidem & ætas ascribi diuinis potest sine blasphemia. Quare cum in omni testimonio ueritatis hoc semper quæri soleat, utrum ne quis audierit an uiderit: isti uero nec audisse se fateantur ab ipso generationis hunc ordinem, aut quia omnino sit natus: nec uidisse oculis, quia longo post tempore, idest, post baptismū cognouerunt eū: mihi & omni rectè iudicanti, tam stultum uidetur hoc credere, quam si quis cęcū & surdum testem in iudicium uocet. A V G. respondit, Quam dicit palmarem causam cur non accipiat genealogiam Iesu Christi, ibi apertissime uictus ostenditur legentibus quę supra diximus de filio hominis, quod tam crebro se Christus esse testatur, & de filio Dei, quomodo idem ipse sit & filius hominis: quomodo secundum diuinitatem non habeat genus in terra, secundum carnem autem sit ex semine Dauid, secundum quod Apostolica doctrina testatur. Vnde oportet eum credi & intelligi, & a patre exisse, & de cœlo uenisse, & hic tamen uerbum carnem factum inter homines habitasse. Quod si propterea putant non habuisse in terra matrem uel genus, quia dixit, Quæ mihi mater, uel qui fratres? superest ut etiam discipulos eius, quibus hoc exemplum in seipso præbuit, ut terreni generis necessitudinem propter regnum cœlorum contemnerent affir-

Margin notes (right column, top to bottom): Cap. 1. — H — Ioan. 8. & 6. — Mat. 12. — Luc. 3. — Cap. 2. — Matt. 8. — Rom. 1. — 2. Tim. 2 — Ioan. 10. — Ioan. 1. — I — Mat. 12.

ment

ment non habuisse patres, quia dixit eis, Ne
Mat.22. vobis dicatis patrem in terra, vnus est enim pater vester Deus. Quod ergo istos de patribus docuit, hoc ipse de matre, & fratribus prior fecit: sicut & alia multa in quibus se nobis vt eum imitaremur, præbere, & vt sequeremur præire dignatus est. Quapropter iste qui in eo quod putat palmare sic vinci-
K tur, quam iaceat & inuoluatur in cęteris animaduertēdum est. Quippe qui propterea dicit non credendum Apostolis, qui eius non solum diuinam, sed etiam humanam natiuitatē annunciauerunt, quia postea iuueni adhæserunt, & nec viderunt eum natum, nec se hoc ab illo audisse dixerunt. Cur ergo cre-
Ioan.1. dunt Ioanni dicenti, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū, hoc erat in principio apud Deū, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: & cętera quę illis quamuis nō intelligentib. tamen placent. Dicant vbi hoc Ioannes viderit, aut vbi se hoc ab ipso domino audisse dixerit. Quicquid enim dixerint, vnde hoc Ioannes scire potuerit, inde credimus etiam omnes annunciatores natiuitatis Christi, id quod annunciauerunt scire potuisse. Deinde quæro, vnde credant dixisse
Mat.12. dominum, Quæ mihi mater aut qui fratres, nisi quia hoc Euangelista narrauit? Cur ei nō credunt & illud, Quia mater eius & fratres quærebant eum? Si autem hoc mentitus est quod nolunt credere, quomodo ei credunt, Christū dixisse quod nolunt intelligere? Deinde si Christum natum, quia iam iuueni adhæserat non potuit nosse Matthæus, vnde potuit Christum non natum, post tot an-
De fide cōtra Manichæos. Cap. 24. nos natus nosse Manichęus? Dicturi sunt, Spiritussanctus hoc sciebat qui erat in Manichęo. Ille sanè si spiritussanctus esset, vera dixisset. Sed cur non potius de Christo discipulis eius, qui etiam corporaliter ei adhę-
L serunt credimus, qui non solum per spiritumsanctum ab ipso impertitum scire potuerunt, si quid lateret in rebus humanis, sed tam recenti & præsenti memoria etiam solo humano sensu, genus Christi secundum carnem, & totam originem collegerunt? Et tamen cęci & surdi testes dicuntur Apostoli, Vtinam tu non tantum cęcus & surdus fuisses, ne tam vana & sacrilega disceres, sed etiam mutus, ne talia doceres.

LIBER OCTAVVS.



Faustus dixit, Quare non accipis testm̄ vetus? Quia iam præ- Cap. 1.
uentus sum nouo. Veteri aūt & nouo non conuenit vt scriptura testatur, Nam pannum, in- Mat. 9.
quit, nouū nemo assuit vestimento veteri, alioquin maior scissura fiet. Quia ergo maio- M
rem sicuti vos scissurā facere caueo, Christianā nouitatē Hebraicę vetustati non misceo. Quis.n. non ēt sordidum iudicet, nouis vestimentis indutis, non donare inferiorib. veteres? Quapropter ego etiam si natus essem Iudęus, vt fuerunt Apostoli, dignum tñ erat me nouo accepto testō vetus repudiare, vt fecerunt ipsi: Nunc vero & naturæ beneficio consecutus vt sub seruitutis iugo non nasce-re, Christo mihi protinus occurrente cum pleno munere libertatis, quàm miser & stultus & insuper ingratus ero, si me vltro addixero seruituti? quippe Paulus inde Galatas ar- Gala. 4.
guit, ꝙ in circuncisionē relabentes, ad infirma repedarent, & egena elementa, quib. denuo seruire vellent. Qūo ergo id ego admittam, in quo aliū videam reprehendi? Turpe est redire in seruitutē, sed turpius ire. AVG. Cap. [illegible]
respondit, Iam quidem satis superius ostendimus, quare & qūo teneamus authoritatem veteris testamenti, non ad Iudaicæ seruitutis imitationem, sed ad Christianæ libertatis testificationem. Neque.n. mea, sed Apostoli 1. Cor. 10.
vox est, quia omnia hæc in figura contingebant illis: scripta aūt sunt ꝑꝑ nos in quos finis seculorum obuenit. Quapropter non in seruitute facimus quæ iussa sunt ad nos prænunciādos, sed in libertate legimus quæ scripta sunt ad nos cōfirmandos. Quis itaq; iam Gala. 4.
nō intelligat, vnde Galatas reuocat Apostolus nō religiose scripturam circuncisionis legentes, sed iam superstitiose circuncidi volentes? Vnde nō pannū nouum vestimēto ve- Matt. 13.
teri assuimus, sed erudimur in regno cęlorum, ad similitudinem illius patrisfamilias, A
quem cōmemorat dominus, proferentē de thesauro suo noua & vetera. Ille autē assuit Mat. [illegible]
pannum nouum vestimento veteri, qui continentiam vult habere spiritalem, & nōdum deposuit spem carnalem. Nam legite diligenter, & videte de ieiunio dominum interrogatum respondisse. Nemo assuit pannum

nouum

nouum vestimento veteri. Adhuc.n.discipuli dñm carnaliter diligebant, qñquidē etiam (Mat. 16.) ne occisum amitterent, formidabant. Vnde Petrum reuocantē se a passione, Satanam appellat, quod non saperet quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Proinde attendite in illa phātasia vestra de regno Dei, vnde istā lucem solis carni conspicuam, tanquam ad exemplū vobis propositam diligitis & adoratis, quā B carnalem spē geratis: & inuenietis ieiunia vestra qũo prudentię carnis, tanquā vestimēto veteri assuantur. Veruntamen cū pannus nouus vestimento veteri non conueniat, vnde potuerunt principibus tenebrarum membra Dei vestri non adiuncta atque consuta, sed quod est vehementius, commixta & concreta cohęrere? At vtrunq; vetus est, quia vtrunque falsum, & vtrunq; de prudentia carnis est: Nisi forte inde vultis probare vnū fuisse nouum, alterum vetus: quia maior scissura facta est, vt miserabilis pannus de regno lucis abscinderetur, & globo tenebrarum æterna pęna conficeretur. Et tamen sibi videtur velut acu linguæ diuinarum scripturarum firmamenta compingere, talium fabularū sordidus sarctor, aut mendicus indutor.

LIBER NONVS.



FAustus dixit, Quare nō accipis vetus testm̄? Si Apostolis licuit sub (Cap. 1.) eodē natis ab eo discedere, mihi quare non liceat in quo natus nō sum nō vsurpare? Omnes quippe gentiles nascimur, non Iudęi, non deniq; Christiani: sed alios ad se ex eadem gentilitate testamentū vetus adducit, facitq; Iudæos: alios nouū, & inuitat Christianos: tanquā si duę arbores dulcis & amara, radicibus suis vnius terrę in se vim transferant, immutandā qualitatibus suis. Apostolis ergo in dulcem transeuntibus ex amaro, quam demens ero ego, si in amaram conuertar ex dulci? (Cap. 2.) AVG. dixit, Cur ergo Apostolus, quem dicis relicto Iudaismo C ex amaritudine transisse in dulcedinem, magis inde fractos ramos dicit, qui eo ipso populo in Christum credere noluerunt: & in ipsa oleæ radice.i.origine sanctorū Hebręorū, tanquā oleastrum gentes insertas, vt fierēt participes pinguedinis oleæ? Nam cum de Iudæorum lapsu admoneret gentes ne superbirent: ita locutus est, Vobis.n.inquit, dico gentes, quandoquidē ego sum gentium Apo- (Rom. 11.) stolus ministerium meum glorifico, si quomodo ad ęmulationem prouocare potero carnem meam, saluos faciam aliquos ex illis. Si reiectio illorū reconciliatio est mundi, quæ erit assumptio, nisi vita ex mortuis? Si autem delibatio sancta est, & cōspersio: & si radix sancta est, & rami: quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum esses oleaster, insertus es in illis, & socius radicis factus es D pinguedinis oleæ, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicē portas, sed radix te. Dicis ergo, Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene. Incredulitate fracti sunt tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time: nam si Deus naturalibus ramis nō pepercit, neq; tibi parcet. Vides ergo bonitatē & seueritatē Dei, in eos quidē qui ceciderunt seueritatē: in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris. Et illi si non permanserint in incredulitate, inserentur: potēs est.n. Deus iterū inserere illos. Nā si tu ex naturali excisus oleastro, & contra naturā insertus es in bonam oliuā, quanto magis illi, qui secundum naturam sunt, in serentur suę oliuæ? Nolo.n.vos ignorare fratres sacramentū hoc, vt.non sitis vobis sapientes: quia cęcitas ex parte Israel facta est, donec plenitudo gentiū intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Videtis ergo vos, qui in in ista inseri radice nō vultis, non quidē fractis ramis esse similes, sicut est carnalis & impius populus Iudæorū, sed in oleastri amaritudine remansisse. Nam quid nisi oleastrum gētium sapit adorare Solem & Lunam? Nisi forte propterea vos iam non putatis esse in oleastro gentiū, quia spinas noui generis ad E didistis: & falsum Christum, quē cū Sole & Luna coleretis, non manu fabrili, sed peruerso corde finxistis? Inserimini ergo in radicē oleæ, quo se redditum gaudet Apostolus, qui inter fractos ramos per incredulitatem fuit. Inde se quippe liberatum dicit, cum se a Iudaismo ad Christum transisse lętatur: quia Christus semper in illa radice atque in illa arbore prædicatus est, in quem venientem qui non crediderunt, fracti sunt inde, & qui crediderunt, inserti sunt ibi: Quibus ne superbiant, dicitur. Noli altum sapere, sed time: nam si Deus naturalibus ramis

non

non pepercit, neq; tibi parcet. Sed ne de ipsis fractis desperetur, paulopost dicit, Et ipsi si non permanserint in incredulitate, inserẽtur: potens est.n. Deus inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus oleastro, & contra naturã insertus es in bonam oliuam, quanto magis illi, qui scd̃m naturam sunt, inserentur suæ oliuę? Ecce vnde ẽt ipse gloriatur, à fractura liberatus, & radicis pinguedini redditus. Qui ergo in vobis sunt, quos inde fregit impietas, redeant, & rursus inserantur. Qui autẽ nunquã ibi fuerũt, veniant a naturali
F sterilitatẽ pręcisi, participes fęcũditatis.

LIBER DECIMVS.

Cap. 1.



Faustus dixit, Cur non acceptas testamentũ vetus? Quia & ab ipso hoc, & ex nouo didicimus, aliena nõ concupiscere. Quid aũt, inquis, alienũ habet
Exo. 20. Rom. 7. testamentũ vetus? Imo quid habet nõ alienũ? Diuitias promittit, & ventris saturitatẽ, & filios
Gen. 15. & 17. nepotes vitamq; longã, & cũ his Chananitidis regnũ: sed omnia hęc circũcisis & ob
Exo. 20. seruantibus sabbata, & immolantibus sibi, & & abstinentibus à porcina, & huiusmodi cęteris: quæ quia ego negligo, & Christianus
Leu. 11. omnis, vt inepta, s. & ad salutẽ animi minime pertinentia, idcirco nec quæ promittit, ad me iã spectare cognosco, memorq; quia ibi
Exo. 20. sit mandatũ, Nõ concupisces aliena: Iudæis bona sua habere, libens, volensq; permisit, solo scilicet euãgelio & regni cęlorũ splendida hęreditate contẽtus: nã vt Iudæo si sibi Euãgeliũ vsurparet, iure increpitãs dicerem, Improbe, q̃d tibi cũ eo est, cuius p̃cepta non seruas? sic vereor ne mihi eadẽ Iudęus increpitet, tenenti testamentũ vetus, cuius manda-
Cap. 2. ta cõtemnã. AVG. respondit, Eadẽ sæpe vana repetere, istũ non pudet: sed eadẽ sæpe, q̃uis vera, rñdere me piget. Quisquis itaq; etiã
Supra li. 4. c. 2. & li. 6. c. 2. aduersus ista rñsionẽ quærit, quę superius à nobis dicta sunt, legat. Iudęo dicenti mihi, Cur tenes vetus testamentũ, cuius pręcepta non seruas? respondeo, Seruari à Christianis
G etiam ex ipsis libris pręcepta vitæ agendę: pręcepta vero vitæ significandæ tunc recte obseruata, cũ prenunciabantur ista, quæ nũc reuelata sunt. Quapropter etiam ipsa sic non obseruo ad religionẽ, vt teneã tñ ad testificationẽ: sicut & promissa carnalia, quæ ibi continentur, vnde proprie vetus dicitur testamẽtũ: quanuis mihi ęterna sperãda reuelata sint. Et illa tamen attestantia lego, quę in figura contingebant illis: scripta sunt aũt propter I. Co. 10. nos ĩ quos fin is seculorũ obuenit. Itaq; si audistis q̃d respondeamus Iudæis, audite & q̃d obijciamus Manichæis. Certe Faustus dixit, Ca. 3. turbari nõ posse, si nobis Iudęi dixerint, Quare tenetis vetus testamentũ, cuius p̃cepta nõ obseruatis? Quibus nos eiusdẽ scripturæ venerata atq; seruata authoritate respõdemus, H Vos quid respondetis cũ vobis dicitur, Quare tenetis euangelicos libros, quorũ vos ad decipiendos imperitos cõfingitis sectatores: & q̃ ibi scripta sunt, non solũ non creditis, sed etiã quãtis potestis viribus oppugnatis? Certe videtis vos potius de nouo testõ, quã nos de vetere obiectis respondere nõ posse. Omnia.n. quæ in vetere scripta sunt, nos & vera esse dicimus, & diuinitus mãdata, & cõgruis tẽporib. distributa. Vos aũt cum vobis obiecta fuerint, quę in libris noui testamenti scripta sunt, nec accipiuntur a vobis, deficiẽtes in respondendo, & manifesta veritate faucibus pressis, anhelitu saucio dicitis esse falsata. Quid aliud possent expirare præfocata ora fallaciũ, vel potius quid aliud possent putere confossa cadauera mortuorũ? Et tamen confessus est Faustus, non concupiscere aliena, non solum se ex nouo testamento, sed etiã ex vetere didicisse: quod certe a suo Deo non posset discere. Ille quippe, si non concupiuit aliena quare super terrã tenebrarũ, vbi nunquã fuerant noua secula, cõstruit? An dicturus est, prior ipsa gens tenebrarũ regnũ meũ nõ concupiuit, quod ab illa erat alienũ. Ergo imitatus est gentẽ tenebrarum, vt & ipse concupisceret aliena? An angustum antea fuerat regnũ lucis? Optãdũ igitur erat bellũ, vt acquireretur de victoria latitudo regnandi. Quod si bonũ est, & antè potuit concu- E pisci. Sed expectabatur vt gens hostilis in bellum prior erumperet, quo quasi iustius expugnaretur. Si autem non est bonum, quare inimico victo super alienam terram crescere voluit regnum suum, cum prius contentus suis finibus, plena fœlicitate vixisset? Sed vtinam vere isti hæc ipsa præcepta vitæ agendæ quorum est vnum, ne concupiscas alienum: vellent ex illis literis discere: profecto



fecto mansuescerent, & mites intelligerēt et illa præcepta vitæ significandæ, quib. eorum oblatrat offensio, & illi tunc tēpori obseruāda congruisse, & huic nunc tēpori intelligē-
1.Co.10. da congruere. Nos aūt quō vetus testm̄ tanq̄ alienū cōcupiscimus, cū ea legamus, quę in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos finis seculorum obuenit? Puto ꝙ non concupiscit alienū, qui hoc
I legit, quod scriptum est propter ipsum.

LIBER VNDECIMVS.

Cap. I. Rom. I.

Austus dixit, Apostolū accipis? Et maxime. Cur ergo non credis filium Dei ex semine Dauid natū secundum carnem? Non equidē crediderim Apostolū Dei contraria sibi scribere potuisse, & modo hanc, modo illā de dño nostro habuisse sñiam. Sed quia vobis ita placet, qui nunquam sine stomacho auditis aliquid esse in Apostolo cauponatū, ne hoc quidē nobis scias esse contrariū. Siquidē hæc vetus videatur esse, & antiqua opinio Pauli de Iesu, cū eum & ipse Dauid filium putaret, vt cęteri: ꝙ tñ vbi falsum didicit, interpolat & infirmat, scribensque ad Corin-
2.Cor.5. thios, Nos, inquit, neminē nouimus secundū carnem, & si cognouimus secundū carnē Christum, sed nunc iā non nouimus. Quare consideres oportet, quantū intersit inter hęc duo capitula, è quibus vnū perhibet Iesum filium Dauid secundū carnē, alterum vero iā se neminē nosse secundū carnē. Quæ si vtraque sunt Pauli, aut hac ratione erunt, qua dixi: aut vnū ipsorū nō erit Pauli. Prosequitur denique, Itaque, inquit, si qua est in Christo noua creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt oīa noua. Vides ergo eū veterem appellare, & transitoriam fidem illā priorem, i. Ie-
K sum credidisse ex semine Dauid secundū carnem: nouā uero hanc secundā & permanentem, quia neminē iā nouerit secundū carnē.
1.Co.13. Quapp̄ & alibi, Cū essem, inquit, paruulus, ut paruulus loquebar, ut paruulus sapiebā: cum aūt factus sum vir, quæ paruuli erant deposui & euacuaui. Quod si ita est, quid ergo & nos indignū facimus, si nouam & meliorē Pauli tenentes cōfeßionē, ueterem illam ac deteriorem proijcimus? Aut si uobis secū
Rom.10. dum ꝙ ad Romanos scribit, credere cordi est, nobis quare licitum non sit, secundum ꝙ ad Corinthios dogmatizare? Quāuis & hoc ad duritiam uestram ita responderim. Alioquin absit Apostolum Dei, ꝙ ædificauit, unquā destruere, ne seipse præuaricatorem cō-
stituat, ut contestatus est. Verumtñ si eius est Galat. 2.
& prior illa sñia, nunc emendata est: sin fas non est Paulum inemendatū dixisse aliquid
unquā, ipsius non est. AVG. respondit, Hoc L Cap. 2.
est ꝙ pauloante dixi, quia ubi sic manifesta ueritate isti præfocantur, ut obsessi dilucidis uerbis sanctarum scripturarū, exitum in eis fallaciæ suæ reperire non poßint, id testimonium, ꝙ prolatū est, falsum esse respondent. O uocem a ueritate fugacem, in amentia pertinacem. Vsqueadeo inuicta sunt, quæ aduersus uos de diuinis codicibus proferuntur, ut non sit aliud ꝙ dicatis, nisi eos esse falsatos. Quæ authoritas literarū aperiri, quis sacer liber euolui, ꝙ documentum cuiuslibet scripturæ ad cōuincendos errores exeri potest, si hæc uox admittitur, si alicuius ponderis ęstimatur? Aliud est ipsos libros non accipere, & nullo eorū uinculo detineri, ꝙ Pagani de omnibus libris nostris, ꝙ Iudęi de nouo testō faciunt, quod deniq; nosipsi de vestris & aliorum hæreticorū, si quos suos & pro-
prios habent, uel de ijs qui appellantur apo- Apocry.
cryphi: non ꝙ habendi sint in aliqua authoritate secreta, sed quia nulla testificationis luce declarari, de nescio quo secreto, nescio quorū præsumptione prolati sunt. Aliud est ergo authoritate aliquorum uel librorū uel hominum nō teneri, & aliud est dicere, Iste quidē uir sanctus omnia uera scripsit, & ista epistola ipsius est, sed in ea ipsa, hoc eius est, hoc non est eius. Vbi cum ex aduerso audieris, proba: non confugias ad exemplaria ueriora, uel plurimum codicū uel antiquorū
uel linguæ præcedentis, unde hoc in aliam M
linguam interpretatū est: sed dicas, Inde probo hoc illius esse, illud non esse, quia hoc pro me sonat, illud contra me. Huius ergo
* regula ueritatis, quicquid contra te fuerit, Al. l. Tu es ergo.
non est uerum. Quid si alius simili insania, sed tñ qua tua duritia confringatur, existat & dicat, Imo illud, ꝙ pro te sonat, falsum est: hoc aūt, ꝙ contra te est, uerū est: quid acturus es, nisi forte aliū librū prolaturus, ubi q̄c quid legeris, secundū tuā sñiam poßit intelligi? Hoc si feceris, non de aliqua eius particula,

cula, ſed de toto audies contradicentem &
clamantem, falſus eſt. Quid ages? quò te con-
uertes? Quã libri à te prolati originẽ, quam
vetuſtatẽ, quã ſeriẽ ſucceſsionis teſtem cita-
Diſt. 11. bis? Nam ſi hoc facere conaberis: & nihil va
c. palam. lebis: & vides in hac re quid Eccleſiæ catho-
licæ valeat authoritas, quæ ab ipſis fundatiſsi
mis ſedibus Apoſtolorũ vſq; ad hodiernum
C diẽ ſuccedentiũ ſibimet Eporum ſerie, & tot
populorum cõſenſione firmatur. Ita ſi de fi-
de exemplariũ qõ verteretur, ſicut in nonnul
lis, quæ & paucæ ſunt, & ſacrarũ literarum
ſtudioſis notiſsimæ ſententiarum varietates,
vel ex aliarum regionũ codicibus, vnde ipſa
doctrina cõmeauit, noſtra dubitatio dijudi-
caretur: vel ſi ibi quoque codices variarent,
plures paucioribus, aut vetuſtiores recẽtio-
rib. præferrentur: & ſi adhuc eſſet incerta va-
rietas, præcedens lingua, vnde illud interpre
tatũ eſt, conſuleretur. Hoc modo quærunt,
qui ꝙ eos mouet in ſcripturis ſanctis, tanta
authoritate firmatis, inuenire volunt, vt ha-
beant vnde inſtruantur, non vnde rixentur.
Cap. 3. Hoc aũt ꝙ aduerſus impietatem veſtram ex
Rom. 1. Apoſtoli Pauli epiſtola profertur, filiũ Dei
ex ſemine Dauid eſſe ſecundũ carnem, om-
nes codices & noui & veteres habẽt, omnes
eccleſiæ legunt, omnes linguæ conſentiunt.
Exuimini ergo pallio fallaciæ, quo Fauſtus
indutus, cũ ſibi propoſuiſſet tanq̃ interrogã-
tem & dicentem, Accipis Apoſtolum Pau-
lum? Rñdit, Et maxime. Cur.n. non potius re
ſpondit, Et minime: niſi quia fallax aliud, q̃
id quod falſum erat, reſpondere non potuit?
Quid.n. accipit Apoſtoli Pauli? Non primũ
hominem, quem ille dicit de terra terrenũ,
1. Co. 15. De quo item dicit, Factus eſt primus homo
Adam in animam viuentem. Ille autem an-
D nunciat, neſcio quem primum hominẽ: nec
eſſe de terra terrenum, nec factum in animã
viuentem, ſed de ſubſtãtia Dei, id ipſum exi-
ſtentem ꝙ Deus eſt, membra ſua vel veſti-
menta ſua vel arma ſua, ideſt, quinque ele-
menta, cum & ipſa nihil aliud eſſent, quam
ſubſtantia Dei, in tenebrarum gente merſiſ-
Ibidem. ſe, vt inquinata caperentur. Non ſecundum
hominem, quem Paulus dicit de cęlo, quem
dicit etiam nouiſsimum Adam in ſpiritu vi-
uificantem, quem dicit factũ ex ſemine Da-
uid ſecundũ carnem, factum ex muliere, fa-
ctum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, re-
dimeret. De quo ad Timothęum dicit, Me-
mor eſto Chriſtũ Ieſum reſurrexiſſe à mor- 2. Ti. 2
tuis ex ſemine Dauid, ſecundũ Euangelium
meũ. In cuius exemplo ẽt reſurrectionẽ no-
ſtrã prædicat dicens, Tradidi.n. vobis in pri- 1. C. 15
mis ꝙ & accepiſtis, quia Chriſtus mortuus
eſt pro peccatis noſtris ſecundũ ſcripturas,
& quia ſepultus, & quia reſurrexit tertia die E
ſecundũ ſcripturas. Et paulopoſt infert qua-
re hoc dixerit. Si autẽ Chriſtus prædicatur,
quia reſurrexit a mortuis, qũo dicunt quidã
in vobis, quia reſurrectio mortuorum non
eſt? Iſte aũt qui interrogatus vtrum accipiat
Apoſtolum Paulum, reſpondet, & maxime:
hæc omnia negat: nec Ieſum ex ſemine Da- Lib. d
uid vult accipere, nec factum ex muliere, q̃ cõ. Ean
non ꝙ fuerit vel concũbendo vel pariendo ca. 2
corrupta, mulierem Paulus appellat, ſed mo de ſymbo
re ſcripturarũ loquitur, quæ ipſum ſexũ ſic lo Apo.
appellare conſueuerunt. Sicut in Geneſi de c. 5.
Eua ſcriptum eſt, Formauit eam in mulierẽ: Gen.
cum commixta viro non fuiſſet. Nec ipſam
mortem Chriſti & ſepulturã & reſurrectio-
nem accipit, q̃nquidem Chriſtum dicit nec
mortale corpus habuiſſe, vbi illa vera mors
eſſet: nec illas cicatrices veras fuiſſe, quas Ioan.
poſt reſurrectionẽ diſcipulis oſtendit, cum & 2
eis, ꝙ & Paulus cõmemorat, viuus apparuit
nec ipſam carnem noſtrã reſurrecturam in 1. Co.
corpus ſpiritale mutatam: ſicut apertiſsime
idẽ Apoſtolus dicit, Seminatur corpus ani-
male, ſurgit corpus ſpiritale. Vnde diſcernẽs
inter corpus animale & ſpiritale, contexit ꝙ
iam commemoraui de primo Adam, & dę
nouiſsimo Adam. Deinde intulit, Hoc autẽ Cont.
dico fratres, quoniã caro & ſanguis regnũ Adim.
Dei poſsidere non poſſunt. Et ne quiſquam tũ. c.
ipſam ſpeciem carnis, & ipſam ſubſtantiam
non poſſe reſurgere credidiſſet, & exprime-
re volens quid nunc appellauerit carnem &
ſanguinem: quia ipſam corruptionem intel-
ligi voluit, quæ tunc in reſurrectione iuſto-
rum non erit, continuo contexuit, Neque 1. Co.
corruptio corruptelam poſsidebit. Et ne ad F
huc quiſquam putaret, non illud quod ſe-
pultum fuerit reſurrecturum, ſed tanquam
alia tunica ponat, & alia melior accipiatur,
volens apertiſsime declarare, quia hocip-
ſum in melius commutabitur: ſicut veſtimen
ta Chriſti in monte non ſunt poſita, & alia Mat. 1
ſumpta, ſed ipſa quæ fuerant, in melius cla-

rificata sunt, sequitur, & contexit dicens, Ecce mysteriū vobis dico, Omnes quidē resurgemus nō tñ oēs immutabimur. Et ne adhuc esset incertū, qui sint qui immutabuntur, In atomo, inquit, in ictu oculi, in nouissima tuba: Canet.n.tuba, & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur. Adhuc forte dicant, non secundū hoc mortale & corruptibile corpus nos in resurrectione immutari, sed secundū animam, cū Apostolus hoc non proposuerit vnde diceret, sed de corpore ab ipsius qōnis initio locutus fuerit, sicut ipsa eius indicat propositio. Sed dicet aliquis, inquit, Qm̄o resurgūt mortui, quo aūt corpore veniunt. Hic iā cōsequēter tanquā digito ōndit vnde loqueretur, & subiecit dicēs. Oportet.n. corruptibile hoc induere incorruptelā & mortale hoc induere īmortalitatē. Hęc ergo cū iste neget, cūq; ipsum Deū d̄ quo Paulus dicit, Immortali, incorruptibili soli Deo honor & gloria, Amen, iste corruptibilem prædicet, quandoquidē substantiā eius atq; naturā & totā timuisse, ne a tenebrarū gente corrumperetur, & vt ceteræ cōsuletur ex parte corruptam, detestanda & abominanda eorum fabula somniat: quid est quod etiam in hoc conatur fallere imperitos, & in diuinis scripturis minus eruditos, vt interrogatus vtrū accipiat Apostolū Paulū, respondeat, maxime, & inueniatur minime? Sed certa, inqt, ratio est, qua ostendam Paulū Apostolū, aut proficiendo mutasse sententiā, & scribētem ad Corinthios emendasse, quod scripserat ad Romanos, aut oino non scripsisse, quod tanquā eius proferatur, filiū Dei ex semine Dauid secundū carnē. Qua tandē ratione id ostendit? Quia non pōt, inquit, vtrunq; verū esse: & quod in epistola est ad Romanos, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnē: & quod ait ad Corinth. Itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnē, etsi noueramus secundū carnē Christum, sed nunc iam non nouimus. Restat ergo ad nos demonstremus quam possit vtrunque verum esse, & quam sibi hęc duo nō sint contraria. Vnum quippe eorum nō esse Pauli, nullo modo possumus dicere, quia nulla in eo variat codicum authoritas. Et si enim in quibusdam Latinis exemplaribus non legitur factus, sed natus ex semine Dauid, cum Grȩca factus habeant, vnde non ad verbum, sed ad sententiā transferre voluit dicendo, natum, Latinus interpres: tamen Christum ex semine Dauid esse secundū carnem, omnium librorū atq; linguarum concordat authoritas. In hoc autem Paulū aliquando errasse & proficiendo mutasse sententiam, absit vt dicamus. Quod etiam ipse Faustus sensit, quā improbe atq; impie diceretur, maluitq; dicere, Pauli epistolā aliorum falsitate corruptā, quam ipsius errore vitiosam, De his.n. libris dici potest, aliquid eos habere non cōsonū fortasse occultiori, & ad digno scēdum difficiliori veritati, quod aut sic remāserit, aut in posterioribus correctū sit, qui nō percipiendi authoritate, sed proficiendi exercitatione scribūtur à nobis. Inter hos.n. sumus, quibus idē Apostolus dicit, Et si quid aliter sapitis, id quoq; vobis Deus reuelabit. Quod genus literarū nō cum credendi necessitate, sed cum iudicandi libertate legendum est. Cui tamē ne intercluderetur locus, & adimeretur posteris ad quęstiones difficiles tractandas atque versandas, linguę ac styli saluberrimus labor, distincta est a posteriorū libris, excellentia canonicæ authoritatis veteris & noui testamenti, quę Apostolorū cōfirmata tēporibus per successiones Episcoporū & propagationes ecclesiarum, tanquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis, & pius intellectus. Ibi si quid velut absurdum mouerit, nō licet dicere; Author huius libri nō tenuit veritatē: sed aut codex mendosus est, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opusculis aūt posteriorū, quæ libris innumerabilibus continentur, sed nullo modo illa sacratissimæ canonicarū scripturarū, excellentiæ coæquantur etiā in quibuscunq; eorū inuenitur: eadē veritas, longe tamen est impar authoritas. Itaq; in eis, si qua forte ꝑpea dissonare putantur a vero, quia non vt dicta sunt intelliguntur, tamē liberum ibi habet lector auditorve iudiciū, quo vel approbet quod placuerit, vel improbet quod offenderit: & ideo cuncta eiusmodi nisi vel certa ratione, vel ex illa canonica authoritate defendātur, vt demonstretur siue omnino ita esse, siue fieri potuisse, quod vel disputatū ibi est, vel narratum, si cui displicuerit, aut credere noluerit non reprehenditur. In illa vero canonica eminētia sacrarū literarū, etiam si vnus Propheta,

Marginal notes: 1.Co.15. — G — 1.Tim.1 — Cap.4. — 1.Cor.5. — H — Cap.2. — I — Phil.3. — Dist.11. c. palam. — K

Propheta,seu Apostolus, aut Euãgelista aliquid in suis literis posuisse, ipsa canonis cõfirmatione declarat, nõ licet dubitare ꝙ verũ sit:alioquin nulla erit pagina qua humanę imperitiæ regatur infirmitas, si librorum saluberrima authoritas, aut cõtempta penitus aboletur,aut interminata * cõfunditur. Quapropter quisquis es, quẽ velut repugnantia ista mouerunt, ꝙ alibi scriptũ est, Filiũ Dei ex semine Dauid: alibi autem, Et si noueramus Christũ secundũ carnẽ,sed iã nunc non nouimus:etsi nõ vtrũq; ex vnius Apostoli literis proferretur,sed vnũ eorũ Paulus dixisset,alterum Petrus,aut Esaias, aut alius quisquã Apostolorũ,siue Prophetarũ: quia ita sibi omnia in canonica authoritate concordant,vt tanquã vno ore dicta, iustissima & prudentissima pietate credantur, & serenissimo intellectu inueniantur,& solertissima diligentia demonstrentur, non liceret de alterutro dubitare. Proinde,qa ex Apostoli Pauli canonicis,ideſt,vere Pauli epistolis,vtrũq; profertur:& non possumus,dicere,aut mendosum esse codicẽ, omnes enim Latini emẽdati sic habent:aut interpretẽ errasse, omnes enim Græci emendati sic habent:restat vt tu non intelligas: à me autem ratio flagitetur, quomodo neutrũ ab altero dissonet, sed in eadẽ sanæ fidei regula vtrunq; concordet: si enim tu quoq; pie quæreres, posses inuenire quomodo ista perscrutata dilucescant. Nã ꝙ filius Dei ex semine Dauid homo factus est, nec idẽ Apostolus vno loco dicit,& alię sanctæ scripturę apertissime prædicãt. Quod vero dicit, Etsi noueramus Christũ secundum carnẽ,sed iã nũc nõ nouimus:ea ipsa circũstãtia scripturę loci eius satis ostendit quid loquatur Apostolus. Suo quippe more vitã nostrã futurã, quæ iã in ipso homine mediatore Christo Iesu capite nostro resurgẽte cõpleta est,ita spe certa meditatur, tanquã iam adsit,pręsensq; teneatur: quę vtiq; vita nõ erit secundũ carnẽ,sicut Christi vita nõ est secundũ carnẽ. Carnẽ nanq; hoc loco non ipsam corporis nostri substantiam, quam dñs etiã post resurrectionẽ suam carnẽ appellat, dicens, Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnẽ non habet, sicut me videtis habere: sed corruptionẽ mortalitatemque carnis vult intelligi, quæ tunc non erit in nobis, sicut iã in Christo non est. Hanc enim proprie carnem nominabat, etiã cũ de ipsa resurrectione satis euidenter loqueretur, & diceret,qđ iã supra cõmemoraui, Caro, & sanguis regnũ Dei possidere non possunt, neq; corruptio incorruptionẽ possidebit. Cũ ergo factũ fuerit,quod ibi consequenter dicit, Ecce mysteriũ vobis dico, omnes quidẽ resurgemus, non tamẽ omnes immutabimur: in atomo,ideſt,in momento, in actu oculi, in nouissima turba:canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ iã secundũ id quod carnẽ, nõ ipsam corporis substantiã, sed ipsam corruptionẽ mortalitatis appellat,non erit vtique caro, quia corrupionẽ mortalitatis mutata nõ habebit:secundũ autẽ ipsius substãtię corporis originẽ eadẽ caro erit, quia ipsa resurget,& ipsa mutabitur, quia & illud verũ est quod ait dominus posteaquã resurrexit, Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnẽ nõ habet,sicut me videtis habere: & hoc verum est quod ait Apostolus, Caro & sanguis regnũ Dei possidere non possunt. Illud enim dictũ est,secundũ ipsam substantiã, quę etiã tunc erit,quia ipsa mutabitur:hoc autẽ dictũ est secundũ carnalẽ corruptionis qualitatẽ, quæ tunc iã non erit, quia mutata caro non corrũpetur. Noueramus ergo Christũ secundũ carnem,ideſt, secundũ carnis mortalitatẽ anteq̃ resurgeret, sed nũc iã non nouimus quia sicut idem dicit Apostolus, Christus resurgens a mortuis,iã non moritur, & mors ei vltra nõ dñabitur. Nã si te ad verborũ proprietatẽ teneas,mentitus est quod ait, Noueramus Christũ secũdũ carnẽ: si Christus nũquã fuit secundũ carnẽ: nemo enim nouerat quod non erat. Nõ autẽ dixit,Putabamus Christum secundum carnẽ: sed,noueramus. Veruntamen vt verbo non premam, ne quis affirmet per abusionem locutum Apostolum, vt pro eo quod est, putabamus: diceret, noueramus: illud miror non attendere homines cęcos, vel potius non miror non videre cęcos, quia si Christus ideo non habuit carnem, quia dixit Apostolus, nunc iam non se nosse Christum secundum carnem, nec illi habuerunt carnem, de quibus in eodem loco dicit, Itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem: neque enim

Margin notes (left column): K; Cap. 6.; Al. l. interminata, quod minio deleã tur quæ nõ placet.; Rom. 1.; 1. Cor. 5.; Cap. 7.; L; Luc. 24.

Margin notes (right column): 1. Rom. 1. Ecca. 16; 1. Cor. 15.; M; Luc. 24.; 1. Cor. 15.; 1. Cor. 15.; Rom. 6.; A; 2. Cor. 5.

enim de solo Christo id volens intelligi, pos-
set dicere, Neminē nouimus secundū carnē:
sed quia illorū secum vitam futurā tanquam
presentem meditabatur, qui resurgentes cō-
mutabuntur, Amodo, inquit, neminē noui-
mus secundū carnē.i.nam certam spem tene
mus futuræ nostræ corruptionis & immorta
litatis, vt amodo iam in ipsa notitia gaudea-
Col.3. mus. Vnde alio loco dicit, Si autē resurrexi-
stis cū Christo, quę sursum sunt quærite, vbi
B Christus ē ad dexterā Dei sedēs: quę sursum
sunt sapite, non quæ super terram. Nondum
resurreximus sicut Christus, sed tamen secū
dū spem, quæ nobis in illo est, iam nos cum
Titu.3. illo resurrexisse testatus est. Vnde etiam di-
cit, Secūdum suam misericordiā saluos nos
fecit per lauacrum regenerationis. Quis au-
tē non intelligat in lauacro regenerationis
spē nobis datā salutis futuræ, non iam salutē
ipsam, quę promittitur: & tamen quia certa
spes est, tanquā iā data esset eadē salus, saluos
nos, inquit, fecit. Alio quippe loco dilucidis
Rom.8. sime dicit, Nos in nobisipsis ingemiscimus
adoptionē expectantes, redemptionem cor-
poris nostri. Spe.n. salui facti sumus: spes au
tē quæ videtur, non est spes: quod enim vi-
det quis, quid sperat? Si aūt quod non vide-
mus, speramus, per patientiam expectamus.
2. Cor.5. Sicut ergo hic non dixit, salui futuri sumus:
sed, amodo iam facti sumus: nondū tamē in
re, sed spe. Spe.n. inquit, salui facti sumus: sic
& quod ibi dictū est, Amodo neminem no-
uimus secundum carnē: nondum in re, sed in
Rom.6. spe intelligitur: quia spes nobis in Christo ē,
quia in illo iam completum est, quod nobis
promissum speramus. Ille quippe iam resur
rexit, & mors ei vltra non dominabitur. Quē
C & si nouer amus secundū carnem, cū adhuc
moriturus esset, inerat quippe in eius corpo
re mortalitas, quā proprie carnem appellat
Apostolus, sed iam nunc non nouimus: illud
enim eius mortale, iam induit immortalita-
tem, vnde secundum pristinam mortalitatē
iam caro appellari non possit. Itaq; ipsius lo
ci contextionem, vbi hęc sentētia est, de qua
isti calumniantur, consideremus, vt hoc qđ
dico, magis eluceat. Charitas, inquit, Chri-
sti compellit nos, iudicantes hoc, quoniam
si vnus pro omnibus mortuus est, ergo oēs
mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, vt
qui viuunt iam non sibi viuāt, sed ei qui pro
ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaq; nos a-
modo neminem nouimus secundum carnē,
& si noueramus secundum carnem Christū,
sed iam nunc nō nouimus. Certe iam cuius
apparet propterea resurrectionem Christi
hoc dixisse Apostolum, qnquidem ista ver-
ba illud præcessit, Vt qui viuunt, iam nō sibi D
viuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est,
& resurrexit. Quid est.n. aliud, nō sibi, sed il-
li viuant: nisi vt secundū carnē nō viuant in
spe terrenorū & corruptibilium bonorum:
sed secundum spiritū in spe resurrectionis,
quę iam ex ipsis in Christo facta est? Itaque
eorū, pro quibus Christus mortuus est, & re-
surrexit, & qui iam nō sibi, sed illi viuūt, ne-
minem secundum carnem Apostolus noue-
rat propter spem futuræ immortalitatis, in
in cuius expectatione viuebant, quæ in Chri
sto iam non spes, sed res erat: quē si nouerat
secundū carnē, cū adhuc moriturus esset, iā
tamen non nouerat: quia iā resurrexisse no-
uerat, & vltra ei mortē non dñaturā. Et quia *Rom.6.*
omnes in illo, & si nondum in re, iam tñ spe *2. Cor.5.*
hoc sumus, sequitur & dicit, Si qua igitur in
Christo noua creatura, vetera transierunt: ec
ce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex
Deo, qui reconciliauit nos sibi per Chri-
stum. Omnis ergo noua creatura idest popu
lus innouatus per fidē, vt habeat interim in
spe, quod in re postea perficiatur, in Christo
habet etiā quod in se sperat. Itaq; nūc vetera
transierunt secundū spē, quia modo iam nō
est tēpus veteris testamenti, quo temporale
atq; carnale regnū expectetur à Deo: facta
sunt omnia noua secundū eandē spem, vt re
gnū cęlorū, vbi nulla erit mors atq; corru-
ptio, promissum teneamus. In resurrectio- *1.Co.15.*
ne autē mortuorū nō iam secundū spē, sed
secundū rem & vetera transibunt, cū inimi- E
ca nouissima destruetur mors, & fient om-
nia noua: cū corurptibile hoc induerit in-
corruptionem, & mortale hoc induerit im-
mortalitatē: quod iam factum est in Christo
quē secundū rem iā non nouerat Paulus se-
cundū carnem: eorū vero, pro quibus mor-
tuus est & resurrexit, nōdum secundū rē, sed
secundū spem, neminē nouerat secundū car
nē: quia illius gratia, sicut idem ad Ephesios
dicit, sumus salui facti. Nā & ipse locus huic
sententię sic attestatur, Deus aūt, inquit, qui di *Ephe. 2.*
ues est in misericordia, propter multā dile-

ctionem qua dilexit nos & cũ essemus mortui peccatis,conuiuificauit nos Christo, cuius gratia salui sumus facti. Quod enim hic dixit,Conuiuificauit nos Christo: hoc dixit
2.Cor.5. ad Corinthios, Vt qui viuunt, iam non sibi viuant,sed ei qui pro ipsis mortuus est,& resurrexit. Et quod hic dicit, Cuius gratia salui sumus facti: iam velut perfectum sit, loquitur quod in se tenet. Nam quod pauloante
Rom.8. commemoraui, apertissime alibi dicit, Spe enim salui facti sumus. Ideoque & hic sequitur, & tanquam perfectum enumerauit, qđ futurum est, Et simul, inquit, excitauit,& simul sedere fecit in cęlestibus in Christo Ie-
F su. Certe enim in cœlestibus Christus iam
Ephes.2. sedet,nondum autem nos, sed quia spe certa,quod futurum est, iam tenemus, simul sedere nos dixit in cęlestibus nondum in nobis, sed iam in illo. Nanque ne putares iam nunc esse perfectum, quod in spe ita dicitur, tanquam perfectum sit:atque vt intelligas ad
Rom.9. huc futurum, sequitur & dicit, Vt ostenderet in superuenientibus seculis super abundantes diuitias gratiæ suę in benignitate super nos in Christo Iesu. Hinc est & illud, Dum enim essemus in carne, passiones peccatorum,quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, vt fructũ ferrent morti. Ita enim dixit, Cum essemus in carne: quasi iam nõ essent in carne: quod ita intelligitur,
Rom.5. Cũ essemus in spe rerum carnalium: qñ lex, quæ impleri non potest nisi per charitatem spiritalem, ad hoc super eos erat per pręua-
Rom.8. ricationem abundaret delictum, vt postea reuelato nouo testamento, per indulgentiam superabundaret gratia. Hinc similiter alibi dicit, Qui autem in carne sunt,Deo placere non possunt. Et ne putaret quisquam eos dictos,qui nondum mortui sunt, statim subiecit, Vos autem non estis in carne, sed in spiritu idest qui in spe carnalium bono-
G rum sunt,Deo placere non possunt: vos autem non estis in spe carnalium,sed in spe spiritalium idest regni cęlorũ:vbi & ipsum corpus per illam mutationem in suo quodam genere spiritale erit, quod modo animale est.Seminatur enim corpus animale,sicut ad
1.Co.15. Corinthios idem dicit, Resurget corpus spiritale. Si ergo neminem eorum iam nouerat secundum carnem Apostolus, qui propterea dicebantur non esse in carne, quia non erant in spe rerum carnalium, quanuis adhuc corruptibilem carnem mortalemque portarent quanto expressius de Christo diceret, quod eum iam non nouerat secundum carnem,in cuius corpore etiam re ipsa iam perfectum erat, quod illi in spe promissum tenebant? Quanto ergo melius quanto religiosius diuinę scripturæ ita pertractantur,vt discissis omnibus concordare inueniantur, H
quam deficiente homine in quęstione, quã soluere non potest, tanquam verę in parte acceptentur,& tanquam falsæ in parte damnentur:quia & cum esset paruulus Apostolus,& ea quæ paruuli erant,speret, quanquã 1.Co.3.
hoc ad similitudinem dixerit, nondum erat tamen spiritalis,qualis iam erat, cum scriberet quæ ad ecclesiarum ædificationem, non proficiẽdi exercitatione in studiosorum manibus versarentur,sed proficiendi authoritate in ecclesiastico canone legerentur.

LIBER DVODECIMVS.



FAustus dixit, Cur non accipitis Prophetas?Immo tu dic potiꝰ, si qđ habes cur debeamus Prophetas accipere. Propter testimonia,inquit,quę de Christo prefati sunt: ego quidẽ nulla inueni, quamuis attentius eo & curiosissime legerim. Sed tamẽ hoc inertis fidei confessio,est, in Christum sine teste & argumento non credere. Nempe ipsi vos docere soletis, idcirco nihil esse curiosius exquirendum, quia simplex sit & absoluta christiana credulitas.Quomodo ergo nunc fidei simplicitatẽ destruistis, iudicijs eã ac testibus fulciendo & hoc Iudęis? Aut si prima vobis sententia displicet, idcircoq; transitis in alteram, quis fidelior vobis E
esse testis debet,quam Deus ipse de filio suo, qui non per vatem,nec per interpretem,sed vltro cęlitus erupta voce,cõ eum mitteret ad terrã,dixit,Hic est filius meus dilectissimus, credite illi. Necnõ & ip se de se. A patre meo processi,& veni in hunc mundum: atq; multa alia huiusmodi. Ad quę respondentes Iudæi, Tu de te testificaris,dicebãt,testimoniũ tuum non est verum. Quibus ipse,Et si ego testificor de me, testimonium meum verum est, quia non sum solus. Nam & in lege vestra scriptum est, Duorum hominum testimo-

Cap. 1. — Matt. & 1. Ioan.

testimonium verũ est. Ego sum qui testifi-
Deu. 17. cor de me, & testificatur de me qui me mi-
*Ioan.*8. sit pater: non dixit, Prophætæ. Adhæc & ope
ra ipsa sua sibi in testimoniũ vocat. Si mihi
nõ creditis, dicens, operibus credite: nõ di-
K xit, Si mihi non creditis, Prophetis credi-
Ioan. 10. te. Quapropter nos testimonijs de Saluatore
nostro nullis egemus, exempla tantũ vitæ ho
nestæ, & prudentiam ac virtutẽ in Prophetis
quærimus, quorũ nihil in Iudęorũ fuisse vati
bus, quia te non latuerit sentio: siquidẽ con-
sulente me, cur eos accipiendos putares, nõ
improuide, nec inurbaniter silentio eorum
mandatis operibus, in sola transiluisti præsa
gia: oblitus vtiq; scriptum esse, Nunquã vin-
demiari vuã de spinis, nec de tribulis ficus.
*Mat.*7. Quapropter hæc strictim ĩterim, & castigate
ad interrogantiã responderim, quia quæris,
cur non accipiamus Prophetas: alioquin
nihil eos de Christo prophetasse, abunde iã
parentũ nostrorum libris ostensum est. Ego
vero illud adijciam, quia si Hebraici vates
Christũ scientes & prædicantes, tam flagitio
se vixerunt, iure & in ipsos dici poterit, id
quod Paulus de gentiũ sapientibus contesta
*Rom.*7. tur, Quia cũ cognouissent Deũ, non vt Deũ
clarificauerunt, aut gratias egerunt: sed eua-
nierunt in cogitationibus suis, & intenebra
tum est insipiens cor eorũ. Vides ergo nõ es-
se magnum magna cognouisse, nisi ex eorũ
Rom. 1. vixeris dignitate. AVGVSTINVS re-
spondit, Nempe his omnibus verbis id agit
Faustus, vt Prophetas Hebręos neque quic-
quam de Christo prænunciauisse, neque
si prænunciarunt, eorum testimonia nobis
prodesse, neque illos ipsos ex eorundem te-
stimoniorum dignitate vixisse credamus.
Nos itaq; demonstrabimus & eorũ de Chri
L sto præsagia, & quantum per ea nobis ad fi-
dei ueritatem firmitatemque consultum sit,
& eos suæ prophetiæ congruenter apteque
vixisse. In hac tripartita disputatione, illud
quod primo posui, longum est sic probare,
ut de illis omnibus libris testimonia profe-
ram, quibus ostendam Christum esse prædi-
ctum: sed huius hominis leuitatem grauis-
simo authoritatis pondere conteram. Ita qp
pe non accepit Prophetas Hebræos ut acci-
pere se tñ profiteatur Apostolos, Apostolus
aũt Paulus, de quo cum se ipse tanq̃ ex ad-
uersa uoce interrogasset, utrum eũ accipe-
peret, respondit, & maxime, quid de illorũ
prophetia dicat, audiamus. Paulus, inquit,
seruus Christi, uocatus Apostolus segrega- *Rom.*9.
tus in euangelium Dei, quod ante promise-
rat p Prophetas suo in scripturis sanctis de
filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid se
cundum carnem. Quid uolunt amplius?
Nisi forte hoc de alijs aliquibus Prophetis,
non de nostris Hebræis dictum uolunt intel
ligi? Sed quanquam per quoslibet dictum sit
de illo tamen filio Dei promissum est Euan- M
gelium, qui factus est ei ex semine Dauid se-
cundum carnem: in quod Euangelium segre
gatum se dicit Apostolus: istorum autẽ per-
fidiæ hoc sit contrarium, quod secundum
hoc Euangelium credimus filium Dei factũ
ex semine Dauid secundum carnem: tamen
apertiora cognoscant, quibus euidentissimũ
Prophetis Hebræis testimonium perhibetur *Gala.* 4.
per eum Apostolum, cuius authoritate su- *Rom.*3.
perborum istorum colla frangantur. Verita
tem, inquit, dico in Christo, non mentior,
constante mihi conscientia mea in spiritu
sancto, quia tristitia est mihi magna, & conti
nuus dolor cordi meo. Optabam enim ego
ipsę anathema esse à Christo pro fratribus
meis, cognatis secundum carnem, qui sunt
Israelitæ, quorum est adoptio & gloria & te
stamenta & legis constitutio & obsequium
& promissiones: quorum patres, & ex qui-
bus Christus secũdum carnem, qui est super
omnia Deus benedictus in secula. Quid po-
test abundantius dici, quid expressius decla-
rari, quid sanctius commendari? Quæ est e-
nim adoptio Israelitarum, nisi per filium
Dei? Vnde ad Galatas dicit, Cum autem ue-
nit plenitudo temporis, misit Deus filiũ suũ
factũ ex muliere, factum sub lege: ut eos qui
sub lege erant, redimeret, ut adoptionẽ filio A
reciperemus. Et quæ gloria eorũ nisi præci-
pua illa, de qua idẽ Apostolus ad eosdẽ Ro
manos dicit, Quid ergo amplius est Iudæo,
aut quæ utilitas circuncisionis? Multum per
omnem modum. Primum quidem, quia cre
dita sunt illis eloquia Dei. Quærant isti quæ
sint eloquia Dei credita Iudæis, & ostendant
nobis alia præter Hebræorum Propheta-
rum: Iam uero testamenta cur dixit ad Israe
litas pręcipue pertinere, nisi quia & uetus
testamentum illis datum est, & nouum in
uetere figuratum: legis autem constitutio-

nem, quæ Iſraelitis data eſt, nõ intelligentes
eius diſpenſationẽ, quia iã nõ vult nos Deus
eſſe ſub lege, ſed ſub gratia, reprehẽdere iſti
ſolent imperitia furioſa. Cedant ergo autho
ritati Apoſtolicæ, quæ laudans atq; cõmen-
dans Iſraelitarũ excellentiã, ẽt hoc numera-
B uit, ꝙ eorũ ſit legis conſtitutio. Quæ ſi mala
eſſet, nõ vtiq; in eorũ laude poneret. Si aũt
Ioan. 5. Chriſtũ nõ prædicaret, nõ ipſe dñs diceret,
Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi: de
me.n.ille ſcripſit. Nec poſt reſurrectionẽ ſic
ei atteſtaret, dicens, Oportebat impleri oĩa
quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & Prophetis
Luc. 24. & Pſalmis de me. Sed quia Manichęi alium
Cap. 4. Xp̃m prædicant, non eũ quẽ prædicauerunt
Apoſtoli, ſed ſuũ propriũ fallacẽ, fallaciter
huius falſitatis ſectatores cõgruenter & ipſi
mentiuntur, niſi ꝙ impudenter ſibi credi vo
lunt, cũ ſe mentiẽtis diſcipulos eſſe profiteã
tur: cõtigit eis ꝙ de ipſis infidelib. Iudęis di-
2. Cor. 3. cit Apoſtolus, Cũ legitur Moyſes, velamẽ eſt
ſuper cor eorũ: neq;.n. aufertur hoc velamẽ,
per ꝙ nõ intelligunt Moyſen, niſi tranſierint
ad Chriſtũ: non qualẽ ipſi finxerunt, ſed qua
Ibidem. lem patres Hebręi prophetauerunt. Sic.n. idẽ
Apoſtolus ait, Cũ aũt tranſieris ad dñm, au-
feretur velamen. Neq;.n. mirũ eſt, ꝙ reſurgẽ-
ti Chriſto, & dicẽti, Oportebat impleri om-
Luc. 24. nia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Pro-
phetis, & Pſalmis de me: nolunt iſti credere:
qñquidem Chriſtus ipſe narrauit, quid Abra
ham dixerit immiſericordi cuidã diuiti, cũ
apud inferos torqueret, & peteret inde mit-
ti aliquẽ ad fratres ſuos, a quo docerentur
ne & ipſi venirent in illũ locũ tormentorũ.
Luc. 16. Hoc.n. ei dictum eſt, Habent ibi Moyſen &
Prophetas. Et cũ ille dixiſſet, non eos credi-
turos, niſi aliquis reſurrexiſſet a mortuis: ve-
riſsime reſponſum eſt, Si Moyſen & Prophe
tas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis re-
ſurrexerit, credent. Quapropter iſti nõ audiẽ
C tes Moyſen & Prophetas, nõ ſolũ a mortuis
reſurgenti Chriſto, ſed omnino Chriſtum a
mortuis reſurrexiſſe non credunt. Qũo.n. re
ſurrexiſſe credunt, quẽ mortuũ fuiſſe nõ cre-
dunt? Nã qũo mortuũ fuiſſe credunt, quem
Cap. 5. mortale corpus habuiſſe nõ credũt? Nos aũt
illis non tanquã eius Chriſti, qui fallax fuit,
ſed eius qui omnino non fuit, fallacib. prædi
catoribus non credimus. Habemus.n. Xp̃m
verũ atq; veracẽ, prædictũ a Prophetis, præ-
dicatũ ab Apoſtolis, p̃dicationis ſuæ teſtimo
nia ex lege & Prophetis adhibentibus, ſicut
innumerabilibus locis oſtendunt. Quod Pau Rom.
lus breuiſsime veriſsimeq; cõplexus eſt, di-
cens, Nũc aũt ſine lege iuſtitia Dei manife-
ſtata eſt, teſtificata per legem & Prophetas.
Quos Prophetas, niſi Iſraelitas? Quorũ eſſe D
apertiſsime dixit, & teſtamenta & legis con
ſtitutionem & promiſsiones. De quo promiſ Rom.
ſiones, niſi de Chriſto? Quod breuiter alio
loco determinat, cum de Xp̃o loquitur, di-
cens, Quotquot.n. ſunt promiſsiones Dei, 2. Cor. 1.
in illo ẽt. Dicit mihi Paulus, Iſraelitarũ eſſe
legis cõſtitutionẽ. Dicit ẽt, Finis.n. legis Xp̃s
ad iuſtitiã omni credenti. Dicit ẽt de Xp̃o lo Rom. 10.
quens, Quotquot.n. ſunt ꝓmiſsiones Dei, in
illo ſunt ẽt. Et tu mihi dicis, Iſraelitas de Xp̃o
nihil p̃dixiſſe Prophetas? Quid igitur reſtat,
niſi vt eligã vtrũ Manichęo credã, fabulã va
nã & longã contra Paulũ narrãti, an Paulo
præmonenti, Si quis vobis euangelizauerit Gala. 1.
præter quã ꝙ euãgelizauimus vobis, anathe- Cap.
ma ſit. Hic forte dicant, Oſtẽde nobis vbi ſit
Chriſtus ab Iſraelitis Prophetis prænuncia-
tus: quaſi parua ſit iſta authoritas, qua dicunt
Apoſtoli ea quæ in Hebręorum Propheta-
rum literis legimus, in Chriſto eſſe comple-
ta: vel quod dicit ipſe dominus de ſe, illa eſ-
ſe conſcripta: proinde quiſquis hoc oſtende
re non potuerit, ipſe nõ intelligit, non Apo-
ſtoli aut Chriſtus aut ſancti codices mẽtiun-
tur: veruntamen vt multa non colligam, &
hoc vnum cõmemorem, quod eodem loco
Apoſtolus conſequenter dicit, Nõ põt autẽ Rom.
excidere verbum Dei: non enim oẽs qui ex
Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ: neq; qui ſunt ſemen
Abrahæ, oẽs filij, ſed in Iſaac vocabitur ti-
bi ſemen: hoc eſt, non hi qui filij carnis, hi
filij Dei, ſed filij promiſsionis deputantur in
ſemen. Quid ad hæc reſponſuri ſunt, cum
aperte alio loco de hoc ſemine ad Abraham Gen.
dicatur, In ſemine tuo benedicentur omnes Gala.
gentes terræ? Nam ſi eo tempore hic diſpu-
taremus, quo tempore hoc exponebat Apo-
ſtolus dicens, Abrahæ dictæ ſunt promiſsio- E
nes & ſemini eius, non dicit & ſeminibus,
tanquam in multis, ſed tanquã in vno, & ſe-
mini tuo, quod eſt Chriſtus: fortaſſe aliquis
non tam impudenter nollet hoc credere an-
tequam videret oẽs gentes credere in Chri-
ſtum, qui prædicatur ex ſemine Abraham.
Nunc

Nunc vero cũ hoc impleri videamus, ꝙ tan
to ante prænunciatũ legimus, cũ omnes gen
tes iam benedicantur in ſemine Abrahę, cui
dictũ eſt ante annorũ milia in ſemine tuo be
nedicentur oẽs gentes, quis tã pertinaciter in
ſaniat vt vel aliũ Chriſtũ, q nõ ſit ex ſemine
Abrahæ, conetur inducere: vel de iſto vero
Chriſto prophetias Hebręas, cuius gentis
F pater eſt Abrahã, nihil exiſtimet prænunciaſ
Cap. 7. ſe? Quis aũt poteſt, nõ dico vna breui reſpon
ſione, quales in hoc opere habere coarcta-
mur, ſed quodlibet ingẽti volumine omnia
commemorare pręconia Prophetarum He-
bręorum, de dño & Saluatore noſtro Ieſu
Chriſto: quando quidẽ omnia quę illis con-
tinentur libris, vel de ipſo dicta ſunt, vel ꝑꝑ
ipſum: ſed propter exercitationẽ quęrentis,
& delectationẽ inueniẽtis, multo plura ibi ꝑ
allegorias & ęnigmata, partim verbis ſolis
inſinuantur, partim ẽt facta narrantur. Verũ-
tñ niſi aliqua ibi manifeſta eſſent, non com-
prehenderetur ſenſus, quo ẽt obſcura clare-
ſcerent: quanquã & ex illis quæ figuris inuo
luta ſunt, ſi quædã velut ſub vno aſpectu qua
ſi contexta ponantur, ita coniungũt in con-
teſtatione Chriſti voces ſuas, vt cuiuſuis ob-
tuſi ſurditas erubeſcat. Sex diebus in Geneſi
conſumauit Deus omnia opera ſua, & ſepti
mo requieuit. Sex ætatibus humanum genus
hoc ſeculo per ſucceſsiones temporum Dei
opera inſigniunt: quarũ prima eſt ab Adam
vſq, ad Noe, ſecũda à Noe vſq; ad Abrahã,
tertia ad Abrahã vſq; ad Dauid, quarta à Da
uid vſq; ad tranſmigrationẽ in Babyloniã,
quinta inde vſq; ad humilẽ aduentũ dñi no-
ſtri Ieſu Chriſti: ſexta, q̃ nunc agitur, donec
excelſus veniat ad iudiciũ: ſeptima vero in-
telligitur in requie ſanctorũ, nõ in hac vita,
uc. 16. ſed in alia, vbi vidit requiſcentẽ pauperẽ di-
ues ille, cũ apud inferos torqueretur: vbi nõ
G fit veſpera, qa nullus ibi rerum defectus eſt.
en. 1. Sexto die in Geneſi formatur homo ad ima-
ginem Dei, ſexta ætate ſeculi manifeſtatur re
l. 2. formatio noſtra in nouitate mentis, ſecun-
en. 2. dũ imaginẽ eius qui creauit nos, ſicut dicit
Apoſtolus. Fit viro dormienti cõiunx de la-
tere, fit Chriſto moriẽte eccleſia de ſcro ſan
guinis, q de latere mortui profluxit. Vocatur
an. 6. Heua vita & mater viuorũ, quæ de viri ſui la
tere facta eſt. Et dicit dñs in Euãgelio, Si quis
nõ mãducauerit carnẽ meã, & biberit ſan-
guinẽ meũ, nõ habebit in ſe vitã. Et oĩa quę
illic intelligũtur, enucleate minutatimq; tra
ctãda, Chriſtũ & eccleſiã præloquũtur, ſiue
in bonis Chriſtianis, ſiue in malis. Neque.n. *Rom. 5.*
fruſtra dixit Apoſtolus Adã qui eſt forma fu *Ephe. 5.*
turi: & illud, Relinquet hõ patrẽ & matrẽ, &
adhęrebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne v-
na. Sacramentũ, inquit, hoc magnũ eſt, ego *Gen. 2.*
aũt dico in Chriſto & in eccleſia. Quis.n. nõ
agnoſcat Chriſtũ eo modo reliquiſſe patrẽ, H
quo cũ in forma Dei eſſet, nõ rapinã arbitra *Phil. 2.*
tus eſt eſſe æqualis Deo, ſed ſemetipſum exi-
naniuit, formam ſerui accipiẽs: reliquiſſe ẽt
matrẽ ſynagogã Iudæorũ, veteri teſtamento
carnaliter inhęrẽtem, & adhęſiſſe vxori ſuę
ſanctę eccleſiæ, vt pace noui teſtamẽti eſſent
duo in carne vna: quia cũ ſit Deus apud pa-
trẽ, per quẽ facti ſumus, factus eſt ꝑ carnem
particeps noſtri, vt illius capitis corpus eſſe
poſſemus. Sicut Cain ſacrificiũ ex terrę fru- *Cap. 9.*
ctibus reprobatur, Abel aũt ſacrificiũ ex oui *Gen. 4.*
bus & earũ adipe ſuſcipitur, ita noui teſtamẽ
ti fides ex innocẽtia gratiæ Deũ laudãs, vete-
ris teſtamẽti terrenis operibus anteponitur:
quia etſi Iudęi ante recte illa fecerũt, in eo tñ
infidelitatis rei ſunt, quia Chriſto veniẽte iã
tp̃s noui teſtamenti, à tp̃e veteris teſtamenti
nõ diſtinxerũt. Dixit.n. Deus ad Cain, Si re-
cte offeras, recte aũt nõ diuidas, peccaſti. Qui
ſi obtẽperaſſet Deo dicenti, Quieſce, ad te.n.
cõuerſio eius, & tu dominaberis illius: ad ſe
cõuertiſſet pctm̃ ſuum ſibi hoc tribuens, &
cõfitens Deo: ac ſi adiutus indulgẽtiæ gratia,
ipſe peccato ſuo dominaretur: non illo ſibi
dominãte ſeruus peccati fratrẽ occideret in-
nocentẽ. Sic & Iudęi, in quorũ hęc figura ge *De ciuita*
rebantur, ſi quieſcerẽt à ſua ꝑturbatione, & *te Dei li.*
tẽpus ſalutis per gratiam in peccatorũ remiſ *15. ca. 7.*
ſione agnoſcentes, audirẽt Chriſtũ dicentẽ, *in fine.*
Nõ eſt opus ſanis medicus, ſed male habenti *Matt. 9.*
bus: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores *Ioan. 8.*
in pęnitentiã: Et omnis q facit peccatũ, ſer- I
uus eſt peccati: Et ſi vos filius liberauerit, tũc
vere liberi eritis: ad ſe conuertiſſent peccatũ
ſuũ in cõfeſsione, ſicut in Pſalmo ſcriptũ ẽ,
medico dicẽtes, Ego dixi dñe miſerere mei, *Pſal. 40.*
ſana animã meã qm̃ peccaui tibi: Eidẽ pctõ,
quandiu eſſet adhuc in eorũ mortali corpo
re, per ſpẽ gratiæ liberi dominarentur. Nũc
autem ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam vo- *Rom. 10.*
lentes conſtituere, elati Deo operibus legis,

non humilitati de peccatis suis, non quieuerunt: & regnãte peccato in eorũ mortali corpore ad obediẽdũ desiderijs eius, offenderũt in lapidẽ offensionis, & exarserunt odio aduersus eũ, cuius opera videntes Deo accepta esse, doluerunt, illo, qui cęcus natus videbat, sibi dicente, Scimus, q̃a pc̃tõres Deus nõ exaudit, sed qui eũ coluerit, & voluntatẽ eius fecerit, hunc exaudit, Tanquam hoc eis diceret, Super sacrificiũ Cain nõ respicit, sed super sacrificiũ Abel respicit. Itaq; occiditur Abel minor natu a fratre maiori natu. Occidit Chr̃s caput populi minoris natu a populo Iudęorũ maiore natu. Ille in cãpo, iste in Caluarię loco. Interrogabat Deus Cain, non tanquã ignarus eũ a quo discat, sed tanquam iudex reũ quẽ puniat, vbi sit frater eius. Respondit ille nescire se, nec eius se esse custodem. Vsq; adhuc quid nobis respondent Iudæi, cũ eos Dei voce, hoc est, sanctarũ scripturarũ voce interrogamus de Christo, nisi nescire se Christũ quẽ dicimus? Fallax. n. Cain ignoratio, Iudęorũ est falsa negatio. Essent aũt quodãmodo Xp̃i custodes, si Christianã fidẽ accipere & custodire voluissent. Nã qui custodit in corde suo Christũ, nõ dicit q̃d Cain, Nunquid ego custos sum fratris mei? Dicit Deus ad Cain, Quid fecisti? Vox sãguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic arguit ĩ scripturis sanctis vox diuina Iudęos. Habet. n. magnam vocem Christi sanguis de terra cũ eo accepto ab omnibus gẽtibus rñsponderur amẽ. Hæc est clara vox sanguinis, quã sanguis ipse exprimit ex fideliũ eodẽ sanguine redemptorum. Dicit Deus ad Cain, Et nunc maledictus tu a terra, quæ aperuit os suũ accipere sanguinem fratris tui de manu tua, quoniã operaberis terrã, & nõ adijciet virtutẽ suã dare tibi: Gemens & tremens eris in terra. Non dixit, Maledicta terra: sed, Maledictus tu a terra, q̃ aperuit os suũ accipere sanguinẽ fratris tui de manu tua. Maledictus est. n. populus Iudaicus infidelis a terra: idest, ab ecclesia: q̃ aperuit os suũ in confessione peccatorũ accipere sanguinẽ Xp̃i, qui fusus ad remissionẽ peccatorũ, de manu peccatoris nolentis esse sub gratia, sed sub lege, ut esset ab ecclesia maledictus: idest, vt eũ intelligeret & ostenderet ecclesia maledictũ, dicente Apostolo, Quicunq;. n. ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt legis. Deinde cũ dixisset, Maledictus tu a terra, quæ aperuit os suũ accipere sanguinẽ fratris tui de manu tua, Nõ dixit, Qm̃ operaberis eã: sed ait, Qm̃ operaberis terrã, & nõ adijciet virtutẽ suam dare tibi. Vñ necesse est eandẽ terram intelligere operari Cain, quę aperuit os accipere sanguinẽ fratris de manu eius: sed ideo maledictus intelligitur ab hac terra, qm̃ operatur terrã, quę nõdũ adijciet virtutẽ suam dare illi: idest, ideo populũ Iudęorũ maledictũ agnoscit & ostendit ecclesia, qm̃ occiso Christo adhuc operatur terrenã circuncisionem, terrenũ sabbatũ, terrenũ azimum, terrenum Pascha: quę oĩs terrena operatio habet occultã virtutẽ intelligendę gratię Christi: q̃ non datur Iudæis in impietate & infidelitate perseuerantibus, quia nouo testamento reuelata est: Et nõ transeuntibus ad dñm, nõ eis auferetur velamen, quod in lectione veteris testamenti manet: quia in solo Xp̃o euacuatur, nõ ipsa lectio veteris testamenti, quę habet absconditã virtutẽ, sed velamen quo abscõditur. Vnde Christo in cruce passo, velũ templi cõscissum est, vt per Christi passionẽ reuelẽtur secreta sacramẽtorũ fidelibus, ad bibendũ eius sanguinẽ ore aperto in confessione transeuntibus. Propterea populus ille sicut Cain adhuc operatur terrã, adhuc exercet operationem legis carnaliter, quę non ei dat vitutẽ suã, quia in ea non intelligit gratiã Christi. Propterea & in ipsa terra, quã Christus portauit. i. in eius carne, ipsi operati sunt salutẽ nostrã crucifigẽdo Xp̃m, q̃ mortuus ẽ pp delicta nr̃a. Nec eis dedit eadẽ terra virtutẽ suã: quia nõ iustificati sunt virtute resurrectionis eius, q̃ resurrexit pp iustificationem nostrã: q̃a etsi crucifixus est ex ĩfirmitate, sed viuit ex virtute Dei, sicut dicit Apostol⁹. Hæc ergo est virtus terræ illius, quã nõ oñdit impijs & incredulis, Vñ nec resurgẽs eis, à quibus erat crucifixus, apparuit tanquã Cain operanti terrã, vt granũ illud seminaret, nõ oñdẽns eadẽ terra fructũ virtutis suę: qm̃ operaberis, inquit, terrã, & nõ adijciet virtutem suã dare tibi, Gemẽs & tremẽs eris in terra. Nunc ecce quis nõ videat, q̃s nõ agnoscat ĩ tota terra, quacũq; dispersus est ille populus quõ gemat męrore amissi regni, & tremat timore sub innumerabilib. populis Xp̃ianis. Ideq; respondit Cain & dixit, Maior est causa mea, si eijcis me hodie a facie terrę, & a facie

Margin notes (left): Rom. 6. & 9. — Ioan. 9. — K — Gen. 4. — Mat. 27. — Gen. 4. — Cap. 10. — Cap. 11. — Gen. 4. — I
Margin notes (right): M — 1. Cor. 3. — Mat. 7. — Rom. — A — 1. Co. — Gen. — Cap — Gen. 4

cie tua abſcondar, & ero gemens & tremẽs
ſuper terrã, & erit omnis qui inuenerit me,
occidet me. Vere inde gemit & tremit, ne re
gno ẽt terreno perdito, iſta viſibili morte oc
cidatur. Hanc dicit maiorẽ cauſam q̃ illam,
ꝙ ei terra nõ dat virtutẽ ſuam, ne ſpiritaliter
moriatur. Carnaliter .n. ſapit & abſcõdit a fa-
cie Dei, i. iratũ habere Deũ graue nõ putat,
B nisi ne inueniatur & occidatur. Carnaliter ſa
pit tanq̃ operans terrã, cuius virtutẽ non ac-
om. 8. cipit. Sapere aũt ſecundũ carnem, mors eſt.
Quã ille nõ intelligens, amiſſo regno gemit,
& corporalẽ mortẽ tremit. Sed quid ei rñ-
en. 4. dit Deus? Non ſic inquit, Omnis qui occide
rit Cain, ſeptem vindictas exoluet, i. non ſic
qũo dicis, nõ corporali morte interibit ge-
nus impiũ carnaliũ Iudęorũ. Quicũq; .n. eos
ita perdiderit, ſeptẽ vindictas exoluet, i. aufe
ret ab eis ſeptẽ vindictas, quib. alligati ſunt
ꝑꝑ reatũ occiſi Chriſti: vt hoc toto tpe ꝙ ſe
ptenario dierũ numero voluitur, magis quia
non interit gens Iudęa ſatis appareat fidelib.
Chriſtianis, quã ſubiectionẽ meruerint, qui
ſuperbo regno dñm interfecerunt. Et poſuit
p.13. dñs Deus in Cain ſignũ, nec eũ occidat oĩs
expo- q inuenerit. Hoc reuera multũ mirabile eſt,
tione.
ſal. 39. quẽadmodũ oẽs gentes, quæ a Romanis ſub
iectæ ſunt, in ritũ Romanorũ ſacrorũ tranſie
rint, eaq; ſacrilegia obſeruanda & celebran-
da ſuſceperunt: gens aũt Iudęa, ſiue ſub Pa-
ganis regib. ſiue ſub Chriſtianis non amiſerit
ſignũ legis ſuæ, quo a cęteris gentibus popu-
liſq; diſtinguitur, & oĩs Imperator vel Rex
qui eos in regno ſuo inuenit, cũ ipſo ſigno
eos inuenit, nec occidit, i. non efficit vt non
ſint Iudęi, certo quodã & proprio ſuæ obſer
uationis ſigno a cęterarũ gentiũ cõione di-
ſcreti: niſi quicunq; eorũ ad Chriſtũ tranſie-
rit, vt iã non inueniatur Cain, nec exeat a fa-
l. 35. cie Dei nec habitet in terra Naid, ꝙ dr̃ inter-
65. pretari cõmotio. Contra ꝙ malũ, Deus ro-
l. 12. gatur in Pſalmo, Ne dederis in motũ pedes
15. meos, & manus pctõrũ nõ moueant me: & q
tribulant me exultabũt ſi motus fuero, & dñs
C a dextris eſt mihi ne cõmouear, & innumera
talia, ꝙ patiuntur oẽs qui exeunt a facie Dei,
ideſt, a miſericordia dilectionis eius. Vnde
l. 19. dr̃ in quodã Pſalmo, Ego dixi in abundantia
mea, nõ mouebor in æternũ. Sed vide quid
ſequitur, Dñe in voluntate tua præſtitiſti de-
cori meo virtutẽ, auertiſti aũt faciẽ tuã a me,

& factus ſum conturbatus. Vnde intelligitur
omnẽ animam participatione lucis Dei, non
per ſeipſam eſſe pulchrã & decorã & virtu-
te pollentẽ. Quod & iſti Manichęi ſi conſide
rarent & intelligerent, non in tantã blaſphe-
miã caderent, putãdo ſe eſſe natura ſubſtan-
tiã Dei. Sed ideo non poſſunt, quia non quie
ſcunt. Sabbatum .n. cordis nõ intelligunt: nã
ſi quieſcerent, ſicut dictũ eſt ad Cain, pctm̃
ſuũ ad ſe conuerterent, i. ſibi tribuerent, non D
genti neſcio cui tenebrarũ, atq; ita per gra-
tiã Dei eidẽ pctõ dñarentur. Nunc vero & ip
ſi & oẽs qui diuerſis errorib. contumaces re
ſiſtẽdo veritati exeũt a facie Dei, ſicut Cain,
ſicut Iudęi perditi, habitant in terra cõmo-
tionis, i. in perturbatione carnali, contra iu-
cunditatẽ Dei, hoc eſt, contra Eden, ꝙ inter-
pretatur epulatio, vbi eſt plãtatus paradiſus.
Iã cętera pauca de multis breuiterq́; pſtrin-
gã, ne propoſitum operis huius & rñſionis
meæ, nimia longitudine ſermonis impediã.
Quẽ .n. moueat ad quærendũ & intelligendũ Cap. 14.
Chriſtũ in illis libris, ut ea omittã q̃ q̃uis tan
to ſuauius contẽplantur, q̃to ex abditiorib.
locis enucleantur, tñ exigunt prolixitatẽ diſ-
ſertationis, quia plurib. atteſtationib indigẽt.
Vt omittã ergo talia, quẽ non moueant ad ſa
lubrẽ fidẽ, ꝙ Enoch ſeptimus ab Adam Deo Gen. 5.
placuit, & translatus eſt: & ſeptima requies Gen. 6.
prędicatur, ad quã trãsfertur omnis qui tanq̃
ſexto die ſexta ætate ſeculi Chriſti aduentu
formatur? Quod Noe cũ ſuis per aquã & li-
gnũ liberaẽ, ſicut familia Chriſti per baptiſ-
mũ crucis paſſione ſignatur. Quod de lignis
quadratis eadẽ arca fabricatur, ſicut eccleſia
de ſanctis cõſtruitur, ad oẽ opus bonũ ſẽper
paratis. Quadratũ .n. quacunq; verteris firmi 2. Tim. 2
ter ſtat. Quod ſexies lõga ad latitudinẽ ſuã,
& decies ad altitudinẽ ſuã, humani corporis De ciuit.
inſtar oſtẽdit, quia in corpore humano Xp̃s Dei. li. 15
apparuit. Quod cubitis quinquaginta latitu- cap. 26.
do eius expandiẽ, ſicut dicit Apoſtolus, Cor Gen. 6.
noſtrum dilatatum eſt. Vnde? niſi charitate 2. Cor. 6.
ſpiritali, ꝑꝑ quod ipſe item dicit, Charitas Rom. 5.
Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiri- Acto. 2.
tum ſanctũ qui datus eſt nobis. Quinquage-
ſimo .n. die poſt reſurrectionẽ ſuã, Chriſtus E
ſanctũ ſpiritũ miſit, quo corda credentiũ di
latauit. Quod trecentis cubitis lõga eſt, vt
ſexies quinquaginta compleantur, ſicut ſex
ætatibus omne huius ſeculi tẽpus extẽditur,

in quibus omnib. Christus nunq̃ destitit p̃dicari, in quinta per Prophetiã prænunciatus:
in sexta per Euãgeliũ diffamatus? Quod eius
altitudo triginta cubitis surgit, quẽ numerũ
decies habet in trecentis cubitis lõgitudo, q̃a
Christus est altitudo nostra, qui triginta an-
Mat. 5. norũ ætatẽ gerens, doctrinã Euangelicã con
Exo. 14. secrauit, contestans legẽ non se venisse solue
re, sed implere. Legis aũt cor in decẽ p̃ceptis
F agnoscitur. Vnde decies tricenis arcæ longi-
Gen. 5. tudo perficitur, vnde & ipse Noe ab Adã de
cimus cõputatur. Quod bitumine glutinant
arcæ ligna intrinsecus & extrinsecus, vt in
cõpage vnitatis significet tolerantia charita-
tis, ne scãdalis ecclesiã tẽtãtib. siue ab eis qui
intus, siue ab eis qui foris sunt, cedat fraterna
iunctura, & soluatur vinculũ pacis. Est.n. bi-
tumen feruentissimũ & violẽtissimũ gluten,
significans dilectionis ardorẽ, in magna for-
titudine ad tenẽdũ societatẽ spiritalẽ omnia
Cap. 15. tolerantẽ. Quod cuncta animaliũ genera in
arca clauduntur, sicut oẽs gentes quas ẽt Pe-
Acto. 10 tro demonstratus discus ille significat, eccle
sia cõtinet. Quod & munda & immunda ibi
sunt aĩalia, sicut in ecclesiæ sacris & boni &
Gen. 7. mali versantur. Quod septena sunt munda &
bina immunda, non quia pauciores sunt ma
li q̃ boni, sed quia boni seruant vnitatẽ spũs
Esa. 11. ĩ vinculo pacis, Sãctũ aũt spm̃ diuina scriptu
ra in septiformi operatione cõmẽdat: sapien
tiæ & intellectus, cõsilij & fortitudinis, scien
tiæ & pietatis, & timoris Dei: Vnde & ille nu
merus quinquaginta dierũ ad aduentũ sancti
spũs pertinens, in septies septenis, qui fiunt
quadragintanouẽ, vno addito cõsummatur,
Ephe. 4. pp ꝙ dictũ est, Studẽtes seruare vnitatẽ spũs
in vinculo pacis. Mali aũt in binario nume-
ro ad schismata faciles, & quodãmodo diui
Mat. 16. sibiles ostenduntur. Quod ipse Noe cũ suis
octauus enumeratur, quia in Christo spes re
surrectionis nostræ apparuit, q̃ octauo die, i.
post sabbati septimũ primo à mortuis resur-
rexit. Qui dies a passione tertius, in numero
G aũt dierũ, qui per oẽ tp̃s voluuntur, & octa-
Cap. 16. uus & primus ẽ. Quod arca collecta ad vnũ
Gen. 6. cubitũ desuper cõsummat, sicut Ecclesia cor
pus Christi in vnitatẽ collecta subleuatur, &
Mat. 12. perficitur. Vnde dicit in Euangelio, Qui me-
cũ nõ colligit, spargit. Quod aditus ei fit a la
tere, nemo quippe intrat in Ecclesiã, nisi per
sacrm̃ remissionis p̃ctõrũ: hoc aũt de Chri-
sti latere aperto manauit. Quod inferiora ar
cæ bicamerata, & tricamerata cõstruuntur,
sicut ex omnib. gentib. vel bipartitã multitu-
dinẽ congregat Ecclesia pp circuncisionẽ &
præputiũ: vel tripartitã pp tres filios Noe,
quorũ progenie repletus est orbis. Et ideo ar
cæ inferiora ista dicta sunt, quia in hac terre H
na vita est diuersitas gentiũ, in summo autẽ
omnes in vnũ consumamur. Et nõ est ista va- Col. 3.
rietas, quia omnia in omnib. Christus est, tan
quã nos vno cubito desuper cœlesti vnitate
consummans. Quod post septẽ dies ex quo Cap. 17
ingressus est Noe in arcã, factũ est diluuium,
quia spe futuræ quietis, q̃ septimo die signi-
ficata est, baptizamur. Quod præter arcã om
nis caro quã terra sustentabat diluuio consũ
mata est, quia præter Ecclesię societatẽ, aqua
baptismi q̃uis eadẽ sit, non solũ non valet ad
salutẽ, sed valet potius ad perniciem. Quod Gen. 7.
quadraginta diebus & quadraginta noctibus
pluit, quia omnis reatus peccatorũ, qui decẽ
p̃ceptis legis, admittitur per vniuersũ orbem
terrarũ, qui quatuor partib. continetur, De-
cẽ quippe quatuor ducta, quadraginta fiunt,
siue ille reatus ꝙ ad dies pertinet, ex rerũ ꝓ-
speritate: siue ꝙ ad noctes, ex rerũ aduersita-
te cõtractus sit, sacro baptismi cęlestis ablui
tur. Quod Noe quingentorũ erat annorũ cũ
ei locutus est dñs vt arcã sibi faceret, & sex- Cap. 6.
centos agebat annos cũ in eã esset ingressus, Gen.
vnde intelligitur per centũ annos arca fabri- Gen.
cata, quid aliud hic vidẽtur centũ anni signi-
ficare, nisi ętates singulas seculi? Vnde ista sex
ta ætas, quæ cõpletis quingentis vsque ad sex
centos significatur, in manifestatione Euan-
gelica ecclesiã construit: & ideo qui sibi ad
vitã cõsulit, sit velut quadratũ lignũ, paratus
ad oẽ opus bonũ, & intret in fabricã sanctã:
quia & secundus mensis anni sexcentesimi,
quo intrat Noe in arcã, eandẽ senariã ętatem
significat. Duo.n. menses sexagenario nume-
ro concluduntur, a senario aũt numero & se I
xaginta cognominant, & sexcenti & sex mil
lia & sexaginta millia & sexcẽta millia & sex
centies, & quicquid deinceps in maiorib. sũ
mis per eundẽ articulis numerus in infinita
incrementa cõsurgit. Et ꝙ vicesimus & septi- Cap. 9.
mus dies mensis cõmemoratur, ad eiusdem
quadraturæ significationẽ pertinet, quæ iã in
quadratis lignis exposita est. Sed hic euiden-
tius, quia nos ad oẽ opus bonũ paratos, idest
quodam-

quodammodo cōquadratos Trinitas perfi-
cit, in memoria qua Deū recolimus: in intel
ligentia qua cognoſcimus: in voluntate qua
Gen. 8. diligimus. Tria.n. ter, & hoc ter, fiunt viginti
ſeptē, qui eſt numeri ternarij quadratus. Qđ
ſeptimo menſe arca ſedit, hoc eſt, requieuit,
ad illā ſeptimā requiē ſignificatio recurrit.
Et quia perfecti requieſcunt, ibi quoq; illius
quadraturæ numerus iteratur. nā viceſimaſe-
K ptima die ſecundi mēſis cōmendatū eſt hoc
ſacr̄m, & rurſus viceſima & ſeptima die ſe-
ptimi mēſis, eadē cōmendatio cōfirmata eſt
cū arca requieuit: ꝙ.n. ꝓmittitur in ſpe, hoc
exhibetur in re. Porro quia ipſa ſeptima re-
quies cū octaua reſurrectione cōiungitur: ne
que.n. reddito corpore finiť requies, q̄ poſt
hanc vitā excipit ſanctos, ſed potius totū ho
minē nō ad ſpē, ſed iā rē ipſam, oī ex parte,
& ſpiritus & corporis perfecta immortalita
tis ſalute renouatū, in æternæ vitæ munus aſ
ſumit. Quia ergo ſeptima requies cū octaua
reſurrectione cōiungitur, & hoc in ſacr̄o re
generationis nr̄æ, i. in baptiſmo, altū profun
dumq; myſteriū eſt. Quindecim cubitis ſu-
percreuit aqua excedens altitudinē mōtiū, i.
hoc ſacr̄m tranſcendit oēm ſapientiā ſuper-
Gen. 7. borū. Septē quippe & octo cōiuncti quinde
cim fiūt. Et quia ſeptuaginta a ſeptē, & octo-
ginta ab octo denominantur, cōiuncto vtro
q; numero, centū quinquaginta dieb. exalta-
ta eſt aqua, eandē cōmendans nobis atq; con
firmās altitudinē baptiſmi, in cōſecrādo no
uo hoīe ad tenendā quietis & reſurrectionis
Cap. 20 fidē. Qđ poſt dies quadraginta emiſſus cor-
Gen. 8. uus, non eſt reuerſus, aut aquis vtiq; interce-
Super Io. ptus, aut aliquo ſupernatante cadauere ille-
Tract. 2. ctus: ſignificat hoīes in immūditia cupidita-
& 6. tis teterrimos, & ab hoc ad ea q̄ foris ſunt in
hoc mūdo nimis intētos, aut rebaptizari, aut
ab his quos præter arcā, i. ꝑter eccleſiā ba-
Geneſ. 8. ptiſmus occidit, ſeduci & teneri. Quod colū
ba emiſſa nō inuenta requie reuerſa eſt, oſtē
dit per nouū teſtm̄ requiē ſanctis in hoc mū
do nō eſſe promiſſā: poſt quadraginta.n. dies
emiſſa eſt, qui numerus vitā q̄ in hoc mūdo
L agiť ſignificat. Deniq; poſt ſeptē dies dimiſ-
ſa, p̄p illā ſeptenariā operationē ſpiritalē, oli
uæ fructuoſum ſurculū retulit: quo ſignifica-
ret nōnullos ēt extra eccleſiā baptizatos ſi eis
pinguedo nō defuerit charitatis, poſteriore
tēpore quaſi veſpere, in ore columbę tanq̄

in oſculo pacis, ad vnitatis ſocietatem poſſe
perduci. Quod poſt alios ſeptē dies dimiſſa,
reuerſa non eſt, ſignificat finē ſeculi, qn̄ erit
ſanctorū requies: non adhuc in ſacr̄o ſpei,
quo in hoc tp̄e cōſociatur Eccleſia, quādiu
bibitur ꝙ de Xp̄i latere manauit: ſed iā in ip- 1. Co. 15.
ſa perfectione ſalutis æternæ, cū traditur re-
gnū Deo & patri, vt in illa perſpicua cōtē-
platione incōmutabilis veritatis, nullis my- M
ſterijs corporalib. egeamus. Nimis lōgū eſt,
vt vel tā breuiter q̄ hæc cūcurri, cūcta cōtin Cap. 21.
gā, cur ſexcenteſimo vno anno vitæ Noe, i. Geneſ. 8.
peractis ſexcentis annis aperitur arcæ tectū,
& tanq̄ reuelatur ꝙ erat abſconditū ſacr̄m.
Cur viceſimaſeptima die ſecundi menſis dr̄
ſiccaſſe terrā, tanq̄ finita eſſet iam baptizādi
neceſſitas in numero dierū quinquageſimo
& ſeptimo. Ipſe eſt.n. dies ſecundi menſis vi
ceſimuſſeptimus, qui numerus ex illa con-
iūctione ſpūs & corporis, ſepties octonos
habet, vno addito p̄p vnitatis vinculū. Cur
de arca cōiuncti exeant, qui diſiuncti intraue Geneſ. 7.
rant: ſic.n. dictū erat, ꝙ intrauerit in arcam
Noe, & filij eius, & vxor eius, & vxores filio
rū eius. Seorſum viri, ſeorſū fęminæ cōme- Galat. 5.
moratæ ſunt: In hoc.n. tp̄e huius ſacr̄i, caro Gen. 11.
concupiſcit aduerſus ſpm̄, & ſpiritus aduer-
ſus carnē. Exeūt aūt Noe & vxor eius, & filij
eius, & vxores filiorū eius, nūc cōiuncte cō-
memorati maſculi & fęminæ: quia in fine ſe
culi atq; in reſurrectione iuſtorū, omnimo-
da & perfecta pace ſpiritui corpus adhære-
bit, nulla mortalitatis indigentia vel concu-
piſcentia reſiſtente. Cur animalia quāuis &
munda & immunda in arca fuerint, tn̄ poſt
egreſſum de arca nō offeruntur Deo in ſacri Cap. 22.
ficio niſi mūda. Quid deinde ſibi velit Deo Geneſ. 9.
loquente ad Noe, & tanq̄ rurſus ab exordio
quia multis modis eadē ſignificari oporte-
bat, figurā Eccleſiæ cōmendante, ꝙ proge-
nies eius benedicitur ad implendā terram, ꝙ
dantur eis in eſcā cuncta aīalia: ſicut in illo
diſco Petro dr̄, Macta & māduca. Quod eie Acto. 10
cto ſanguine iubentur māducare, ne vita pri Geneſ. 9.
ſtina quaſi ſuffocata in conſcientia teneatur,
ſed habeat tanq̄ effuſionē per confeſſionem: A
Quod teſtm̄ poſuit Deus inter ſe & hoīes, at-
que omnē animā viuā, ne perdat eā diluuio,
arcū qui apparet in nubibus, qui nunq̄ niſi
de Sole reſplendet: illi.n. non pereunt dilu-
uio ſeparati ab Eccleſia, qui in Prophetis, &
in

in omnib. diuinis scripturis tanq̃ in Dei nubibus agnoscũt Christi gloriã, non quærunt suã. Verũ ne adoratores huius solis amplius *Apoc. 5.* tumescant, sciãt ita significari Christũ aliqñ *Ephes. 2.* per Solẽ, sicut per leonẽ, per agnũ, per lapi- *Cap. 23.* dẽ, cuiusdã similitudinis causa, nõ proprieta- *Genes. 9.* tis substantia. Iã vero illud, ꝙ de vinea, quã *1. Cor. 1.* plantauit inebriatus Noe, nudatus est in domo sua, cui non appareat Christus passus in gente sua? Tũc.n.nudata est mortalitas carnis eius, Iudęis scandalũ, gẽtib. stultitia: ipsis aũt C vocatis Iudęis & gentib. tanquã Sem & Iaphet, Dei virtus & Dei sapientia: quia ꝙ stultũ est Dei, sapientius est quã hoĩes: & ꝙ infirmum est Dei, fortius est q̃ homines. Proinde in duob. filijs, maximo & minimo, duo populi figurati, vnã vestẽ a tergo portantes, sacrm̃, i. iam præteritæ atq; trãsactæ dñicæ passionis, nuditatẽ patris neq; intuentur, quia in Christi necẽ non consentiunt, & tñ honorãt *Gen. 9.* velamento, tanq̃ scientes vnde sint nati. Medius aũt filius, i. populus Iudęorũ, ideo medius, quia nec primatũ Apostolorum tenuit, nec vltimus in gentib. credidit, vidit nuditatẽ patris, quia cõsensit in necẽ Christi, & nũciauit foras fratribus. Per eũ quippe manifestatũ est, & quodãmodo publicatũ, ꝙ erat in prophetia secretũ, ideoq; fit seruus fratrum suorũ. Quid est.n.aliud hodieq; gẽs ipsa, nisi quædã scriniaria Christianorũ, baiulans legẽ & Prophetas ad testimoniũ assertionis ecclesiæ, vt nos honoremus per sacrm̃, ꝙ nunciat *Cap. 24.* illa per literã? Quem aũt nõ excitet, quẽ non vel informet, vel confirmet in fide, ꝙ ita benedicuntur duo illi, qui nuditatẽ patris honorauerunt, quãuis auersi, velut quib. factũ sceleratæ vineæ displicuerit? Benedictus, in- *Gen. 9.* quit, dñs Deus Sem. Quanquam.n.sit Deus omniũ gentiũ, quodãmodo tñ proprio vocabulo & in ipsis iã gentibus dr̃ Deus Israel. Et vnde hoc factũ est, nisi ex benedictione Ia- D phet? In populo.n.gentiũ totũ orbem terrarũ occupauit Ecclesia. Hoc prorsus hoc prænunciabatur, cũ diceretur. Lætificet Deus Iaphet, & habitet in domibus Sem. Videte Manichęi, videte, ecce in conspectu vestro est orbis terrarũ: hoc stupetis, hoc doletis in populis nostris, quia lætificat Deus Iaphet: videte si non habitet in domibus Sem, i. in ecclesijs, quas filij Prophetarum Apostoli construxerunt. Audite quid dicat Paulus iam fideli-bus gentibus, Qui eratis, inquit, illo in tp̃e sine Xpo, alienati a societate Israel, & peregri- *Ephe. 2.* ni testorum, & promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Per hæc verba ostenditur ꝙ nondũ habitabat Iaphet in domibus Sem. Sed paulopost quemadmodũ cõcludat aduertite. Igitur iã, inquit, non E estis peregrini & inquilini, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentũ Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu. Ecce quõ dilatatur Iaphet, & habitat in domibus Sem: & tñ epistolas Apostolorum, quib. hæc omnia contestantur, tenetis, legitis, prædicatis. Vbi & vosipsos deputauerim, nisi in illa maledicta medietate, cui nõ est lapis angularis Christus: quia nec in illo pariete vos agnoscimus, qui ex circũcisione credidit in Xpm, vnde erant & Apostoli: nec in isto qui est ex ꝑputio, vnde sunt oẽs ex cęteris gentibus in eandẽ vnitatem fidei, tanq̃ in pace anguli concurrentes: sed & oẽs, qui quoslibet nostri canonis libros accipiunt & legunt, vbi Xps mortaliter natus & passus ostenditur: nec tñ eandẽ mortalitatẽ in passione nudatã, consociato vnitatis sacro honorifice velãt, sed sine sciẽtia pietatis & charitatis nunciant illud, vnde oẽs nati sumus: quãuis inter se dissentiant, & Iudęi ab hæreticis, & ipsi hæretici alij ab alijs: vna tñ conditione seruitutis, vel ad aliquã attestationẽ, vel ad aliquã probationẽ vtiles sunt Ecclesiæ. Nã & de hæreticis dictum est, Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant in- *1. Co. 1[1]* ter vos. Ite nunc, & obiectate calumnias veteribus literis sacris, hoc agite serui Cham, *1. Retr.* ite quib. viluit nudata caro, ex qua nati estis: *cta.c.* neque.n. esset vnde vos quoquo modo Christianos appellare possetis, nisi Xps sicut a ꝓphetis prænunciatus est, venisset in mundũ, bibisset de vinea sua calicem illum, qui tran- F sire nõ potuit, dormisset in passione sua, tanquã in ebrietate stultitiæ, quæ sapientior est hominibus: atq; ita nudaretur mortalis carnis infirmitas per occultũ Dei cõsilium fortior hominibus, quã nisi Dei verbũ suscepisset, nomen omnino Christianũ, quo & vos gloriamini, nõ esset in terris. Verũ hoc agite, irridenter prodite, quod nos reuerenter honoremus: vtatur vobis ecclesia tanquam subditis sibi, vt probati manifesti fiant in ea.

Vsque-

Vtqueadeo nihil, quod vel habitura vel paſ-
ſura erat, Prophætæ illi tacuerũt, vt vos ibi lo
cis veſtris inueniamus, in vanitate ꝑniciosa
ad reprobos capiẽdos, vtiles aũt ad probatos
manifeſtãdos, Chriſtũ ab Iſraelitis Prophetis
nõ eſſe prædictũ: cui prędicẽdo oẽs illæ pa-
Cap. 25. ginę vigilãt, ſi eas perſcrutari pietate, quam
Gen. 12. exagitare leuitate malletis. Quis alius ĩ Abra
hã exit de terra ſua de cognatione ſua, vt a-
pud exteros ditetur & locupletetur, niſi qui
relicta terra & cognatione Iudęorũ, vnde ſe
cundũ carnẽ natus eſt, apud gentes ita ꝓpol-
Gen. 22. let & ꝓualet, vt videmus? Quis alius in Iſaac
lignũ ſibi portabat ad victimã, niſi q crucem
ſibi ad paſsionẽ ipſe portabat? Quis alius a-
G ries immolandus in vepre cornibus adhære-
Cap. 26. bat, niſi q crucis patibulo ꝓ nobis offerẽdus
Gen. 32. affigebatur? Quis alius in angelo cũ Iacoo lu
ctatus eũ ſibi ꝓualẽtẽ, quaſi fortiorẽ ĩfirmior
victusq; victorẽ partim benedicit, partim la
titudinẽ femoris eius claudã reddit, niſi qui
pręualere aduerſus ſe paſſus populũ Iſrael,
quoſdã qui crediderunt bñdixit in eis? Lati-
Gen. 28. tudo aũt femoris Iacob, in multitudine car-
nalis populi claudicauit. Quis alius lapis po-
ſitus ad caput Iacob, & nominatim quodã-
modo exprimeret, ẽt vnctus, niſi caput viri
Chriſtus? Quis. n. Xp̃m neſcit ab vnctione ap
Ioan. 1. pellari? Qui ẽt hoc ipſum in Euãgelio cõme
morãs, & ſe figuratũ aptiſsime teſtificãs, cũ
quendã Nathanaelẽ dixiſſet vere Iſraelitã, in
quo dolus non eſſet: & cũ ille tanquã lapidẽ
I. Co. illũ hñs ad caput, cõfeſſus eũ eſſet filiũ Dei,
& regẽ Iſrael iſta cõfeſsione quodãmodo vn
gẽs lapidẽ, ideſt, ipſum eſſe cõfitẽs Chriſtũ,
. Ret ibi opportune dñs etiã illud cõmemorauit,
a. c. 7 quod tunc vidit Iacob: qui per benedictionẽ
an. 1. appellatus eſt Iſrael, Amen dico vobis, inqt,
videbitis cęlũ apertũ, & angelos Dei aſcen-
dentes & deſcendentes ſuper filiũ hominis.
n. 28. Hoc. n. Iſrael viderat, cũ illũ lapidẽ ad caput
habebat, à terra in cęlũ ſcalas, per quas aſcen
H debant & deſcendebant angeli Dei. In qui-
bus ſignificati ſunt Euangeliſtę prædicatores
Chriſti: aſcendentes vtiq; cũ ad intelligendã
eius ſupereminentiſsimam diuinitatem ex-
cedũt vniuerſam creaturã, vt eũ inueniant in
n. 1. principio Deũ apud Deũ, per quẽ facta ſunt
la. 4. omnia: deſcendentes autẽ, vt eũ inueniãt fa-
n. 28. ctũ ex muliere, factũ ſub lege, vt eos qui ſub
lege erant, redimeret. In illo. n. ſcalę a terra
vſq; ad cęlũ, a carne vſq; ad ſpiritũ: qui in il-
lo carnales proficiẽdo velut aſcendendo ſpi
ritales fiunt, ad quos lacte nutriẽdos, ẽt ipſi
ſpiritales deſcendũt, quodãmodo, cũ eis nõ
poſſunt loq quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi car- I. Cor. 3.
nalibus. Sic & aſcenditur & deſcenditur ſu-
per filiũ hominis: filius n. hominis ſurſum in I
capite nr̃o, quod eſt ipſe. Saluator: & filius
hoĩs deorſum in corpore ſuo; quod eſt Ec-
cleſia. Ipſum & ſcalas intelligimus, qa ipſe
dixit, Ego ſum via, ad ipſum aſcenditur, vt Ioan. 14.
in excelſis intelligitur: & ad ipſum deſcendi
tur, vt in mẽbris ſuis paruuli nutriantur. Et
ꝑ illũ aſcenditur & deſcenditur: exẽplũ quip
pe eius ſequẽtes prædicatores eius, nõ ſolũ
ſe erigunt vt eũ ſublimiter expectent,* ſed ẽt Al. l. Spe
humiliãt, vt cũ tẽperãter annuncient. Videte ctent.
Apoſtolũ aſcẽdentẽ, Siue, inquit, mente ex-
ceſsimus, Deo. Videte & deſcendentẽ, Siue,
inquit, tẽperãtes ſumus, vobis. Dicat & ꝑ quẽ I. Cor. 5.
aſcẽderit & deſcẽderit. Charitas. n. inqt, Xp̃i
cõpellit nos, iudicantes hoc, qm̃ ſi vnus pro
omnib. mortuus eſt, ergo oẽs mortui ſunt &
pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt, iam
nõ ſibi viuãt: ſed ei, qui ꝓ ipſis mortuus eſt,
& reſurrexit. Hęc in ſcripturis ſanctis ſancta Cap. 27.
ſpectacula quẽ nõ delectãt, ſanã doctrinã nõ 2. Tim. 4
ſuſtinens, ad fabulãs cõuertitur. Et illæ quidẽ
fabulę animas in qualibet corporis ętate
pueriles, varia quadã delectatione ſolicitãt.
Sed nos iã corpus Xp̃i, agnoſcamus in Pſal-
mo vocẽ nr̃am, & dicamus ei, Narrauerunt Pſ. 118.
mihi iniuſti d̃lectationes, ſed nõ ſicut lex tua
dñe. Chriſtus mihi vbiq; illorũ librorũ, vbi-
que illarũ ſcripturarũ pagrãti & anhelãti, in
ſudore illo dãnationis humanæ, ſiue ex aper-
to, ſiue ex occulto occurrit & reficit: ipſe mi
hi & ex nõnulla difficultate inuentionis ſuæ
deſideriũ inflamat, quo id quod inuenero,
auide ſorbeã, medulliſq; recõditũ ſalubriter
teneã. Ipſe mihi in Ioſeph innuit, qui perſe-
quentibus & vẽdẽtibus fratribus in Aegypto cap. 38.
poſt labores honoratur. Didicimus n labo- Gen. 37.
res Chriſti in orbe gentiũ, quẽ ſignificabat & 41.
K
Aegyptus, ꝑ varias paſsiones martyrum, &
nunc videmus honorẽ Chriſti in eodẽ orbe
terrarũ, erogatione frumenti ſui ſibi omnia
ſubiugãtis. Ipſe mihi innuit in virga Moyſi, Exo. 4.
quæ in terra ſerpẽs effecta, eius mortẽ figura
uit a ſerpẽte ueniẽtẽ: ſed q apprehenſa cau-
da eius rurſus virga redditur, ſignificat po-
ſterius

ſterius peractis iã oĩbus in fine actionis, ad
id ꝙ fuerat, reſurgendo reuertitᷣ, vbi ꝑ vitæ
raparationẽ morte cõſumpta, nihil ſerpentis
apparet. Nos quoq; corpus eius eadẽ mor-
L talitate per lubrica cãporũ voluimur, ſed fi-
ne nouiſsimo velut cauda ſeculi, ꝑ manum,
ideſt, ꝑ poteſtatẽ iudicij, ne vltra ꝓlabatᷣ, ap-
prehenſa reparabimur, & nouiſsima inimi-
ca morte deſtructa, reſurgẽtes ĩ dextera Dei,
1. Co.15. virga regni erimus. Iã de exitu Iſrael ex Ae-
Cap. 29. gypto nõ ego, ſed Apoſtolus loquitur, Nolo
1.Co.10. aũt vos ignorare frẽs, quia partes noſtri oẽs
ſub nube fuerũt, & oẽs per mare trãſierũt,
& oẽs in Moyſe baptizati ſub nube & in ma
ri: & oẽs eandẽ eſcã ſpiritalẽ mãducauerunt,
& oẽs eũdẽ potũ ſpiritalẽ biberũt. Bibebãt.n.
de ſpiritali, cõſequentes eos petra: petra aũt
ẽrat xp̃s. Exponendo vnũ, in cętera introdu
xit intellectũ. Si.n. petra Xp̃s ꝑꝑ firmitatem,
cur nõ & manna Chr̃s, tanquã panis viuus, q
Ioan.6. de cęlo deſcẽdit? Quo vere qui veſcũtur, ſpi-
ritaliter viuunt. Nã illi veterẽ figurã carnali-
ter accipientes, mortui ſunt. Sed cũ dicit A-
poſtolus, Eũdẽ cibũ ſpiritalẽ manducauerũt:
oſtendit & illud ſpiritaliter intelligi ĩn Xp̃o,
Exo. 4. ſicut & potũ cur ſpiritalẽ dixiſſet aperuit cũ
ſubiunxit, Petra aũt erat Xp̃s. Quo aperto, cũ
cta fulſerũt. Cur ergo non & nubes Chr̃s &
colũna, q̃a rectus & firmus, & fulciẽs, infir-
mitatẽ noſtrã: ꝑ noctẽ lucẽs, ꝑ diẽ nõ lucẽs:
Vt qui nõ vident, videant: & qui vident, cęci
Ioan.9. fiant? Nubes & mare rubrũ, baptiſmus vtiq;
Cap. 30. Chr̃i ſanguine conſecratus: hoſtes ſequentes
a tergo moriuntur peccata p̃terita. Ducitur
populus ꝑ deſertũ: baptizati oẽs, nondũ per-
fruentes promiſſa patria, ſed ꝙ nõ vidẽt, ſpe
Exo. 15. rando & ꝑ patientiã expectãdo, tanquam in
Rom.6. deſerto ſunt. Et illuc laborioſæ & periculoſæ
tẽtationes, ne reuertanᷣ corde in Aegyptum:
nec ibi t̃n Chriſtus deſerit, nã & illa colũna
nõ recedit: & amaræ aquæ ligno dulceſcunt,
Exo. 15. q̃n inimici populi ſigno crucis Xp̃o hono-
rificato manſueſcũt: & duodecim fontes, ſe-
ptuaginta palmæ arbores irrigãtes, Apoſtoli
M cã gratiã pręfigurant, populos, in ſeptenario
numero decuplato rigantes, vt per ſeptifor-
me ſpiritus donũ legis decolagus impleatur:
& hoſtis intercludere molitur viã, extenſis
Exo. 17. Moyſi manibus ſigno crucis dominicæ ſupe
Nu. 21. ratur: & morſus mortiferi ſerpentũ exaltato
& reſpecto ęneo ſerpẽte ſanantur: qđ verbis

ipſius dñi declaratur. Sicut exaltauit, inquit,
Moyſes ſerpentẽ in eremo, ſic oportet exal- Ion.3.
tari filiũ hoĩs, vt oĩs qui crediderit in eũ nõ
pereat, ſed habeat vitã æternã: Itane etiã iſta
nõ clamant? Tantane eſt ſurditas in cordibus
duris? Fit Paſca in occiſione ouis, Occiditur
Chriſtus, de quo in Euãgelio dicitur Ecce a- A
gnus Dei, ecce q̃ tollit peccata mundi: Pro- Ex. 2.
hibentur qui paſcha faciunt, oſſa frangere:
non franguntur in cruce oſſa domini: Atteſta
tur Euangeliſta hinc eſſe dictũ, Os eius non Ioa. 1.
cõminuetis. ſanguine illiniũtur poſtes, vt ꝑ- Ex. 1
nicies depellatur: ſignantur ſigno dñicæ paſ-
ſionis in frontib. populi ad tutelã ſalutis. Da
tur ibi lex quinquageſimo die poſt actũ Pa-
ſcha: venit ſpũſſanctus quinquageſimo die Ioa. 19
poſt dñi paſsionẽ. Dicitur illic ſcripta lex di- Ex. 12
gito Dei: dicit dñs de ſpiritu ſancto, In digi-
to Dei eijcio dęmonia. Et clamat Fauſtus o- Ex. 20
culis clauſis, nihil ſe in literis illis inueniſſe, Act. 1.
ꝙ ad pręnũciationẽ Chriſti pertineat. Quid Exo. 31.
autẽ mirũ, ſi oculos habet ad legẽ dũ, & cor Luc. 11.
ad intelligendũ non habet, qui poſitus ante
oſtiũ clauſum diuini ſecreti, nõ fide pietatis
pulſat, ſed elatione ĩpietatis ĩſultat? Planè ita Mat. 7.
fiat. Iuſtũ.n.eſt vt claudatᷣ ſuperbis innua ſalu
tis, veniat mãſuetus, quẽ docet dñs vias ſuas, Pſal. 24.
videat & hæc in illis libris, & cętera, vel oĩa,
vel quædã, qualia credat in omnibus. Videat
Ieſum introducentem populum in terram Cap. 31.
promiſsionis: neque.n. hoc temere ab initio
vocabatur, ſed ex ipſa diſpẽſatione noĩe mu
tato Ieſus appellatus eſt. Videat botrũ de ter Nu. 13.
ra promiſsionis in ligno pendentẽ. Videat in Ioſue.
Hierico tanquã in hoc mortali ſeculo mere-
tricem, de qualibus ait dñs, ꝙ præcedant ſu-
perbos in regnum cęlorũ, per feneſtram do Mat. 1
mus ſuæ tanquã per os corporis ſui coccum
mittentẽ: quod eſt vtiq; ſanguinis ſignũ, pro
pter remiſsionem peccatorũ confiteri ad ſa
lutẽ. Videat muros ipſius ciuitatis, tanquam Ioſue.
munitiones mortales ſeculi ſepties circuma B
cta teſtamenti arca cecidiſſe: ſicut nunc per
tẽpora, quę ſeptẽ dierum viciſsitudine dila-
buntur, teſtamentũ Dei circumit toto orbe
terrarũ, vt in fine temporũ mors nouiſsima
inimica deſtruatur, & ex impiorũ perditione 1. Co.
vnica domus tãquã vnica eccleſia liberetur,
mũdata à turpitudine fornicationis, per fene
ſtrã cõfeſsionis in ſanguine remiſsionis. Vi-
deat tempora, primo iudiciũ, poſtea regnũ: Cap.
ſicut

ſicut erit primo iudicium,deinde poſtea re-
gnũ:inq; ipſis temporib. iudiciũ & regnum
iterũ atq; iterũ multis & varijs modis Chri-
Iud. 14. ſtũ & Eccleſiã figurari. Quis erat in Sãpſon
obuiũ leoné necans,cũ petendæ vxoris cau-
Ioan. 16. ſa ad alienigenas tenderet, niſi qui eccleſiam
vocaturus ex gẽtib.dixit, Gaudete,quia ego
vici ſeculũ? Quid ſibi vult in ore ipſius leo-
nis occiſi fauus extructus, niſi quia ecce con
ſpicimus leges ipſas regni terreni, q̃ aduer-
C ſus Chriſtũ ante fremuerãt, nunc iã perẽpta
Iud. 4. feritate dulcedini Euangelicæ prædicãdæ ẽt
munimenta præbere? Quæ eſt illa mulier ple
na fiduciæ,hoſtis tp̃a ligno transfigens, niſi
fides Eccleſię cruce Chriſti regna diaboli pe
Iud. 6. rimens? Quid vellus cõplutum area ſicca, &
poſtea cõpluta area ſicco vellere, niſi primo
vna gens Hebrçorũ,habens occulte in sãctis
myſteriũ Dei,ꝙ eſt Xp̃s, quo myſterio totus
orbis vacuus erat: nũc aũt in manifeſtatione
Cap. 33. totus orbis id habet,illa vacuata eſt? Quid iã
1. Reg. 2. regnũ tẽporibus, vt & inde pauca cõmemo-
& 16. rẽ,nonne ab ipſo exordio cõmutatũ ſacerdo
tiũ in Samuelẽ, reprobato Heli, & cõmuta-
tũ regnũ in Dauid, reprobato Saule, clamat
p̃nũciari nouũ ſacerdotiũ,nouumq; regnũ,
reprobato vetere ꝙ vmbra erat futuri, ĩ dño
1. Re. 21. noſtro Ieſu Chriſto venturũ? Nõne ipſe Da
uid,cũ panes propoſitionis mãducauit,quos
nõ licebat mãducare niſi ſolis ſacerdotib. in
vna perſona vtrunq; futurũ,i.in vno dño Ie-
3. Re. 12. ſu Chriſto regnũ & ſacerdotiũ figurauit? Nõ
ne cũ decẽ trib.a tẽplo ſeparatæ ſunt, & duę
derelictæ, ſatis indicat ꝙ de tota ipſa gente
Apoſtolus ait, Reliquiæ per electionẽ gratiæ
Rom. 11. ſaluæ factæ ſunt? Paſcitur Helias tp̃e famis,
Cap. 34. coruis mane afferentibus panẽ, & ad veſpe-
3. Re. 17. rã carnes: & Manichęi nõ intelligunt in illis
libris Chriſtũ,cui quodãmodo ſalutẽ noſtrã
eſurienti cõfitẽtur peccatores fidẽ, primitias
ſpiritus nunc habẽtes,in fine aũt, velut ad ve
ſperã ſeculi, ẽt carnis reſurrectionẽ? Mittitur
3. Re. 17. Helias paſcendus ad alienigenã viduã, quæ
volebat duo ligna colligere, priuſquã more
D retur: nõ hic ſolo ligni noĩe, ſed ẽt numero
lignorũ ſignũ crucis exprimitur. Benedicit
farina eius & oleũ,fructus & hilaritas chari-
tatis,quæ cũ impenditur, non deficit. Hila-
rem.n.datorẽ diligit Deus. Heliſeo pueros in
Cap. 35. ſultantes & clamantes, Calue, calue, beſtiæ
4. Reg. 2. comedunt: pueruli ſtultitia deridentes Chri

ſtum,in loco caluariæ crucifixũ, inuaſi a dę-
monib. pereunt. Mittit Heliſęus per ſeruum
baculũ ſuper mortuũ, & non reuiuiſcit: ve-
nit ipſe, coniungit & coaptat ſe morti eius,
& reuiuiſcit. Miſit ſermo Dei legẽ per ſeruũ 4. Reg. 4.
ſuũ, nec profuit in peccatis mortuo generi
humano,q̃ tñ non ſine cauſa miſſa eſt: ille.n.
miſit,ꝙ ſciret eã prius eſſe mittendã,venit ip
ſe,cõformauit ſe nobis,factus particeps mor E
tis noſtræ, & viuificati ſumus. Cũ ſecurib.li- 4. Reg. 6.
gna cęderentur, de ligno ferrum exiliens, in
profundũ fluminis merſum eſt,atq; in lignũ
deſuper ab Heliſęo proiectũ, reuerſum eſt:
Ita cum impios Iudęos per corpus operata
p̃ñtia Xp̃i,tanquã infructuoſas arbores cęde
ret, quia de illo Ioannes dixerat, Ecce ſecu- Mat. 3.
ris ad radices arborũ poſita eſt: ab eis inter-
ueniente paſsione, corpus ipſum deſeruit in
inferni profunda deſcendens,quo in ſepultu
ra deſuper poſito tanq̃ ad manubrium ſuum
ſpũ redeunte reſurrexit. Quam multa pręter-
eam breuitatis neceſsitate conſtrictus,norũt Cap. 36.
qui legunt. Iã ipſa in Babyloniam trãſmigra Iere. 26.
tio, quo ẽt ſpũs Dei per Hieremiã Prophetã
iubet vt pergant,& orent pro eiſipſis,in quo
rũ regno peregrinãt, ꝙ in illorũ pace ẽt pax
eſſet iſtorũ:& ædificarent domos,& nouella
rent vineas, & plantarent hortos, quis non
agnoſcat quid præfigurauerit, qui attenderit
veros Iſraelitas, in quibus dolus non eſt,per
Apoſtolicã diſpenſationẽ cũ Euangelico ſa- Ioan. 1.
cr̃o ad regnũ gentiũ trãſmigraſſe? Vnde no- 1. Tim. 2
bis Apoſtolus, tanq̃ Hieremias replicans, di
cit, Volo ergo primo omniũ fieri depreca-
tiones,adorationes,interpellationes,gratia-
rũ actiones pro omnib.hominib. pro regib.
& his qui in ſublimitate ſunt, vt quietam &
tranquillã vitam agamus, in omni pietate &
charitate: & hoc.n. bonũ & acceptũ eſt corã
Saluatore noſtro Deo, qui oẽs homines vult
ſaluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire.
Ex hoc quippe ẽt illis credentibus conſtru-
cta ſunt domicilia pacis,baſilicę Chriſtiano Mat. 13.
rum congregationũ,nouellatæ uineæ popu-
li fideliũ,& plãtati horti, vbi ẽt inter omnia F
olera granum illud ſinapis regnat, ſub cuius
vmbraculis,longe lateq; porrectis, ẽt altipe
tax ſuperbia gentiũ tanq̃ in cęli volatilibus
cõfugiendo requieſcit. Nã ꝙ ẽt poſt ſeptua-
ginta annos, ſecundũ eiuſdẽ Hieremiæ pro- Hier. 29.
phetiã, reditur ex captiuitate, & tẽplũ reno- 1. Eſd. 1.
uatur:

uatur: quis fidelis Xpi nõ intelligat, post euo
luta tpa, quæ septenarij dierũ numeri repeti
tione transcurrunt, ẽt nobis, i. Ecclesiæ Dei,
ad illã cęlestẽ Hierusalem ex huius seculi pe
Zach. 3. regrinatione redeundũ? Per quẽ nisi per Iesũ
Xpm vere sacerdotẽ magnũ, cuius figurã ge
rebat ille Iesus sacerdos magnus illius tpis,
quo tẽplum ædificatũ est post captiuitatem,
G quẽ Propheta Zacharias vidit sordido habi
tu, deuictoq; diabolo, qui ad eius accusatio
nẽ stabat, ablatã illi sordidã vestẽ, & datum
indumentũ honoris & gloriæ, sicut corpus
Iesu Xpi, ꝙ est Ecclesia, aduersario in fine
temporũ per iudiciũ superato, a luctu pere-
grinationis in gloriã sempiternæ salutis assu
mitur. Quod ẽt in Psalmo dedicationis do-
Al. l. planctum. mus apertissime canit, Cõuertisti luctũ * in
Psal. 29. gaudiũ mihi, concidisti saccũ meũ, & accin
xisti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea, &
Cap. 37. non cõpungar. Quis põt ex occasione alte-
rius operis omnia q̃ in illis veteribus legis &
Prophetarũ libris figurate Christũ annũciãt
quantalibet breuitate perstringere, nisi forte
quis putat ingenio fieri, vt ea q̃ rerũ ordine
per sua tpa cucurrerunt, ad Xpi significatio-
nes interpretando vertantur? Hoc forte Iu-
dęi possunt dicere, siue Pagani, eis aũt qui se
Christianos putari volunt, premit ceruicem
1. Co. 10 Galat. 4. Apostolica authoritas, dicens, Omnia hæc
in figura contingebant illis, & hæc omnia fi-
guræ nr̃i fuerunt. Nã si Hismael & Isaac ho-
mines nati, duo testamenta significant, quid
credendũ est de tot factis, q̃ nullo naturali
vsu, nulla negocij necessitate facta sunt? Ni-
hil ne significãt? Si quis nostrũ, qui Hebręas
literas ignoramus, i. ipsos vocũ characteres,
videret eas in parietẽ conscriptas, honorato
aliquo loco: quis esset tã excors, vt eo modo
pictũ parietã putaret, ac nõ potius intellige-
ret scriptũ: vt si legere nõ valeret, nõ tñ illos
apices aliquid significare dubitaret? Ita prius
illa oĩa, q̃ sunt in vetere instr̃o scripturarum
H sanctarũ, quisquis non peruerso aĩo legerit,
sic oportet moueatur, vt aliquid ea significa
Cap. 38. re non ambigat. Verbi. n. gratia, nunquid si
Gen. 2. oportebat adiutoriũ viro fęminã fieri etiam
Gen. 6. hoc necessitas vlla cogebat, vel vlla suade-
De ciuitate Dei. bat vtilitas, vt de dormiẽtis latere fieret? Si cã
lib. 15. euadendi diluuij opus erat fabricari arcam,
cap. 26. quid opus erat mẽsuras eius, aut ipsas potissi
mũ fieri, aut ẽt scriptis ad religionẽ posterita
ti propagandis cõmemorari? Si pp genus re
parandũ animalia includi oportebat, quid
opus erat illo potissimũ numero septena de
mũdis, bina de immundis? Aditũ ad arcã fie-
ri necessitas vtiq; cogebat. In latere aũt fie- Ge. 7.
ri, vel ẽt memoriæ cõmendari per literas, qd
cogebat? Immolari filiũ iubetur Abrahã, ius- Ge. 22.
sus hoc fuerit, vt eius obediẽtia tali ẽt exami-
ne probata, posteris innotesceret, cõuenien-
tius ligna portauerit filius, ne pr̃ senexq; por I
taret. Non sit postea filium ferire permissus
ne orbitate grauissima se feriret, nunquid ẽt
si nullo effuso sanguine rediretur, minus es-
set probatus Abraham? Aut si iam opus erat
perfici sacrificiũ, etiã ne vt ille aries in ve-
pre adhærens cornibus appareret, ad vllum
augmentũ victimæ pertinebat? Sic omnia cũ
considerãtur, quasi superflua necessarijs cõ-
texta, inueniuntur admonent humanũ ani-
mũ: idest, rõnalẽ, prius aliquid significare,
deinde quid significent quærere. Itaq; ẽt ipsi
Iudæi, qui Xpm, cuius passionẽ nos agnoui-
mus, illi derident, nolũt talibus rerum, non
tantũ dictarũ, sed ẽt gestarũ figuris prænun-
ciatũ videri, coguntur a nobis discere quid
illa significent, quæ nobis aliquid significare
concedunt, tñ diuinæ authoritatis libros ab
ineptarũ fabularũ ignominia non defendũt,
Vidit hoc Philo quidã, vir liberaliter erudi- Philo.
tus, vnus eorũ cuius eloquiũ Græci Platoni
æquare non dubitãt: & conatus est aliqua in
terpretari, nõ ad Christũ intelligendũ in quẽ
non crediderat, sed vt inde magis appareret
quantũ intersit, vtrũ ad Xpm referas oĩa pp
quẽ vere sic dicta sunt, an præter illũ quasli-
bet coniecturas quolibet mentis acumine
persequaris: quantumq; valeat ꝙ Apostolus
ait, Cũ transieris ad dñm, auferetur velamẽ.
Vt. n. quiddã eiusdẽ Philonis cõmemorem,
arcã diluuij scđm rationẽ humani corporis K
fabricatam volens intelligi, tanquã membra
tim omnia pertractabat. Cui subtilissime nu
merorũ etiam regulas consulenti, congruen
ter occurrebant omnia, quæ ad intelligen-
dũ Christũ nihil impedirent: quoniã in cor-
pore humano etiã ille humani generis Sal-
uator apparuit: nec tñ cogerẽt, quia corpus
humanũ est vtiq; & hominũ cęterorũ. At vbi
ventum est ad ostium, quod in arcæ latere fa
ctum est, oĩs humani ingenij coniectura de-
fecit. Vt tñ aliquid diceret, inferiores corpo
ris

ris partes, quib. vrina & fimus egerunť, illo
ostio significari ausus est credere, ausus & di
cere, ausus & scribere. Nō mirū, si ostio non
1. Co. 3. inuēto sic errauit. Quod si ad Christū transis
set ablato velamine, sacramenta Ecclesię ma
nantia ex latere hominis illius inuenisset: nā
Ioan. 19. quia prędictū est, Erūt duo in carne vna, pro
Gen. 2. pterea in arca quędā ibi ad Christū, quędā
vero ad Ecclesiā referuntur, quod totū Xp̄s
est. Sic & cęteris interpretationibus figura-
L rum per vniuersum textum diuinę scripturę
licet cōsiderare, & cōparare sensus eorum:
qui Christū ibi intelligūt: & eorum qui prę-
ter Christum ad alia quælibet ea detorquere
Cap. 40. conantur. Nec Pagani nobis in hoc obstre-
punt: neq; .n. audent contradicere, ne illa nō
solum dicta, sed ēt facta figurate accepta in-
terpretemur ad Christū intelligendum, prę-
sertim quia ea quæ pręnunciata intelligimus
ēt demonstramus impleta: cū fabulas suas vt
aliquo modo cōmendēt ad nescio qua phy-
siologias vel theologias, idest, rōnes natura-
les, vel diuinas, interpretando referre conen
tur: ex parte planè satis indicātes qualia sint,
ex parte autem dissimulantes, dū ea rident in
theatris, quæ venerantur in tēplis, in turpitu
dine nimiū liberi, in superstitione nimiū ser
Cap. 41. ui. Nobis aūt quisquis dixerit, non iō illa vel
gesta, vel scripta, vt Christus in eis intelliga-
tur: excepta ipsa tanta cōsonantia rerū prę fi-
guratarū & nunc impletarū, alijs p̄sagijs Pro
pheticis apertis manifestisq; ferieť: sicuti est
illud, In semine tuo benedicētur oēs gentes.
Hoc dictū est ad Abrahā, hoc ad Isaac, hoc
ad Iacob. Vnde nō immerito dicit, Ego sum
Gen. 22. Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob:
26. et 28 cōpleturus vtiq; in benedictione omnium
gentium, q̄ ex eorum semine promisit. Nec
Exo. 3. immerito ipse Abrahā, cū eius seruus ei iuras
set, sub femore suo iussit eum ponere manū,
Gen. 24. sciens inde vēturā carnē Xp̄i, in quo b̄ndici
M oēs gentes, nō nūc prænūciamus, sed q̄ tūc
pręnunciatū est, nunc videmus. Vellē scire,
Cap. 42. imo melius nescierim qua cęcitate animę le
Gen. 49. gerit Faustus, vbi vocauit Iacob filios suos,
& dixit, Congregamini vt annunciem vobis
quæ occursura sunt vobis in nouissimis die-
bus? congregamini & audite filij Iacob, audi
te Israel patrē vestrū. Hic certe nemo dubitat
prophetantis personā esse dilucidatā. Audia
mus ergo quid dicat filio suo Iudæ, de cuius
tribu Xp̄s venit ex semine Dauid sc̄d'm car-
nē, sicut Apostolica doctrina testatur. Iuda,
inquit, te laudabunt fratres tui, manus tuæ
sup̄ dorsa inimicorū tuorū, adorabūt te filij
patris tui. Catulus leonis Iuda de germinatio
ne filius meus ascēdisti, recūbens dormisti vt
leo, & vt catulus leonis quis suscitabit eum? A
Nō deerit princeps ex Iuda, & dux de femo-
ribus eius, donec veniāt quę reposita sunt ei:
& ipse expectatio gentiū, alligans ad vineā *De ciuita*
pullū suū & cilicio pullū asinæ: lauabit in vi *te Dei.*
no stolā suā, & in sanguine vuæ amictum *lib. 16.*
suū: fulgētes oculi eius a vino & dentes can *Cap. 41.*
didiores lacte. Falsa sint ista, obscura sint ista,
si nō in Xp̄o euidētissima luce claruerunt: si
nō eū laudāt fratres eius Apostoli, & oēs co
hæredes eius, nō suā gloriā quærentes, sed ip
sius: si nō sunt manus eius super dorsa inimi
corū eius: si non deprimuntur atq; curuātur
ad terrā crescentib. populis Christianis q̄-
cunq; illi adhuc aduersantur: si nō eū adora-
uerūt filij Iacob in reliquijs, quę per electio
nē gratię saluæ factæ sunt: si non ipse catulus
est leonis, qui nascendo paruulus factus est,
propter hoc additū, de germinatione filius,
meus, Cā q̄ppe reddita est quare catulus, ī cu *Pro. 39.*
ius laude alibi scriptū est, Catulus leonis for
tior iumētis: hoc est, ēt paruul⁹ fortior maio
ribus: si nō ascendit in cruce recūbēs, cū in- *Ioan. 19*
clinato capite reddidit sp̄m: si non dormi-
uit vt leo, quia & in ipsa morte non est vict⁹
sed vicit: & vt catulus leonis, ide .n. mortuus
vnde & natus: si nō ille eū suscitauit a mor-
tuis, quē nemo hominū vidit, nec videre po *1. Tim. 6*
test. Eo .n. q̄ dictū est, Quis suscitauit eū? satis
expressa est tāq̄ ignoti significatio. Si defuit
princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius,
donec venirēt opportuno t̄pe, quæ promissa
tanquā reposita fuerāt. Sunt .n. literę certissi-
mę historiæ ipsorū quoq; Iudæorū, quibus
ostēditur primū alienigenā Herodē regē fuis *Matt. 2.*
se in gēte Iudæorū, quo t̄pe natus Xp̄s est. Ita
nō defuit rex de semine Iuda, donec venirēt
q̄ reposita erant illi. Sed quia nō solis Iudęis B
fidelibus profuit quod promissum est, vide
quid sequatur, Et ipse expectatio gētiū. Ipse *Mat. 4.*
alligauit ad vineā populū suū .i. populū suū
in cilicio prędicans & clamans, Agite pęni-
tentiā, appropinquauit .n. regnū cęlorū. Po-
pulū aūt gētiū illi subditū cognoscimus pul
lo asinę comparatum, in quo etiam sedit du-

cens eũ in Hieruſalẽ.i.in viſionẽ pacis, docẽs
Mat. 21. manſuetos vias ſuas. Si non lauit in vino ſto-
lam ſuã, ipſe eſt.n.glorioſa Eccleſia, quã ſibi
exhibet non habentẽ maculam aut rugã. Cui
Ephes. 5. dicitur etiam per Eſaiã. Si fuerint pctã veſtra
ſicut phęnicium, tãquã niuẽ dealbabo. Vnde
Esaiæ 1. niſi de dimiſsis pctis? In quo ergo vino niſi
illo de quo dicitur, ꝙ pro multis effundetur
Mat. 26. in remiſsionẽ peccatorũ? Ipſe eſt enim bo-
Nũe. 13. trus ille qui pependit in ligno. Propterea &
hic vide quid adiungat, Et in ſanguine vuæ
amictũ ſuũ. Iam vero fulgere oculos eius a
C vino, illa in corpore eius membra cogno-
ſcũt, quibus donatũ eſt ſancta quadã ebrieta
te alienatę mentis ab infra labentibus tempo
ralibus æternã lucẽ ſapientiæ contueri. Vnde
quiddã pauloante cõmemorauimus dicente
Paulo, Siue.n. mente excesſimus, Deo. Hi sũt
fulgentes oculi a vino. Sed tamen quia ſequi
2. Cor. 5. tur. Siue tẽperantes ſumus vobis: nec paruu-
1. Cor. 3. li relinquuntur adhuc lacte nutriendi, quia
Hebr. 5. & hic ſequitur, Et dentes condidiores lacte.
Cap. 43. Quid ad hæc reſpondetis inſani? Nempe iſta
manifeſta ſunt, nempe omnes, nõ dico calũ-
nias cõtradictionis, ſed etiã nebulas dubita-
tionis expellunt. Talia quęrite primo in illis
libris, talibus primo credite, quæ nunc a me
nec omnia cõmemorari poſsũt, quia nimiũ
eſt: nec multa, quia longũ eſt: nec pauca vel-
lẽ, ne ſola exiſtimentur ab eis qui illa nõ le-
gunt. Et ne fidelis ac diligẽs lector me repre-
hendat, cũ plura euidentiora repperit, ꝙ
iſta potiſsimũ poſuerim quæ mihi occurre-
re in prȩſentia potuerũt: inuenietis n. multa
quæ oĩno nec tali ſaltẽ indigeant admonitio
Esa. 53. ne quali mõ vſus ſum in verbis Iacob. Quis
enim iã quærat expoſitionem dũ legit, Velut
ouis ad victimã ductus eſt: & omnia quę il-
lic multipliciter & euidenter dicuntur, Quia
liuore eius ſanati ſum⁹ & pctã ipſe portauit?
Psal. 21. Quis non quaſi Euãgeliũ cantari arbitretur,
Foderũt manus meas & pedes, dinumeraue-
rũt oĩa oſſa mea. Ipſi vero cõſiderauerũt &
D cõſpexerũt me, diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea,
& ſup veſtimẽtũ meũ miſerũt ſortẽ? Quis ni-
ſi nimiũ cęcus iã impleri nõ cernat, Cõme-
morabunt & conuertentur ad dñm vniuerſi
fines terræ, & adorabunt in cõſpectu eius v-
niuerſę patrię gentiũ? Quid illud in Euan-
Mat. 16. gelio, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem
Ioan. 12. &, Nũc anima mea turbata eſt? Nonne prius
in Pſalmo ſonuit, Dormiui conturbatus? Et
vnde factũ eſt vt dormiret? Quorũ vocib. ac Psal. 56.
clamatũ eſt, Crucifige, crucifige: Nõne & in Luc. 23.
Pſalmo ſecutus pnunciat, Filij hominũ den- Psal. 56.
tes eorũ arma & ſagittę, & lingua eorũ gla-
dius acutus? Quid autẽ fecerunt, quid nocue
rũt reſurrecturo, & ſuper cęlos aſcẽſuro, &
totũ orbẽ terrarũ gloria ſui nominis poſſeſ-
ſuro? Vide vtrũ hoc Pſalmus tacuerit: ſequit
enim, Exaltare ſup cęlos Deus, & ſup oẽm E
terrã gloria tua. Quis vnquã de Xp̃o dictum Psal. 2.
dubitabit, Dñs dixit ad me, filius meus es tu,
ego hodie genui te: poſtula a me, & dabo ti-
bi gentes hęreditatẽ tuã, & poſſeſsionẽ tuam
terminos terrę. Quis aliũ intelligere pmiſſus
eſt, vbi Hieremias dicit, nimirũ de ſapiẽtia,
Tradidit illã Iacob puero ſuo, & Iſrael ele- Baruc.
cto ſuo: Poſt hęc in terris viſus eſt, & cũ hoĩ
bus cõuerſatus eſt? Quis nõ eundẽ Saluatorẽ
agnoſcat apud Danielẽ, cũ antiquo dierũ of
fertur filius hoĩs, & accipit regnũ ſine fine,
vt ſeruiant ei oẽs gẽtes? Iã vero ſi locũ illum
quẽ commemorauit dñs ex eiuſdẽ Danielis
prophetia, Cũ videritis abominationẽ vaſta
tionis quæ dicta eſt a Daniele, ſtantẽ in loco Cap. 44.
ſancto, qui legit intelligat, & ſi ſupputatis ẽt Dan.
tẽporibus hebdomadũ, ille numerus pertra-
ctetur, nõ ſolũ Chriſtus, ſed etiã tẽpus repe-
ritur, quo eũ opportuit venire paſſurũ. Quã Dan.
quã & ſine cõputatione tẽporũ, manifeſtis re Mat. 24.
rũ effectibus Iudęos vrgere ſoleamus, cũ q-
bus nobis, nõ vtrũ in Chriſto ſit ſalus noſtra:
ſed vtrũ iã venerit paſſusq; fuerit diſceptatio
eſt. Cõuincuntur aũt rebus ipſis apertiſsimis
non ſolũ de fide omniũ gentiũ, quas ei ſerui
turas eadẽ cui cedere cogunt, ſcriptura præ-
dixit, q̃ ita clareſcit toto orbe terrarũ, vt om
niũ tergiuerſantiũ oculos feriat: verũ etiã de
ijs quę in ipſa Iudæorũ gẽte iam facta ſunt,
ꝙ ſacrariũ euerſum eſt, ꝙ ceſſauit hoſtia, &
ſacerdos, & vnctio priſtina, quæ oĩa Daniel Dan.
tunc prȩnunciauit futura, qñ vngi ſanctũ ſan
ctorũ liquide prophetauit. Cũ igitur illa om
nia ia facta ſint, exigitur ab eis etiam vnctus F
ſanctus ſanctorum, & quid reſpondeant non
inueniunt. Quomodo autem nobiſcum, non
de Chriſto, ſed tantum de aduentu eius diſce
ptarent, niſi bene noſſent eum in ſuis libris Ioan.
prophetatũ? Cur à Ioãne quęrunt, vtrum ip- Ioan.
ſe ſit Chriſtus? cur ipſi dño dicũt, Quandiu
animam noſtrã tollis, ſi tu es Xp̃s dic nobis
palam?

palam? Cur Petrus & Andreas & Philippus
dicunt Nathanaeli, Inuenimus Messiã, quod
interpretaẽ Christus, nisi qa hoc nomen in il
la gente per illas literas, & scribaẽ, & expe-
Ioan. 1. ctabaẽ? Nam nulla alia gens reges & sacerdo
Exod. 29. tes suos Christos habuit & vocauit, quorum
significatiuam vnctionem cessare fas nõ fuit,
nisi cũ ille venisset, qui in eis pręnunciabaẽ.
Sic.n. Iudæi nouerant illos Christos suos, vt
tñ vnum sperarẽt, per quẽ demũ liberarenẽ,
sed excæcati occulta iustitia Dei, dum solam
eius virtutem cogitant, infirmitatem, in qua
pro nobis mortuus est, nõ intellexerũt. Hinc
illa verba in libro Sapientiæ de illis prædicta
Sapiẽ. 2. cognoscimus, Morte turpissima condemne
mus illũ, erit.n. respectus in sermonib. illius,
si vere filius Dei est, suscepit illum & libera-
G bit illum de manib. contrariorũ. Hæc cogita
uerunt & errauerunt excæcauit.n. illos mali
tia illorũ. Quod etiam de istis verissime dici
põt, qui in tãta multitudine testimoniorũ, in
tãta dispositione pręnũciatarũ rerũ, in tanta
manifestatione cõpletarũ, adhuc dicũt scri-
pturis illis Christum non esse prophetatum.
Quod si iterũ atq; iterum dicant, non iterũ
atq; iterum possumus documenta proferre,
adiuuante illo qui tanta in copiam præbuit
aduersus calumnias erroris humani, vt ea
que iam commemorauimus, nõ repetamus.
Cap. 45. Iam porrò aliam Fausti tergiuersationem q̃
credo cum & ipsæ preclarissima prophetiæ
luce percuteret, calidissimam se inuenisse ar
bitratus est, ẽt refellere piget, ne ꝓpterea pu-
teẽ aliquid dixisse, qa ei rñderi dignum habi
tũ est. Quis.n. demẽtissimus diceret, inertis *
esse fidei, de Christo sine teste non credere?
Vellem mihi isti rñderent, cui nã de Christo
H ipsi credidissent, an illam vocem de cęlo au
dierũt, Hic est filius meus. Ei qppe voci po-
tius Faustus nos iubet credere, qui de Chr̃o
non vult testib. hominib. credi, quasi ad nos
etiã eiusdem vocis notitia sine hoĩe teste per
uenerit, cũ & manifestũ sit sic eam peruenis-
se, & Apostolus dicat, Qũo aũt inuocabunt,
in quem non crediderunt? Aut qũo credent
ei quem nõ audierunt, Qũo aũt audient sine
p̃dicante? Aut qũo p̃dicabunt, si nõ mittanẽ?
Sicut scriptũ est. Quam speciosi eorũ pedes
q annunciant pacẽ, qui annunciãt bona. Vi-
detis certe quẽadmodum p̃dicationem do
ctrinę Apostolicę, ꝓpheticum testimonium
comiteẽ. Vt.n. nõ contẽnerenẽ, neq; fabulosa
ducerenẽ quæ Apostoli annunciabãt, demõ-
strabanẽ hæc a Prophetis ante fuisse p̃dicta,
qa etsi attestabanẽ miracula, nõ defuisset, si-
cut etiam nunc adhuc quidam mussitant, qui
magicæ potẽtiæ cuncta illa tribuerent, nisi ta
lis eorum cogitatio, cõtestatione propheti-
ca vinceret. Magicis.n. artib. longe antequã
nasceret, Prophetas sibi cõstituere a qb. præ
nunciareẽ, nemo vtiq; diceret. Sed videlicet
vetat nos Faustus de vero Christo Hebræis
Prophetis testib. credere, qui de falso Chri-
sto Persarum errorib. credidit. Verum disci- Cap. 46.
plina catholica proterea simplici fide prius
nutriri oportere docet mentem Christianã,
vt eam capacem faciat ad intelligenda super
na & æterna. Sic etenim & Propheta dicit,
Nisi credideritis, nõ intelligetis. At ea ipsa est Esa. 7.
simplex fides, qua credim⁹ anteq̃ cognosca I
mus supereminentẽ sciẽtiam charitatis Chri
sti, vt impleamur in oẽm plenitudinem Dei, Ephe. 3.
non sine cã dispensationem humilitatis eius,
qua humanitus natus & passus est, a Prophe
tis per ꝓpheticam gentẽ, per propheticum
populum, ꝑ propheticũ regnum tanto ante
prædictã, nisi qa in illa stultitia quę sapiẽtior 1. Co. 1.
est hoĩbus & in illa infirmitate, quæ fortior
est hominib. magnum aliquid latet ad iustifi
cationem & glorificationem nostram. Et ibi
sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ obscõ
diti, qui nulli aperiunẽ, si sibi per maternam Colos. 2.
carnem traiectum cibum. i. per apostolica et
prophetica vbera lactis alimenta contempse
rit, & tanq̃ infantilem victum quasi prægran
di ętate fastidiens, prius in venena hæretico-
rum, q̃ in sapientiæ cibum, cui se idoneum
temere arbitrabaẽ, irruerit: Non ergo qđ di-
cimus necessariam simplicẽ fidem, cẽtrariũ K
est ei qđ dicimus, vt Prophetis credatur, ma
gis enim ad hoc pertinet, vt prophetis creda
tur priusquã purgata & roborata mẽte pos-
sit intelligi, q per Prophetas sic loquebatur.
At enim si Christũ prophetauerũt, nõ digne Cap. 47.
neq; cõgruẽter sua prophetatione vixerunt.
Vnde hoc scitis? An quid sit vel bene vel ma-
le viuere, iudicare vos potestis, quorum iu-
stitia est, potius succurrendum esse meloni
non sentienti, vt eum vos manducetis, quam
mendico esurienti, vt manducandum aliqd
detis? Catholicis autem paruulis, antequam
sciant quæ sit aĩæ humanæ perfecta iustitia,

& quantum interſit inter ipſam, cui ſuſpira-
tur, & iſtam qua hic viuitur, ſufficit de illis
viris hoc exiſtimare quod commendat Apo
Rom. 1. ſtolicæ doctrinæ ſanitas, quia iuſtus ex fide
Gene. 15 viuit. Credidit autem Abraham Deo, & de-
Gene. 3. putatum eſt illi ad iuſtitiã. Præuidens enim
ſcriptura, quia ex fide iuſtificat gentes Deus,
prænunciauit Abrahæ, dicens, Quia in ſe-
mine tuo benedicentur omnes gentes. Apo-
Gene. 26 ſtoli verba ſunt. Ad cuius tam claram, tam-
que omnibus notiſsimam vocem, ſi a veſtris
fallaciſsimis ſomniis euigilaretis, ſequeremi
I ni veſtigia patris veſtri * Abraham, & in eius
a.l. noſtri ſemine benediceremini cum omnibus gen-
Rom. 4. tibus. Ipſe enim accepit, ſicut dicit Apoſto-
lus, ſignum circuncifionis, ſignaculum iuſti
tiæ fidei, quæ eſt in præputio, vt ſit pater om
nium credentium per præputium, vt de pute
tur illis ad iuſtitiam, vt ſit pater circunciſio-
nis, non his ſolum qui ex circunciſione sũt,
ſed & iis qui ſequuntur veſtigia, quæ eſt in
præputio fidei patris noſtri Abraham. Cuius
ergo iuſtitia fidei nobis ad exemplum imi-
tanda propoſita eſt, vt & nos iuſtificati ex fi-
de, pacem habeamus ad Deum, intelligere
debemus quemadmodum vixerit, non repre
hẽdere, ne ante per abortum labamur ex vte-
ro matris Eccleſiæ, quam per ſtabilem con-
ceptum formati perfecti naſcamur. Hoc Fau
Cap. 84. ſto pro moribus Patriarcharum & Prophe-
tarum ex voce paruulorum noſtrorum bre-
uiter reſponderim, inter quos & meipſum
deputauerim, dum tamen non reprehendam
vitam ſanctorum antiquorum, etiam ſi non
intelligam quam myſtice vixerint, quorum
vitam nobis laudabiliter Apoſtoli Euange-
lio ſuo prædicarunt, ſicut illi ſua prophetia
futuros Apoſtolos prædixerunt, vt clament
Eſai. 6. ad ſe inuicem duo teſtamenta, ſicut duo Se-
raphin, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus
Deus ſabaoth. Cum vero cœperit Fauſtus
Patriarchas & Prophetas non generali atque
M indefinita reprehenſione, ſicut hic fecit, ſed
Inf. li. 22. proprie facta eorum commemorando cri-
minari, adiuuabit me dominus Deus eorũ,
qui eſt etiam noſter vt ad ſingula cogruen-
ter apteque reſpondeam. Nunc vero illos
homines Fauſtus Manichæus vituperat, Pau
lus autem Apoſtolus laudat, eligat quiſque
cui credat.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

FAuſtus dixit, Qũo Chriſtũ colitis,
Prophetas repudiantes, quorum Cap. 1.
ex præſagiis accipit̃ fuiſſe ventu
rus? Chriſtũ qdẽ noſtrum.i.filiũ
Dei, Hebræorũ aliquos annunciaſſe Prophe
tas, neſcio improbare quis poſsit, cũ res cœ-
perit examinari. Veruntñ etiã ſi hoc ita ſe ha
beat, qd ad nos? Illos manet hæc reprehẽſio,
qui ex Iudaiſmo forte ad Chriſtianiſsimum
cõuerſi ſub teſtimoniis, vt perhibes Prophe
tarũ, poſtea neglexerint eos, beneficiorũ in-
grati. Porrò aũt nos natura gentiles ſumus.i.
quod Paulus præputium vocat, ſub alia nati Eph. 2.
A lege, & præfatorib. aliis, quos gẽtilitas vates
appellat, atq; ex his poſtea ſum⁹ ad Chriſtia-
niſmũ conuerſi, nõ ante effecti Iudæi, vt me
rito Hebraicorũ Prophetarum ſequeremur
fidẽ euntes ad Chriſtianiſmũ, ſed ſola exciti
fama, & virtutũ opinione, atque ſapientia li
beratoris noſtri Ieſu. Vnde ſi mihi adhuc in
paterna religione moranti, prædicator adue
niens, Chriſtum vellet ex Prophetis inſinua-
re, hũc ego protinus dementẽ putarem, qui
gentili mihi, & longe alterius religionis ho-
mini de magis dubiis dubia conaretur aſtrue
re. Quid ergo opus erat, niſi vt ante Prophe-
tis mihi credendum eſſe perſuaderet, & tunc
per Prophetas Chriſto? Qđ ipſum vt fieret,
opus item erat aliis Prophetis, qui pro iſtis
facerẽt fidem. Quapropter ſi tu Chriſtũ per
Prophetas accipiendũ putas, Prophetas per
quem accipies? An dicturus eris per Chriſtũ,
vt viciſsim, i. vt alter alterum cõmẽdet, Chri
ſtus Prophetas, & Prophetæ Chriſtum? Sed
Paganus vtriuſque eorũ cõditione liber, nec
Prophetis de Chriſto dicentib. crederet, nec
Chriſto de Prophetis. Ita totum nulli alii,
quam ſuæ fidei debet, quicunque fit ex genti
bus Chriſtianus. Atque vt exemplo fiat id,
quod dicimus, apertius, ponamus aliquem
nunc a nobis catechizari gentilem, cui aſsi- B
dentes dicamus, Crede Chriſto, quia Deus
eſt. Ille vero, Vnde hoc mihi probatis di-
cat, & nos reſpõdentes dicamus, ex Prophe
tis. Rurſum illo quærente, quibus Prophetis:
nos reſpondeamus, Hebræis. Atque ille ſub-
ridens dicat, Sed his minime credo. Nos au-
tem rñdeamus, Quid ꝙ eos Chriſtus con-
firmat? Idem vero multo magis ridẽs, dicat,
quid

quid quod ego nec ipsi credo? Quid fiet, his
ita transactis, nonne hærebimus, & ille risis
nobis tãquam imprudẽtib. remeabit ad sua?
Ita nihil, vt dixi, Ecclesię Christianę Hebręo
rum testimonia conferunt, quæ magis cõstat
ex gentib. quã ex Iudæis. Sanè si sunt aliqua,
vt fama est, Syllabæ de Christo præsagia, aut
Hermetis, quem dicunt trimegistum, aut Or
phei, aliorumq; in gentilitate vatũ, hæc nos
aliquãto ad fidem iuuare poterunt, qui in gẽ
tib. efficimur Christiani. Hebræorum vero
C testimonia nobis ẽt si sint vera, ante fidem in-
utilia sunt, post fidẽ superuacua, q̃a ante qui-
dem eis credere non poteramus, nunc vero
Cap. 2. ex superfluo credimus. Augustin⁹ rñdit, Pro
sit hoc nobis loco ad breuitatem rñdendi su
perior tã prolixa rñsio. Puto. n. iam qui illã
legerit, ridet istum talia delirãtem, & adhuc
Exo. 19. dicentẽ, Christum filiũ Dei Hebræos nõ prę
1. Re. 10 nunciasse Prophetas, in qua sola gente nomẽ
Dan. 9. ipsum, quod dr̃ Christus, & in sacerdote sa-
cratissimum fuit, nec inde sublatum, anteq̃
ipse venisset, qui illis figurabat̃. Rñdeant aũt
ipsi, Christi nomen vnde didicerint? Si a Ma-
nichæo, quæro, ipsi Manichæo quõ credide-
rint, vt alios taceã, hoĩes Aphri, homini Per-
sæ; cum Faustus reprehendat Romanos, &
Græcos, vel alias gẽtes, si Hebræis Prophetis
tãquam alienigenis de Christo crediderint,
dicatq; illis accommodatiora esse vaticinia
Sibyllæ & Orphei, vel si qua forte alia sunt
vatum gentilium, credatur in Christum, nec
attendat in nullis ecclesiis illa recitari, cum
Hebręi Prophetæ in omnib. gentib. clareant,
atq; christianam salutem tanta fideliũ exami
na adducant. Dicere aũt non esse aptam gen
tib. Hebręam prophetiã, vt credant in Chri-
stum, cũ videat oẽs gentes per Hebręam pro
D phetiam credere in Christum, ridicula insa-
Cap. 3. nia est. Displicet vobis talis Christus, qualis
per Hebręos prænunciatus est, & tñ oẽs po-
puli gentium, apud quos Hebręam prophe-
tiam nullum pondus authoritatis hr̃e arbitra
mini, in talem Christum credunt, qualis per
Hebræos prænũciatus est, accipiendo .s. euã-
Rom. 1. gelium, qđ Deus ante promiserat, sicut Apo
stolus commemorat, per Prophetas suos in
scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei
ex semine Dauid s̃m carnem. Vnde Prophe-
Esaiæ. 11 ta Esaias dixit, Erit radix Iesse, qui exurget re
Rom. 15. gnare in gẽtib. in eum gentes sperabũt, &, Ec
ce virgo concipiet, & pariet filium, & voca
bunt nomen eius Emmanuel, quod interpre *Esaiæ. 7.*
tat̃ nobiscum Deus, ne putent isti hoĩem tan *Mat. 1.*
tummodo Christum ab Hebræis Profetis p
nunciatũ, hoc. n. vr̃ tetigisse Faustus cum ait
Christum q̃dem non filiũ Dei, quasi Hebræi
Christum suum non filiũ Dei dicerent. Ecce
nos ostendimus Deum Christũ virginis filiũ
ex Hebræa prophetia: nã vtiq; & Iudęi car-
nales, ne hoc solũ putarẽt esse Christum, qđ
pp nos factus est homo ex semine Dauid, ad E
monet eos ipse dñs ex prophetia eiusdẽ Da-
uid, q̃rens, ab eis, q̃d eis videret̃ de Christo, *Mat. 22.*
cuius eũ esse dicerẽt filiũ. Qui cũ rñdissent,
Dauid: ne hoc solũ, vt dixi putaret̃, & non re
spicerẽt ad Emmanuel, qđ est interpretatũ,
nobiscum Deus: Et quõ, inquit, ipse Dauid, *Psa. 109.*
in spũ dicit eum dñm, Dixit dñs dño meo, se
de ad dexterã meam, donec ponã inimicos
tuos sub pedib. tuis scabellum pedũ tuorũ?
Ecce, inquã, nos ostẽdimus Hebręa pphetia
Christum Deum, vos ostendite aliq̃ prophe
tiam vestrã, vnde nomen Christi didiceritis.
Manichæus. n. vester nõ fuit Propheta vẽturi
Christi, Apostolum q̃ppe eius se dicit, impu *Cap. 4.*
dentissima quidem fallacia: nam constat nõ
solum post Tertullianum, verumetiam post
Cyprianum hanc hæresim exortam. Omnes
tñ eius epistolæ ita exordiuntur, Manichæus
Apostolus Iesu Christi. Huic vos de Christo
quare credidistis? Quemnã testem vobis sui
Apostolatus adduxit, nomenq; ipsum Chri- *Contra*
sti, quod non scimus nisi in regno Iudæorũ *epistolã*
in sacerdotibus & regibus institutum, vt non *Manic.*
solũ ille non aut ille homo, sed vniuersa ipsa *cap. 5.*
gens, totumq; regnum Propheta fieret Chri
sti, Christianique regni, cur iste inuasit, cur
vsurpauit, qui Prophetis Hebræis vos vetat
credere, vt vos falsi Christi fallaces discipu-
los falsus & fallax Apostolus faciat? Postre- F
mo ne diceretur ei, Mentiris, ptulerit vobis
aliquos & Prophetas, s̃m assertionem suam
Christum prænũciantes, quid facietis ei, qua
lem Faustus catechizandum sub exemplo p-
posuit, qui neque ipsis neque illi credere vo
luerit? An Apostolos nostros pro se testes
vocabit? Non opinor homines producet, sed
libros aperiet, quos non pro se, sed contra se
apertos reperiet. Ibi enim Christum natũ ex
Maria virgine, ibi filium Dei factũ ex semine
Dauid secũdũ carnem legimus & docemus.

Quòd si eos infalsatos dixerit, ipse testiũ suorum fidẽ oppugnabit si aũt alios, quos dicat Apostolorum nostrorũ, codices protulerit, quõ eis ipse authoritatẽ dabit, q̃ p ecclesias Christi ab ipsis Apostolis constitutas nõ accepit, vt inde ad posteros firmata cõmendatione trãscurreret? Quõ ille, cui nõ credo, pfert mihi scripturas, qb. de illo credã, & eis ipse conat dare authoritatem, cũ ego ipsi nõ Cap. 9. credam? Si aũt famæ de Christo credidistis, hoc.n. & Faust⁹ magnis angustiis coarctat⁹, transeunter attigit, ne.s.aut eos libros proferre cogeret, quorum authoritas nulla est, aut ad eos ligaret, quorum authoritas ei cõtraria est, ergo si de Christo famæ credidistis, videte vtrũ fama idonea testis sit, diligenter cõsiderate quò vos præcipitetis. Mala.n.multa de vobis fama disseminat, cui nos credere nõ vultis. Quæ igit rõ est, hãc de Christo vel H le veracem, qua de vobis vultis esse mẽdacẽ? Quid q̃ ẽt famæ Christi cõtradicitis? Ea q.p Rom. 1. pe clarior, ea pp ollentior aures & mẽtes & linguas omnium gẽtium tenet, quæ Christo ex semine Dauid ẽm scripturas hebræas dis 2.Ti.2. seminatio implet, qđ ibi scriptũ est, pmissũ Gen. 12. Abrahæ, & Isaac, & Iacob, In semine tuo be 26. et 28 nedicent oẽs gentes? Quid ergo rñdetis? Cui nã de Christo credideritis, qb. testes alienigenæ nõ placẽt? Nostrorũ porrò librorũ authoritas, tot gẽtium cõsensione, p successiones Apostolorũ, Epõrũ, conciliorũq; roborata, vobis aduersa est, vestrorũ aũt nulla est, quæ & a tã paucis profertur, & ab iis qui Deũ & Christũ mendacẽ colũt. Vnde contra eorum mẽdacem doctrinã fit, nisi & ipsi tanq̃ imitatores Dei & Christi sui mẽdaces habeantur. Fama vero, ẽt ipsa consulta, & vos pessimos Mat. 3. iactat, & Christũ ex semine Dauid cõtra vos & 17. prædicare non cessat. Vocem patris de cęlo nõ auditis, opera Christi, qb. de ipso testificabat, non vidistis, codices, in quib. hæc scripta sunt, vt specie Christiana fallatis, velut acci I pitis, ne tñ contra vos legant, infalsatos dici Ioan. 10. tis, proferris inde Christũ dicentem, Si mihi Ioan. 8. non creditis, operib. credite, & Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimoniũ peribet de me qui misit me pater, & non vultis contra vos inde proferri, Scrutamini scri Ioan. 5. pturas, in quib. putatis vos vitã ęternam hr̃e, ipsæ testimonium perhibent de me, &c, Si cre Leu. 16. deretis Moysi crederetis & mihi, de me.n.ille scripsit, &c, Habent ibi Moysen & Prophetas, audiant eos, &c, Si Moysen & Prophetas non audiũt, nec si quis a mortuis resurrexit, credent ei. Vnde huc existis, vnde confiditis? Scripturas tanta authoritate firmatas, cõmendatasq; respuitis, miracula nõ facitis, quæ si faceretis, etiam ipsa in vobis caueremus per instruentem nos dñm, & dicentẽ, Exurgent multi pseudochristi & pseudoprophetæ, & Mat. 24. facient signa & prodigia multa, vt fallant, si fieri põt, etiã electos, ecce prędixi vobis. Vsq; adeo nihil credi voluit aduersus cõfirmatã scripturarũ authoritatem, q̃ fidẽ suam in reb. ipsis probat, quæ per temporũ successiones hæc impleri & effici ostẽdit, quæ tãto anteq̃ fierent, prænunciauit. Restat vt rõnem Cap 6. a vobis exhiberi dicatis tam certam & inuictam, vt per seipsam declarata veritate nullã testis authoritatem, nullam miraculi veritatẽ K requirat. Quid dicitis, quid profertis, quam rõnem, quam veritatem? Fabula illa est lõga & vana, puerile ludibrium, & muliebre iocamentum, & aniculare deliramentum continẽs, initium trũcum, & medium putridum, & finem ruinosum. Cum.n. vobis ex eius initio dictũ fuerit, Immortali, inuisibili, incor 1. Ti. 1. ruptibili Deo, quid factura erat gens tenebrarum, si cum ea pugnare noluisset? Et de medio eius, quomodo est incorruptibilis & incontaminabilis Deus, cuius membra in pomis & olerib. manducando & dirigendo cõteritis vt purgetis? Et de fine eius, quid fecit aĩa misera, vt in globo tenebrarũ perpetuo vinculo puniatur, quæ nõ suo vitio, sed alieno maculata, Deo suo deficiente mũdari nõ potuit, quo mittere polluta est? hæsitantibus vobis, & quid respondeatis non inueniẽtib. conspuuntur tam multi, & tam grandes, & tam pretiosi codices vestri, & multum dolẽt labores antiquariorum, & saccelli miserorum, & panis deceptorum. Si ergo nec scripturarũ authoritatis antiquitas, nec miracu L lorũ ptãs, nec morum sanitas, nec rõnis veritas, vos afferit, abite confusi, & redite cõfessi, ipsum esse Christum oĩum in se credentiũ Saluatorem, cuius nomẽ & cuius ecclesiam ita exhibent præsentia tempora, sicut præterita nunciarunt, nõ per quemlibet de cauernosis latebris procedentem, sed quadam gẽte, & quodã regno ad hoc propagato & instituto, vt ibi de illo cuncta figuris prænotaren-

tarentur, quæ nunc expressa rebus agnoscerent, & ibi per Prophetas pdicta scriberent, quę nūc per Apostoles prædicta pręstarent.
Cap. 7. Proinde constitute nobis aliquē catechizandū gentilē, in quo Faustus defecisse nos risit, vbi nō ridendus, sed plāgendus ipse defecit. Si.n.dixerimus hoī gētili, Crede Christo, q̄a Deus est, & r̄nderit, vnde credo? prolataque authoritate Prophetarū, eis se non credere dixerit, eo ꝙ illi Hebræi sint, ipse Paganus, ostēdimus fidem Prophetarū, ex iis quæ ventura cecinerūt, & venisse cernunt. Credo.n.ꝙ eū
L non lateret, q̄tas a regib. huius seculi persecutiones pri⁹ ptulerit Christiana religio: aut si lateret, p ipsam historiā gentiū, & imperiales leges literis memorięq; mandatas, facile probaret, qđ cū tanto ante prædictū ex Pro-
Psal. 2. pheta cognosceret, dicēte, Vt q.d fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dn̄m & aduersum Christum eius. Qđ non de ipso Dauid fuisse dictum, in eodem ipso psalmo facile apparet, ibi.n.dr̄ etiam illud, ꝙ hoīes quamlibet pertinacissimos, ipsa rerum manifestatione confundit, Dn̄s dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, postula a me, & dabo tibi gentes hęreditatē tuā, & possesionē tuā terminos terræ. Quod genti Iudæorū, in qua regnauit Dauid, nō esse cōcessum: Christi aūt nomine lōge lateq; oēs gētes occupante, nemo dubitat esse cōpletū. Credo moueret, cū hic & alia multa ex Prophetis audiret, q̄ nunc persequi longū est. Videret ēt ipsos reges terrę Christi imperio iam salubriter subiugatos, omnesq;
Psal. 71. gentes eidē seruientes, & legeret ei de Psalmo tanto ante prædictum, Adorabunt eum oēs reges terrę, oēs gētes seruiēt ei, totumq; Psalmum ipsum, qui figurate tanq̄ in Salo-
M monem dr̄, si legere vellet, inueniret Christū vere regem pacificum, hoc enim Salomonis nomen interpretat̄, in quo cognosceret cōpleta oīa quæ ibi dr̄, longe remotissima ab illo hoīe Salomone rege Israel. Illum itidem Psalmū, vbi Deus vnctus a Deo dr̄, & vtique Christus ipsa vnctione declaratur, idemque Christus Deus apertissime ostenditur, cum Deus vnctus insinuatur, si considerare vellet quę ibi de Christo, quę de ipsa ecclesia dicta sunt, quæ ibi q̄dē prædicta legeret, in orbe aūt terrarum impleta conspiceret, videret quoq; ipsa simulachra gentium per Christi nomē sic perire de orbe terrarum, idq; ipsū a Prophetis prædictum esse disceret, audiret Hieremiā dicētem, Sic dicetis illis, Dii, qui cœlum & terrā non fecerūt, pereant a terra, Hier. 10.
& de sub cęlo. Itē alio loco, cum eundē Prophetā dicentē audiret, Dn̄e fortitudo mea, & adiutoriū meū, & refugiū meū in die malo- Hier. 16.
rū, Ad te gentes veniēt ab extremo terræ, & dicent, Quā falsa possederūt patres nostri simulachra, & nō est in eis vtilitas, si faciet hō Deos, & ipsi nō sunt dii. Propterea ecce ego ostendā illis in tp̄e illo: manū meam ostendā illis, & scient, & virtutē meam, q̄m ego dn̄s. A
Hæc audiens de scriptura prophetica, & cernens in vniuersa terra, quid dicā quemadmodum moueret ad fidem, q̄n & hoc reb. ipsis probamus, cum per prophetiā ante tempora conscriptā & his temporib. impletam corda fidelium sic firmari cognoscimus? Iā ve- Cap. 8.
ro ne hoīem, sicut magni quidam hoīes fuerunt, Christū putaret, idē Propheta hoc illi de cogitatione excuteret. Ibi.n.sequit̄ & di-
dit, Maledictus homo, qui spē habet in hoīe, Hier. 17.
& firmat carnē brachii sui, & a dn̄o discedit cor ei⁹, & erit sicut tamatrix q̄ in deserto est, nō videbit cū venient bona, & habitabit inter iniquos in terra deserta, in terra salsa, quę non inhabitabitur. Et benedictus homo qui confidit in dn̄o, & erit dn̄s spes eius, eritque tanquam lignum fructiferum secus aquam, & in humore mittet radices suas, non timebit cum venerit æstus, & erunt in eo propagines numerosæ, in anno siccitatis non timebit, & nō deficiet faciendo fructum. Hic certe cum maledictum diceret eum, qui spē ponit in hoīe, eamq; maledictionem Propheticis similitudinib. explicaret, & benedictum qui in dn̄o confideret, eamq; benedictionē congruis itidem similitudinib. texeret, turba B
retur fortasse ille, quomodo ei ne spē suā in hoīem poneret, Deum Christū annūciaremus, & rursum eum non ex propria natura, sed ex nostra mortalitate suscepta hominem diceremus. Sic enim quidam Deum credendo Christū, & hoīem negando errauerunt, & rursus, q̄dam hominem putando, & Deū negando, aut contempserunt, aut in homine spem suam ponentes, in illud maledictum inciderunt. Hic ergo iste gentilis si turbaret, & diceret contra fidem nostram istum Pro-

phetam locutum fuiſſe, quia nos ſecundum
Apoſtolicã doctrinam non tm̃modo Deum
1. Tim. 2 Chriſtum diceremus, vt in eo ſpes ſucurriſsi
me ponat, ſed etiã mediatorẽ Dei & hoĩum
hoĩem Ieſum Chriſtũ iſtum aũt Deum tm̃ di
xiſſe, de natura vero humana nullam feciſſe
Hier. 17. mẽtionem, ibidẽ eiuſdẽ Prophetæ vocẽ audi
ret ſe admonentis & corrigentis, Graue cor
per oĩa, & homo eſt, & qs agnoſcet eũ? Ideo
qppe homo, vt graues corde per formã ſer-
ui ex fide ſanarent, & eum agnoſcerẽt Deũ,
C qui pp eos factus eſt homo, ne in hoĩe ſpes
eorum eſſet, ſed in hoĩe Deo, & tñ graue cor
per oĩa, & homo eſt, formã ſerui accipiẽs, &
Philip. 2. quis agnoſcit eum? Qui cum in forma Dei
eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis
Deo. Et homo eſt, qa verbum caro factũ eſt,
& habitauit in nobis. Et quis agnoſcet eum?
Ioan. 1. Quia in principio erat verbum, & verbũ erat
apud Deum, & Deus erat verbũ. Et vere gra-
ue cor per oĩa, nam & in diſcipulis eius ipsũ
Ioan. 14. graue cor fuit, cũ eis dicebat, Tanto tpe vobi
ſcum ſum, & nõ cognouiſtis me? Quid enim
eſt, Tanto tpe vobiſcum ſum, niſi quod hic
dr̃, & homo eſt? Quid eſt aũt illud, Et non co
gnouiſtis me, niſi quod hic dr̃, Et quis agno
ſcet eũ? Quem, niſi eum qui dicit, Qui me vi
det, videt & patrem? Vt ſpes noſtra non ſit in
homine, pp illud per Propretã edictum, ma
ledictũ, ſed ſit in homine Deo, i. in filio Dei
Saluatore Ieſu Chriſto, mediatore Dei & ho
Cap. 9. minum, & quo pater maior eſt pp formã ſer
Exod. 3. ui, & qui patri æqualis eſt pp formam Dei.
Dicit & Eſaias, Humiliabit & cadet contu-
melia * hoĩum: & exaltabit Deus ſolus in illa
a. l. contu macia. die, & manib. fabricata omnia abſcondet in
ſpeluncis, & in ſciſſuris petrarũ, & in cauer-
nis terræ a facie timoris dñi, & a maieſtate
D virtutis eius, cum ſurrexerit confringere ter-
ram, illa. n. die proiiciet homo abominatio-
nes aureas & argenteas, q̃ fecerunt vt adora-
rent ſuperuacanea & noxia. Et forte iſte gen-
tilis, quem catechizamus, quem dixit Fauſtus
cũ riſu dicturum, Non credo Prophetis He-
bræis, aliqua manu fabricata idola abſcondit
in ſpelunca, aut inſciſſura petrę, aut in cauer
na terræ, aut aliquẽ amicum ſuũ ſcit hoc fe-
ciſſe, aut in ciuitate, vel in fundo ſuo ſcit hoc
factum eſſe a facie timoris dñi, qui per reges
a. l. ſeue- riſſimis. terræ ſm eandem prophetiam, iam ſibi ſer-
uientes, ſeque adorantes, verriſsimis, * legib.
terram confringit, i. terreni cordis frangit au
daciam. Qũo ergo dicat, non credo Prophe-
tis Hebræis, cum & in ſeipſo completũ for-
te cognoſcat, quod olim predictũ eſt à Pro-
phetis Hebræis? Magis verendũ erat, ne tãta Cap. 10
rerum euidentia circũfuſus, fortaſſe diceret,
Poſtea quã iſta per mundum fieri cęperunt,
Chriſtianos has literas compoſuiſſe, vt ante
diuinitus prædicta putarent, ne quaſi temere
humanitus facta contemnerent. Hoc veren-
dum erat, niſi eſſet late ſparſus, lateq; notus E
populus Iudæorũ, Cain illo ſigno accepto, Gen. 4.
ne ab aliquo interficiat, & ille Cham ſeruus Gen. 9.
fratrum ſuorũ portãdo libros, qb. illi erudiã 3. Reg. 7.
tur, ipſe oneret per eorum quippe codices
probamus, non a nobis, tanq̃ de rerum euen
tu cõmonitis, eſſe conſcripta, olim in illo re
gno prędicata atq; ſeruata, nunc aũt manife Rom. 15.
ſtata & impleta, in quib. & ea, quæ ibi minus
perſpicua ſunt, qa in figura contingebant il-
lis, ſcripta ſunt aũt pp nos, in quos finis ſecu
lorum obuenit, iam nunc illuſtrata ſoluunt, 1. Cor. 10.
& quæ vmbris futurarũ adhuc rerum opaca
bant, iam factarum luce manifeſtantur. Forte
eiã hinc ſe diceret permoueri, q͛ ipſi, in quo Cap. 1.
rum libris hæc inueniuntur eſſe prænuncia-
ta, quæ nunc cernuntur impleta, non nobi-
ſcum tenent eiuſdem Euangelii ſocietatem.
Cum vero doceret etiam hoc ab eiſdẽ Pro-
phetis eſſe prædictum, quantum moueret ad
fidem, quis tam demens eſt, vt nõ videat? quis
tam impudẽs, vt ſe videre diſsimulet? quis. n.
dubitet hoc de Iudæis fuiſſe prophetatum,
cum Eſaias dicat, Agnouit bos poſſeſſorem Eſa. 1.
ſuum, & aſinus pręſepe dñi ſui, Iſrael aũt me
non cognouit, & populus meus me nõ intel
lexit? Aut illud quod Apoſtolus cõmemorat,
Tote die expãdi manus meas ad populũ non
credentẽ & cõtradicentem. Et maxime illud,
Dedit illis Deus ſpm̃ compũctionis, oculos F
vt non videant, aures vt non audiant, & nõ Rom. 10.
intelligant, & multa hmõi. Quòd ſi diceret, Eſai. 5.
quid ergo peccauerunt Iudæi, ſi Deus illos Eſa. 6.
excæcauit ne agnoſcerent Chriſtum? q̃tum Rom. 1.
poſſemus imbuẽdo, rudi hoĩ oſtenderemus,
ex aliis occultis peccatis Deo cognitis, veni-
re iuſtam pęnam huius cæcitatis, quod nõ ſo
lum dixiſſe Apoſtolum de quibuſdam, Pro-
pter hoc tradidit illos Deus in concupiſcen- Rom.
tiam cordis eorũ, vel in reprobũ ſenſum, vt
faciãt quę nõ conueniunt volentẽ oſtendere
quædam

quędam peccata manifesta, ex pœna venire
quorũdam occultorũ, sed nec ipsos hoc ta-
cuisse Prophetas demonstraremus. Nam ne
pergã longius, idẽ Hieremias eoipso loco,
Hier. 7. vbi ait, Et homo est, & quis agnoscet eũ? ne
1. Cor. 2 quasi hocipso excusati essent Iudæi, q̃a non
cognouerũt: Si.n. cognouissent, sicut Aposto
lus dicit, nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Se
quit, & ostendit occulti eorum meriti fuisse:
Hier. 17. vt nõ cognoscerent. Ait.n. Ego dñs, interro-
gãs corda, & probãs renes, vt dem vnicuiq;
ẜm vias eius, & ẜm fructum studiorum eius.
Cap. 12. Porrò si hoc gentilis ille moueret, cur etiam
G ipsi, qui appellant Christiani, in multas hæ-
reses, variasq; discedunt, neq; hoc a Prophe
tis Hebræis ꝑtermissum esse doceremꝰ, tanq̃
enim esset cõsequens, vt Iudæis in sua cæcita
te demõstratis, hoc illi veniret in mẽtem, ꝙ
etiam multi sub nomine Christiano ab ipsa
Hier. 17. Christiana societate deuiarent, ipse Hiere-
mias velut catechizandi ordinem nobis insi
nuãs, cõtinuo subiecit, Clamauit perdix, cõ
gregauit q̃ nõ peperit, faciẽs diuitias suas nõ
cũ iudicio. Perdix.n. nimis cōteptiosum ani-
mal, notum est q̃ta auiditate ipsius contẽtio-
nis currat in laqueum. Nõ.n. disputare amãt
hæretici, sed quoquo modo superare impu-
dẽtissima peruicacia, vt cõgregent sicut hic
dixit, q̃ nõ pepererũt. Christianos.n. quos ma
xime Christi nomine seducũt, iam per ipsiꝰ
Christi Euangeliũ natos inueniunt, & faciũt
illos diuitias suas, non sanè cum iudicio, sed
cũ temeritate inconsiderata. Non.n. intelli-
gunt ibi esse verã & salubrem, & quodãmo-
do germanam atq; radicalem Christianã so
cietatem, vñ istos separauerunt, quos ad suas
.Ti. 3. diuitias congregarunt. Et q̃a de talibus dicit
Apostolus, Sicut enim Iannes & Mambres
H restiterunt Moysi, sic & isti resistunt veritati,
hoĩes mente corrupti reprobi circa fidẽ, sed
vltra nõ proficient, dementia.n. enim eorum
manifesta erit omnib. sicut & illorũ fuit, seq-
tur & hic Propheta, & dicit, de perdice quia
Hier. 17. congregauit, q̃ non peperit, In dimidio die-
rum eius derelinquent eũ, & in nouissimis
suis erit insipiens, i. primo tanq̃ per pollicita
tionẽ & ostentationẽ excellentis sapientię se
ducebat, erit insipiens, i. apparebit insipiens.
Eis quippe, q̃b. primo sapiens erat, tunc erit
insipiẽs cũ apparebit, q̃a dementia eius nota
Cap. 13. erit omnib. Et tanq̃ ille, quẽ catechizamus,
quęreret & diceret, Quo ergo signo manife-
sto adhuc paruulus, & nondũ valens liquidã
discernere a tot errorib. veritatẽ, quo mani-
festo indicio tenebo Ecclesiã Christi, in quẽ
iã credere tanta rerũ antea ꝑdictarum mani-
festatione cõpellor? sequit̃ idem Propheta,
& tanq̃ motus animi eius ordinatissime exci
piens, docet eum Ecclesiã Christi ipsam esse
ꝑdictam, quæ omnib. eminet & apparet. Ipsa
est.n. sedes gloriæ, de qua dicit Apostolus,
Templum.n. Dei sanctũ est, q̃d estis vos. Vn- *1. Co. 3.*
de iste dixit, Sedes aũt gloriæ exaltata est, sã-
ctificatio nostra. Propter hos.n. motꝰ paruu- *Hier. 17.*
lorũ, qui pñt seduci ab hominib. a manifesta I
tione claritatis Ecclesię, dñs quoq; ꝓuidẽs,
ait, Non põt ciuitas abscondi supra montem
constituta, q̃a vtiq; sedes gloriæ exaltata est *Mat. 5.*
sanctificatio nostra, vt non audiant illi, qui
ad religionũ scissuras traducunt, dicẽtes, Ec
ce hic est Christus, ecce illic. Partes.n. osten- *Mat. 24.*
dunt, dicentes, Ecce hic, ecce illic: Cum illa
ciuitas super montẽ sit, quem montẽ, nisi eũ
qui ẜm Prophetam Danielis ex paruulo la- *Dani. 2.*
pide creuit, & factus est mons magnus, ita vt
impleret vniuersam terrã? Nec illi audiãtur,
qui nomine quasi secretę & apocryphę veri
tatis, & hoĩum paucitatis dicunt, Ecce in cu
biculis, ecce in deserto, quia non põt abscõ-
di ciuitas super montem constituta, quia se-
des glorię exaltata est sãctificatio nostra. Cũ
ergo gentilis iste his atq; hmõi aliis testimo
niis Prophetarũ de persecutione regũ & po *Cap. 14.*
pulorũ, de fide regũ & populorũ, de aboli-
tione idolorũ, de cæcitate Iudæorũ, de pro-
batione codicũ ab ipsis custoditorũ, de amẽ
tia hæreticorũ, de excellentia sanctæ Eccle-
siæ verorũ & germanorũ Christianorũ, ante
prædicta, & nunc impleta conspiceret, q̃d in
ueniret fide dignius, q̃ illos Prophetas, quib. K
de diuinitate Chr̃i eligeret credere? Etenim
si anteq̃ ista fierẽt, ingererẽ gẽtili Prophetas
Hebræos, quib. ea futura crederet, quæ facta
nondũ videret, merito fortasse diceret, quid
mihi est cum istis Prophetis, quos vnde vera
ces probem, non mihi ostenditur, cum vero
tam magna & tam multa quæ prædixerunt,
iam ad effectum manifestationemque per-
ducta sunt, planè ille, si peruersus esse nolet,
nec ista vllo modo contemneret, quę tanto
ante, & tanto apparatu præuidendo & præ-
nunciando commendari meruerunt, nec il-

los à quibus preuideri & prenunciari potue
runt. Nullis.n.prudentius credimus, vel de
preteritis, quę olim facta sūt, vel de futuris,
quæ nondum facta sunt, q̃ eis qui nobis fidē
verborū suorū in tā multis tamq; magnis, q̃
ab eis prędicta iam facta sunt probauerunt.
Cap. 15. De ciui. Dei li. 18 c. 23. Et lib. 18 c. 23. Di. 37. c. Si qd ueri. Sibylla porro, vel Sibyllæ & Orpheus, & ne
scio q̃s Hermes, & si qui aliis vates vel theo
logi vel sapiētes, vel philosophi gentiū de fi
lio Dei, aut de patre Deo vera prædixisse seu
dixisse perhibent, valet q̃dem aliquid ad pa-
ganorum vanitatē reuincēdā, non tñ ad isto
rū authoritatē amplectendam, cum illū Deū
nos colere ostēdimus, de quo nec illi tacere
potuerunt, qui suos congentiles populos, ad
idola, & dæmonia colēda, partim docere au
si sunt, partim prohibere ausi nō sunt. At illi
sancti authores nr̄i eum populū, eam rempu
L blicam, tale regnum, imperante & adiuuante
Deo, ꝓpagauerūt atq; rexerūt, vbi sacrilegiū
esset, qd̄ istis religio fuit. Itaque si qui illic in
a.l. liberrimo tonitruo coercebātur. cultū simulachrorū & demonū laberent, aut
pœna plectebant, ipsis suæ rei publicæ legib.
aut liberrime coercebant * Propheticis vo
cib. Vnus.n.ab eisdē colebat Deus, qui fecit
celū & terrā, Prophetico sane ritu, hoc est,
significatiuo futurorū, qui ritus aboleret, cū
illa venissent, q̃ per eū significabant esse ven
Danie. 9. tura, qn̄quidem ipsum regnū magnus q̃dam
Exod. 29. Propheta fuit, vbi rex & sacerdos mystica si
gnificatione vngebant, qd̄ nō ante ipsis quo
que Iudæis ignorantibus, ac per hoc inuitis
1. Re. 10. ablatū est, nisi cū venisset ille gratia spirituali
Psal. 44. vnctus Deus præ particib. suis ille sanctussan
ctorum, idē verus rex cōsulēdo nobis, & idē
verus sacerdos seipsum offerendo pro nobis.
Dist. 37. Si quid ueri. Quā ob rem q̃tum distat de Christi aduentu
inter prędicationē angelorum, & confessio
nem demoniorū, tm̄ inter authoritatem Pro
Luc. 2. phetarū, & curiositatē sacrilegorum. His &
Mar. 1. talib. quę nunc breuiter tangimus, tunc forte
Cap. 16. pro necessitate depellendi veternosi erroris
M aliquāto lati⁹ disputatis, & robore vberioris
probationis assertis, ille gētilis, quē nobis ca
techizandū Faustus proposuit, si salutē suam
peccatis suis prędoneret, ꝑfecto moueretur
ad fidē, qua imbutus & in ecclesię catholicę
gremio fouendus collocatus, consequenter
etiam moneret, quos mores tenere deberet,
neq; perturbaret eorum multitudine, in q̃b.
ea nō inueniret, quæ obseruare iuberet, q̃uis

cum eo corporaliter congregarent in Eccle
siam, & eadem sacra perciperent, sciret cum Rom.
paucis hereditatē Dei, cum multis aūt signa-
cula eius participanda. Cum paucis coërcare
sanctitatem vitæ, & donum charitatis diffusū
in cordib. nostris per spm̄ sanctum, qui datus
est nobis, ad quem fontem interiorē nullus
alienus accedit. Cum multis aūt sanctitatem
sacri, qui manducat & bibit indigne, iudiciū 1. Cor. 1.
sibi manducat & bibit, qui aūt manducare
contēnit, non habebit in se vitam, & ideo nō
perueniet ad vitā ęternā. Eosdemq; paucos
in cōparatione multitudinis malorum pau-
cos dicit, esse aūt per seipsos consideratos in
magno numero, diffuso toto orbe terrarum,
crescentes inter zizania, & cum palea vsque
ad diē messis & ventilationis, hoc in Euāge Mat.
lio dictum, hoc a Prophetis ante prædictū. & 1.
Ante.n.prædictum est, Sicut lilium in medio A
spinarum, ita proxima mea in medio filiorū.
Ante prædictū est, Inhabitaui cū tabernacu- Can. 2.
lis Cedar, cum his qui oderunt pacem, eram
pacificus. Ante prædictum est, Signa in fron Psa. 19.
te eos, qui gemunt & mœrent ob iniquitates
populi mei, quæ fiunt in medio eorum Itaq; Ezec.
iste gentilis, quē tali alloquio firmaremus, iā
factus ciuis sanctorū, & domesticus Dei, nec
iā alienus ab Israel, sed ver⁹ Israelita, in quo
dolus non esset, disceret ēt ista verba ex cor- Ephe.
de simplici dicere, q̃ subsequenter contexit Ioan.
idē ipse Hieremias, Patientia Israel, dn̄e, vni Hier. 7.
uersi qui te derelinquunt terreant. Cum.n.de
perdice dixisset, q̃a clamat & congregat quę
non peperit, cōmendauit excellentiam ciui-
tatis super montē positę, quę abscondi non
pōt, vt ab ecclesia catholica hereticū hoīem
non separaret, dicens, Sedes aūt gloriæ exal-
tata est sanctificatio nostra. Deinde quasi ve-
niret in mētem, qd ergo facimus de tā mul-
tis malis, qui tāto amplius vbiq; ꝑmixti sūt,
q̃to excellētior est Christi gloria in vanitate
oīum gentiū, subiecit statim, Patiētia Israel, B
dn̄e, Patienter enim ferendum est quod ait,
Sinite vtraque crescere vsque ad messem, ne
impatientia tolerandi malos, relinquant bo-
ni, qui propriè sunt corpus Christi, & ideo Mat. 3.
cum ipsi relinquuntur, ille relinquitur. Vnde
subiecit, atq; addidit, Vniuersi qui te derelin Hier. 7.
quunt, terreant, confundant qui recesserunt
in terrā. Terra est.n.hō de se ꝑsumens, atque
alios vt de seipso præsumat inducēs, & ideo
sequitur,

ſequitur, Euertentur, qm̃ dereliquerunt fon-
tem vitę dñm. Quid. n, aliud clamat perdix,
niſi apud ſe eſſe, & a ſe dari fontem vitę, ad
quē cōgregati recedāt a Chriſto, Chriſti pro
miſsione decepti, cuius noīe iam tenebātur
imbuti? Non.n.quos peperit, cōgregat, ſed vt
Hier. 17. cōgreget quos nō peperit, dicit, Salus quam
Chriſtus ꝓmiſit, apud me eſt, ego dabo. Sed
vide quid iſte dicat, Sana me dñe, & ſanabor,
1. Co. 1. ſaluũ me fac, & ſaluus ero. Vnde Apoſtolus
dicit, Nemo glorieť in hoīe, & iſte ſubiũgit.
Qm̃ gloriatio mea tu es. His modis nos in-
ſtruimus hoīem ex Apoſtolica Propheticá-
que doctrina, vt ędificeť ſuper fundamenta
Ephe. 1. Apoſtolorũ & Prophetarũ. Fauſtus aũt qũo
Cap. 17. perſuaderet diuinitatē Chriſti homini gēti-
li, quē cōſtituit dicētē, Nec Prophetis credo
C de Chriſto, nec Chriſto de Prophetis. An
Chriſto crederet de ſeipſo dicēti, cui nō cre
deret de aliis teſtificanti? Vere ridiculum eſt
hoc putare. Quē ſemel.n.dignũ fide non du-
ceret, aut oīno nihil ei crederet, aut potius ꝓ
De ciui- aliis quā ſeipſo teſtificāti crederet. Hic forte
tate Dei Fauſtus irriſus, Sibyllas hoī legeret, & Or-
li.8.c.23 pheum, & cęteros hmōi, ſi quos alios genti-
& li. 18. liũ reperiret de Chriſto aliqd prænunciaſſe:
cap. 23. ſed nō faceret, eos qppe ſibi incognitos faſ-
ſus eſt, dicēs, Sanè ſi ſunt aliqua, vt fama eſt,
Sibyllę de Chriſto p̃ſagia, aut Hermetis, quē
dicũt trimegiſtũ, aut Orphei, aliorumq́ue in
gentilitate vatũ, horum ergo iſte literas ne-
ſciens: qñquidem per famā putat eſſe aliquos
tales, non eas vtiq; legeret, illi dicenti, Nec
Prophetis credo, nec Chriſto. Quid igiť fa-
ceret? An proferret Manichæũ, & ex illo cō-
mendaret Chriſtũ? Nunqd hoc fecerunt, ſed
potius de Chriſto, cuius iā nomen vbiq; dul
D citer clarũ eſt Manichæũ ſemꝑ commēdare
Ioan. 15. conati ſũt, vt hoc melle, ſ. venenati ſui pocu
li labra perungerēt. Cum.n.Chriſtus ꝓmiſe-
rit ſuis, miſſurũ ſe paracletum, i. conſolatorē
vel aduocatum ſpm̃ veritatis, per hāc ꝓmiſ-
ſionis occaſionē, hunc paracletũ dicētes eſſe
Manichæum vel in Manichæo, ſurrepunt in
Acto. 2. hoīum mentes ignorātes, ille à Chriſto pro-
miſſus qñ ſit miſſus. Qui aũt legerunt cano-
nicum librũ, qui actus Apoſtolorum inſcri-
bitur, vident illam Chriſti profeſsionem * il
*.l. ꝓmiſ- lic rurſus cōmemoratam, & illic manifeſtiſ-
ſionem. ſime impletā. Sed modo quærimus, vnde illi
gentili fidē faceret de Chriſto? Puto.n.nemi-
nem eſſe cęcum, qui velit dicere, Manichæo
credo, cũ dicat, Chriſto nō credo. Deinde ſi
nō ridens, ſaltē ſtomachās diceret, Itàne Per
ſicis libris me iubes credere, qui Hebræis me
dixi nō credere? Qũo ergo capturus es hære-
tice iſtum hoīem, niſi iā nomine Chriſti ali-
quo modo ſubditũ inueneris, vt qa ille iam
Chriſto credendum eſſe non dubitat, tanquā
melius prædicanti Chriſtũ, Manichęo dece-
ptus acquieſcat. Ecce ille perdix cōgregans, Hier. 17.
q̃ non peperit. Itàne eum nondũ derelinqui-
tis vos, quos cōgregat: & nondum vobis ap-
paret inſipiēs, qui dicit Hebræorum teſtimo
nia vobis, ēt ſi vera ſint ante fidē inutilia eſſe,
poſt fidem ſuperuacua? Abiiciant ergo oēs q
crediderunt, oēs libros per quos factũ eſt vt Cap. 18.
crederent. Nam ſi hoc verum eſt, cur vel ip-
ſum Euangelium Chriſti a fidelib. legatur nō
video. Ante fidem quippe inutile eſt, qa ille E
gentilis, quem ridendus, vel potius flēndus
Fauſtus inducit, non credit Chriſto. Poſt fi-
dem autem ſuperuacuum, ſi etiam veris de
Chriſto præconiis iam ſuperfluo crediť, cũ
in eum creditũ fuerit. Hic forte dicetis, Sed
euangelium debet legere iam fidelis, ne obli
uiſcatur quod credidit. Sic ergo inſani, etiā
Prophetarum vera teſtimonia, ne obliuiſcať
quare crediderit. Qđ ſi oblitus fuerit, firmũ
apud eum nō poterit eſſe quod credidit. Aut
proiicite iam libros Manichæi, quibus teſti-
bus crediditis lucem pugnaſſe cũ tenebris,
quæ lux ipſe Deus erat, & vt poſſet ligare lux
tenebras, prius eſſe lucem a tenebris deuora
tam, & ligatam, & inquinatam, & dilania-
rũ uitã ſuam uidentes ex incerto pendere, Mat. 19
uicturos ſe eſſe nõ crederẽt.Sed filius Euan-
gelii cũ audit,Ille.n.de me ſcripſit:in hac ip
ſa ambiguitate ſentẽtiæ uidet,quid Prophe-
tæ porcis proiiciant,quid hominib. innuãt, Deu.28.
ſtatimq; illi occurrit uita hominũ Chriſtus
pẽdẽs,eiq; nõ credẽtes Iudæi, ob hocipſum
quia pendentẽ uident.Et alius quidẽ aliquis
cito diceret,inter cætera maledicta, quia in Ioan.5.
illa lectione ad aliqd de Chriſto intelligẽdũ
nõ ptinẽt,hoc ſolũ ibi eſſe de Xp̃o,qđ ſcri-
ptũ eſt, Videbis uitã tuã pẽdẽtẽ,& nõ credes
vitæ tuæ.Neq;.n. fieri nõ poſſet,ut inter di-
uerſa maledicta, q̃ impio populo ,pphetice
prænũciabãtur,hoc quoq; poneret.Sed ego,
& qui mecũ aliqñ attentius cogitant euãge
licã illam,dominicamq; ſententiã,qua non
ait,Ille.n.& de me ſcripſit,ut & alia, quæ ad
Chriſtũ nõ pertinent, ſcripſiſſe crederetur, L
ſed ait,De me.n.ille ſcripſit, ut oẽm ſcriptu
ræ illius intentionẽ nõ niſi ad intelligẽdam
Chriſti gratiã perſcrutãdo cõſuleremus, ẽt
cætera in illa lectiõe maledicta pp Chriſtũ
p̃dicta cognoſcimus,qđ nunc oñdere ſi ve-
lim,nimis lõgũ erit. Vñ tm̃ abeſt,ut hoc qđ Cap. 23
Fauſtus commemorauit, propterea non per
tineat ad Chriſtum,quia inter cætera male-
dicta poſitum eſt,ut nec ipſa cætera rectum
habeant intellectum,niſi ad Chriſti gloriã,
qua generi humano conſulitur, prophetata
referantur,quanto magis hoc?Quod & ſi ta
lis fuiſſet Moyſes, ut aliud corde intuens,
id ore funderet, facilius eum dicerem pro-
phetaſſe

phetasse nescientē, quam cū audirem popu
lo Iudæorum dictum, Videbis uitam tuam
Deu. 28. pendentē,& nō credes uitæ tuæ:de Xpo ꝓ-
phetarum negarem,Neq;.n.hoc intuebatur
animo Caiphas, quod ex uerbis eius intelle
ctū est,cum Christū vt inimicū persequens,
ait expedire,vt unus hō moreretur,ne peri-
M ret tota gens. Vbi Euangelista subiecit, hoc
Ioā. 11. eū nō a se dixisse,sed cū esset pōtifex,ꝓphe
tasse. Sed Moyses nō erat Caiphas, quare il-
lud quod populo Hebræo dixit,Videbis ui-
tā tuā pendentē,& nō credes uitæ tuæ:non
solum de Christo dixit, qđ etsi nesciens di-
xisset,de nullo alio dixisse deberet intelligi,
uerūetiā sciēs dixit. Erat.n. fidelissimus di-
spēsator prophetici sacramēti:id est,illius sa
cerdotalis chrismatis,unđ Christi nomēagno
scimus:in quo sacramēto quāuis hō pessim⁹
Caiphas,ēt nesciēs potuit prophetare. Hoc
quippe in eo egit propheticum chrisma, ut
prophetaret:hoc aūt uita impia, ut nesciens
prophetaret. Quo itaq; ore dicitur nihil de
Christo prophetasse, a quo illud chrisma cę
Cap. 22. pit,unđ Christi nomē innotuit, & unđ Chri-
stum etiam persecutor Christi uel nesciens
prophetauit: Nam de maledicto pendentis
in ligno,iam quantum satis uisum est supra
diximus. Interficiendum autem esse Prophe
tam siue principem populi, qui filios Israel
à deo suo uellet euertere, aliquodve infrin-
gere mandatorum, non aduersus Christum
pręcepisse Moysen,& ex his,quæ iam multa
A egimus,satis clarū est, & magis magisq; cō
sideranti dicta & facta dñi Iesu Christi,ma-
gis magisq; clarebit, quia nec a suo deo uo
Exod. 3 luit quenquā eorum Christus auertere. De⁹
quippe,quem illis Moyses diligendum colē
dumq; pręceperat, ipse est certē Deus Abra
ham & deus Isaac & deus Iacob, quem dñs
Iesus Christus eadem cōmendatione com-
memorat, eiusdemq; authoritate Saduceo-
rū refellit errorē resurrectionē negantium,
Mat. 22. ubi ait, De resurrectione aūt mortuorū non
legistis, quid Deus locutus sit de rubo ad
Moysen, Ego sum deus Abraham & Deus
Isaac & deus Iacob. Non est Deus mortuo-
rum,sed uiuorum. Omnes.n.illi uiuunt. Op
portune itaq; eadem uoce nunc conuincun
tur Manichæi,qua tunc conuicti sunt Sadu-
Mat. 8. cæi, nam & ipsam resurrectionē alio quidē
mō,sed tū etiam isti negant. Ille cum fidem
Cēturionis laudās dicere, Amē dico uobis,
nō inueni tātā fidē in israel,adiecit & ait,Di
co āt uobis, qđ multi ab oriēte & occidēte
uenièt & recūbent cū Abraham & Iacob in
regno cœlorum,filii āt regni ibunt in tene-
bras exteriores. Si ergo quod negare Faustus
nō pōt,nō cōmēdauit Moyses populo israel
deū,nisi deū abrahā & Isaac & Iacob, eūq; B
ipsum Christū ex his & aliis testimoniis si-
ne dubitatione cōmēdāt, nō est conatus ille
populū auertere a deo suo, sed iō minatus ē
eos ituros in tenebras exteriores, ꝙ auersos
uideret a deo suo,in cuius regno gentes vo-
catas ex toto orbe terrarū, recubituras dicit
cū abrahā & Iacob,nō ob aliud, quā ꝙ fidē
tenuissent dei abrahā & isaac & iacob. Vnde
& Apostolus dicit, Prouidens aūt scriptura, Gala. 3
quia ex fide iustificat gētes deus, prænūcia-
uit Abrahæ dicēs,In semine tuo bñdicentur
oēs gētes,ut illi.s.in semine abrahæ bñdice-
rētur,qui Abrahæ fidē imitarētur. Nō igitur
Christus Israelitas a deo suo uolebat auerte
re,sed eos potius,ꝙ ab illo auerterent,argue
bat. Mādatorū aūt aliqđ eorū,quæ ꝑ Mosen
data sunt,infregisse dñm, qui arbitratur, nō
mirū si hoc putat qđ Iudæi, sed errat, quia
in hoc errauerūt & Iudæi. Vbi āt Faustus cō
memorat ipsum mādatū, qđ dñm infregisse
vult credi,ibi opus est ut oñdamus qūo fal-
latur,sicut iā supra, ubi oportebat, ostendi-
mus. Nūc illud dico,quia si aliqđ illorū mā-
datorū dñs infregisset,nō ēt de hoc ipso Iu-
dæos arguisset,quib. calūniantibus,ꝙ disci-
puli eius illotis manib. manducarent,& ob
hoc excederēt nō mandatū dei, sed traditio C
nes seniorū,ait illis, Vt quid & uos trāsgredi Mat. 15
mini mādatū dei, ut traditiones uestras sta-
tuatis, ipsumq; dei mādatū cōmemorat,qđ
per Moysen mādatū esse nouimus. Secutus
quippe ait, Deus.n.dixit, Honora patrem &
matrem, & qui maledixerit patri aut matri,
morte moriatur,uos aūt dicitis, Quicūq; di- Mat. 15
xerit patri uel matri,munus,qđ est ex me,ti Exod. 20
bi profit,nō honorauerit patrē suū,& irritū Deut. 5
fecistis verbum dei propter vestram traditio
nem. Qua in re uidete quam multa nos do-
ceat,& Iudæos a deo suo se nō auertere, &
eius mandata non tm̄ se non infringere,ve-
rumetiā illos a quibus infringerent, argue-
re,&

Cap.25 re,& ñ niſi deũ ꝑ Moyſẽ iſta mãdaſſe. Quão
bré qm̃ nos credim⁹ oĩa, q̃ ſcripſit Moyſes,
ad Xp̃i cõmendationẽ pertinere, qđ iſto ope
re, q̃a demõſtrare nõ poſſum⁹, polliciti ſum⁹
in ijs hoc oſtẽdere, q̃ Fauſtus de illa ſcriptu
ra refellẽda vel vituperãda delegerit, recte à
nobis debitũ exigit, vt hoc ẽt, qđ præcepit
Moyſes interficiẽdũ eſſe Prophetã ſiue prin-
F cipẽ, q̃ eos à deo ſuo uellet auertere, aliquo
due infringere mãdatorũ, oſtẽdam⁹ ad cuſto
diẽdã fidẽ, q̃ in eccleſia Chriſti dr̃ pertinere.
Videbat quippe ille ſpũ ꝓphetico, & deo ſibi
loquẽte, multos exurrecturos hr̃ticos, diuer
ſorũ errorũ magiſtros aduerſum doctrinam
Xp̃i, q̃ nõ eũ Xp̃m prędicarẽt, q̃ ver⁹ eſt Xp̃s.
Ille. n. verus eſt, q̃ ꝑ prophetias, per eũdem
Gala.3 Moyſen, cæterosq; ſanctos eius gẽtis editas,
prænũciatus eſt. Quiſquis itaq; aliũ docere
vellet, ipſum interficiẽdũ Moyſes præcipie-
bat. Quid aũt nunc aliud agit lingua catholi
ca, niſi vt ſpiritali gladio, vtriuſq; teſti acie
bis acuto, interficiant oẽs, qui nos à deo nr̃o
volũt auertere aliquodue infringere mãda-
torũ? Inter quos præcipue cadit ipſe Mani-
chæus, cũ eius error aſſerta legis & Prophe-
tarũ veritate, perimit, volẽtis nos auertere a
deo nr̃o, deo Abrahã & Iſaac, & Iacob, quẽ
Xp̃s cõmendat: & volẽtis infringere mãdata
legis in quorũ ẽt figuris Xp̃m ꝓphetarũ eſſe
Cap.26 cognoſcimus. Iã vero illã cõplexionẽ, vtrũ
obtuſiſsimã an fraudulẽtiſsimã dicã, neſcio:
erat. n. Fauſto ingeniũ, vñ magis arbitror eũ
nebulã inijcere voluiſſe minus attẽto lecto-
ri, q̃ nõ vidiſſe qđ dicam: ait. n. Quod ſi hæc
de Chriſto minime ſcripſit, aut alia dabitis,
aut nulla erũt. Hæc propoſitio vera eſt, ſed cõ
ſequẽs erat, vt oſtenderet & hæc de Chriſto
minime ſcripta eſſe, & alia dari nõ poſſe. Ni
hil aũt horũ fecit, quia & hęc nos oſtẽdimus,
q̃uo de Chriſto accipi poſsint: & ſuperius
alia multa dedimus, q̃ niſi de Chriſto intelle
ctũ hr̃e non poſsint. Non eſt ergo, cur cõclu
G das Fauſte, nulla eſſe a Moyſe ſcripta de
Xp̃o. Attende. n. quid dicas, Quòd ſi hæc, in-
quis, minime de Chriſto ſcripſit, aut alia da-
bitis, aut nulla erũt. Verũ dicis. Proinde, quia
& hęc de Chriſto, vel ꝑ ꝑ Chriſtũ ſcripta do
cuimus, & alia multa dedimus, argumẽtatio
tua potius nulla erit. Et hæc quidẽ, quæ cõ-
memoraſti, quãuis nõ obtinueris, ſaltẽ cona
tus es oſtendere non eſſe ſcripta de Chriſto.
Quòd aũt ſubdidi. Aut alia dabitis, aut nulla
erũt: prius demonſtrare debuiſti, alia nos da
re non poſſe, vt ſecurus inferres, nulla eſſe.
Nunc vero tanquã libellus tuus tam ſurdos
auditores, vel cęcos lectores eſſet habiturus,
vt nullus aduerteret qđ præter miſeris, cu-
curriſti dicere, Si nulla fuerint, nec Xp̃s po-
tuit aſſeuerare qđ nuſquã eſt: ita ſi Xp̃s hoc
minime aſſeuerauit, capitulum hoc falſum H
eſſe cõſtiterit. O hominẽ cogitantẽ dictorẽ,
& aliũ non cogitare * contradictorẽ. Vbi eſt *al. cogitantem.
acumẽ tuũ? An in mala cã nõ poſſes aliter?
Sed mala cã te vana loqui coegit, malã vero
hr̃e cãm nemo te cogit. Quid ſi. n. alia dabi-
mus: Certe vtiq; non erunt nulla, quia erunt
aliqua. Et ſi erũt aliqua, potuit Chriſtus aſſe-
uerare quod eſt. Ita ſi Chriſtus hoc aſſeuera-
re potuit, capitulum illud euãgelicũ falſum
eſſe non conſtat. Redi ergo ad propoſitionẽ
tuam, quã dixiſti, Aut alia dabitis, aut nulla
erunt: & vide non te oſtẽdiſſe nulla nos alia
daturos: vide ẽt nos q̃ mulra iam ſupra dixe
rimus, * & quid hinc conficiatur aduerte. ſ. *al. dederimus.
non eſſe falſum, quod in Euangelio Chriſtũ
dixiſſe legimus, Si crederitis Moyſi, credere
tis & mihi: de me enim ille ſcripſit. Et euan-
gelij quidem tam eminens eſt authoritas, &
tam fundata ueritas, vt ẽt ſi nos ꝑ ꝑ tardita-
tem intelligentiæ noſtræ nulla inueniremus
a Moyſe ſcripta de Chriſto, non ſolum eſſe
aliqua, ſed ad Chriſtũ omnia pertinere quæ
ſcripſit, quia non ait, Et de me ſcripſit: ſed,
De me ille ſcripſit: credere deberemus. Nũc
aũt & ſi de iſto euangelij capitulo, quod ab-
ſit, dubitandum eſſet, compertis tam multis
in ſcriptura Moyſi de Chriſto teſtimonijs, Ioan.5.
omnis illa dubitatio tolleretur: & quia de ca
pitulo Euangelij dubitandum non eſt, ẽt ſi
illa comperta non eſſent, eſſe tñ credi opor- I
teret. Nã illud quod adiungis, diſſimilẽ fuiſ- Cap.27
ſe traditionem Chriſti atq; Moyſis, & ideo
non fuiſſe veriſimile vt ſi crederent Moyſi,
crederẽt & Chriſto: imò illud potius eſſe cõ
ſequens, vt ſi alteri Iudæi crederẽt, alteri ne-
ceſſario repugnarẽt: non vtiq; diceres ſi cõſi
derationis oculũ paululum attolleres, orbẽ-
que terrarum ſine contentionis cæcitate cõ-
ſpiceres in hominibus doctis atq; indoctis,
Græcis & Barbaris, ſapiẽtibus, & inſipienti-

bus,qb.ſe debitorẽ dicebat Apoſto.& Moyſi
Rom.1 & Xp̃o ſimul credẽtẽ.Si ergo ñ erat uerisimi
le,ut Iudæi Moyſi & Xp̃o pariter crederent,
multominus uerisimile eſt, ut orbis terrarũ
Moyſi & Chriſto pariter credat. Cum uero
H uideamus omnes gẽtes utriq; credere, & il-
lius prophetiã cũ Euãgelio huius cõueniẽtẽ,
fide robuſtiſſima & celeberrima retinere,nõ
ad aliq̃d ĩpoſſibile gẽs una uocabaẽ, cũ ei di
Ioan.5 cereẽ,Si crederetis Moyſi,crederetis& mihi:
potiusq; eſt mirãda & uehemẽtius arguẽda
duritia Iudæorũ,q hoc non fecerũt, qđ totũ
Cap.28. mundũ feciſſe cõſpicimus.Nã q̃cq̃d dicis de
ſabbato & de circũciſione carnis, & de dñia
ciborũ aliã fuiſſe traditionẽ Moyſi,aliud per
Xp̃m didiciſſe Xp̃anos,iã ſ.oñdimus:quia ſi-
1.Co.10 cut dicit Apoſto.Hæc oĩa figuræ nr̃æ fuerũt.
Nõ ergo diuerſa doctrina eſt, ſed diuerſum
tp̃s.Aliud.n.erat, quo hæc oportebat ꝑ figu-
ratas prophetias prænũciari:& aliud eſt,quo
hæc iã oportet ꝑ manifeſtã ueritatẽ redditã-
que impleri.Sed q̃d mirũ,ſi Iudæi carnaliter
intelligẽtes ſabbatũ,Xp̃o,qui iã hoc ſpiritali
ter ĩſinuabat,repugnauerũt? Tu Apoſtolo rñ
de,ſi potes, qui uacationem ipſius diei um-
bram futuri eſſe teſtatur. Sed illi reſtiterunt
Colo.2. Chriſto, non intelligẽtes uerum ſabbatum,
uos ei nolite reſiſtere, & intelligite ueram
innocentiam. Nam eo ipſo loco, ubi præci-
pue deſtructor ſabbati putatur Ieſus,cum di
ſcipuli eius per ſegetem tranſeuntes,& eſu
rientes uellerent ſpicas & ederẽt, innocẽtes
eos dixit,rñdẽs Iudæis,Si ſciretis q̃d ſit,miſe
Mat.12 ricordiã volo,quã ſacrificiũ:nũquã cõdẽnaſ
ſetis innocẽtes.Magis.n.eſuriẽtiũ miſereri de
I buerũt,q̃a hoc illi coacti fame fecerũt. A uo
bis aũt q̃ſquis uulſerit ſpicas,nõ ex traditio-
ne Xp̃i,q hãc innocẽtiã uocat,ſed ex traditio
ne Manichæi homicida deputaẽ. Hanc forte
miſericordiã eiſdẽ ſpicis exhibuerũt Apoſto
li,ut inde mẽbra dei mãducãdo purgarẽt,ſi-
cut ueſtra fabula eſt? Vos ergo crudeles, qui
hoc nõ facitis.Sed uidelicet nouit Fauſtus de
ſtruere ſabbatũ,q̃a ſcit uirtutẽ ſemꝑ atq; in-
fatigabiliter operari. Illi hoc dicãt, q intelli-
gũt deũ ſine tp̃ali uolũtate uniuerſa tp̃a fa-
ciẽtẽ.Hoc ad uos multũ eſt,q dei ueſtri regẽ
rebellatione gẽtis tenebrarũ ꝓhibetis excuſ
ſam,& hoſtiũ repẽtino impetu ꝑturbatã. An
ex æterno ꝓuidens hoc futurũ, nunq̃ habuit
reqẽ,q̃a nunq̃ ſecurus fuit,q ſe cogitabat tã
graue bellũ tãta mẽbrorũ ſuorũ labe dãnoq;
geſturũ?Cęterũ illud ſabbatũ,qđ impie atq;
impie deridetis, niſi & ipſũ inter ꝓphetias, Cap.2
que de Chr̃o ſcriptæ ſunt, hẽret intellectũ,
ñ ei Chr̃s ſic atteſtareẽ: q cũ ꝓpria uolũtate,
ſicut ipſe in eius laude poſuiſti, patereẽ,iõq;
tp̃a paſſionis & reſurrectionis ſuæ hẽret in
poteſtate,id egit,ut caro eiꝰ in ſepultura ſab-
bato requieſceret ab oĩb.opibꝰ ſuis:ut tertio K
die reſurgẽs,quẽ dñicũ dicimꝰ,q poſt ſabba-
tũ numeratur octauus,ẽt circũciſionẽ octaui
diei ad ſe prophetandũ pertinere declararet.
Quid.n.ſignificat circũciſio carnis?quid niſi
expoliationẽ mortalitatis, q̃ de carnali gñа-
tione portamus? ꝓꝑ qđ dicit Apoſto. Exuẽs Coloſ.2
ſe carnẽ,principatus & ptãtes exẽplauit,fidu
cialiter triũphãs eos in ſemetipſo. Qđ.n.di-
cit exuiſſe ſe carnẽ.eo loco carnẽ,mortalita- 1.Co.1
tẽ carnis intelligimus,ſcđm q̃ proprie corpus
hoc caro nominaẽ,quæ mortalitas ꝓprie ca-
ro appellata eſt, q̃a ĩ illa reſurrectionis ĩmor
talitate nõ erit.ꝓꝑea ſcriptũ eſt, Caro & ſan
guis regnũ dei non poſſidebunt. De quibus
uerbis ſoletis calũniari fidei noſtræ, qua cre-
dimus huius corporis futurã reſurrectionẽ,
quæ in ipſo deo iã pręceſſit, diſſimulantes
ea quæ ſequũtur,in quibus apertè Apoſtolus 1.Retr
quid dicat,exponit. Volẽs.n. oſtẽdere q̃d eo cap.16
loco dixerit,carnẽ:cõtinuo ſubiecit, Neque
corruptio incorruptionẽ poſſidebit. Hoc.n.
corpus, qđ ꝓꝑ mortalitatẽ propriè caro no
minatur, mutari dicit in reſurrectione ut iã
nõ ſit corruptibile atq; mortale.Qđ ne pute 1.Co.1
tur noſtra ſuſpitione dici, ipſa eius quæ ſe-
quũtur,uerba cõſulite: Ecce, inquit,myſte-
riũ dico,oẽs q̃dẽ reſurgemꝰ,nõ tñ oẽs immu
tabimur. In atomo,in ictu oculi,in nouiſſi- L
ma tuba:canet.n.tuba, & mortui reſurgẽt ĩ-
corrupti,& nos ĩmutabimur. Oportet.n.cor
ruptibile hoc induere incorruptionẽ,& mor
tale hoc induere immortalitatẽ. Vt ergo in- Gen.17
duaẽ immortalitate, exuitur mortalitate:hoc
eſt circunciſionis myſteriũ, quæ octauo die
fieri iuſſa eſt: & octauo die.i.dñica poſt ſab-
batũ iã in ueritate a dño impleta. Vnde dici-
tur exuens ſe carnẽ principatus & poteſtates
exemplauit. Per hãc enim mortalitatem no- Coloſ.2
bis inuidæ diabolicæ ptãtes dominabantur,
quas exemplaſſe dictus eſt: q̃a in ſeipſo capi

te nr̃o præbuit exẽplũ,qđ in toto eius corpo
re.i.ecclesia ex diaboli ptãte liberãda, ĩ vlti-
ma resurrectione cõplebit:hæc est fides nr̃a.
Abac.3 Et qm̃ sicut testimoniũ ꝓpheticũ Pau.cõme
Rom. 1 morat,Iust⁹ ex fide viuit, hæc est iustificatio
nr̃a. Mortuũ q̃ppe Chr.stũ,& pagani credũt,
resurrexisse aũt Christũ,ꝓpria fides est Chr̃a
norũ.Si.n.cõfitearis,ait Apostol⁹,in ore tuo,
Rom. 10 q̃a dñs est Iesus, & credideris in corde tuo,
q̃a deus illũ suscitauit a mortuis, saluus eris.
M Quia ergo ex ista resurrectionis fide iustifi-
camur,iõ & illud de Xp̃o apostolicũ ẽ,Quia
mortu⁹ est ꝑ ꝑ delicta nr̃a, & resurrexit ꝑ ꝑ
iustificationẽ nr̃am. Et quia ista resurrectio,
quę credita nos iustificat,illa octauę diei cir
cuncisione figurata est: ꝑ ꝑea de ipso Abra-
Rom. 4 hã,cui primũ tradita est,dicit Aposto. Et si-
gnũ accepit circuncisionis signaculũ iustitię
fidei.Ergo & istã circũcisionẽ inter alias figu
Ioan. 5 ras propheticas de Christo scripsit Moyses.
Mat. 23 De quo ipse dicit, De me.n,ille scripsit.Qđ
aũt dicit dñs,Væ vobis scribæ & pharisęi hy
pocritæ,q̃ circũitis mare & aridã facere vnũ
proselytũ:& cũ feceritis eũ,facitis eũ filiũ ge
hẽnæ duplo,q̃ vos estis.Nõ q̃a circũciditur,
dixit,sed ꝙ eorũ mores imitatur, a quib.imi
tãdis cohibet suos,dicẽs,Su ꝑ cathedrã Moy
si sedẽt Scribæ & Pharisæi,quæ dicũt facite:
quæ aũt faciũt,facere nolite:dicũt.n.& nõ fa
ciunt.in quib. dñicis verbis vtrunq; debetis
aduertere,& quãtus honor delatus sit doctri
næ Moysi,in cuius cathedra ẽt mali sedẽtes,
bona docere cogebãtur:& vñ fieret prosely
tus filius gehẽne,nõ.s.a Phharisæis verba le
gis audiẽdo,sed eorũ facta sectãdo.Hoc ergo
dici posset tũc proselyto circũciso, qđ Paul.
Rom.2 lus dicit,Circũcisio quidẽ prodest,si legẽ cu
stodias.Quia uero ille in non custodiẽda le-
ge Pharisæos imitabať, fiebat filius gehẽnæ.
Propterea quantũ arbitror,duplo q̃ illi,quia
hoc negligebat implere,ꝙ propria volũtate
A suscepe rat:nõ ex Iudæis natus, sed spõte Iu-
dæus factus. Quid aũt dicere voluisti,sine re
Cap.30 spectu iniuriose,ꝙ Moyses helluonis in mo
Deut. 14 dũ disceptator sedet:iubetq; alia quidẽ abli-
guriri ꝓ mũdis,alia vero pro immũdis ne cõ
tingi quidẽ,cũ ad helluonẽ hoc magis perti-
neat,vt aut nulla discernat, aut si discernit,
suauiora eligat. An hoc iõ dicis,vt imperitis
cõtinentia tua uelut ab ineunte ætate mirã-
da videatur,quasi nesciẽtis,vel iã obliti, quã
to iucũdius sapiat porcina q̃ veruecina. Sed
quia & ista Moyses figuris propheticis de
Christo scripsit, in aĩaliũ carnibus significãs
hoẽs,vel incorporandos Xp̃i corpori, qđ est
ecclesia,uel respuẽdos, vos quoq; inter im-
mũda figurauit:qui ꝑ ꝑea fidei catholicæ nõ B
conuenitis,quia nec ruminatis verbũ sapiẽ-
tię,& duo testã vetus & nouũ nõ cõcorditer
distinguẽtes, tanq̃ geminã vngulã nõ habe-
tis. Quis aũt ferať te quoq; Adimanti vestri
fallaciam non puduisse sectari? Dicis.n.& tu Cap.31
Christũ sic docuisse ciborũ indifferẽtiã, ut a
suis discipulis q̃dẽ oẽs carnes penitus remo
ueret,secularibus uero uulgo cõcederet, oĩa
quæ possent edi,atq; asseueraret ꝙ eos nihil
in os intrãs pollueret,quia q̃ de ore impudẽ
ter procedũt,ea sola sunt,quę pollunt hoẽm. Mat. 15
Hęc verba tua sunt,tanto impudentiore,quã
to apertiore mẽdacio de prõpta, & expressa,
primo,quia ẽm Xp̃i sniam,si ea sola polluũt
hoẽm,quæ mala ex ore procedunt,cur & di
scipulos Christi non ea sola polluerũt,ut eos
tanquã ab immundis carnibus essent necesse
ꝓhiberi? An seculares hoẽs nõ polluũtur his
quæ in os intrant, sed his quæ ex ore exeũt?
Ergo mũdiores sunt aduersus immunditiam
q̃ sancti,si sanctos & ea quæ intrãt,& ea quę
exeunt,possunt inquinare. Vellẽ aũt mihi isti
dicerent, quid manducabat & bibebat Xp̃s,
qui in cõparatione Ioan.non mãducantis ne
que bibentis,se dixit manducantẽ & biben-
tẽ? Cũ.n.argueret peruersitatẽ hominũ, vtro Mat. 11
biq; calumnias inquirentium, Venit,inquit,
Ioannes,non manducans, neque bibens, &
dicunt, Dæmoniũ hẽt: venit filius hominis,
manducãs & bibens,& dñt, Ecce hõ uorax, *al. vina
& uinauria amicus publicanorum & pctõ- r.ius.
rum. Et Ioannis quidem escã & potum noui C
mus:non.n.dictum est,ꝙ omnino non bibe
ret,sed ꝙ uinum & siceram non biberet, bi- Luc.1
bebat ergo aquam. Cibus autem eius nõ om
nino nullus erat, sed locustæ & mel sylue-
stre. Vnde ergo dictus est, non mãducans ne Mat. 3
que bibẽs,nisi quia illo uictu,quo Iudæi ute
bantur,ille non utebatur? Hoc ergo dñs nisi
uteretur, non in eius cõparatione manducãs
& bibens diceretur. An forte iõ,quia pane &
olerib.dñs uescebatur,quib. Ioan.non uesce-
batur? mirum si nõ manducans dr̃, qui locu-

ftas & mel comedit: & mãducãs dr̃, q pane atq; olere cõtẽtus eſt. Sed de cibis ſuſpicami ni qcqd uultis, certe bibẽs & vinauria*non *al. uinarius.
diceret, niſi uinum biberet: cur ergo & hoc uos immũdũ putatis? Neq;.n.hæc p̃p cõtinẽ
D tiã diſciplinãq; domãdi corporis tãgere ꝓhi betis, ſed ꝙ immũda ſint: nã ea ſordes & fel
Titu. 1 gẽtis tenebrarũ eſſe perhibetis ꝯ Apoſtolũ di cẽtẽ, Oĩa mũda mũdis. Ecce qui audent dice re Xp̃m indifferẽtię ciborũ magiſtrũ, diſcipu los tñ ſuos ab iis prohibuiſſe, q̃ immũda ipſi putãt. Oñdite ubi iſta diſcipulis ſuis remoue rit, fallaces, improbi ueruntñ dei uindicis ꝓ uidẽtia ita cæcati, ut ẽt commoneatis nos vñ conuincamini. Nã uim patior ab aĩo meo, ni ſi totũ ipſum euangelij capitulũ, qđ iſte ad uerſum Moyſen opponere, inſpiciẽdũ inſer uero: ut ibi uideamus q̃ falſum ſit, ꝙ prior Adimãtus, & mõ Fauſtus dixit, dñm Ieſum a
Mat. 15. diſcipulis ſuis carnes ueſcendas remouiſſe, eaſq; uulgo ſecularibus cõceſsiſſe. Nẽpe cũ rñdiſſet calumniantibus, ꝙ nõ lotis manibus mãducarẽt, ita ſequitur Euangeliũ, Et conuo catis turbis, ait illis, Audite & intelligite, Nõ qđ intrat in os, coiqnat hominẽ: ſed qđ proce dit de ore coinqnat hominẽ. Tũc accedẽtes diſcipuli, dixerunt ad eũ, Scis ꝙ Phariſæi au dito uerbo, ſcãdalizati ſunt? Hic certe a diſci pulis cõpellatus, debuit eos, ſicut iſti uolunt, proprie docere ab oĩbus carnibus abſtinen dũ, ut illud qđ ſupra dixit, Nõ qđ intrat in os, coinqnat hoẽm, ſed qđ ꝓcedit de ore, tur bis dixiſſe uideret. Sequatur ergo Euãgeli ſta & dicat, quid iã nõ turbis, ſed diſcipulis rñderit dñs, At ille rñdens ait, Omnis planta tio quam nõ plantauit pater meus cœleſtis eradicabit. Sinite illos, cæci ſunt & duces cæ corũ. Cæcus aũt ſi cæcũ ducat, ambo in fo ueam cadunt. Hoc utiq; iõ, quia traditiones ſuas uolentes ſtatuere, mandata dei nõ intelli gebãt. Sed nõdũ q̃rerãt diſcipuli a magiſtro,
E qũo ipſi, qđ turbis dixerat accipere deberẽt. Ecce & hoc fit, nã cõtexit Euangeliſta, & di cit: Rñdens aũ Petrus ait illi, Narra nobis pa rabolã iſtã. Hinc intelligimus Petrũ putaſſe nõ proprie nec aperte dñm locutũ fuiſſe cũ diceret, Nõ qđ intrat in os, coinqnat hoẽm, ſed qđ procedit de ore: ſed ut ſolet obſcurita te parabolæ aliqd ſignificare uoluiſſe. Videa mus ergo utrũ iã ſecretius diſcipulis interro gãtibus hoc dicat, ꝙ Manichæi uolũt, immũ das eſſe oẽs carnes, nec eos aliquid earũ dẽre cõtingere. Quid quod exprobrat, ꝙ apertam ſuã locutionẽ nõdũ intellexerint, & proprie dictũ, parabolã putent? Sic.n.ſequitur, At ille dixit, Adhuc & uos inſipientes eſtis, & nõ in
F telligitis, qa oẽ qđ in os intrat in uẽtrẽ uadit, & in latrinã emittitur: q̃ autẽ procedunt ex
Mat. 5 ore, de corde exeũt, & illa coinqnãt hominẽ: nã de corde exeunt cogitationes malę, homi cidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa te ſtimonia, blaſphemiæ, hæc ſunt q̃ coinqnãt homines: non lotis aũt manibus mãducare,
Cap. 3. nõ coiqnat hominẽ. Certe iã manifeſtata fal lacia cõuicta diſcedit, certe iã clarũ eſt, non aliud de hac re turbas, aliud ſecreto diſcipu los dñm docuiſſe: certe ſine dubitatione per ſpicit Manichæos potius eſſe mẽdaces atq; fallaces, nõ Moyſẽ, nõ Xp̃m, nõ teſtĩ utriuſq; doctrinã: ibi figuratã, hic reuelatam: ibi pro phetatã, hic præſentatã. Qũo ergo nihil eo rũ catholicos ſeruare putant, q̃ Moyſes ſcri pſit, cũ oĩa prorſus obſeruet: nõ iã in figuris, ſed in eis rebus, quas illæ figuræ ſignificãdo prænunciarunt? Neq;.n.ſi aliud tps eſſet ſcri bẽdi, aliud legẽdi, recte diceremus ſcripturã illã nõ obſeruare lectorẽ, quia & ipſe chara cteres illos nõ faceret: cũ illæ fuiſſent figurę ſonorũ, ille aũt iã ſonos ipſos exprimeret, il larũ tñ figurarũ non formatione occupatus, ſed inſpectione cõmonitus. Ideo aũt Iudæi nõ credebant, quia nec illa quæ Moyſes non figurate, ſed aperte præceperat obſeruabant.
Mat. 23. Vñ illis dicit, Decimatis menthã & ciminũ, & relinquitis grauiora legis, miſericordiam & iudiciũ: liquantes culicem, camelum aũt glutientes: hæc oportebat facere, illa aũt non
Mat. omittere. Vñ eſt & illud ꝙ traditionibus ſuis docebant, qũo infirmaretur p̃ceptũ dei, quo deferri honorẽ parẽtibus iuſſerat, p̃p quam ſuperbiã & iniquitatẽ excæcari meruerũt, ut
G cætera nõ intelligerẽt: quia ea quæ intellige bant, impie contẽnebant. Vides, nequaquam
Cap. 3. tibi nunc dicã, ſi Chriſtianus es, crede dicẽti
Ioan. 5 Chriſto, quia de ſe ſcripſit Moyſes, Quod ſi non credis, Chriſtianus non es. Ipſe quippe uideris quid de te ſentias, qui te ut gentilem uel Iudæum doceri de Chriſto expetis: ego tñ neque hoc defugi, & omnes tibi aditus er roris quantũ potui clauſi. Nec illud ſiui pa

tere

tere præcipitiũ,qua vos cæci mittitis, dicẽtes falsa esse in Euang.sicubi vestra hřsis exitũ ñ inuenerit: vt vobis nihil remaneat, quò redire posśitis,vnde Xp̃o credatis, vbi vobis hæc vox pestilẽtiæ ñ posśit opponi :quinetiã *Ioan.20.* sic te doceri cupis, vt Christianũ Thomam, quẽ Xp̃s de se dubitãtẽ nõ est aspernatus,sed quo animi eius vulneribus mederet̃,corporis sui cicatrices oñdit. Hæc verba tua sunt. H Bñ ꝙ sic te doceri exigis, Quã.n.verebar,ne hoc quoq; in Euange. falsum esse cõtẽderes. Crede ergo cicatricibus Christi,q̃a si cicatrices illæ verę erãt,vera ẽt illa vulnera fuerãt: nec vera vulnera, nisi vera caro hẽre potuisset,hoc verũ totũ vr̃um euertit errorẽ.Porrò si Christ⁹ falsas cicatrices dubitãti discipulo demõstrauit, & ip̃m fallacẽ dicis ita docẽtẽ, & te falli cupis ita discẽtem. Sed q̃a falli nemo est q̃ velit,fallere aũt multi volũt, magis te velle intelligo, quasi exẽplo Xp̃i fallaciter docere, q̃ exẽplo Thomæ fallaciter discere. Proinde si credis ꝙ falsis cicatricibus Xp̃s fefellerit dubitantẽ,te quis velit credere docẽtẽ,ac nõ potius cauere fallentẽ? At si ille discipulus veras cicatrices tetigit Chr̃i,verã cõfiteri cogeris & carnẽ Xp̃i.Ita Manichæus nõ permanebis,si sic credis vt Thomas:infidelis aũt remanebis, si nec sic credis vt Thomas.

Libri sextidecimi finis.

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Cap. 1. Matt. 5. FAustus dixit,Cur legem non accipitis & Prophetas,cũ Xp̃s eos nõ se venisse soluere dixerit,sed adimplere? Quis hoc te statur dixisse Iesum? Matth. Vbi dixisse? In *Mat.17.* monte. Quib.præsentibus? Pet. And.Iaco.& Ioan.quatuor his tm̃:cæteros.n.necdũ elege I rat,nec ipsum Matthęũ.Ex his ergo quatuor vnus.i.Ioan. Euangeliũ scripsit?Ita. Alicubi hoc ipse cõmemorat? Nusquã. Q̃uo ergo ꝙ Ioan.non testat̃,qui fuit in monte,Mattheus hoc scripsit,q̃ longo interuallo, postq̃ Iesus de mõte descẽdit, secutus est eũ? Ac per hoc de hoc ipso primo ambigitur,vtrũ Iesus tale aliq̃d dixerit: q̃a testis idoneus tacet, loquit̃ aũt minus idoneus:vt interim permiserim⁹ nobis iniuriã fecisse Matthæo,donec & ip̃m probemus hæc non scripsisse, sed aliũ nescio quẽ sub nomine eius quodq; docet & ipsa lectionis eiusdem Mathæi obliqua narratio. Quid.n.dicit? Et cũ transiret Iesus, vidit hominẽ sedentẽ ad teloniũ, nomine Matthęũ, *Matt. 9.* & vocauit eũ. At ille cõfestim surgẽs,secut⁹ est eũ.Et quis ergo de se scribẽs, dicat, Vidit me,& vocauit me,& secutus sum eũ:nisi q̃a constat hæc Matthæũ nõ scripsisse,sed alium nescio quẽ sub eius nomine? Cũ ergo ne q̃dẽ si & Matt.hoc scriberet,verum foret:quia K pñs nõ erat,cũ Iesus hæc loquebat̃ in mõte: quãto magis credẽdum nõ erit,q̃a nec Matt. eadẽ scripsit,sed alius sub nominibus & Iesu & Matthæi?Quid ꝙ ẽt ex ipso sermone,quo pręcepit nõ putare,q̃a venit legẽ soluere,magis intelligi det̃ q̃a soluerit? Neq;.n.nihil eo *Cap.2* tale faciẽte,Iudæi suspicari hoc pñt,Sed nolite,inq̃t,putare,q̃a veni soluere legẽ. Agẽdũ ergo,si ei & Iudęi dixissent,q̃d porrò tu tale agis, vñ hoc suspicari posśimus? An q̃a circũcisionem derides,sabbatum uiolas, s[a]c[r]ificia *Gene.17* respuis,cõfundis cibos?Hoc est ergo, Nolite *Exo.31* putare.Et q̃d hoc amplius,q̃d ve manifestius *Deut.14* fieri potuit in destructionẽ legis ac Prophetarũ?Aut si hoc adimplere est legem, q̃d erit soluere?Quid ꝙ ẽt lex & Prophetæ ne adimpletione quidẽ gaudent, adeo sibi pleni vñr & cõsummati,quorũ author ac pr̃ non min⁹ eis adiici indignatur,q̃ detrahi, ut scribẽs in Deut.dicat,Hæc p̃cepta,q̃ mando tibi hodie Israel obseruabis,& caue ne declines ab ijs- *Deut.5* dẽ,neq; in sinistrã,neq; ĩ dexterã:nec addas quicq̃ eis,nec minuas,sed in eisdẽ p̃seuerabis,ut bñdicat te dñs deus tuus?Qua p̃p̃ siue adimplẽdi cã Iesus legi aliquid & Prophetis adiecit,in dexterã vr̃ lapsus: siue dẽp̃sit ut destrueret,in sinistrã,utrũq; certe offendit legis authorẽ: idcircoq; aut aliud aliq̃d signifi[c]at istud aut falsum est. Aug.r̃ndit.O mirabil[e]m L insaniã de Xp̃o aliq̃d narrãti,nolle credi Mat- *Cap.3* thæo,& uelle credi Manichęo. Si Matthæus nõ interfuit,cũ Xp̃s dixisset,Nõ ueni soluere legẽ aut Prophetas, sed adimplere: & p̃p̃[te]a *Matt.5.* nõ est ei credẽdum,nunq̃d Manichęus interfuit,aut iã vel natus fuit,cum Xp̃s inter hoẽs appareret? Scd̃m hanc ergo fidei vestræ legẽ,nihil ei de Xp̃o testificanti credere debui stis.Nos aũt non p̃pea dicimus, nõ credendum esse Manichæo,q̃a dictis Christi nõ interfuit, & longe post natus est: sed quia de

Christo contra Christi discipulos loquitur, & contra Euangelium, quod illorum authoritate firmatum est. Habemus enim Apostoli uocem, qui in spiritu sancto tales uenturos esse cernebat. Vnde fidelibus dicebat, Si quis uobis euangelizauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit. Nam si nemo de Christo uera dicit, nisi qui eum præsens uidit & audiuit, hodie de illo nemo uera dicit.
M Porrò si hodie propterea de illo fidelibus eius uera dicuntur, quia illi qui uiderunt & audierunt, uel prædicando uel scribendo ea disseminauerunt, cur ex ore Ioannis condiscipuli sui nõ posset uera Matthæus audire de Christo, ubi ille affuit, & ipse non affuit, si ex libro Ioannis possumus uera loqui de Christo, non solum nos tanto post nati, sed etiã post nos alij nascituri? Hinc enim non solum Matthęi, uerumetiam Lucę ac Marci Euãgelium, qui eosdem discipulos secuti sunt, in non imparem authoritatem receptũ est. Huc accedit, quia & ipse dñs potuit narrare Matthæo, quod antequam eum uocasset, cum ijs egerat quos prius uocauerat. At enim hoc ipse Ioannes in Euangelio suo ponere debuit, si hoc dictum a dño audierat, qui, cum diceretur, præsens erat, quasi fieri non potuerit, ut cum oĩa q̃ à dño audierat, scribere nõ posset, inter alia q̃ prætermisit & hoc pretermiserit, cũ in alia scribenda esset
Ioan. 21. intentus. Nonne Euangelium suum ita ipse conclusit, dicens, Et alia quidem multa fecit Iesus, quę si scriberentur singula, nec ipsum existimo capere mundum, qui scriberẽtur libros? Hic utique ostendit se scientẽ mul
Ioan. 12 ta prætermisisse. Sed si de lege & Prophetis uos delectat Ioannis authoritas, Ioanni cre-
A dite attestanti legi & Prophetis: ipse scripsit ꝙ Esaias uiderit Christi gloriam, in eius ha-
Ioan. 5 betis Euangelio, unde iam pauloante tractauimus, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Vndique tergiuersatio uestra contũditur, aperte dicite nõ uos credere Xpi Euang. nã qui in Euãg. qđ uultis creditis, qđ uultis nõ creditis, uobis potius,
Cap. 4 q̃ Euang. creditis. At q̃ elegantẽ rem sibi ui-
Mat. 9. sus est Faustus dicere, ubi ꝓ pea uoluit non credi hęc scripsisse Matthęum, quia cum de sua electione diceret, nõ ait, uidit me, & dixit mihi, sequere me: sed, Vidit Matthęũ, & dixit ei, sequere me, quod nescio utrum de errore imperitiæ dixerit, an de more fallaciæ, sed non usqueadeo imperitũ putauerim, ut *Decõse Euan. l. ca. 12. in fine. Et.* nec legerit, nec audierit, solere scriptores rerum gestarũ, cum in suam personam venerint, ita se contexere, tanq̃ de alio narrent, quod de se narrant. Magis ergo hunc arbitror non ut imperitũ, sed ut imperitis nebulas obtẽdere uoluisse, sperantẽ se plures esse capturũ, qui istum nõ nossent. Et in historia quidẽ rerũ seculariũ talis narrationis repe riuntur exẽpla, sed non opus est, ut ex alio gñe literarum uel nostros admoneã, uel istũ
B refellam: ipse certe pauloante de libris Moysi quædam testimonia ita proferebat, ut non ea negaret scripsisse Moysen, imò & affirmaret, sed ad Xp̃m nõ pertinere cõtenderet. Legat ergo in eisdẽ libris, q̃ de se scripsit Moyses, vtrũ ita scripserit, Dixi aut feci hoc uel illud & non potius, Dixit Moyses, & fecit Moyses: aut, Vocauit me dñs: vel, Dixit ad me dñs: & non potius, Vocauit dñs Moysẽ: &, Dixit dñs ad Moysen: & omnia cętera in eundem modum. Ita ergo & Matthęus de se tanq̃ de alio scripsit, quod & Ioannes fecit, nã circa finem libri sui etiam ipse sic loquitur, Conuersus Petrus, uidit discipulũ quem diligebat Iesus, qui & recumbebat in cœna *Ioan. 21* super pectus eius, & dixerat dño, Quis est q̃ te tradet? Nunquid & hic dixit, Conuersus Petrus uidit me? an forte propterea nec istũ putant hoc Euangelium scripsisse? Sed paulopost dicit, Hic est discipulus qui testificatur de Iesu, & qui hæc scripsit, & scimus qa verũ est testimoniũ eius. Nũquid ait, Ego sum discipulus, qui testificor de Iesu, & qui hæc scripsi, & scimus quia uerum est testimoniũ meũ? Certe manifestũ est hũc morem fuisse
C scriptorũ, cũ gesta narrarent: q̃ multa & ipse dñs eadẽ locutione de se dicit, q̃s enumerare sufficiat? Cum uenerit, inquit, filius hominis, putas inueniet fidem in terra? non *Luc. 18 Mat. 11. Ioan. 1.* dixit, Cum uenero, putas inueniam? &, Venit filius hominis manducans & bibens: non dixit, Veni: &, Veniet hora, & nũc est cum mortui audient uocem filii Dei, & qui audierint, uiuent: non dixit, uocem meam: & multa huiusmodi. Vnde iam puto sufficere, quæ dicta sunt, & ad studiosos commonendos, & ad calumniosos conuincendos.

Cap. 5. Mat. 5. Iam illud quàd ſit infirmum, quis nõ uidet, qđ ait, non eũ dicere potuiſſe, Nolite putare, quia ueni ſoluere legem aut Prophetas, non ueni ſoluere, ſed adimplere: niſi aliquid tale iam feciſſet, ut in hanc ſuſpitionẽ poſſet venire: quaſi nos negemus Iudęis non intelligentibus uideri potuiſſe Chriſtum deſtructorem legis & Prophetarum: ſed hoc ipſum eſt, cur ille uerax & ueritas non potuerit de alia lege & de alijs Prophetis dicere, ꝙ eos non ſolueret, niſi de iis, quos illi eum ſoluere ſuſpicabantur. Quod hinc ẽt ſatis confirmat, E quia ibi ſequitur & dicit. Amen amen dico uobis, donec tranſeat cœlũ & terra, iota unũ, aut unus apex nõ tranſiet de lege, donec oĩa fiant. Quicunq; ergo ſoluerit unum ex mãdatis iſtis minimis, & docuerit ſic hoẽs, minimus vocabitur in regno cœlorum: quicunq; aũt fecerit, & ſic docuerit, magnus uocabitur in regno cœlorum. Phariſæos.n. cogitabat, cum iſta diceret: qui ſoluebant legem factis, & docebãt uerbis. De quibus alio loco dicit, Mat. 23. Quæ dicunt, facite, quæ aũt faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciũt. Propterea Matt. 5. & hic ita ſequitur, Dico.n. uobis, niſi abundauerit iuſtitia ueſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. i. niſi uos feceritis, & ita docueritis, quod illi non faciunt, & ſic docent, non intrabitis in regnum cęlorum. Quam ergo legem docebant Phariſæi, & non faciebant, ipſam dicit Chriſtus nõ ſe ueniſſe ſoluere, ſed adimplere: quia ipſa pertinet ad cathedram Moyſi, in qua ſedentes Phariſæi, & dicentes, nec Cap. 6. facientes, audiendi ſunt, non imitandi. Nec intelligit Fauſtus, aut forte ſe fingit non inF telligere quid ſit implere legem, cum hoc de uerborum adiectione putat accipiendũ, quia Deut. 5. & 12. ſcriptum eſt, ne quid addatur ſcripturæ dei, uel detrahatur: unde dicit non debuiſſe adimpleri, quod ita perfectum commendatur, ut nihil addendum minuendumque ſit. Neſciunt ergo iſti quomodo adimpleat legem, qui ſic uiuit ut lex præcepit. Plenitudo enim Rom. 13 legis charitas: ſicut dicit Apoſtolus. Iſtã charitatem dñs exhibere & donare dignatus eſt, mittendo fidelibus ſuis ſpiritum ſanctum. Rom. 5 Vnde item dicit idem Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpm̃ ſanctũ qui datus eſt nobis. Et ipſe dominus, In hoc ſciẽt omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi uos inuicem diligatis. Impletur ergo lex, Ioan. 13 uel cum fiunt quæ ibi pręcepta ſunt, uel cum exhibentur quæ ibi prophetata ſunt. Lex.n. Ioan. 1 per Moyſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Xp̃m facta eſt. Ipſa lex cum impleta eſt, gratia & ueritas facta eſt. Gratia pertinet ad charitatis plenitudinem, ueritas ad prophetiarum impletionem. Et quia utrumque per Chriſtum, ideo non uenit ſoluere legem aut Prophetas, ſed adimplere: non ut legi adderentur quę deerant, ſed ut fierent, quę ſcripta G erant: quod ipſa eius uerba teſtantur. Non enim ait, Iota unum, aut unus apex non trãſiet à lege, donec addantur quæ deſunt: ſed, donec omnia fiant.

Libri ſeptimidecimi finis.

LIBER DECIMVSOTCAVVS.

Fauſtus dixit, Non ueni legem ſoluere, Cap. 1. Matt. 5. ſed adimplere. Sed.n. hoc, niſi aliud forte ſignificat, à Xp̃o dictum credere, non minus tibi cõtrarium ſcias eſſe, quàm mihi: uterque enim nr̃um ſub hac opinione Chriſtianus eſt, quia Chriſtum in deſtructionem legis ac Prophetarum ueniſſe putauimus. Quod ſi tu uerbo interim fateri non uis, attamen id operibus indicas. Inde enim eſt, ꝙ legis ac Prophetarum præcepta & ipſe contemnis, inde ꝙ nouum teſtamentum Ieſum condidiſſe utrique fatemur: quo quid aliud, q̃ deſtructionẽ fatemur ueteris teſtamenti? Quæ cum ita ſint, quomodo Chriſtum illud dixiſſe credemus, niſi ante noſmetipſos damnemus ſtultæ in præteritum opinionis, & ad pœnitudinem recurramus, obſequamurque legi de integro ac Prophetis, atque eorum curemus qualiacunque ſunt obſeruare mandata? Quod cum fecerimus, tunc denique uere H crediderimus dixiſſe Ieſum, quia non uenerit legem ſoluere, ſed adimplere. Nunc au- Cap. 2. tem falſum eſt, quia nec tu id credis, de quo me ſolum incuſas. Sed eſto, licuerit in præteritum erraſſe, Quid nunc tandem, placetne Luc. 12. ire ſub legem, ſi eam Chriſtus non tam ſoluit, ſed adimpleuit? Placet circuncidi, id eſt, pudendis inſinire pudẽnda, & deum credere ſacramentis talibus delectari? Placet ſuſcipe-

re sabbatorum ociũ, & saturniacis manus in
Exo. 31. sertare catenis? Placet ingluuiẽ Iudæorũ dęmoniis:neq;.n.deo,nunc tauros,nũc arietes, nunc ẽt hircos, ut non & hoẽs dicã, cultris sternere:ac ꝑ ꝑ qđ idola simus exorsi, id nũc exercere crudelius:sub ꝓphetis ac lege? Pla-
Luc. 11 cet deniq; feraliũ ciborũ quædã existimare
Deut. 14 munda,quædã in immundis & cõtaminatis
Esai. 65. hẽre?ex quib. inquinatiorẽ porcinã lex asse-
D runt & prophetæ. Negabis profecto horũ q̨c quã faciendũ nobis uolentibus perseuerare esse qđ sumus:qm̃ quidẽ Xp̃m dicẽtẽ audias: dupliciter filiũ gehẽnæ fieri eũ,qui fuerit circũcisus.Sabbatũ uero nec ipsum seruasse ui-
Matt. 14 deas,nec usquã mandasse seruandũ.De cibis itẽ ipsum asseuerãtẽ audias,nullo eorũ inq̨nari hominẽ,quæ in os ingrediuntur, sed ea potius,q̃ de ore procedũt,polluere.De sacri-
Osee. 6. ficijs itẽ frequẽtem ipsius esse sermonẽ, deũ
Mat. 9. & 11. misericordiã uelle, nõ sacrificium. Hæc igiẽ si ita sunt,ubi illud erit,nõ eũ uenisse soluere
Matt. 5. legẽ & Prophetas,sed adimplere? Quòd si dixit,aut aliud significans dixit, aut, qđ absit, mẽtiens dixit,aut oĩno nec dixit. Sed Iesum quidẽ mentitum esse nullus dicat, duntaxat Christianus:ac per hoc aut aliter dictum est,
Cap. 3. aut oĩno nec dictũ.Et tñ me quidẽ iã aduersus capituli huius necessitudinẽ Manichæa fides reddidit tutũ,q̃ principio mihi:nõ cunctis quæ ex Saluatoris nomine scripta legun tur,passim credere persuasit:sed ꝓbare si sint eadẽ uera,si sana,si incorrupta:esse.n.permix
Matt. 13 ta zizania,quæ in cõtagiũ boni seminis scripturis penè oĩbus noctiuagus quidã seminator insperserit:idcircoq; me ne hic quidẽ terruerit sermo,quãuis reuerendi noĩs prę se ferat inscriptionem,q̨ probare mihi adhuc ex
* al. interdiani. proposito licet,utrũne & hic,tritici * satoris & boni sit, an nocturni illius, & pessimi:tu
E uero q̨ temere oĩa credis, qui naturæ bñficiũ rõnẽ ex hoĩbus damnas,cui inter uerum falsumq; iudicare religio est,cuiq; bonum a ꝯrio separare,non minus formidini est, q̃ infantibus Lamiæ: q̨d facturus eris, cum te in capituli huius angustiã necessitas coget? Dico aũt,cũ te Iudæus, seu quis alter sermonis istius nõ inscius interpellabit, q̨d ita legis & Prophetarũ præcepta nõ serues, cũ Christus eadẽ nõ se uenisse soluere dicat, sed adimplere? Nẽpe cogeris aut uanæ superstitioni succumbere,aut capitulum profiteri falsum,aut
te Xp̃i negare discipulũ.Aug.rñdit, Iã toties Cap. 4
explosa atq; conuicta q̨a repetis, nos quoq;, quib.ea cõuincimus, repetere nõ pigebit:ea Christiani ex lege & prophetis nõ faciunt, q̨b.significata sunt ista q̃ faciunt. Illæ quippe erãt figurę futurorũ, quas rebus istis ꝑ Xp̃m reuelatis & pñtatis auferri oportebat, ut eo
quoq; ipso,ꝙ hæc ablata sunt,lex & Prophe Hier. 31
tę implerentur.Ibi quippe & hoc scriptũ est, Hebr. 8
daturũ deũ testm̃ nouum,nõ quale dedi, inquit,patribus eorũ,Populus.n.ille ꝓ suo cor F
de lapideo, multa p̃cepta magis sibi cõgrua q̃ bona acceperat,quibus tñ figurarenẽ & ꝓphetarentur futura:sed à non intelligentibus celebrabantur. Cũ aũt venerunt & patefacta sunt,quæ illis significabantur, non iã illa iubẽtur facienda,sed leguntur intelligẽda. Vñ Ezec. 11
ibi de hac ẽt re futura dr̃, Auferã eis cor lapideũ,& dabo eis cor carneũ:id est,non cor sine sensu,sed cor cũ sensu. Vñ traxit Aposto. 2. cor. 3
cum ait, Non in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus.Quid.n.aliud dixit,quã cor carneũ? Quia ergo & hoc prædictũ erat, magis si ista de nr̃a celebratione non auferrentur,non implerentur lex & Prophetæ,q̨a non fieret qđ prędixerant.Cũ uero & hoc fit, inde potius intelliguntur, vñ uobis vñr non adimpleri. Nec nos terret insultatio tua, ꝙ sabbatorum ocium, catenas Saturniacas appellas. Vana est.n.& inepta,nec tibi hoc dicere venisset in mentem, nisi quia vos in die,
quem dicunt Solis,Solẽ colitis.Sicut aũt nos Cap. 5.
eundem diem dñicum dicimus,in eo ꝙ non istum solem sed resurrectionem dñi ueneramur sic ocium sabbatorum sine Saturni veneratione à patribus obseruatum est,cum sic illud obseruari oportebat. Erat.n. umbra futurorum,sicut Aposto.testis est.Diebus quip Colo. 2.
pe istis,quorum septenarius numerus in orbem redit, deorum suorum nomina gentes G
imposuerunt.De quibus ait Apostolus,ꝙ co Rom. 1.
luerunt & seruierunt creaturæ potius q̃ creatori:quos in hac parte ẽt uos imitamini, nisi ꝙ cum eis lucidiora duo lumina, cętera uero sydera non cum eis adoratis:sed & mensibus imposuerunt nomina deorum suorum.Propter honorẽ quippe Romuli,quia eũ Martis filium crediderunt,primum mẽsem Marti dicantes,Martium vocauerunt. Et inde Aprilẽ nullo

nullo dei sui nomine, sed à re ipsa, quasi ape
rilē, ꝙ tūc primū germē aperit in florē. Inde
tertiū mēsem Maiū, ꝙ Maiā Mercurij mr̄em
deā colant, Inde quartū Iuniū a Iunone. In-
de cęteros vsq; ad Decembrē a numeris no-
M minarunt. Sed ex eis Quintilis atq; Sextilis
nominibus hominū. Quib. diuinos honores
decreuerāt, appellati sunt Iulius & Augustus:
nā 7. Septēber, & cæteri, ut dixi, usq; ad De-
cembrē numerorū ex ordine noībus enun-
ciant. Porrò Ianuarius a Iano appellatus est,
Februarius a februis sacris lupercorū. Vultis
ergo vos dicamini in mēse Martio Martē co
lere? Illo. n. mense bema vestrū cū magna fe-
stiuitate celebratis. Si aūt uobis in Mēse Mar
tio licere arbitramini, aliud considerare non
Martē, cur ex die 7. qđ sabbatum requie no-
minatū est diuinis scripturis Saturnū impor-
tare conamini, qa, eum diē Saturni gentes ap
pellauerunt: nempe iā uidetis cū quanta im-
Cap. 6. pietate deliretis. De sacrificijs aūt aīalium qs
nr̄um nesciat, magis ea peruerso populo cō-
gruenter imposita, q̃ deo desideranti oblata?
Sed tn̄ ēt in his figurę nr̄ę fuerunt, quia nr̄a
mundatio, & dei propitiatio nobis sine san-
guine nulla est: sed illarum figurarum ueri-
tas Christus est, cuius sanguine redempti
& mundati sumus: nam in figuris eloquio-
rum diuinorum, & taurus dictus est propter
uirtutem crucis, cuius cornibus impios uen-
tilauit: & aries, ꝓꝑ innocentię principatū: &
Rom. 8 hircus, ꝓꝑ similitudinē carnis peccati, ut de
pctō damnaret pctm̄: & si qđ aliud sacrificij
genus expressius cōmemoraueris, in eo quo
que tibi Christū prophetatum esse monstra-
bo. Quocirca siue circūcisio, siue sabbatum,
siue differentia ciborum, siue immolatio sa-
A crificiorum, oīa hæc figuræ nostri fuerunt
& prophetiæ: quas Xp̄s nō soluere, sed adim
Matt. 5. plere venit, cum ea quæ his prænunciaban-
tur, impleuit: attende cui contradicas, cum
1. Co. 10. Apostolo ex Apostolo dico, Omnia hæc figu
Cap. 7. ræ nostræ fuerunt. Nam sicut te Manichæus
impiam docuit peruersitatem, ut ex Euange-
lio, quod hæresim tuam non impedit, hoc ac
cipias: quod autem impedit, non accipias: sic
Galat. 1. nos Apostolus docuit piam prouisionem, ut
quisquis nobis annunciauerit pręter id quod
accipimus, anathema sit. Vnde Christiani
Mat. 13 catholici & uos inter zizania numerāt, quia
dn̄s exposuit quid sit zizania non aliqua fal-
sa ueris scripturis immissa, sicut tu interpre-
taris, sed homines filios maligni. i. imitatores
diabolicæ falsitatis. Nec omnia temere cre-
dunt, & ideo Manichæo, cæterisq; hæreticis
non utique credunt. Nec rationem ex homi-
nibus damnant, sed quam uos dicitis esse rō-
nem, errorem esse conuincunt. Nec uerū fal- B
sumq; iudicare impium putant: ideo uestrā
sectam falsissimam, fidem aūt catholicā ue-
rissimam iudicant. Nec bonum a contrario
separare formidant, sed malum non esse na-
turam, quia contra naturam est, intelligunt:
non gentem nescio quam tenebrarū, aduer-
sum diuina regna a suo principio nascentē &
rebellantē, quæ uere ampliorem formidinē
intulit deo uestro, q̃ infantibus Lamiæ: quip
pe quē dicitis, ne sua mēbra illius impetu ca-
pta & uastata conspiciat, uelū contra se po-
suisse. Proinde nullas ex hoc capitulo patiū-
tur angustias, ꝙ quasi legis & Prophetarum
præcepta non seruent: quia ex gr̄a Xp̄i habēt
legitimam charitatem dei & proximi, in qui
bus duobus præceptis tota lex pendet & Pro *Mat. 22*
phetæ: & quæcunq; ibi uel rebus gestis, uel
sacramentorum celebrationibus, uel locutio
num modis figurate prophetata sunt, in Xp̄o
& in Ecclesia impleri cognoscunt. Vnde nec
uanæ superstitioni succumbimus, nec illud
Euangelij capitulum falsum esse dicimus,
nec Christi discipulos nos negamus: quia ea
ratione ueritatis, quam pro meis uiribus to-
ties exposui, non aliam legem, nec alios Pro-
phetas, quā eos, quos catholica tenet autho-
ritas, non uenit soluere, sed adimplere.

Libri decimioctaui finis.

LIBER DECIMVSNONVS. C

FAustus dixit, Non ueni soluere legem *Cap. 1 Matt. 5.*
& Prophetas, sed adimplere. Ecce iā cō-
sentio dictum. Quærendum tn̄ est, cur
hoc dixerit Iesus, utrum ne compalpandi Iu
deorū furoris causa, quia ijdem sacrosancta
sua ab eodem conculcari uidentes, indigna-
rent: eumq; ac si impium ac male sanū, nec
audiendum quidem existimarent, nedum se
quendum: an ut nos, qui ei credebamus ex
gentibus, instituerent atq; informaret, patien-

ter

ter ac morigere mandatorũ ſubire iugũ, q̃d
ceruicibus noſtris Iudæorum lex imponeret
ac Prophetæ. Sed hoc quidẽ nec teipſum pu-
tare credo, ꝙ Ieſus hoc verbũ protulerit, vt
nos Hebræorũ legi addiceret, aut Prophetis.
Ac per hoc, ſi hæc nõ fuit cã dicendi, illa alia
debet eſſe, quã dixi. Iudæos.n. verbis ſp̃, atq;
E operibus Xp̃i vehementer inſidiatos eſſe, ne-
mo qui neſciat. Ex quib. cũ ijdem colligerẽt
legẽ ac Prophetas ſuos ab eodem ſolui, indi-
guarentur neceſſe eſt, ac per hoc reprimendi
furoris eorũ gratia non ab re fuerit dixiſſe, vt
reputarent quia non veniſſet legem ſoluere,
ſed adimplere. Nec hoc ipſum mentitus eſt,
nec fefellit: indifferenter.n. & abſolute nomi
Cap.2. nauit legem. Sunt aũt legum gñа tria: vnum
quidem Hebræorũ, quod peccati & mortis
Pau. appellat: aliud vero gentiũ, quod natura
Rom.2 le uocat. Gentes.n. inquit, naturaliter quæ le-
gis ſunt, faciunt: & eiuſmodi legẽ non habẽ-
tes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendũt opus legis
ſcriptum in cordibus ſuis. Tertium vero ge-
nus legis eſt veritas, quod perinde ſignificãs
Rom.8. Apoſto. dicit, Lex.n. ſpũs vitæ in Chriſto Ie-
ſu liberauit me à lege peccati & mortis. Tri-
bus ergo exiſtentibus legibus, & Ieſu aſſeue
Matt.5. rante nobis, quia non venit ſoluere legẽ, ſed
adimplere: non parua cura ac diligẽtia opus
eſt, de qua earum dixerit intelligere. Item
Prophetę, alij ſunt Iudęorũ, alij gentium, alij
veritatis. Sed de Iudęorũ quidem nullus quę
ſiuerit, notũ eſt.n. De gentiũ vero ſi quis am-
Titum.1 bigit, audiat Paulũ, qui ſcribens ad Titum de
Cretenſibus, dicit, Dixit quidam proprius eo
rum Propheta. Cretenſes ſp̃ mendaces, malę
beſtiæ, ventres pigri: ac per hoc dubitandum
non eſt & gẽtes ſuos habere Prophetas. Nec-
non & veritatem habere prophetas ſuos, tam
idem Pau. ſignificat, q̃ ẽt Ieſus. Et Ieſus qui-
Mat.23. dem, vbi dicit, Ecce mitto ad vos ſapientes &
Prophetas & ex ipſis interficietis in ſingulis
F locis. Pau. vero cum dicit. Ipſe dñs conſtituit
1.Co.12. primum Apoſt. deinde Prophetas. Lege ergo
Cap.3. tripartita, & tripertitis Prophetis, de quo nã
eorum Ieſus dixerit, non ſatis liquet, eſt tñ
conijcere ex conſequentibus. Etenim ſi cir-
cũciſionem ſtatim nominaret, & ſabbata &
Leu.12. ſacrificia & obſeruationes Hebraicas, inque
eas aliquid adimpletionis gr̃a protuliſſet, du
Exod.3 biũ nõ erat quin de Iudæorũ lege dixiſſet &
Prophetis, quia eos non ſoluere venerit, ſed
adimplere. Vbi vero horũ quidẽ nihil memo
rat, ſola vero recẽſet antiquiora p̃cepta. i. Nõ Exod.20
occides, non mœchaberis, nõ peierabis: hæc
aũt erant antiquitus in nationibus, vt eſt in
prõptu probare, olim promulgata p̃ Enoch
& Seth & cęteros eorũ ſimiles iuſtos, quibus
eadẽ illuſtres tradiderint angeli tẽperandę in
hoĩbus gr̃a veritatis, cui nõ videatur hoc eũ G
de veritatis dixiſſe lege, & eius Prophetis. De
niq; ẽt adimpletio probatur eius circa hęc ea
dem, quæ promiſit. Quid.n. dicit? Audiſtis di Exod.20
ctũ eſſe antiquis, Non occides: ego aũt dico Matth.5
vobis, ne iraſcimini quidẽ: adimpletio eſt. Au
diſtis dictũ eſſe, Non mœchaberis: ego aũt
dico uobis, ne concupiſcatis quidẽ: adimple-
tio eſt: Dictũ eſt. Nõ peierabis: ego aũt dico,
ne iuretis quidẽ æq; adimpletio eſt. In his.n.
& priora roborat, & q̃d defuit, adijcit. Vbi ve
ro Iudæorũ quædã viſus eſt nominaſſe, illa q̃
dẽ nec adimpleuit, ſed ẽt penitus eradicauit
præceptione contrariorũ. Quid.n. ſequitur? Exod.21
Audiſtis dictũ eſſe, oculũ pro oculo, dentẽ p̃ Matth.5
dente: ego aũt dico vobis, qui te percuſſerit
in maxillam, præbe illi & alterã: hoc iam de-
ſtructio eſt. Dictũ eſt, inquit, Amabis amicũ
tuum, & oderis inimicũ tuum. ergo aũt dico Leu.19.
vobis, amate inimicos veſtros, & pro perſe- Matth.5
prima cōiūctione maſculi & fœminæ, tam
ſancta & nulla ſeparatione uiolāda caſtitas
cōiugalis, poſtea pmiſerit dimittere vxorē?
Ná cū illi rn̄diſſent.Quid ergo Moyſes man Mat. 19
dauit dari libellū repudii,& dimittere? Ait il Deu. 24.
lis,Qm̄ Moyſes ad duritiā cordis veſtri,pmi
ſit uobis dimittere vxores veſtras. Hoc ē,qđ
pauloante expoſuimus. Quanta.n.duritia e- Supra
rat,q̄ nec p libelli interpoſitionē, vbi diſſua cap. 26.
dēdi locus iuſtis & prudētib. tribuebať, ſol-
ui & flecti poſſet ad recipiēdā vel reuocādā
cōiugii charitatē:ita dn̄s,qd lex & bonis p̄ci
peret,& duris pmitteret, eiuſdem legis teſti
monio declarauit, cū & nō dimittendā vxo
rē,ex eadē ſcriptura cōmemorata cōiūctio-
ne maſculi & fœminæ,monuit,diuināq; au
thoritatē eiuſdē cōiūctionis expoſuit: & dā
dū libellū repudii pp duritiā, uel domandi D
vel indomiti cordis oñdit.Quapp cū oīa il- Cap. 30.
la excellētia p̄cepta dn̄i,q́ veterib. Hebręo-
rū libris cōtraria Fauſtus uolebat oñdere,
in eiſdē quoq; libris īueniať, vn̄ uenit dn̄s
legem nō ſoluere,ſed adimplere:niſi ut per Matt. 5.
ceptis promiſſorum figuris, quæ reddita ue
ritate adimpletæ atq; ſublatæ ſunt,ipſa quo
que præcepta, per quæ lex illa ſancta & iu-
ſta & bona eſt, non per uetuſtatem literæ iu
bentis, & delicta ſuperborum, reatu etiam
præuaricationis augentis,ſed per nouitatem
ſpiritus adiuuantis,& humilium confeſsio-
nem ſalutis gratia liberantis,implerentur in Rom. 7.
nobis? Quia reuera ſicut omnia iſta præce-

pta ſublimia, nec in illis libris ueteribus de-
ſunt, ita illic finis quò referant, occultus eſt,
quanuis ſ͞m eum uiuerent ſancti, qui futu-
ram eius reuelationẽ uidebant, & pro tẽpo-
rum proprietate uel prophetice tegebant,
uel prophetice tectũ ſapienter intelligebãt.
Cap. 31. Deniq; ꝙ nõ temere dixerim, neſcio utrum
quiſquã in illis libris inuenit nomẽ regni cę
Sapiẽ. 6. lorũ quod tã crebro nominat dn̄s. Dr̄ quidẽ
ibi, Diligite ſapientiam, ut in æternũ regne
tis. Et ipſa uita æterna, ſi nõ illic in manife-
Ioan. 5 ſto p̄dicaret, nõ diceret dn̄s ẽt malis Iudęis,
E Scrutamini ſcripturas, in quib. putatis uos
uitam ęternã habere, ipſæ teſtimoniũ perhi
bent de me: quò.n. niſi ad hoc ꝑtinet, qđ ibi
ſcriptũ eſt, Nõ moriar, ſed uiuã, & enarrabo
Pſ. 117. opera dn̄i: &, Illumina oculos meos, ne un-
Pſal. 12 quã obdormiã in morte: &, Iuſtorũ animæ
Sapiẽ. 3. in manu dei ſunt, & nõ tãget illos tormentũ
malitiæ? Et paulopoſt, Illi aũt ſunt in pace,
etſi corã hominib. tormẽta paſsi ſunt, ſpes
illorũ immortalitate plena eſt, & in paucis
uexati, in multis bene diſponẽtur. Et alio lo
co, Iuſti aũt in perpetuũ viuẽt, & apud dn̄m
eſt merces eorũ, & cogitatio eorũ apud altiſ
Sapiẽ. 5. ſimũ: iõ accipiẽt regnũ decoris, & diadema
ſpẽi de manu dn̄i. Hæc & alia multa, ſiue
apertiſsima, ſiue obſcura inueniunt illic te-
ſtimonia uitæ æternæ. Et de ipſa corporũ re
ſurrectione nõ tacuerunt Prophetæ. Vñ Pha
riſęi aduerſum Saducæos eam non creden-
tes, acerrime confligebant, qđ non ſolum in
Acto. 23 Actib. Apoſtolorũ canonicis, quos iſti non
accipiunt, ne de aduentu ueri paracleti, quẽ
promiſit dn̄s, conuincantur, euidenter appa
ret, uerumetiã in Euãgelio, ubi ei proponũt
Saducæi q̃onem de muliere, quæ ſeptẽ fratri
bus ſingillatim nupſerat, cũ in eius cõiugiũ
alter alteri moriẽti ſuccederet, cuius nã eo-
Mat. 22 rũ in reſurrectione vxor eſſet futura. Proin
de teſtimoniis uitæ æternæ, & reſurrectiõis
F mortuorũ abũdat illa ſcriptura, ſed hoc no-
mẽ, id ẽ, regnũ cęlorũ, de nullo inde loco mi
hi occurrit, hoc.n. ꝓprie ꝑtinet ad reuelatio
nẽ noui teſtamẽti, qa ea corpora q̃ terrena
fuerãt, mutatione illa, quã Paulus aꝑtius cõ
1. Co. 15 memorat, in reſurrectione fiẽt ſpiritalia, ac
ꝑ hoc cęleſtia, in quib. poſsideamus regnũ
cœlorũ, Qđ ori eius ẽt nominãdũ ſeruaba
tur, quẽ regẽ ad regẽdos, & ſacerdotẽ ad ſan
ctificandos fideles ſuos uniuerſus ille appa-
ratus ueteris inſtrumẽti in generationibus,
factis, dictis, ſacrificiis, obſeruationibus, fe-
ſtiuitatibus, omnibusque eloquiorum præ-
coniis, & rebus geſtis, & rerum figuris par-
turiebat eſſe venturum, qui plenus gratia &
veritate, & ad præcepta facienda, adiuuan- Ioan. 1
do per gratiam, & promiſſa implenda cu-
rando per veritatem, uenit legem non ſolue
re, ſed adimplere. Matt. 5

Libri Deciminoni finis.

LIBER VICESIMVS. G

FAuſtus dixit, Cur ſolem colitis, niſi
quia eſtis Pagani, & gentiũ ſchiſma, Cap. 1
non ſecta? Igitur non ab re fuerit &
hoc ipſum quærere, quo manifeſtius uidere
poſsimus, uter noſtrum hoc noĩe debeat ap
pellari. Et quidẽ ſi tibi fidem meã nunc ſim-
pliciter, ut in amicis referam, uidear fortaſ-
ſe excuſationis cã id fingere, aut diuinorũ,
qđ abſit, luminũ erubeſcere culturã. Sed tu
quidẽ vtcũq; uolueris accipe, me tñ dixiſſe
nõ pœnitebit, uel ꝑꝑ aliquos, qui hactenus
ſcire habebũt, religionẽ noſtrã nihil cũ gen
tibus hr̄e cõe. Igitur nos patris quidem Dei Cap. 2
omnipotẽtis, & Xp̄i filii eius, & ſpũs ſancti
vnum idemq; ſub triplici appellatione coli
mus numen, ſed patrem quidem ipſum lu-
cẽ incolere credimus ſummam ac principa 2. Ti.
lem, quam Paulus aliàs inacceſsibilẽ uocat,
filium uero in hac ſecũda ac viſibili luce cõ
ſiſtere, qui qm̄ ſit & ipſe geminus, ut eũ Apo 1. Cor.
ſtolus nouit Xp̄m dicens eſſe Dei uirtutẽ &
Dei ſapientiam, virtutem quidẽ eius in ſole
habitare credimus, ſapiẽtiã vero in luna, nec H
nõ & ſpũſſancti, qui eſt maieſtas tertia, aeris
hũc oẽm ambitum ſedem fatemur ac diuer
ſorium, cuius ex uiribus ac ſpiritali profuſio
ne, terram quoq; concipientẽ, gignere pati-
bilem Ieſum, qui eſt uita ac ſalus hominũ,
omni, ſuſpẽſus ex ligno. Quapropter & no-
bis circa vniuerſa, & vobis ſimiliter erga pa
nẽ & calicẽ par religio eſt, quãuis eorũ acer
rime oderitis authores. Hæc nr̄a fides eſt, de
qua ſi quærendũ aliàs putaueris audies, quã
uis nec illud ad præſens minus firmum ſit
argumẽtum, quod uel tu, uel quilibet alius
rogatus,

rogatus,ubi nã deum suum credat habitare,
rñdere non dubitabit, in lumine:ex quo cul
tus hic meus oĩum penè testimonio con-
Cap. 3. firmatur. Sed nunc ad illud,q̃a nos non se-
ctam,sed schisma gẽtium nuncupasti.Schis-
ma,nisi fallor,est eadẽ opinãtem, atq; eodẽ
ritu colẽtem,quo cæteri,solo cõgregationis
I delectari dissidio. Secta uero, est longe alia
opinantem quam cęteri,alio ẽt sibi ac longe
dissimili ritu, diuinitatis instituisse culturã.
Quæ si ita sunt, mea interim & opinio &
cultus longe sunt, quã Paganorum. De tuis
postea uidebimus. Pagani bona & mala, te-
tra & splẽdida, p̃petua & caduca, mutabilia
& certa, corporalia & diuina unũ hr̃e prin-
cipiũ dogmatizant. His e goualde contraria
sentio, qui bonis oĩbus principium fateor
deũ,cõtrarijs uero Hylen:sic.n.mali princi-
piũ ac naturã theologus nr̃ appellat. Itẽ Pa-
gani, aris, delubris, simulachris, uictimis,
atq; incenso deũ colendũ putant. Ego ab his
in hoc quoq; multũ diuersus incedo,qui ip-
sum me,si modo sim dignus,rationabile dei
tẽplum puto uiuum uiuæ maiestatis: simu-
lachrũ,Xp̃m filiũ eius accipio:arã,mentẽ bo
nis actibus & disciplinis imbutam:honores
quoq; diuinos ac sacrificia in solis orationi-
bus,& ipsis puris ac simplicibus pono: qũo
Cap. 4. ergo schisma sum Paganorũ? Hactenus.n.&
Iudæorũ me poteras dicere schisma, quia &
omnipotentẽ deum colã, qđ sibi & iudæus
oĩs audaciter assumit,cũ non cõsiderares ri-
tuum diuersitatẽ, qua a me coleretur op̃s &
si iudæis, tñ omnipotentẽ iudæi colũt. Sed
interim de opinione tractemus, q̃ sic & Pa-
ganos de solis cultura fefellit, ut de oĩpoten
tis iudęos. Sed nec uestrum quidẽ schisma,si
me dixeris, uerũ est, q̃uis Christum uenerer
& colam, q̃a alio eum ritu colo,& alia fide
k quã uos. Schisma uero aut nihil immutari
debet ab eo,unde factum est, aut nõ multũ:
vtputa uos,qui desciscentes a gentibus,mo-
narchię opinionẽ primo vobiscum diuulsi-
stis.i. ut oĩa credatis ex deo: sacrificia uero
eorũ uertistis in agapas, idola in martyres,
quos uotis similibus colitis: defunctorũ um
bras vino placatis & dapybus: solẽnes gentiũ
dies cũ ipsis celebratis,ut calendas,& solsti-
tia: de uita certe mutastis nihil, estis sane
schisma,a matrice sua diuersũ nihil hñs nisi
conuentũ. Necnõ & priores ufi iudęi,segro
ti ẽt ipsi a gẽtibus sculpturas solũ dimiserũt:
tẽpla uero,& immolationes,& aras,& sacer
dotia,atq; oẽ sacrorũ ministerium eodẽ ritu
exercuerũt,ac multo superstitiosius q̃ gẽtes.
De opinione vero monarchiæ in nullo ẽt ip
si dissentiũt a paganis: quare cõstat uos atq;
iudæos schimata esse gentilitatis; cuius fidẽ L
tenẽtes & ritus,modice q̃uis immutatos,de
sola conuentuũ diuisione putatis uos esse se
ctas. Porrò ãt sectas si q̃ras, nõ plus erũt quã
duæ:i.gentiũ & nr̃a,q̃a eis lõge diuersa sen-
timus. Ita quidẽ oppositi inuicẽ nobis,ut est
ueritas & mendaciũ, ut dies & nox,ut ege-
stas & copia,ut morbus & sanitas: uos uero
nec erroris secta estis,nec ueritatis,sed schis
ma tm̃: nec ipsum ueritatis saltẽ,sed erroris.
Aug.rñdit,O imperitia pestis.& uanitas uer Cap. 5.
sipellis, vt q̃d tibi obijcis, qđ si q̃s tibi obii-
cit,nescit cũ quo agat? Neq;.n.uos Paganos
dicimus, aut schisma Paganorũ, sed hr̃e cũ
eis quãdã similitudinẽ, eo ꝙ multos colatis
deos. Verũ uos eis esse lõge deteriores,ꝙ illi
ea colũt q̃ sunt, sed pro dijs colẽda nõ sunt:
sunt.n.& idola,sed ad salutem nihil sunt. Et
qui colit arborẽ,nõ quidẽ arãdo, sed adoran
do,nõ id colit qđ nusquã est, sed qđ ita co-
lendum non est. Ipsa ẽt dæmonia,unde dicit
Apost. Quę immolãt gẽtes,dęmoniis immo 1. Co. 11
lãt,& nõ deo: utiq; sunt q̃b illos immolare
dicit,& quorũ nos socios esse nõ uult. Iã ue
ro cęlũ & terra & mare & aer, sol luna &c.
sydera, oĩa hæc manifesta oculis apparent,
atq; ipsis sensibus p̃sto sunt. Quæ cũ Pagani
tanq̃ deos colunt, uel tanq̃ partes vnius ma
gni dei,nã uniuersum mundũ quidã eorum
putant maximũ deũ, ea colunt q̃ sunt. Cum
quibus q̃ñ agimus, ut ea non colant,non eis
dicimus ꝙ nulla sint, sed ꝙ colẽda non sint:
eisq; colendum horum oĩum conditorem, M
deum inuisibilẽ suademus,cuius solius par-
ticipatione beatus homo fieri potest qđ oẽs
velle nemo ambigit. Sed quia nonnulli eo-
rum inuisibilẽ & incorporeã creaturam co-
lunt, quod est aĩa, mensq; humana, tñ quia
nec eiusmodi creaturæ participatione fit ho
mo beatus,ille non solũ inuisibilis,uerumẽt
incommutabilis deus:i.deus uerus colẽdus
est:q̃a solus ille colendus est,quo solo fruẽs,
btũs fit cultor eius·& quo solo nõ fruẽs, oĩs

mens misera est, qualibet re alia perfruatur.
Vos aũt cum ea colatis,q̃ oĩno non sunt,sed
vestrarũ fallaciũ fabularũ vanitate fingunt,
propinquiores essetis veræ pietati ac religio
ni,si saltẽ Pagani essetis,vel in eorũ gñe qui
corpora colũt:etsi non colenda, sed tñ uera.
Vnde uos uerius dixerim nec solẽ istũ cole-
Cap. 16. re, ad cuius gyrũ uestra oratio circũuoluit.
Quid de Nam & de ipso tã falsa,& tã detestãda iacta-
sole sen- tis,ut si suas uindicaret iniurias, iam flãmis
tiãt Ma- eius uiui arderetis. Nam primo eum nauim
nichæ. quandã esse dicitis:ita nõ tm̃, vt dr̃,toto cę-
A lo erratis,sed & natatis. Deinde,cum oĩum
oculis rotũdus effulgeat, eaq; illi figura pro
sui ordinis positione ꝑfecta sit,vos eũ trian-
gulũ perhibetis.i.per quãdam triangulã cę-
li fenestrã lucẽ istã mundo terrisq; radiare.
Ita fit,ut ad istum quidẽ solẽ dorsum ceruI-
cẽq; curuetis: nõ aũt ipsum tã clara rotũdi-
tate conspicuũ,sed nescio quã nauim per fo
ramẽ triãgulum micãtem atq; lucente quã
confictã cogitatis,adoretis.Quã profecto fa
ber ille nõ faceret,si queadmodũ emunt li-
gna,quibus nauigiorũ tabulæ cõpinguntur,
sic emerent & uerba,quib. hęreticorũ fabu-
De natu læ confingunt. Verum hæc tolerabilius vel
ra boni. ridẽtur uel flent in uobis,illud est intolera-
cap. 24. biliter sceleratũ, ꝙ de ipsa naui puellas pul-
chras & pueros proponi dicitis:quorũ famo
sissimis corporibꝰ inardescãt principes tene
brarũ,ad fęminas masculi,& ad masculos fę
minæ:vt in ipsa flagrãti libidine, & inhianti
concupiscẽtia de mẽbris eorũ tanq̃ de tetris
sordidisq; cõpedibus dei uestri mẽbra sol-
uant:& his obscœnissimis pãnis vestris co-
namini assuere ineffabilẽ trinitatẽ, dicentes
patrẽ in secreto quodã lumine habitare: filij
aũt in sole uirtutẽ,in luna sapientiã,spm̃ ve
Cap. 7. ro sanctũ in aere. In qua tripertita vestra,vel
potius iã quadripertita fabula de pr̃is ꝗdam
secreto lumine, ꝗd uobis dicã,nisi ꝗa lumẽ
B cogitare nõ potestis, nisi quale uidere cõsue
stis? Hoc.n.conspicuum & oĩ carni,non tm̃
hoĩum, uerumẽt bestiarũ & uermiculorum
notissimũ lumẽ intuẽtes: ex illo conceptam
corde phantasiã, in immẽsum soletis auge-
re, & eã lucẽ dicere, vbi deus pr̃ habitat cũ
regnicolis suis.Qñ.n.discreuistis lucẽ quam
cernimus,ab ea luce qua intelligimus,cum
aliud nihil vnq̃ putaueritis esse, intelligere
ueritatẽ,nisi formas corporeas cogitare: siue
finitas,siue ex aliꝗbus partib.infinitas? Quæ
inania phãtasmata esse nescitis. Proinde cũ
tm̃ intersit inter cogitationẽ, qua cogito ter
rã luminis uestri,q̃ oĩno nusquã est:& cogi-
tationẽ,qua cogito Alexandriam,quã nunq̃
uidi,sed tñ est:rursusq; tm̃ intersit inter istã,
qua cogito Alexandriã incognitã,& eã,qua
cogito Carthaginẽ cognitam:ab hac quoq;
cogitatione, qua certa & nota corpora, co-
gito, longe incõparabiliter distat cogitatio,
qua intelligo iustitiã,castitatẽ,fidẽ,veritatẽ, C
charitatẽ,bonitatem, & quicquid eiusmodi
est:q̃ cogitatio dicite,si potestis,quale lumẽ
sit,quo illa oĩa,quæ hoc nõ sunt, & inter se
discernunt, & quantum ad hoc distent,fida
manifestatione cognoscitur:& tñ ẽt hoc lu-
men,non est lumẽ illud qđ deus est: hoc.n.
creatura est,creator est ille:hoc factum, ille
ꝗ fecit,hoc deniq; mutabile, dũ vult qđ no
lebat,& scit qđ nesciebat, & reminiscit qđ
oblitũ erat:illud aũt incõmutabili uolũtate,
veritate,ęternitate persistit:& inde nobis est
initiũ existendi,rõ cognoscendi, lex amãdi,
inde oĩbus & irrationabilibus animantibus
natura,qua uiuunt: uigor,quo sentiũtꝰ: mo-
tus,quo appetunt: inde ẽt oĩbus corporibus
mẽsura,ut subsistãt,numerus,ut ornent:põ-
dus,ut ordinentur. Itaq; lumẽ illud trinitas
inseparabilis, unus deus est,cuius uos nullo
corpore adiuncto, per seipsam incorporeã,
spiritalẽ,incõmutabilemq; substantiã ẽt lo-
cis diuiditis. Nec saltẽ trinitati loca tria da-
tis,sed quatuor:patri vnum.i.lumẽ inacces-
sibile,qđ prorsus nõ intelligitis:filio duo,so
lem.s.atq; lunã: spirituisancto rursus unũ.i.
aeris hunc oẽm ambitũ.De patris ergo inac
cessibili lumine,ꝗa uerã fidẽ tenẽtibus non
inde separat filius & spũssanctus, hactenus *Cap.*
in pręsentia dixerim. Vestræ ãt uanitati quid D
placuit in sole ponere uirtutẽ filij,& in luna
sapiẽtiam? Cum.n.in ipso patre filius insepa
rabilis maneat, qũo põt sapiẽtia eius ab eius
uirtute separari, vt illa sit in sole, hęc in lu-
na, cũ per eiusmodi loca nisi corpora diuidi
separariq; non possint? Qđ si sciretis,nunq̃
stulto insanoq; phãtasmate tãtas fabulas te-
xeretis. At in ea falsitate atq; fallacia, quam
incõgrue, quã peruerse sedẽ sapiẽtiæ minus
lucere dicitis,q̃ sedẽ uirtutis,cũ ad uirtutem
perti-

pertinere uideatur operari & efficere, ad ſapientiã docere & oñdere: ac per hoc ſi calor in ſole, lux aũt præpolleret in luna, utcunq; inueniſſent iſta figmenta ueri ſimilitudinis nebulã, hoĩbus carnalibus & aĩalibus decipiendis, qui nihil putãt eſſe, niſi pđ corporale cogitauerint. Caloris.n. violẽtia, o patio eſt ad mouẽdũ, vnde uirtuti tribuereẽ: lucis ãt clarus fulgor ad demonſtrandũ, unde hãc ſapiẽtiæ darẽt. Cũ uero lux lõge in ſole pręcellat, qũo ibi uirtus, hic aũt qđ tãto minus lucet, ſapiẽtia eſt? O ſacrilega ineptia, & cũ ſit unus Xp̃s dei uirtus, & dei ſapientia, ſpũs aũt ſanctus nõ ipſe ſit Xp̃s, qũo ſeparaẽ a ſe ipſe Xp̃s, cũ ab eo non ſepareẽ ſpũſſanctus? Aerẽ quippe, quẽ ſedem ſpũiſancto ueſtra fabula tribuit, totã mundi fabricam implere perhibetis. Vnde ſol & luna circumitus ſuos peragentes, ſp̃ cũ illo ſunt: a ſole ãt luna diſcedit, & ad ſolẽ rurſus accedit. Ita uobis authoribus, uel potius deceptoribus, per dimidiã partẽ circuli recedit a uirtute ſapiẽtia, & ad eã per aliã dimidiã rurſus accedit, & cũ plena eſt, tũ lõge eſt a uirtute ſapiẽtia: tũc.n. tam longo interuallo a ſe diſiuncta ſunt hæc duo lumina, ut cũ ſol uergit ad occidẽtem, tunc luna ſurgat ab oriẽte: ex quo fit, ut qm̃ infirmaẽ omnia q̃ uirtute deſerũtur, eo ſapientia ſit infirmior, quo eſt luna plenior. Si aũt, qđ ueritas hẽt, & ſapiẽtia dei ſp̃ tantundem ualet, & uirtus dei ſp̃ tantundem ſapit, cur hæc ſic duo dicitis, ut ea locorũ ſedibus interualliſq; ſeparetis, cũ & ipſas ſedes eiuſdem ſubſtantiæ dicatis, hoĩes cęca & inſana mente, nõ recedẽtes a phãtaſmate corporũ: & uirtute ac ſapiẽtia ita carẽtes, ut nec ſapere poſſitis aliq̃d fortiter, nec ualere ſapiẽter. Itàne uero deteſtanda & anathematizanda ſtultitia, Xp̃s per ſolẽ lunãq; diſtẽtus: hic virtute habitãs, hic ſapientia: nec hic perfectus & plenus, nec in ſole ſapiens, nec in luna p̃potens, utrobiq; pulchros pueros ſubornat concupiſcendos fęminis principibus tenebrarũ, & maſculis puellas? Hæc legitis, hæc creditis, hæc docetis, & hac fide doctrinaq́; uiuitis, & miramini, quia ſic abominamini?

E — 1. Cor. 1.

F — Cap. 9.

Verũ ſi in iſtis tam eminẽtibus notiſsimiſq́; luminibus ſic erratis, ut in eis non qđ ſunt, ſed qđ uobis demẽtiſsime fingitis, adoretis, quid de cęteris ueſtris fabulis dicã? Quis.n. ſplendi tenẽs ſuſpẽdit mundum, & q̃s Atlas cũ illo ſupportat? Hæc & innumerabilia, q̃ ſimiliter deliratis, oĩno non ſunt, & colitis ea. Hinc uos paganis dicimus deteriores, eo tm̃ ſimiles, ꝙ multos deos colitis: eo uero in peior partem diſsimiles, ꝙ illi pro dijs ea colũt q̃ ſunt, ſed dij non ſunt: uos aũt colitis ea, q̃ nec dij, nec aliq̃d ſunt, qm̃ prorſus nulla ſunt. Habẽt quidẽ & illi q̃dã fabuloſa figmẽta, ſed eſſe illas fabulas norũt: & uel a poetis delectãdi cã fictas eſſe aſſerũt, uel eas ad naturã rerũ uel mores hominũ interpretari conãtur: ſicut Vulcanũ claudũ, q̃a ignis terreni motus eiuſmodi eſt: & Fortunã cœcam, ꝙ ex incerto accidãt, q̃ fortuita dñr: & tria fata in colo & fuſo digitiſq; filiũ ex lana torquẽtibus, p̃ p̃ tria t̃p̃a: prætetitũ, qđ in fuſo iam metitũ atq; inuolutũ eſt: pñs, qđ inter digitos nentis traiiciẽ: futurũ in lana, quę colo implicata eſt, qđ adhuc p̃ digitos nentis ad fuſum, tanq̃ p̃ pñs ad præteritũ traiiciẽdum eſt: & Venerẽ Vulcani uxorẽ, q̃a ex calore uoluptas naturaliter naſcitur: & Martis adulterã, q̃a belligerãtibus incõgrua eſt: & Cupidinẽ puerũ uolitantẽ ac ſagittãtem, ꝙ irrationabilis & inſtabilis amor corda uulneret miſerorũ: & alia permulta in hũc modũ. Quocirca hoc in eis irridemus, qđ interpretata ſic adorãt, q̃ non intellecta, q̃uis dãnabiliter, tñ excuſabiliter adorarẽt. Ipſis q̃p pe interpretationibus conuincũtur, non ſe illũ deũ colere, cuius ſolius participatione mẽs beata fit, ſed ab illo conditã creaturam. Nec ſolas uirtutes ipſius creaturæ, ſicut Mineruã, cuius fabulã, ꝙ de Iouis capite nata ſit, ad prudẽtiam conſiliorũ interpretãtur q̃ rõnis eſt propria, cui ſedem capitis ẽt Plato dedit: ſed ẽt uitia, ſicut de cupidine diximus: Vnde quidam eorum Tragicus ait, Deũ eſſe amorem turpis & uitio fauens finxit libido. Nã & corporaliũ uitiorum ſimulachra Romani conſecrauerũt, ſicut palloris & febris. Vt ergo omittã ꝙ ſimulachrorũ adoratores circa ipſas corporũ figuras hñt affectum, ut eaſipſas formas in locis honorabilibus ſublimatas quib. tm̃ obſequium exhiberi uident, tanq̃ deos timeãt, illæ ipſæ interpretationes, quib. hæc muta & ſurda & cæca & exanimata defendũtur, dignius accuſantur: ueruntñ & iſta quoquo mõ ſunt, quãuis, ut iam dixi, ad

De ci. deĩ li. 4. c. 18 & lib. 5. c. 1.

G

Fabularum gẽtiliũ verus ſenſus.

De ci. dei li. 4. c. 10.

ad ſalutem vel aliquã utilitaté nihil ſint, &
quæ ex his interpretant̃,in rebus inueniunt̃.
Vos aũt primũ hoĩem cũ quinq; elementis
belligeranté,& ſpm̃ potenté de captiuis cor
poribus gẽtis tenebrarũ, aut potius de mem
bris dei ueſtri victis atq; ſubiectis,mundũ fa
bricanté:& ſplendi tenẽtem reliquias eorun
dẽ mẽbrorũ dei ueſtri hñtem in manu, &c.
I oĩa capta,oppreſſa,inquinata plangẽtem: &
*al. ſubter. Athlanté maximũ ſuꝑ * humeris ſuis cũ eo
ferenté,ne totũ ille fatigatus abiiciat,atq; ita
tabula ueſtra velut in tapete theatrico ad il-
lius ultimi globi cataſtolium peruenire non
poſſit: & alia innumerabilia pariter inepta
& inſana,nec pingẽdo aut ſculpẽdo, nec in-
terpretãdo demonſtratis:& ea cũ oĩno nulla
ſint, creditis & colitis: & inſuꝑ Chriſtianis
fide nõ ficta pias mẽtes mũdantibus, tanq̃ te
mere credulis inſultatis. Vt.n.multa nõ quę-
ram,quib.hæc oñdantur oĩno non eſſe,quia
ſubtilius ſublimiusq; tractare de mundi fa
brica,& ſi mihi difficile nõ eſſet,certe nimis
longũ eſt:hoc dico,ſi iſta uera ſunt,dei ſub-
ſtantia commutabilis eſt,corruptibilis, coin
quinabilis. Hoc aũt credere,plenũ eſt ſacri-
legæ inſaniæ. Illa igitur oĩa vana ſunt, falſa
ſunt,nulla ſunt. Proinde uos paganis iſtis,q
uulgo noti ſunt,& antiquitus fuerunt, & in
reliquijs ſuis iã nũc erubeſcũt, prorſus dete
riores eſtis, ꝙ illi colũt ea q̃ dij nõ ſunt uos
Cap. 10. aũt oĩno q̃ nõ ſunt. Itaq; ſi ꝑ ꝑea uos puta-
tis tenere veritaté,qa & errori paganorũ lõ-
ge diſsimiles eſtis: nos ãt ꝑ ꝑea eſſe in erro-
re,qa lõgius a uobis, q̃ a Paganis forte diſta
mus:dicat̃ & mortuus ideo ſanus: qa iã nec
ęgrotus eſt: & iõ reprehendatur q ſanus eſt,
qa vicinior eſt ęgroto,q̃ mortuus. Aut ſi ple
riq, pagani non uelut ægri,ſed uelut mortui
K deputãdi ſunt, laudet̃ in ſepulchro cinis in-
formis, qa iam nec formã cadaueris tenet:
& mẽbra uiua culpẽtur,qa cadaueri ſunt ſi-
miliora,q̃ cineri. Sic & nos iõ iſti culpãdos
putãt,qa nos ſimiliores eſſe dñt funeri paga
*al. cineri. norũ.q̃ fauillæ * Manichæorũ: q̃q̃ per mul-
tas differentias aliter atq; aliter quæq; res ad
diſcernendũ diuidi ſoleãt, ut qđ in hac erat
parte,per alias differentias in alia parte inue
niatur vbi ante nõ erat. Velut,verbi gratia,ſi
qs oẽm carnẽ diuidat in uolatilia,& ea q̃ uo
lare nõ pñt: per hãc differentiã quadrupedia
hoĩbus ſunt ſimiliora,q̃ auibus: pariter.n.uõ
lare non pñt. Rurſus ſi quis per aliã differen
tiã diuidat,ut dicat alia eſſe rõnalia,alia irra-
tionalia, iã quadrupedes auibꝰ ſunt ſimilio-
res,quã hoĩbus: pariter.n.ſunt rõnis exper-
tes. Hoc Fauſtus nõ cogitãs,ait, Porrò aũt ſe
ctas ſi quęras,nõ plus erũt q̃ duæ.i.gentium
& nr̃a,qui eis longe diuerſa ſentimus. Vide-
licet qm̃ dixerat eo maxime diſtare gentes a L
Manichęis,ꝙ ab uno principio dñt eſſe oĩa,
qđ Manichæi negãt,addẽtes principiũ gen-
tis tenebrarũ in hac differẽtia, qđ fatendum
eſt,pleriq; pagani nobiſcũ ſentiunt: ſed non
uidit, qa item ſi qs ita diuidat, ut dicat eorũ
qui aliqua religione detinẽtur, alijs placere
vnũ deum colẽdum,alijs multos: per hanc
differẽtiam & pagani a nobis remoti ſunt,&
iſti cũ paganis deputãtur,nos aũt cũ iudęis.
Põt ergo aliquis ſcḋm hanc differẽtiam hoc ẽt
modo duas ſolas ſectas putare. Hic forte ſi
dicatis, ꝙ uos multos deos ueſtros ex una
ſubſtãtia ꝓhibetis,quaſi pagani multos ſuos
nõ ex una aſſerãt,q̃uis diuerſa illis officia &
opera & ptãtes attribuant: ſicut ẽt apud uos
alius expugnat gẽtem tenebrarum,alius ex
ea capta fabricat mũdum, alius deſuper ſu-
ſpendit,alius ſubterportat:alius rotas igniũ,
uentorum,& aquarũ in imo uerſat, alius in
cęlo circumiens radiis ſuis,ẽt de cloacis mẽ
bra dei ueſtri colligit. Et quis numeret oĩa
oĩum deorum ueſtrorum officia fabuloſa,
nulla ueritate manifeſta,nullis ęnigmatibus
figurata? Porrò ſi alius ita diuidat oẽs hoĩes,
ut alios eſſe dicat, qui credunt deum huma
na curare,alios qui hoc oĩno non credũt:in
hac parte pagani nobiſcũ ſentiunt & iudęi,
& uos oẽs hęretici, qui quoquo modo Chri
ſtiani appellant̃: in illa uero Epicurei repe-
riunt̃,& ſi qui alij ſunt qui ita ſenſerunt. Par
uàne iſta differentia eſt? Cur ergo nõ & ſcḋm
iſtam duæ ſolæ ſectæ eſſe dicantur,ut in una M
earũ nobiſcũ ſitis? An audebitis in hac diffe-
rentia diſcedere a nobis,qui deum prædica-
mus humana curare, & eſſe cum Epicureis
qui hoc negãt? Hi profecto illos repudiãtes
ad nos curritis. Sic per alias & alias differen-
tias, nunc hic,nunc illic reperiuntur,aliun-
de iuncti,aliunde diſiuncti viciſſim oẽs no-
biſcum,& nos cũ oĩbus: & rurſus nulli eo-
rum nobiſcum, nec nos cũ aliquibus eorũ.

Quod

Quod si Faustus cogitaret, non tã diserte de
liraret. Quid aũt hinc dicã, ꝙ ait ex uiribus
Cap. 11. sancti spũs, ac spiritali profusione terrã quo
que cõcipientẽ, gignere patibilẽ Iesum, q est
uita ac salus hoium oĩ suspensus ex ligno?
O demẽs, ut interim nõ discutiam de hac re
vr̃a vaniloq̃a, potẽstne terra de spũ sc̃tõ cõ-
cipere patibilẽ Iesum, & Maria virgo nõ po
tuit? Cõpara, si audes, uirginalia uiscera, tãta
A castitate sanctificata, cũ oĩb. terræ locis, vbi
arbores herbæq; gignũtur. Itãne in illa fęmi
na exhorrescis, aut horrescere te fingis vte-
rũ pudicitiæ dedicatũ, & in hortis omnibus
circũ quasq; vrbes ex cloacinis aq̃s Iesum gi
gni nõ exhorrescis? Quis. n. quãlibet cęnulẽ
tus humor nõ innumerabilia germina ædit
& nutrit? Sic ꝓdicatis nasci patibilẽ Iesum,
quẽ credere natũ esse de uirgine clamatis in
dignũ. Si carnẽ putatis immũdã, cur uobis
nõ ur̃ immundius, quod a suæ salutis tẽpera
mẽto, ipsa natura carnis expurgat? An caro
immũda est, & fimus, q carne egerit̃, mũdus
est? Nõ ergo attẽditis, nõ videtis stercorib. lę
tari agros, quo fertilius fęcũdent? Nẽpe ad
id redit vr̃a dementia, ut de spũ sancto, quẽ
carnẽ Mariæ dicitis dedignatũ, tãto uberius
& lætius terra cõcipiat, quãto studiosius fue
rit carnis sordib. & squalorib. pinguefacta.
An ut hoc defendatis, dicitis spm̃sanctũ in-
cõtaminabili ubiq; pollere ꝓsentia? Rñdetur
uobis, Cur nõ ergo & ĩ vtero uirginali? Sed
vt de cõceptu iã taceã, partũ ipsum deinde
respicite. Cõcipiẽtẽ de spũ sancto dicitis ter
rã gignere patibilẽ Iesum, quẽ tñ ita conta-
minatũ omni ex ligno pẽdere perhibetis in
B frugib. & pomis, ut innumerabilib. aĩaliũ
vescentium carnib. amplius cõtaminet̃, ex
ea sola parte purgãdus cui fames vestra sub
uenerit. Itaq; nos Xp̃m filiũ dei, verbũ Dei,
incõtaminabiliter carne indutũ, corde credi
mus, ore confitemur: quia illa substãtia con-
taminari nec carne põt, quæ nulla re potest:
vos aũt s̃m vestram fabulam, adhuc in arbo
re pendentẽ Iesum iã contaminatũ dicitis,
antequã carnem ingrediatur cuiusq; uescẽ-
tis: aut si non est contaminatus, q̃uo uos cũ
manducando purgatis? Deinde cum omnes
arbores crucem ipsius esse dicatis, uñ à Fau-
sto prædicatur omni suspensus ex ligno,
cur non sicut illum uerũ Iesum, bonũ opus
faciẽs Ioseph ille ab Arimathia de cruce de-
posuit, ut sepeliret: ita & uos poma decerpi- Ioan. 19
tis, ut Iesum de ligni suspẽsione depositũ, ve
stro uẽtre sepeliatis? Aut uñ piũ est, Xp̃m se-
pulchro cõdere, impiũ aũt de ligno depone
re? An vt de vobis ẽt cõcinat, qđ de Prophe
ta ponit Apostolus, Sepulchrũ patẽs est gut-
tur eorũ: ore aperto expectatis quis inferat Rom. 3. Psa. 5. & 13.
Xp̃m, tãquã optimæ sepulturæ, faucibus ue-
stris? Postremo dicite nobis, quot Xp̃os esse
C dicatis. Aliúsne est, quẽ de spũsancto conci-
piens terra, patibilẽ gignit, omni nõ solũ su
spẽsus ex ligno, sed ẽt iacẽs in herba, & ille
alius, quẽ Iudæi crucifixerũt sub Põtio Pila-
to, & tertius ille ꝑ solẽ lunãq; distentus? An Luc. 23
vnus atq; idem, ex quadã sui parte ligatus ĩ
arboribus, ex quadã uero parte liber, eidẽ li-
gatæ captæq; subueniens? Qđ si ita est, ille
quẽ sub Põtio Pilato passum esse cõceditis,
cũ eũ sine carne fuisse narretis, nõdum dico
queãdmodũ talẽ mortẽ sine carne ꝑpeti po
tuerit, sed q̃ro cui naues illas reliquerit, ut
inde descẽdẽs, talia pateret̃, qualia sine quo-
cũq; corpore fieri nõ possent. Secũdũ p̃sen-
tiã quippe spiritalẽ nullo mõ illa pati pos-
set: s̃m præsentiam vero corporalẽ simul &
in sole, & in luna, & in cruce esse nõ posset:
Proinde si corpus nõ habuit, nõ est crucifi-
xus: si ãt habuit, q̃ro uñ habuerit, cũ oĩa cor
pora ex tenebrarũ gẽte esse dicatis, quanuis
substãtiã diuinã cogitare, nisi corporeã nun
quã ualueris. Vñ cogimini aut sine corpore
dicere crucifixũ, quo absurdius & demẽtius
dici nihil põt: aut in phãtasmate potius, q̃ in
ueritate uisum fuisse crucifigi, qua rursus im
pietate q̃d peius est? Aut non omnia corpo-
ra de gẽte esse tenebrarũ, sed esse ẽt corpus
diuinæ substãtiæ: quod tñ immortale nõ sit,
sed possit ligno affigi & occidi, quod nihilo
minus plenum est dementiæ: aut ex gente te D
nebrarũ mortale corpus habuisse Xp̃m, atq;
ita qui eius corporis matrẽ Mariã uirginem
credere timetis, gẽtẽ dęmonũ nõ timetis. Po
stremo cum s̃m sententiam Fausti, quã qui-
dem ex illa longissima fabula vestra decer-
ptã, quanta potuit breuitate perstrinxit, de
spũsancto, terra cõcipiẽs, gignat patibilẽ Ie-
sum, q est uita & salus hominũ, omni suspẽ
sus ex ligno: cur ille saluator pẽdẽti pẽdẽdo
cõgruit, & nascẽti nascẽdo nõ cõgruit? Si ãt
propte-

propterea Ieſum dicitis eſſe in arboribus, & Ieſum crucifixum ſub Pōtio Pilato, & Ieſũ per ſolem lunamq; diſtentũ, quia totũ hoc ex una eademq; ſubſtãtia eſt, cur nō & cęte

E ra milia numinũ veſtrorum hac appellatione concluditis? Cur.n. non ſit Ieſus & ille ſplenditenens, & ille Atlas, & ille rex honoris, & ille ſpũs potens, & ille primus hō, & quicquid aliud innumerabiliter per diuerſa officia prædicatis? Ipſe deniq; ſpũſſanctus,

Cap. 12. cur in tertia perſona ponitur, cũ ſit inter innumerabiles? Aut cur non ſit etiam ipſe Ieſus? ¦ Et quid ſibi iam uult in ſcriptis Fauſti fallax textura uerborum, ubi conatus uelut congruere ueris Chriſtianis, a quib. lōge nimiũq; ſecluditur? ¦ Ait igr̃, Nos patris quidē dei oipotētis, & Xp̃i filii eius, & ſpũſſancti, unum idemq; ſub triplici appellatione colimus numen. Cur.n. ſub triplici, ac nō potius ſub multiplici, non appellatione tm̃, ſed etiã re, ſi quot nomina, tot pſonæ ſunt? Neq; .n. ſicut in armis una res eſt ſub triplici appellatione, enſis, mucro, gladius: ſicut unã rē dicitis, & lunam, & nauem minorem, & luminatorem nocturnum, & ſi quid aliud uocabuli eidem rei tribuitis: ita poteſtis dicere eũdem primum hominem, quem ſpiritũ potētē, & quem ſplenditenentem, & quem Atlantem maximũ, ſed alius eſt ille, alius atq; alius ille & ille, & neminem iſtorum Chriſtum dicere ſoletis, aut quomodo unũ nomen,* ſi diuerſa opera? Aut cur non totum ſimul unus Chriſtus, ſi pp unam ſubſtãtiam & in arboribus Xp̃s, & in perſecutione Iudæorũ Xp̃s, & in ſole ac luna Chriſtus? Nempe uias oēs veſtra phantaſmata perdiderunt, nēpe nihil

Al. numen.

F aliud ſunt, q̃ viſa furentium. Cur aũt arbitretur Fauſtus parem nobis eſſe religionē circa

Cap. 13. panē & calicem, neſcio, cum Manichęis uinum guſtare nō religio, ſed ſacrilegium ſit. In vua.n. agnoſcunt deum ſuum, in cupa nolunt quaſi aliquid eos calcatus & incluſus offenderit. Noſter autem panis & calix, non quilibet quaſi pp Chriſtum in ſpicis & ſarmentis ligatũ, ſicut illi deſipiunt, ſed certa conſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur. Proinde quod non ita fit, quamuis ſit panis & calix, alimentum eſt refectionis, non ſacramentum religionis, niſi ꝙ benedicimus, gratiasque agimus Domino in omni eius munere: non ſolum ſpiritali, uerumetiã corporali. Vobis aũt per fabulam veſtram in eſcis omnib. Chriſtus ligatus apponitur: adhuc ligandus veſtris viſceribus, ſoluēdusq; ructatibus. Nam cum manducatis, dei veſtri defectione vos reficitis: & cum digeritis, illius refectione deficitis. Cum.n. uos plenos H reddit, reſumptio veſtra ipſum premit. Qđ quidem miſericordiæ deputaretur, qñ aliqd pro uobis patiť in uobis: niſi uos rurſus inanes relinqueret, vt à vobis liberatus effugeret. Qũo ergo cōparas panem & calicem noſtrum, & parem religionem dicis, errorē longe a ueritate diſcretũ: peius deſipiens q̃ nonnulli, qui nos pp panem & calicē. Cererem ac Liberum ideo commemorandũ putaui, ut aduertatis ex qua uanitate ueniat ēt illud veſtrum, quod pp ſabbatum, Saturno dicatos fuiſſe patres noſtros putatis. Sicut.n. à Cerere & Libero Paganorũ dijs longe abſumꝰ, quanuis panis & calicis ſacramentũ, qđ ita laudaſtis, ut ĩ eo nobis pares eſſe uolueritis, noſtro ritu amplectamur: ita patres noſtri lōge fuerunt à Saturniacis catenis, quanuis p tp̃e prophetiæ ſabbati vacationem obſeruauerint. Sed cur non etiam pp Hylen, quę in

Cap. 14. nonnullis libris Paganorũ frequentatur, parem uos cum Paganis religionē habere dixiſtis? Quinimmo pp hoc imparem longeq; diſsimilem uoluiſtis intelligi, quia hoc nomine, mali principiũ ac naturam theologus veſter appellat. In quo quidem imperitia ueſtra magna deprehenditur: quia nec qd ſit Hyle ſcitis, & hoc rei vocabulo, quã penitus ignoratis, etiã inflari uelut docti affectatis. Hylen nanq; Gręci, cũ de natura diſſerunt,

H materiē quandã rerũ definiunt, nullo prorſus modo formatam, ſed omnium corporalium formarum capacem, quę quidē in corporũ mutabilitate vtcunq; cognoſcitur, nã per ſeipſam nec ſentiri nec intelligi poteſt. Verum in hoc errant quidam gentilium, ꝙ eam tanquam coæternam deo coniungunt: ut hæc ab illo non ſit, quanuis ab illo formetur. Quod alienum eſſe à veritate, ipſa veritas docet. Ecce tamē quibus Paganis de hac ipſa Hyle inuenimini eſſe conſimiles, quod eam uos quoq; ſuum habere principiũ, nec ex Deo eſſe perhibetis: & in hoc uos diſpares eſſe dicebatis, neſcientes quid dicatis: in

De vera [...] *Cap.* 8

illo

illo uero, ꝙ nulla eſt huic Hyle forma pro-
pria, nec niſi a deo formari pōt: nr̄æ illi ue-
ritati cōſentiunt, a ur̄a āt falſitate diſſentiūt,
qui neſciētes q̄d ſit Hyle.i.q̄d ſit rerū mate-
ries, gētem tenebrarū eā dicitis ubi nō ſolū
diſtinctas quinq; gn̄ibus innumerabiles cor
porū formas, uerumēt mentē cōſtituitis ho
I rū corporū formatricē, & q̄d eſt imperitius,
uel potius demētius, ipſam mentem dicitis
Hylen, quā nō formari ſed formare ꝓhibe-
tis, nā ſi eſſet ibi mēs q̄dā formās, & elemen
ta corporea q̄ formarent, illa elemēta dicen
da eſsēt Hyle.i.materies, quā formaret eadē
mens, quā mentē principiū mali eſſe uultis.
Hoc ſi diceretis, nō q̄dem multū erraretis in
eo, q̄d eſt Hyle, niſi ꝙ ipſa quoq; elementa,
q̄uis in alias formas formāda, tn̄ q̄a iam ele
menta eſſent, & ſpecieb. propriis diſtingue-
rent, Hyle nō eſſent, q̄a eſt illa prorſus infor
mis. Veruntn̄ tolerabilis eſſet imperitia ve-
ſtra, q̄a eā q̄ formaret, nō eā q̄ formaret, Hy
lē diceretis, ſed tn̄ ēt ſic eo teneremini uani
atq; ſacrilegi, q̄a neſcientes oēm modū natu
rarū, numerumq; formarū, & ordinem pon
derū nō eſſe poſſe, niſi a patre & filio & ſpū-
ſancto, principio mali tm̄ bonū tribueretis.
Nunc uero cū & q̄d ſit Hyle, & q̄d ſit malū
ignoretis, o ſi poſſem uobis perſuadere, ut a
ſeducendis imperitioribus uos cōpeſceretis.
Cap. 15. Iā uero ꝙ ēt inde uos Paganis vultis eſſe me
liores, ꝙ illi aris, delubris, ſimulachris, uicti
mis, atq; incenſo deū colendū putāt, uos aūt
nihil horū facitis, q̄s non irrideat: quaſi uero
nō ſatius ſit uel lapidi, q̄ quoquo mō eſt, arā
conſtituere, & uictimā offerre, q̄ id q̄d oīno
nō eſt, in deliramento phātaſmatis adorare?
Verū tu, qui rōnabile dei templū te eſſe dixi
ſti, quo hoc explicabis? Placet ne tibi, ut tem
plū deus habeat, cuius aliquā partem diabo
lus fabricauerit? An uos nō eſtis, qui dicitis
oīa membra ueſtra, totūq; corpus a maligna
mente, quā Hylen dicitis, fabricatū, eiusq;
ipſius fabricatricis partē illic habitare ſimul
cū parte dei ueſtri? Quæ cū ibi teneantur, ut
perhibetis, concatenata, & incluſa, utrū dei
K templū, an dei carcerem te dicere debuiſti,
niſi forte aīam tuā templū dei dicis, quā ex
terra luminis habes? At illam partem dei, uel
membrū dei ſoletis dicere, non templū dei.
Reſtat ergo, ut templū dei nō te dixeris, niſi
ex corpore, quod ſm̄ te diabolus fabricauit.
Ecce q̄uō templū dei blaſphematis, vt nō ſo
lum ſanctum non eſſe dicatis, uerumēt ma
chinamentum diaboli, & ergaſtulum dei. At
vero Apoſto. Templū.n. dei ſanctum eſt, in- 1. Cor. 3.
quit, q̄d eſtis uos. Et ne putes tantummodo
ad aīam pertinere, q̄d dictū eſt, audi expreſ- 1. Cor. 6.
ſius, Ne ſcitis, inquit, q̄a corpora ueſtra tem L
plum eſt in uobis ſpūſſancti, quem habetis a
deo? Vos aūt fabricā dæmonū dei templū di
citis, & ibi uiuū, ſicut Fauſtus ait, uiuæ ma-
ieſtatis ſimulachrū, Xp̄m filiū dei collocatis.
Plane Xp̄s ueſter phantaſmaticus habitet in
tali tēplo ſacrilegæ uanitatis. Ille quippe nō
a ſimilitudine, ſed a ſimulatione ſimulachrū
uocari pōt. Ita & mentem tuā arā feciſti, ſed Cap. 16.
vide cuius. Ex ipſis.n. artibus & diſcipulis
tuis apparet, quib. eam imbutam eſſe dixiſti.
Illæ artes & diſciplinæ uetāt panem porri-
gere mendicanti homini, ut in ara ueſtra cū
ſacrificio crudelitatis ardeatis: talem arā dn̄o
deſtruente, qui ex lege commemorat quali
odore delectatur deus, dicens, Mīam uolo q̄ Oſeæ 6.
ſacrificium. Vbi aūt hoc dn̄s cōmemoraue- Mat. 12
rit, attendite, cum.ſ. tranſiret per ſegetem, &
eſurientes diſcipuli eius uellerent ſpicas: q̄d
homicidiū eſſe uos dicitis, ex diſciplina ue-
ſtra, qua imbuiſtis mentem ueſtrā: arā ſane
non dei, ſed dæmoniorum mendaciloquo-
rum, ex quorum doctrinis inuſta cauteriat̄ 1. Tim. 4
maligna conſcia, homicidium appellās, quā
ueritas innocentiā dicit. Ita.n. iudæis ait, ubi Mat. 12.
uos quoq; futuros percuſſit atq; deſtruxit. Si
ſciretis quid ſit, Mīam uolo q̄ ſacrificium,
nunq̄ condemnaſſetis innocentes. Quas āt Cap. 17.
habere ſimplices & puras orationes, tanq̄ di
uinos honores ac ſacrificia poteritis, cum de
ipſa narura atq; ſubſtantia diuina tanta indi
gna & turpia ſentiatis, ut non ſolum ueſtris
ſacrificijs deus uerus nō propicietur, ſed in
ſacrificijs Paganorum deus ueſter immole-
tur? Neq;.n. in lignis ſolum, & in herbis, aut
in membris humanis, ſed ēt in pecorum car M
nibus eum contaminantib, & polluentibus,
uinculis colligatum eſſe cenſetis. Ipſa uero
aīa ueſtra, cui deo laudem dicat, cuius par-
ticulā ſeipſam in tenebrarum gente captam
teneri conclamās, q̄d aliud q̄ uituperat deū,
quē ſibi alio pacto aduerſus hoſtes ſuos cō-
ſulere nō potuiſſe teſtat̄, niſi partium ſuarū

tanta

tanta corruptione, & tam turpi captiuitate?
Vnde ueſtræ ēt preces ad deũ ueſtrũ nõ pñt
eſſe religioſæ ſed inuidioſæ. Quid.n.mali
apud illũ cõmiſeratis, vt in pęna iſta nũc ad
eum gematis, quē non propria uolũtate pec
cando deſeruiſtis, ſed ab illo dati eſtis hoſti-
bus ipſius ut pax regno eius cõpararet? Nec
ſaltē ſicut obſides dari ſolēt, cum honore cu
A iſtodiendi, nec ſicut paſtor ad capiendam be
ſtiã tendit inſidias. Pecus.n.ſuũ ſolet ponere
in illa captoria tendicula, non membrũ ſuũ:
& plerunq; ita, ut ante beſtia capiatur, q̃ pe
cus lædatur. Vos aũt mēbra dei dati eſtis ho
ſtibus, non ualentes eorũ a deo ueſtro cõpe-
ſcere feritatē, niſi eorũ cõtaminati fęditate,
non habētes pctm̃ propriũ, ſed hoſtili uene
Pſal. 78. no tabefacti. Vnde nõ poteſtis dicere in pre-
cibus vr̃is, Propter gloriã nois tui dñe libe-
ra nos, & propicius eſto peccatis noſtris ꝑ ꝑ
nomen tuũ: ſed dicitis, Libera nos arte tua,
quia ut modo in regno tuo ſecurus lugeas,
nos hic ꝑmimur, deliniamur, inquinamur.
Hæc uox accuſatoria eſt, non deprecatoia.
Nec illud poteſtis dicere, qđ magiſter ueri-
Mbtt. 6. tatis docuit, Dimitte nobis debita noſtra, ſi-
cut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
Qui ſunt.n.debitores ueſtri, qui in uos pec-
cauerũt? Si gens tenebrarũ, nunq̃d ei dimit-
titis debita, quã uſq; ĩ finē eradicatã, æterno
carcere includitis? Quæ aũt debita uobis po
teſt ille dimittere, qñ ille potius in uos pec-
cauit, cũ ad iſta uos miſit, q̃ uos in illum, q
mittenti obtemperaſtis? Aut ſi ꝑ ꝑea ille non
peccauit, q̃a hoc neceſsitate fecit: maior eſt
ueſtra neceſſitas, cũ in pugna proſtrati iacea
tis, q̃ fuit illius anteq̃ pugnaretis. Iam.n.uos
patimini cõmixtum malũ, nihil tale ille pa-
B tiebatur, cum tñ neceſſitatē, ut uos mitteret,
pateretur. Itaq; aut ipſe potius uobis debet,
qđ ei dimittatis, aut ſi nec ipſe uobis, multo
magis nec uos illi. Vbi ſunt ergo ſacrificia
ueſtra ſimplices ac puræ orationes ueſtrę, cũ
Cap. 18. ſint fallaces & impuræ blaſphemiæ? Et tñ
uolo mihi dicatis, unde iſta oĩa, q̃ laudatis
in uobis, his nominibus appelletis, ut dica-
tis templũ, arã, ſacrificiũ. Si.n.uero deo iſta
vera non debentur, cur laudabiliter in uera
religione prædicant̃? Si aũt deo uero uerum
ſacrificiũ rite debet̃, unde ēt diuini honores
recte appellantur: cætera quæ dñr ſacrificia,
ad ſimilitudinē fiunt cuiuſdã ueri ſacrificij.
Hæc aũt partim ſunt imitamēta falſorum &
fallaciũ deorũ, hoc eſt dęmoniorũ, ſuperbe
ſibi ab eis quos deceperint, diuinos honores
exigētium, ſicut ſunt uel erãt oĩa in templis
idoliſq; gentiliũ: partim prædicamēta uen-
turi unius ueriſsimi ſacrificij, qđ pro pecca
tis oĩum credentiũ offerri oporteret, qualia
erãt ꝑcepta diuinitus antiquis patribus no- C
ſtris, ubi erat & illa myſtica unctio, qua Xp̃s
pręfigurabatur: unde & ipſum nomē a chriſ
mate ducitur. Proinde uerũ ſacrificium, qđ
uni uero debetur deo, quo eius altare ſolus
Xp̃s impleuit, in uictimis pecorũ imitata dæ
monia ſibi arrogãter expoſcunt. Vnde dicit
Apoſt. Quæ immolãt gentes, dęmonijs im- 1. Co. 10.
molant, & nõ deo: nõ ꝙ offerebatur culpãs,
ſed q̃a illis offerebatur. Hebręi aũt in uicti-
mis pecorũ, quas offerebãt deo, multis & ua
riis modis, ſicut re tanta dignũ erat, Prophe-
tiã celebrabãt futuræ uictimæ, quã Xp̃s ob-
tulit. Vnde iam Chriſtiani, peracti eiuſdem
ſacrificij memoriam celebrant, ſacroſancta
oblatione & participatione corporis & ſan-
guinis Xp̃i. Manichæi uero neſciētes q̃d dã-
nandum ſit in ſacrificijs gentiũ, & q̃d intel-
ligendũ in ſacrificijs Hebræorũ, & q̃d tenen 1. Ti. 4
dũ uel obſeruãdum in ſacrificio chriſtiano-
rum, uanitatē ſuã ſacrũ offerũt diabolo, qui
eos decepit, recedentes a fide, intendētes ſpi-
ritibꝰ ſeductoribus, & doctrinis dęmoniorũ
in hypocriſi mendaciloquorũ. Diſcat ergo
Fauſtus, uel potius illi, qui eius literis dele-
ctantur, monarchiæ opinionē non ex genti-
bus nos habere: ſed gētes non uſqueadeo ad
falſos deos eſſe delapſas, ut opinionē amit-
terēt unius ueri dei, ex quo eſt omnis qualiſ
cunq; natura. Sapiētes.n.eorũ, q̃a, ſicut dicit
Apoſt. inuiſibilia dei a conſtitutione mundi
per ea q̃ facta ſunt, intellecta conſpiciũtur,
ſempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas, ut
ſint inexcuſabiles, cognoſcentes dũm non D
ſicut deũ honorificauerunt, aut gratias ege-
rũt, ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis, &
obſcuratũ eſt inſipiēs cor eorũ: dicētes.n.ſe
eē ſapiētes, ſtulti facti ſunt, & immutauerũt
gloriã incorruptibilis dei ĩ ſimilitudinē ima
ginis corruptibilis hoĩs, & uolucrũ, & qua-
drupedũ, & ſerpētiũ. Hęc ſunt.n.ſimulachra
gentiũ, in q̃bus interpretãdis nõ hñt exitũ,
niſi

nisi ad creaturã, quam cõdidit deus, ut in ipsa quoq; interpretatione simulachrorũ, de qua se peritiores eorũ iactare atq; inflare cõsueuerũt, hoc in eis fiat, qđ paulopost idem Apostolus dicit, Coluerũt & seruierũt creaturæ potius, q̃ creatori, qui est bñdictus in secula. Vos aũt ꝙ eis similes estis, uani estis: & in eo ꝙ eis similes nõ estis, peiores estis. Ad E hoc.n. nõ cũ ipsis creditis monarchiã, ꝙ illi uerũ credunt, ut ipsius unius dei substãtiam expugnabilē corruptibileq; credatis, quod est impię uanitatis in plurib. aũt diis colendis, & doctrina dęmoniorũ mẽdaciloquorũ illis persuasit multa idola, uobis multa phãtasmata. Nec sacrificia eorũ vertimus in agapes, sed sacrificiũ illud, quod pauloante cõmemoraui, intelleximus, dicẽte dño, Misericordiã uolo q̃ sacrificiũ. Agapes.n. nr̃æ pauperes pascũt, sicut frugibus, siue carnib. Pascitur.n. creatura dei de creatura dei q̃ hoĩs dapib. cõgrua est. Vobis aũt qa dęmonia mẽdaciloqua ꝑsuaserũt, nõ ad regẽdã carnem, sed ad exercẽdã blasphemiã, abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiẽdũ cũ gratiarũ actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatẽ: qm̃ omnis creatura Dei bona est, & nihil abiiciendũ, quod cum gratiarũ actione ꝑcipitur: ingrati creatori, & pro largis eius beneficiis sacrilegas retribuẽtes iniurias, qm̃ plerunq; in agapibus ẽt carnes pauperib. erogãtur, misericordiã Christianorũ similem dicitis sacrificiis Paganorum, quorum nonnullis in hoc quoq; similes estis. Propterea.n. nefas habetis pecora occidi, quia humanas animas in ea reuolui arbitramini, quod in quorundam gentiliũ philosophorum libris inuenitur, quanquam a posteF riorib. aliter intellectũ esse dicatur. Verum in hoc etiam multo deterius erratis, illi.n. in pecore timuerũt trucidare ꝓximũ suũ: vos autem deũ uestrum, cuius membra esse etiã pecorum animas arbitramini. Nã quod etiã hinc nobis calumniatur. Faustus, quod martyrum memorias honoramus, in hoc dicens nos idola conuertisse, nõ tam me mouet, ut huic calumniæ respondeam, quam ut ipsũ Faustũ ostendam studio calumniandi, etiam ab ipsius Manichęi uanitatibus exorbitare uoluisse, & in uulgarẽ atq; poeticã Paganorum opinionem, a quibus se alienissimũ cupit uideri, nescio quõ incautũ incidisse. Cum .n. dixisset nos vertisse idola i martyres, quos votis, inqt, similibus colitis, defunctorũ vmbras vino placatis & dapibus: sunt ergo vmbræ defunctorũ? Nunquã hoc in vestris sermonibus audiuimus, nunquã in literis legimus: imò ꝯdicere soletis talibus opinionibꝰ, asserentes animas mortuorũ magis minusve purgatas, aut in reuolutionis ire, aut in grauiores aliquas pœnas, bonas aũt in naues imponi, & in cœlo nauigantes transire hinc in illud phãtasma terræ luminis, pro qua pugnãdo perierant: ita nullas aĩas circa suorũ corporũ sepulchra detineri: vñ igitur vmbrę defunctorũ? q̃ substantia earũ, q̃ locus? Sed maledicendi cupiditate Faustus quid ꝓfiteretur, oblitus est: aut forte dormitans, vmbras somniãdo dictauit: nec cũ verba sua legeret euigilauit. Populus aũt Christianus memorias martyrũ religiosa solennitate concelebrat, & ad G excitandã imitationẽ, & vt meritis eorũ cõsocietur, atque orõnibus adiuuetur: ita tñ vt nulli martyrũ, sed ipsi deo martyrũ, quamnis in memorias martyrũ constituamus altaria. Quis.n. antistitum in locis sanctorũ corporũ assistens altari, aliqñ dixit, Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: sed quod offert, offertur deo, q̃ martyres coronauit, apud memorias eorũ quos coronauit: vt ex ipsorũ locorum admonitione maior affectus exurgat, ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari possumus, & in illum quo adiuuãte possumus? Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines dei, quorum cor ad talem pro Euangelica ueritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tanto deuotius, quãto securius post incerta oĩa superata: quãto ẽt fidentiore laude prædicamus, iam in vita fœliciore victores, quàm in ista adhuc vsque pugnantes. At illo cultu, quæ Græce latria dicitur, Latine vno uerbo dici non põt, cum sit quædam proprie diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendũ docemus, nisi vnum deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, vnde idololatria H dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibẽt: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendũ præcipimus, vel cuiquam martyri, uel cuiq̃ sanctę animæ, uel cuiquã angelo, & q̃s-

quis

Marginalia: Cap. 20. — Mat. 21 sec. 6. — 1. Tim. 4 — 1. Tim — Quum ἀγάπη dicatur, conuiuiũ, Augustinus dixit Agapibus. — Cap. 21.

quis in hunc errorẽ delabitur, corripitur ꝑ
ſanam doctrinam, ſiue ut corrigatur, ſiue ut
caueatur. Ipſi.n.ſancti, vel homines, vel an-
geli exhiberi ſibi nolunt, quod uni deo de-
beri norunt. Apparuit hoc in Paulo & Bar-
naba, cũ commoti miraculis, quæ per eos fa
Acto. 14 cta ſunt, Lycaonii tanq̃ diis immolare uo-
luerunt: conſciſsis.n. ueſtimentis ſuis, confi
tẽtes & ꝑſuadẽtes ſe deos nõ eſſe, iſta ſibi fie
I ri uetuerũt. Apparuit & in angelis, ſicut in
Apo. 19. Apocalypſi legimus, angelũ ſe adorari pro-
& 22. hibentẽ, ac dicentẽ adoratori ſuo, Cõſeruus
tuus ſum, & fratrum tuorũ. Iſta ſibi planè ſu
perbi ſpũs exigunt, diabolus & angeli eius,
ſicut ꝑ omnia tẽpla & ſacra gẽtiliũ. Quorũ
ſimilitudo in quibuſdã etiã ſuꝑbis homini
bus expreſſa eſt: ſicut de Babyloniæ quibuſ
dã regib. memoriæ cõmendatum tenemus.
Dani. 3. Vñ ſanctus Daniel accuſatores ac ꝑſecuto-
res pertulit, qđ regis edicto propoſito, vt ni
hil à quoquã deo peteretur, niſi à rege ſolo,
deũ ſuũ, hoc eſt vnũ & verũ deũ adorare, de
precariq; depꝓẽſus eſt. Qui ãt ſe in memo-
rijs martyrũ inebriãt, quõ a nobis approba-
ri pñt, cũ eos, ẽt ſi in domib. ſuis id faciãt, ſa
na doctrina cõdẽnet? Sed aliud eſt qđ doce-
mus, aliud qđ ſuſtinemus: aliud qđ præcipe
re iubemur, aliud, quod emẽdare ꝓcipimur,
& donec emẽdemus, tolerare cõpellimur.
Alia eſt diſciplina Chriſtianorũ, alia luxuria
uinolentorum, uel error infirmorum. Verũ
tñ & in hoc ipſo diſtant plurimũ culpæ ui-
nolentorũ & ſacrilegorũ. Longe quippe mi
K noris peccati eſt, ebriũ derideri a martyrib⁹,
quã uel ieiunũ ſacrificare martyribus. Sacri
ficare martyrib. dixi, nõ dixi ſacrificare deo
in memorijs martyrũ: qđ frequentiſs ime fa
cimus, illo dũtaxat ritu, quo ſibi ſacrificari
noui teſtamẽti manifeſtatione ꝓcepit, quod
pertinet ad illũ cultum, quæ latria dr̃, & vni
deo debetur. Sed quid agam, & tãtæ cęcitati
iſtorũ hęreticorũ qñ demõſtrabo, quam vim
habeat qđ in Pſalmis canitur, Sacrificiũ lau
Pſa. 49. dis glorificabit me, & illic via eſt, vbi oñdã
illi ſalutare meũ? huius ſacrificii caro & ſan
guis ante aduẽtũ Xp̃i ꝑ victimas ſimilitudi
nũ promittebatur: in paſsione Xp̃i ꝑ ipſam
veritatẽ reddebatur: poſt aſcẽſũ Xp̃i ꝑ ſacr̃m
memorię celebratur: ac ꝑ hoc tñ intereſt in
ter ſacrificia Paganorũ & Hebręorũ, quãtũ
inter imitationẽ errantẽ, & præfigurationẽ ꝓ
nunciantem. Sicut aũt nõ ideo contẽnenda De Ci
vel deteſtãda eſt virginitas ſanctimonialiũ, Dei. l.
quia & veſtales virgines fuerunt, ſic non iõ c. 10.
reprehendenda ſacrificia patrũ, quia ſunt & te fine.
ſacrificia gentiũ, quia ſicut inter illas uirgi-
nitates multũ diſtat, q̃uis nihil aliud diſtet,
niſi q̃ cui uoueatur atq; reddatur: ſic inter
ſacrificia Paganorũ & Hebręorũ multũ di- L
ſtat, eoipſo, ꝙ hoc ſolũ diſtat, q̃ cui ſint im-
molata & oblata: illa.ſ. ſuꝑbę impietati dæ-
moniorũ, idipſum ſibi ob hoc arrogãtium,
quò haberẽtur dii, q̃a diuinus honor ẽ ſacri
ficiũ, illa uero vni deo, ut ei offerretur ſimili
tudo promittẽs veritatẽ ſacrificii, cui erat of
ferenda ipſa reddita ueritas in paſsione cor-
poris & ſanguinis Xp̃i. Neq;.n. ſicut Fauſtus Cap. 2.
dixit, priores nr̃i Iudæi ſegregati a gẽtibus,
cũ tẽplũ dei haberent, & immolationes, &
aras, & ſacerdotia, ſculpturas ſolum dimiſe-
rũt, id eſt, idola, poterãt.n. ſicut nõnulli ẽt ſi
ne idolorũ ſculpturis, arboribus, & mõtib⁹,
poſtremo ẽt ſoli, ac lunæ, cæterisq; ſyderib.
immolare. Qđ ſi facerẽt ꝑ illũ cultũ, q̃ latria
dr̃, creaturæ potius q̃ creatori ſeruiẽtib⁹, &
ob hoc nõ paruo malo impiæ ſuꝑſtitionib.
errãtibus, nihilominus dęmonia ſe ꝓberent
ad eos illudẽdos, & ab eis ſumẽda q̃ ſic obtu
liſſent. Illi q̃ppe ſuꝑbi & impii ſpũs, non ni
dore ac fumo, ſicut nõnulli uani opinãtur,
ſed hominũ paſcũtur erroribus, nõ ſui cor-
poris refectione, ſed maleuola dilectione,
cũ quoquo mõ decipiũt, uel arrogãti faſtu ſi
mulatæ maieſtatis, cũ diuinos ſibi honores
exhiberi gloriãtur. Nõ ergo illi patres nr̃i ſo
la gẽtiũ ſimulachra dimiſerũt, ſed neq; ter- M
ræ, neq; cuiquã terrenæ rei, neq; mari, neq;
cœlo, neq; militiæ cœli aliquid immolãtes,
vni deo creatori oĩum victimas obtulerũt:
quas ſibi offerri uoluit, ꝑ earũ ſimilitudinẽ,
ꝓmittẽs uictimã verã, ꝑ quã nos ſibi pc̃tõrũ
remiſsiõe recõciliauit in Xp̃o Ieſu dño nr̃o,
cuius capitis corpus effectos fideles, Paulus Ro. 1
alloq̃tur dicẽs, Obſecro ãt uos fratres ꝑ mi-
ſericordiam dei, ut exhibeatis corpora ue-
ſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placẽ
tem. Sed Manichęi corpora humana opifi-
cium dicunt eſſe gẽtis tenebrarum: & carce
res, quib. uictus incluſus eſt deus. Vñ longe
aliud annũciat Fauſtus, aliud Paul⁹. Sed qm̃
quiſquis

quisquis vobis euangelizauerit præter quã
quod accepistis, anathema sit: verum dicit
Christus in Paulo, anathema sit Manichęus
Cap. 23. in Fausto. Qui ẽt dicit, nihil nos mutasse de
moribus gentiũ, nesciens quid loquatur. Cũ
Rom. 1. enim iustus ex fide viuat, finisq; præcepti sit
1. Tim. 1 charitas de corde puro, & cõscientia bona,
1. Co. 13 & fide nõ ficta: maneátq; ad confirmandã vi
tã fideliũ tria hæc, fides, spes, charitas, vnde
fieri potest, vt pares cum aliquo mores ha-
beat, qui hęc tria cum illo paria non habet?
Qui.n.aliud credit, aliud sperat, aliud amat,
A necesse est vt alter viuat. Et si vsus quarundã
rerũ similis videtur nobis esse cũ gentibus, si
cut cibi & potus, tectorũ, vestimentorũ, la-
uacrorum: & qui ex nostris coniugalẽ vitã
gerunt vxorem ducendarum & habendarũ,
filiorum gignendorũ, nutriendorum, hære-
ditandorũ: longe tamen aliter his rebus vti-
tur, qui ad aliũ finem vsum earũ refert: & ali-
ter qui ex his Deo gratias agit, de quo pra-
ua & falsa non credit. Sicut.n.in ipso erro-
re vestro, cũ eo pane vescamini quo cęteri
homines, & fructibus viuatis & fontibus: la-
na & lino similiter texto amiciamini, nec in
his tamen parẽ ducitis vitam nõ aliud edẽdo
aut bibẽdo aut induendo, sed aliud sentien-
do & credendo, & ad aliũ finem ista omnia
1. Tim. 1 referendo, finem scilicet vestri erroris atque
vanitatis: ita nos & in his & in alijs, quę simi
liter sumimus, non similiter cũ gentib. viui-
mus, easdem res non ad eundem finem refe-
rendo, sed ad finem legitimi diuiniq; pręce
pti, charitatẽ de corde puro, & conscientia
bona, & fide non ficta, à quibus quidã aber-
rãtes, cõuersi sunt in vaniloquiũ. In quo sanè
principatũ tenetis, nõ intuentes, nõ cõsiderã
tes in eisdem habendis agendisq; rebus tan
tũ ad diuersam vitam valere, si diuersa sit fi-
des, vt cũ auditores vestri & vxores habeant,
& filios, quanuis inuiti suscipiant, eisq; pa-
trimonia cõgerãt vel custodiant, carne ve-
scantur, vinũ bibãt, lauent, metãt, vindemiẽt,
B negocientur, honores publicos administrẽt,
uobiscum eos tamen, non cum gentibus cõ
putetis, cum facta eorũ gentibus uideantur
similiora, quam vobis. Nam & quorundam
facta gentilium, cum magis vobis propin-
quent, quam quibusdam auditoribus uestris,
nonnulli quippe in sacrilegis sacris suis & à
vino, & a carnibus, & a concubitu temperãt,
potius auditores vestros his omnibus uten-
tes, & in eo vobis dissimiles, in Manichæi
grege numeratis, quã istos eadẽ quę facitis
facientes, potiusq; fęminã, quę in Manichęũ
crediderit, uestrã dicitis, ẽt parientem, q̃ Si-
byllã nec saltẽ nubentẽ. At.n.multi Christia- C
ni catholici vocantur, & sunt adulteri, rapto
res, auari, ebriosi, & quicquid aliud sanę do
ctrinæ aduersatur. Quid aũt inter vos in tam
exiguo, ac pene nullo numero uestro? nõne
pleriq; sunt tales, & quidã ĩ paganis nõ sunt
tales? Nũ ideo paganos, qui tales nõ sunt, di-
citis meliores uobis, cũ tñ propter sacrilegã
vanitatem sectę vestræ, etiã qui in uobis tales
nõ sunt, paganis etiã talibus deteriores sint?
Vnde manifestum est nõ ideo derogari sanę
doctrinę, quæ sola catholica est: quia multi
eius nomine censeri uolunt, & per illam sa-
nari nolunt. Agnoscenda est.n. paucitas illa, Mat. 20.
quam dñs pręcipue cõmendat in ingenti at-
que innumerabili multitudine toto orbe dif
fusa: quę tñ paucitas sanctarũ atq; fideliũ, ꝙ
sępe commendandum est, tanquam grano-
rum in cõparatione multitudinis palearum
paucitas dicitur: per se autem ipsam tantam
massam frumenti facit, ut omnes probos &
reprobos uestros, quos pariter ueritas repro
bat, incomparabili multitudine superet. Ec-
ce nos sumus gentiũ schisma, aquibus pluri-
mũ distamus in melius: sed nec uos hoc estis,
quia plurimum ab eis distatis in peius.

LIBER XXI.

Cap. 1.



Austus dixit, Vnus Deus est, an
duo? Planè unus. Quomodo
ergo eos duos asseritis? Nun-
quam in nostris quidem asser
tionibus duorum deorum au-
ditum est nomen. Sed tu unde hoc suspica-
ris, cupio scire. Quia bonorum & malorum
duo principia traditis. Est quidem quod duo
principia confitemur, sed unũ ex his Deum D
uocamus, alterum Hylen: aut communiter
& usitate dixerim, dęmonẽ. Quod si tu hoc
putas duos significare Deos, poteris & me-
dico disputãte de infirmitate atque sanitate,
duas easdem putare sanitates, & cum quis
bonum nominat & malum tu poteris eadẽ
duo putare bona: & copiam audiens atque
egestatem, duas easdẽ putabis copias. Quod

ſi de albo & nigro diſputante me, & frigido
& calido, & dulci & amaro, dicas quia duo
alba, & duo calida, & duo dulcia oſtende-
rim, Nonne videberis mentis impos, & ce-
rebri minime ſani? Sic & cum duo principia
E doceo, Deũ & Hylen, non idcirco videri iã
debeo tibi duos oſtẽdere Deos. An quia vim
omnem maleficam Hyle aſsignamus, & be-
neficã Deo vt congruit, idcirco nihil intereſ
ſe putas, an vtrunq; eorum vocemus Deum?
Quod ſi ita eſt poteris & venenum audiẽs &
antidotũ, nihil intereſſe putare, an vtrunque
vocetur antidotũ, qui vtrũq; eorũ vim ſuã
habeat, vtrunq; agat aliquid & operetur: nec
nõ & medicum audiens ac venenariũ vtroſ-
que vocabis medicos. Et iuſtũ audiens atq;
iniuſtum, poteris vtroſq; vocare iuſtos, quia
vterq; eorũ aliquid agat. Quod ſi hoc face-
re abſurdũ eſt, quãto abſurdius Deũ & Hylẽ
idcirco duos putare Deos, quia eorũ quiſq;
aliquid operetur? Quapropter inepta hæc, &
viribus ſatis effęta argumentatio eſt, vt quia
de re mihi reſpondere nõ poſsis, de ſolis no
minibus confles inuidiã. Nam nec diffiteor,
etiã interdũ nos aduerſam naturã nuncupa-
re Deũ, ſed nõ hoc ſecundũ noſtram fidem,
verũ iuxta pręſumptũ iam in eã nomẽ à cul-
toribus ſuis, qui eã imprudenter exiſtimant
2. Cor. 4. Deũ: quẽadmodũ & Apoſtolus, Deus, ĩquit,
ſeculi huius excęcauit mentes infidelium,
Deum quidẽ nominans, quia ſic iã vocare-
tur a ſuis: ſed adijciens, ꝙ mentes excęcet, vt
cap. 2. ex hoc intelligatur nõ eſſe verus Deus. Augu
ſtinus reſpondit, Duos quidẽ Deos in veſtris
diſputationib. ſolemus audire ꝙ etſi primo
negaſti, tamen paulopoſt etiã ipſe confeſſus
es, quaſi rationẽ reddens, cur hoc dicatis: ꝗa
& Apoſtolus ait, Deus ſeculi huius excęca-
uit mẽtes infideliũ. Quam quidẽ ſententiam
pleriq; noſtrum ita diſtinguunt, vt Deũ verũ
dicant excęcaſſe infideliũ mẽtes. Cum enim
legerint, in quibus Deus, ſuſpendũt pronun-
F ciationẽ, ac tũc inferũt, Seculi huius excęca-
uit mentes infideliũ: quia etſi ita non diſtin-
guas, ſed exponendi gratia ita verborum or
dinem mutes, in quibus Deus excęcauit men
tes infidelium ſeculi huius: idem qui in illa
diſtinctione ſenſus elucet. Poteſt enim etiam
talis operatio, qua excęcantur mentes infide
lium, ſecundum quẽdam modum pertinere
ad verũ Deũ, quod non facit malitia, ſed iu-
ſtitia: ſicut idem Paulus alibi dicit, Nunquid
iniquus Deus, qui infert irã? Itẽ alibi, Quid Rom. 3
ergo dicimus, inquit, nũquid iniquitas eſt a- Rom. 9
pud Deũ? Abſit. Moyſi.n. dicit, Miſerabor cui
miſertus ero, & miſericordiã præſtabo cui
miſericors fuero. Cũ ergo præmiſiſſet, quod Exo. 3
incõcuſſe eſt retinendũ, nõ eſſe iniquitatem
apud Deũ, & paulopoſt attende quid dicat,
Si aũt volẽs Deus oſtendere irã, & demon- G
ſtrare potentiam ſuam, attulit in multa patiẽ Rom. 9
tia vaſa iræ, quę perfecta ſunt in perditionẽ:
& vt notas faceret diuitias gloriæ ſuę in vaſa
miſericordię, quę pręparauit in gloriã, &c.
Certe hic nullo modo dici põt aliũ Deũ eſ-
ſe, qui oſtendit irã, & demonſtrat potentiam
ſuã in vaſis, quę perfecta ſunt ad ꝑditionẽ, &
aliũ qui oſtendit diuitias in vaſis miſericor-
diæ. Nã vnũ eundẽq; Deum facere vtrunq; Rom. 1
Apoſtolica doctrina teſtatur. Hinc eſt, & il-
lud, Propter hoc tradidit illos Deus in con-
cupiſcentias cordis eorũ, in immunditiã, vt
cõtumelijs afficiãt corpora ſua in ſemetip-
ſis. Et paulopoſt, Propterea tradidit illos Deus
in paſsiones ignominię. Item paulopoſt, Et
quoniã nõ probauerunt Deũ habere in no-
titia, tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum.
Ecce quõ verus Deus & iuſtus excęcat men
tes infideliũ. Neq; enim vnquam in his Apo-
ſtoli verbis, quę cõmemoraui, alius Deus in-
tellectus eſt, quã ille qui filiũ ſuũ miſit dicen
tẽ, In iudiciũ veni in hunc mundum, vt qui Ioan 9.
nõ vident, videant: & qui vident, cęci fiant:
Nã & hic ſatis apparet mentibus fidelium,
quõ Deus excęcat mẽtes infideliũ. Præcedit
enim aliquid occultũ in occultis, vbi Deus
agat iuſtiſsimũ examen iudicij ſui, vt quorũ-
dã mentes excęcẽtur, quorundã intelligant: Al. Il-
cui veriſsime dictum eſt, Iudicia tua abyſſus min-
multa. Cuius profunditatis impenetrabilem Pſa. 3
altitudinẽ Apoſtolus admiratus, exclamat, Ro. 1
O altitudo diuitiarũ ſapiẽtię & ſcientiæ Dei, H
quã inſcrutabilia ſunt iudicia eius, &c. Vos C. 3
autẽ nõ valentes diſcernere quid faciat Deus
beneficio, quid iudicio, quia & a corde & ab
ore veſtro longe eſt Pſalterium noſtrũ, vbi
dicitur, Miſericordiam & iudiciũ cantabo P. 1
tibi domine, quicquid vos pro infirmitate
humanæ mortalitatis offenderit, alienatis oĩ
no ab arbitro & iudicio Dei veri: videlicet
habentes paratum alterum Deum malum,
quem vobis non veritas oſtendit, ſed vani-

tas fingit, cui tribuatis non solū quicquid fa
citis iniuste, uerumēt quicquid patimini iu-
ste: ita Deo tribuentes beneficia donorū, &
ei auferentes iudicia pœnarū, quasi de alio di
Mat. 25. xerit Xp̄s, ꝙ præparauit ignē æternū malis,
Matt. 5. q̃ de illo, qui facit Solē suum oriri super bo-
nos & malos, & pluit super iustos & iniu-
stos. Vnde hic tantā bonitatē, & ibi tantā se-
I ueritatē ad unū pertinere Deū non intelligi-
tis, nisi quia misericordiā & iudiciū cantare
Rom. 11. non nostis? Nōne idē ipse, qui facit Solē suū
oriri super bonos & malos, & pluit super iu
stos & iniustos, frangit tn̄ ramos naturales,
& cōtra naturā inserit oleastrum? Nonne de
vno ipso illic dicit Apostolus, Vides ergo
bonitatē & seueritatē Dei, in eos quidē qui
fracti sunt seueritatē: in te aūt bonitatē, si per
manseris in bonitate? Nēpe audistis, nēpe ad
uertistis, quēadmodū nec Deo auferat iudi-
ciariā seueritatē, nec homini liberā uolunta
tē. Occultū est, altū est, inaccessibili secreto
ab humana cogitatione seclusum est, quem-
admodū Deus & damnet impiū, & iustificet
impiū: utrunq; .n. de illo scripturarū sancta-
rū ueritas loquitur. Nū igitur ideo aduersus
diuina iudicia garrire delectat, quia sunt in-
scrutabilia? Quanto cōuenientius, quanto ac
cōmodatius est modulo nostro, expauescere
illic ubi Paulus expauit, & exclamare, O alti
Rom. 11. tudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, q̃
inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabi
les uiæ eius? Quanto melius est ita mirari, ꝙ
uestigare non sufficis, q̃ ꝑpea uelle alterum
Deū malū fingere, quia unū bonū non potui
sti cōprehendere? Non.n.de noīe agitur, sed
Cap. 4. de opere. Nā cito vr̄ Faustus se defendisse, cū
ait, Non dicimus duos deos, sed Deū & Hy-
len. Porro aūt cū quæsieris quid dicat Hylē,
De natura boni. audies planē describi alterū Deū. Si.n.mate-
Cap. 18. ries informis corporaliū formarū capax, ab
eis hyle appellaretur, q̃ appellata est ab anti-
quis, nemo eā nostrū coargueret Deū. Nunc
uero quantus error est, quanta dementia, uel
K materiē corporū dicere opificē corporum,
uel opificem corporū negare Deū. Quia er-
go ꝙ Deus uerus facit.i.corporū, elemento-
rū, animaliū qualitates & formas, ut corpo-
ra, ut elementa, ut animalia sint, hoc uos di-
citis nescio quē alterū facere, quolibet eum
noīe uocitetis, recte dicemini errore uestro
Deū alterū inducere. In hac.n.una re bis er-
ratis errore sacrilego: semel quidē, ꝙ ea quæ
Deus fecit, eū facere dicitis, quem Deum fa-
teri erubescitis. Sed nullo modo efficietis ut
non sit Deus, nisi eū talia facere negaueritis,
qualia nō facit nisi Deus: iterum aūt, quia ea
quæ bonis Deus bona facit, uos & a malo fie
ri, & mala esse opinamini, puerili sensu hor
rentes q̃ pœnalis mortalitatis imbecillitati nō
cōgruunt, & amantes quæ congruunt. Proin L
de malū dicitis, qui fecit colubrū: istū autem
Solem tam magnū bonū putatis, ut nec factū
a Deo, sed prolatū uel missum esse credatis.
Deus aūt uerus, in quē nondū a uobis credi
nimiū doleo, & colubrū fecit inter alia infe
riora, & Solem inter alia superiora: & adhuc
in sublimioribus, non corporalib. cœlestib.
sed iā in spiritalibus multa ista luce lōge me
liora, quæ carnalis homo quilibet nō perci-
pit, quanto magis uos, qui cū carnē detesta-
mini, nihil aliud q̃ uestrā regulā detestami-
ni, qua bona & mala metimini. Neque.n.pōt
in uobis esse cogitatio uel malorū, nisi qua-
libus carnalis sensus offenditur: uel bonorū,
nisi qualibus carnalis acies oblectatur. Vt er- Cap. 5.
go ista in imo rerum opera Dei terrena, infir
ma, mortalia, sed tn̄ opera Dei, qualia possu
mus uidere, considerē, ineffabiliter moueor
laude creatoris illorum, qui prorsus ita ma-
gnus est in operibus magnis, ut minor nō sit
in minimis. Ars.n.diuina, qua & cœlestia &
terrena opera fiunt, cū ea sint inter se dissimi
lia, ipsa in omnib. sui similis est, quia in suo
queq; genere perficiendo ubiq; perfecta est.
Neq;.n.uniuersum condit in singulis, sed ad
uniuersi cōplexum condens singula, uniuer-
sam se condendis præbet & singulis, omnia
congruenter locis suis & ordinibus faciens
atq; disponēs, & omnib. particulariter atque
uniuersaliter tribuens. Ecce hic in isto quasi
fundo infimo uniuersæ creaturæ aspicite ani
malia, quæ uolant, & natant, & gradiuntur,
& repunt. Nempe mortalia sunt, nempe uita Iac. 4.
eorū, sicut scriptū est, Vapor est ad modicū
apparens. Hunc.n.modulū ab optimo con- M
ditore perceptū, tanquā in cōe cōferunt uni
uerso pro sui generis portione complendo,
ut cū istis imis sint omnia bona, in quib. sūt
eis superna meliora. Veruntn̄ attendite, & da
te mihi unū quālibet abiectissimum animal,
cuius anima oderit carnē suam, ac nō potius
nutriat & foueat eam, motuque uitali uege-

tet,& regat, & quodāmodo administret pro sui generis exiguitate quoddā vniuersū suū, ad incolumitatē tuendam sibi conciliatum.
1. Cor. 9. Quod.n.rationalis aīa castigat corpus suum, & seruituti subijcit, ne immoderato appetitu terrenorū impediat a perceptione sapientiæ, ēt sic vtiq; diligit carnē suā, quā sibi ad obediendū legitime subdit atq; ordinat. Postremo
A vosipsi, quāuis carnali errore carnē detestemini, nō potestis nisi diligere carnem vestrā, eiusq; saluti & incolumitati cōsulere, oēs ictus, & casus & intēperiē qua læditur deuitare, munimenta vero & salubritatē qua conseruatur appetere: ita ostenditis p̄ualere naturæ legē cōtra erroris vestri opinionem.
Cap. 6. Quid in ipsa carne vitalia viscera, totius formæ conuenientia, mēbra operandi, visa sentiendi, locis atq; officijs suis cuncta distincta, & concordi vnitate cōtexta, moderatione mensurarū, parilitate numerorū, ordine ponderū: nonne indicant artificē suū Deum
Sap. 11. verū, cui vere dictū est, Omnia in mensura & numero & pōdere disposuisti? Si ergo cor
Rom. 1. non peruersum atq; corruptū vanis fabulis haberetis, inuisibilia eius ēt per ista, q̄ in hac infima & carnali creatura facta sunt intellecta consiceretis. Vnde.n.ista hæc quæ commemoraui, nisi ab illo cuius vnitate omnis modus sistitur, cuius sapientia oīs pulchritudo formatur: cuius lege oīs ordo disponit? Quod si ad ista intuenda oculū non habetis,
Cap. 7. Apostolica vos ducat authoritas. Apostolus
Ephe. 5. enim cū de sancta dilectione p̄ciperet, qualis esse debeat virorū in vxores, ex aīa animantis sumpsit exemplū. Qui diligit, inquit, vxorē suā, seipsum diligit, Nemo.n. vnquā carnē suā odio habet, sed nutrit & fouet eam, tanq̄ Christus Ecclesiā. Ecce in conspectu vestro est carnalis vniuersa substantia, videte quemadmodū in oē animal, sibi ad salutē conciliatū, pertendat naturæ ista cōio, vt diligat carnē suā. Neq;.n.hoc in hominibus tm̄ est, qui
B cū recte viuunt, non solū cōsulunt saluti carnis suæ, verumēt carnales motus ad vsum rationis edomant & refrenant: sed ēt bestiæ fugiunt dolorē, formidāt interitū: & quicquid illā membrorū cōpagē copulamq; carnis & spūs a concordiæ iunctura discindere ac dirimere pōt, quanta valent agilitate deuitant, nutrientes ēt ipsæ ac fouentes carnem suam. Nemo.n. vnquā carnem suā odio habet, sed nutrit, inquit, ac fouet eam, sicut & Christus Ecclesiā. Videte vnde quò ascenderit: intuemini, si potestis, quam vim ducat a creatore creatura, ab ipsis cęlestib. apparatibus vsque ad carnē & sanguinē, vniuersitatis plenitudine terminata, formarū varietate decorata, re- Cap. 8.
rū gradibus ordinata. Rursus idē Apostolus, cū de spiritalibus diuersis muneribus, & tn̄ ad vnitatē consonis, rem plane magnā, & di- C
uinā, & abditā nos doceret, de ista ipsa carne nostra similitudinē dedit: cuius artificem Deū, cum hæc loqueretur, oīno non tacuit. Quod etsi longū est, tn̄ quia valde necessariū totum ipsum ex eius ad Corinthios Epistola huic operi me inserere nō pigebit. De spiri- 1. Cor. 12.
talib. aūt nolo vos ignorare fratres scitis q̄n gentes eratis, ad simulachra sine voce qūo ascendebatis inducti: propter ꝙ notū facio vobis, quia nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu: & nemo pōt dicere, Dñs Iesus, nisi in spiritusancto. Diuisiones autem donationū sunt, idem aūt spiritus: & diuisiones ministrationū sunt, idem aūt dñs: & diuisiones operationū sunt, idē vero Deus, qui omnia operatur in omnibus. Vnicuiq; autē datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: alij quidem datur per spm̄ sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ secundum eundem spm̄: alteri aūt fides in eodem spiritu: alij donatio curationum in vno spiritu: alij operationes virtutum: alij Prophetia: alij diiudicatio spirituum: alij genera linguarum: omnia autem hæc operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Sicut.n. corpus vnū est, & membra habet multa, omnia membra corporis cū sint multa vnū est corpus, ita & Christus. Etenim in vno spiritu nos omnes in vnū corpus baptizati sumus siue Iudęi, siue Græci: siue serui, siue liberi: D
& omnes vnum spm̄ potauimus. Etenim corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quia non sum manus, non sum de corpore, num ideo nō est de corpore? vel si dixerit auricula, quia non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si totū corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus mēbra singula vnumquodq; eorum in corpore prout voluit. Si aūt fuissent omnia vnū membrū, vbi corpus? Nunc aūt multa membra, vnū aūt corpus. Non potest

autem

autem dicere oculus manui, opus te non ha
beo: aut iterũ caput pedibus, opus vobis nõ
habeo: ſed multo magis q̃ vident mẽbra cor
poris infirmiora eſſe neceſſaria ſunt : & quę
videntur viliora eſſe corporis, his abũdãtio-
rẽ honorẽ circũponimus, & quę inhoneſta
ſunt noſtra abundantiorẽ honeſtatẽ habent:
1. Co. 12. q̃ aũt honeſta ſunt noſtra, nõ opus habẽt, ſed
C Deus tẽperauit corpus, ei cui deerat maiorẽ
E honorẽ dans, vt nõ eſſet ſciſſura iu corpore,
ſed idem ipſum, vt pro inuicẽ ſolicita ſint: &
ſiue patiatur vnũ membrũ, cõpatiuntur om-
nia mẽbra: ſiue glorificatur vnum mẽbrum,
congaudent omnia mẽbra. Si vlla, non dico
fides Chriſtiana, vt credatis Apoſtolo, ſed vl-
lus ſenſus humanus in vobis eſt, vt manifeſta
cernatis , vnuſquiſq; in ſemetipſo iſta videat
atq; conſideret, quã vera, q̃ certa ſint, quam
in paruo magna, & in extremo quã bona: qñ
2. Cor. 4. quidẽ iſta in laude ponit. Apoſtolus , vt per
Al. l. Infima. hęc infirma * corporalia, quę videntur, poſ-
ſint facilius illa ſublimia ſpiritalia, quę nõ vi
Gen. 5. dentur intelligi. Horũ ergo mẽbrorũ & cor-
Galat. 1. poris noſtri, quæ ſic commendat, ſic laudat
Apoſtolus, quiſquis artificẽ Deũ negat vide-
tis cui contradicat annuncians vobis pręter
id quod accepimus. Quid igitur opus eſt, vt
a me redarguatur potius, quã ab oĩbus Chri
ſtianis anathematizetꝰ? Dicit Apoſtolus, Deus
1. Co. 12. tẽperauit corpus: & dicit iſte, Hyle, nõ Deꝰ.
Quid apertius his inimicitijs ante anathema
tizãdis, quã refellẽdis? Nunquid & hic Apo-
ſtolus, cũ diceret, Deus, addidit, huius ſeculi?
Vbi ẽt ſi quis diabolum intellexerit excęcare
mentes infideliũ, nõ negamus, malis ſuaſio-
nibus quibus qui cõſentiunt, iuſtitię lumen
amittũt, Deo tribuente quod iuſtum eſt. Hęc
omnia legimus in ſcripturis ſanctis: nã & il-
lud dictũ eſt: de ſeductione extrinſecus ve-
niente, Timeo ne ſicut ſerpens Euã ſeduxit
Al. l. Aſtutia. in verſutia * ſua ita corrũpantur mentes ve
ſtrę à ſimplicitate & caſtitatte, q̃ eſt in Chri
2. Co. 11. ſto Ieſu. Cui ſimile eſt, Corrumpunt mores
F bonos colloquia mala. Et illud ꝙ & ſibi quiſ
1. Co. 15. que ſeductor ſit. Qui aũt putat ſe eſſe aliquid
cũ nihil ſit, ſeipſum ſeducit. Et illud de Dei
vindicta, quod ſupra cõmemoraui. Tradidit
Rom. 1. illos Deus in reprobũ ſenſum, vt faciãt q̃ nõ
cõueniunt. Ita & in veteribus libris, cũ præ-
Sapien. 1 dixiſſet, Deus mortem non fecit, nec lętatur
Sapien. 2 in perditione virorũ: Paulopoſt, Inuidia, in-
quit, diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ.
Et rurſus de ipſa morte, ne ſe homines extra Sapien. 1
culpã ponerent, Impij aũt manibus & ver- Eccleſiaſtici. 11.
bis, inquit, accerſierunt illam: & exiſtiman-
tes illã amicã, defluxerunt. Alibi aũt, bona &
mala, vita & mors, diuitię & paupertas a
dño Deo ſunt. Hinc perturbati homines nõ
intelligunt in vno eodẽq; opere malo, non
poſtea conſequente alia, quæ manifeſta erit, G
ſed quadam continuo comitante vindicta,
aliud venire de aſtutia ſuadentis, aliud de ne
quitia volẽtis, aliud de iuſtitia punientis: cũ
diabolus ſuggerit, hõ cõſentit, Deus deſerit,
Quocirca in opere malo, ideſt, excęcatione
infideliũ: ſi intelligat & diabolus ꝓꝑ ſuaden
di malignitatẽ, vt ſic diſtinguat, Deus huius 1. Cor. 5.
ſeculi, non mihi videt abſurdũ. Neq; n. ſine
additamẽto dicit, Deus, cũ adiũgit, huiꝰ ſe-
culi, i. hominũ impiorũ, nõ niſi in hoc ſecu-
lo florere uolẽtiũ: ſcd̃m ꝙ dicit, & malũ ſe-
culũ, ſicut ſcriptũ eſt, Vt eximeret nos de prę Gala. 1.
ſenti ſeculo maligno. Talẽ ẽ. n. & illud, Quo Phil. 2.
rũ Deus venter: niſi eſſet ibi quorũ nullo mõ
diceret Deus, uenter. Nec in Pſalmo dęmo-
nia poſſent dij appellari, niſi adderetur, gẽ-
tium. Sic. n. ſcriptum eſt, Quoniam dij gen- Pſal. 59.
tiũ dęmonia. Hic aũt, nec Deus huius ſeculi,
nec quorũ Deus vẽter, nec dij gentiũ dęmo
nia: ſed ſimpliciter poſitũ eſt, Deus tẽperauit 1. Co. 12.
corpus: qui nõ põt intelligi, niſi Deus verus
omniũ creator. Illa. n. cũ vituperatione dicũ
tur, hoc aũt cũ laude dictũ eſt. Niſi forte Deũ
tẽperaſſe corpus, nõ diſpoſitione membro-
rũ, hoc eſt, fabricando & conſtruendo, ſed
admixtione lucis ſuę Fauſtus intelligit: ut. ſ.
hæc mẽbra ita dictincta & locata ſuis ſedi-
bus alter poſuerit, qui hoc ſabricauit: Deus
aũt miſcẽdo bonitatẽ ſuã, huius fabricę ma-
litiã tẽperauerit. Talibus. n. fabulis pueriles
animas habetant Sed neq; hoc eos poſſe di- Ibidem.
cere, permiſit ſubueniens Deus paruulis per
ora ſanctorum Habes. n. & paulo ſuperius, H
Deus poſuit mẽbra ſingula vnũquodq; eorũ
in corpore ꝓut uoluit. Quis iã nõ intelligat
ſecundũ hoc Deũ dictũ temperatorem cor-
poris, quod ex multis mẽbris corpus fabrica
uit, officia diuerſorum operum in vnitatis
compage ſeruãtibus? Dicãt ergo Manichæi, Cap. 10
utrum animalia, quę ſecundum deliramenta
eorũ Hyle fabricauerat in gente tenebrarũ,
antequã illis Deus lucem ſuam miſcuiſſet,

non habebāt iſtam membrorū cōcordiam,
quā ſic laudat Apoſtolus. Vtrū ibi diceret ca
put pedibus, aut oculus manui opus te non
habeo? Nunquā hoc dixerunt, nec dicere po
tuerunt: tales.n.eis actus & opera tribuūt, re
pebant, ambulabāt, natabant, volabāt queq;
I pro ſuo genere: videbāt quoq;, & audiebāt,
cęteriſq; ſenſibus ſentiebant, alimentis & tē
peramentis congruis nutriebāt & fouebant
corpora ſua. Hinc ēt prolis fęcunditas ſup-
petebat, nā & coniugia tribuunt eis: hęc cer
te omnia, quæ tanquā Hyles opera vituperat
Manichęus, fieri non pñt ſine membrorum
concordia quā laudat & Deo aſsignat Apo-
ſtolus: dubitatis adhuc quiſnam ſectandus, &
quiſnā anathematizandus ſit? Quid ꝙ erāt ibi
quędā, quæ etiā loquebantur, vt eis concio-
nantibus omnia ſerpētia, quadrupedia, vola
tilia, natatilia, audirent, intelligerent, conſen
tirent? Miranda hæc & omnino diuina elo-
quentia, & neminē Grāmaticū aut Rethorē
audierāt, nec inter lachrymas ferularū atq;
virgarū iſta didicerāt. Nempe iſte Fauſtus, vt
has vanitates diſerte garriret, ad diſciplinam
faciendi ſermonis ēt ſerius acceſsit: & quan-
uis eſſet acer ingenio, tñ legendo ſtomachū
rupit, vt ei loquenti tā pauci aſſentirentur. O
miſerū qui in iſta luce, ac non in illis tene-
bris natus eſt: illic enim eū contra lucē con-
cionantē, omnis bipes, omnis multipes, oīs
ēt ſerpēs à dracone vſq; ad cochleā libēter
audiret, alacriter obediret: hic aūt contra te-
nebras diſputantē, plures eloquentē quā do-
ctū, multi aūt ſeductorē peruerſiſsimū nomi
nabant. Inter paucos vero Manichæos, tan-
quā magno magiſtro plaudentes, nullū ei pe
cus annuebat, nec ex illa doctrina ſaltē cabal
lus eius aliquid ſciebat, tanquā omnibus ani
malibus ad hoc pars diuina concreta ſit, vt
ſtolida fierent. Quid eſt hoc rogo? euigilate
K aliqñ miſeri, & cōparate in fabula veſtra om
niū animantium prius tēpus & præſens: tūc
in terra ſua, nunc in hoc mundo, tunc firma
erant corpora, nunc infirma ſunt: tunc acris
acies oculorū ad videndum cum delectatio
ne inuadendi regionē Dei, nunc ira obtuſa,
vt & à ſolis radijs auertatur: tūc acutæ mētes
animaliū ad intelligēdū concionantis ſermo
nē, nunc habetes, & ab eiuſmodi capacitate
penitus alienæ: tūc naturalis tā magna & tam
potens eloquentia, nunc tanto ſtudio ac la-
bore vix parua & exigua. O quā magna bo-
na cōmixtione boni ꝑdidit gens tenebrarū.
Iſte ipſe Fauſtus in hoc ipſo ſermone, cui
nūc rñdeo, multa ſibimet contraria elegāter
opponere viſus eſt ſanitatē & infirmitatē, co
piā & egeſtatē, albū & nigrū, calidū & frigi
dū, dulce & amarū: in quibus omitto de al- L
bo & nigro aliquid dicere: aut ſi vllum mo-
mētū boni & mali eſt in coloribus, vt albū
dicant ad Deū pertinere, nigrū aūt ad Hylē,
cū oīa genera volatiliū Hylen creaſſe perhi-
beant, ſi albū colorē plumis earū Deus aſper
ſit, vbi latebant corui, qñ cygni cādore per-
fuſi ſunt? Itē de calido & frigido diſputare
nō opus eſt: vtrunq;.n.tēperanter adhibitū,
ſalubre: intēperāter aūt pernicioſum eſt. Cę-
tera videamus: bonū & malū, quod in in pri-
mis forte ponere debuit, in ijſdē cōtrarijs ita
videtur poſuiſſe, vt tanquā generalia vellet
intelligi, ſ.vt ad bonū ꝑtineat ſanitas, copia,
albū, calidū, dulce: ad malū autē infirmitas,
egeſtas, nigrū, frigidū, amarū: quā imperite
& inconſideratè, videat qui potuerit: Ego
aūt ne hoī calumniari puter, nihil obijcio
de albo & nigro, calido & frigido: de dul-
dulci & amaro, ſanitati atq; infirmitati præ-
ſcribā. Si.n.albū & dulce duo bona ſunt, ni-
grū aūt & amarū duo mala, quomodo pluri
ma vua, omniſq; oliua nigreſcendo dulce-
ſcit, i.mali amplius habendo fit melior? Item
ſi duo bona ſunt calor & ſanitas, duo vero
mala frigus & infirmitas, cur caleſcēdo cor-
porea ægreſcunt? An forte ſana febriūt? Non
ergo hęc obijcio, quæ forte nō cautus, aut ꝓ
quibuslibet contrarijs potius, q̃ pro bonis &
malis cōmēmorauit: pręſertim quia ignem M
gentis tenebrarū nunquā frigidū fuiſſe dixe- Cap.
rūt, ſed calorē eius vtiq; malum. Verū vt iſta
omittamus, illa videamus, quæ ita cōmemo-
rauit bona ī his cōtrarijs, vt nolit inde dubita
ri, ſanitatē, copiā, dulcedinē: ita ne ī illa gēte
nō erat ſanitas corporū, ī qua & naſci & cre
ſcere gignere & ita ꝑdurare potuerūt illa aīa
lia, vt qbuſdā eorū grauidis, ſicut deſipit, ca-
ptis, & ī cęlo colligatis, nec ſaltē pleni tꝑis,
ſed abortiui fętus de tā excelſo in terrā cadē
tes & viuere potuerint & creſcere, & iſta car
niū, q̃ nūc ſunt innumerabilia genera, pro-
pagare: aut copia ibi nō erat, vbi arbores nō
tm̄ in aquis & vētis, ſed ēt in igne & fumo &
naſci potuerunt, & tāta fęcunditate ditari, vt

ex earũ fructib. sui cuiusq; generis animalia gignerentur, & earũ arborũ feracitate nutrita atq; pasta conseruarentur, quorũ saginæ lætitiã, prolis quoq; fęcũditas testaretur: maxime vbi nullus labor agriculturæ, nec intẽperies esset æstatis & hyemis: neq;.n. Sol ibi circumibat, vt alternantib. tẽporib. anni trãs-

A currerent? Proinde perpetua fertilitas erat arborũ, quib. elementũ & alimentũ sui generis, sicut gignendis affuerat, ita fętandis perpetuo suppetebat, & fructus nunq̃ deesse faciebat: sicut videmus arbores citriorum toto anno & flores & fructus parere, si iugiter irrigentur. Magna ergo illic copia, & eius habendæ magna securitas, neq;.n. vel grando timebatur, vbi nõ erãt luminis exactores, quos tonitrua cõmouere fabulamini: dulces autẽ ac suaues si non haberent cibos suos, nunq̃ eos appeterent, nunquã eis corpora vegeta-

Cap. 13. rent. Ita.n. se res habet, vt pro vniuscuiusque corporis cõgruentia vel delectet esca uel offendat. Si delectat, dulcis aut suauis dr: si aũt offendit, amara, siue aspera, siue aliqua insuauitate respuenda. Nõne ipsi nos homines ita sumus, ut plerũq; alter appetat alimentũ, q alter exhorreat, siue pro temperatione naturæ, siue pro usu consuetudinis, siue pro affectione ualetudinis: quanto magis longe diuersi generis corpora bestiarũ possunt illud habere iocundũ q nobis amarũ est? An aliter capræ ad rodendũ suspenderentur oleastrũ? Nã sicut nõnulli morbo hominum uel amarũ est, ita illi naturæ pecoris suauis oleaster: sic insinuatur prudentib. rerũ examinatorib. ordo quid ualeat, cũ, s. sua cuiq; adhibentur atq; redduntur, quantumq; hoc bonũ sit ab imis usq; ad summa, a corporalib. usq; ad spiritalia. Itaq; in gente tenebrarũ cũ animal cuius elementi eo uescebatur cibo, qui nascebatur in eius elemento, proculdubio suauitatẽ ipsa cõgruentia faciebat, si aũt incidisset in alterius elementi cibũ, ipsa incõgruentia faceret offensionẽ sensui gustantis:

B q̃ offensio vel amaritudo uel asperitas uel insuauitas uel quodlibet aliud: aut si ita nimiũ est, ut aliena vi cõpagẽ corporis, cõcordiãq; dirũpat, ac si interimat, aut uires auferat, ẽt uenenũ uocatur: nõ nisi per incongruentiã, q alteri generi per congruentiã cibus est: sicut panẽ, qui quotidiana esca nostra est, si acciptier sumat, extinguitur: & nos si elleborũ, quo pecora pleraq; uescebantur: * cuius tñ herbæ adhibendæ quidã modus, ẽt medicamentum est. Quod si sciret consideraret Faustus non vtiq; venenũ & antidotũ pro exemplo duarũ naturarum mali & boni poneret: tanq̃ Deus sit antidotũ, & Hyle venenum, cũ eadẽ res eademq; natura nunc congruenter, nunc incongruenter sumpta siue adhibita, uel prosit, vel noceat. Itaq; secundũ eorũ fabulam potest dici Deus eorũ fuisse venenum genti tenebrarum, cuius corpora tã firma ita corrupit, ut infirmissima redderet: sed quia & lux ipsa capta, oppressa, corrupta est, inuicẽ sibi uenenum fuerint. Cur non ergo hæc, aut duo bona dicitis, aut duo mala, uel magis & duo bona & duo mala? duo bona apud se, duo mala inter utrunq;. * Postea si opus fuerit, q̃remus quid horũ sit melius aut peius interim quia duo bona erant apud se, ita cõsiderat, Regnabat Deus in terra sua, regnabat & Hyle in sua. Sanitas regnãtiũ & ibi & hic, copia fructuũ & ibi & hic. Fęcunditas prolis utrobiq;, suauitas propriarũ uoluptatum apud utrosq;. Sed illa gẽs, inquiunt, excepto eo q uicinæ luci mala erat, & apud seipsam mala erat. Interim bona eius multa iã dixi, si & uos mala eius potueritis ostendere, erunt duo regna bona, sed illud melius, ubi nullũ erat malo: quæ nam ergo huius mala dicitis fuisse? Vastabant se, inquit, inuicẽ lædebant, occidebant, absumebant. Si ad hoc solũ ibi vacaret, qũo ibi tanta agmina gignerent, nutrirent, perficerentur? Erat ibi ergo & quies & pax. Veruntñ fateamur illud fuisse melius regnũ, ubi nulla discordia, duo tñ bona ista multo accõmodatius dixerim, q̃ unũ bonũ & alterũ malũ: ut illud sit melius, ubi nec singuli sibimetipsis nocebant, nec inuicẽ: hoc aũt inferius bonũ, ubi quãuis inuicẽ aduersarentur, unũquodq; tñ animal suã salutẽ, incolumitatẽ naturãq; tuebatur. Veruntñ Deo uestro ille saltẽ princeps tenebrarũ non ita lõgo interuallo cõparari potest, cui nemo resistebat, cui regnanti cuncta seruierunt, quẽ concionantẽ cuncta secuta sunt, quod sine magna pace atq; concordia fieri non posset. Ibi.n. sunt regna fœlicia, ubi omnium pleno cõsensu regib. obeditur. Huc accedit, q a illi principi non tñ sui generis, i bipedes, quos parentes hominũ dicitis, sed ẽt cũcta animalium cęterorum genera subdita erant, & ad

Al. l. pascuntur.

C

Cap. 14.

Al. l. in alterutrũ.

D

nutum eius cōuertebantur, faciendo ꝙ iuſ-
ſiſſet, credendo ꝙ ſuaſiſſet. Hæc dicentes, vſ-
queadeo putatis ſurda hominū corda, vt ex-
pectent a vobis Deū alterū nominari, quem
vident plane aperteq; deſcribi. Si.n. Princi-
pis huius vires hoc poterant, magna potētia:
ſi honor, magna claritas: ſi amor, magna con
cordia: ſi timor, magna diſciplina. In his om
nib. bonis ſi erant aliqua mala, nū ideo iā ma
li natura dicenda eſt, niſi ab eis qui neſciunt
quid loquantur? Porro ſi ꝑpea mali naturā
E putatis, quia non ſolū in alterā natura mala
erat, ſed ēt in ſeipſa habebat malū, nullū ne
malū eſſe arbitramini durā neceſsitatē, quā
patiebatur Deus veſter ante cōmixtionē na-
turæ contrariæ, vt cū ea bellare & in eius fau
ces ſic opprimenda mēbra ſua mittere coge
retur, vt nō poſsit tota purgari? Ecce erat &
in ipſa magnū malū, antequā ei miſceretur,
ꝙ ſolū dicitis malū. Aut.n. lædi & corrumpi
nō poterat a gente tenebrarū, & propria ſtul
titia patiebatur illā neceſsitatē: aut ſi poterat
corrūpi eius ſubſtantia, nō colitis Deū incor
ruptibilē, qualē Apoſtolus ꝑdicat. Quid er-
go & ipſa corruptibilitas, quia quidē nondū
corrūpebatur illa natura, ſed tn̄ ab alia cor-
rūpi poterat, nō vobis in Deo veſtro vr̄ ma-
Cap.15. lū? Illud ēt quis nō videat, ꝙ aut ꝑſcientia ibi
nō erat: vbi veſtrū eſt iā cogitare, vtrū nullū
vitiū Dei ſit carere ꝑſcientia, & quid immi-
neat oīno neſcire: aut ſi erat ibi ꝑſcientia, ſe-
curitas ibi eſſe nō poterat, ſed æternus timor
& hoc quantū malū ſit, certe agnoſcitis? An
nō timebat ne iā iāq; adueniret tp̄s, quo mē-
bra eius ita vaſtarent & inquinarētur in illo
ꝑlio, vt vix cū tanto labore, nec tn̄ tota libe-
rent atq; mūdentur? Sed ſi ad ipſum hoc nō
pertinebat, ꝙ quidē cernitis q̄ dure dicatur,
certe ipſa mēbra eius, q̄ hic tanta mala paſſu
ra erant, nēpe metuebant. An hoc futurū ip-
ſa neſciebāt? Ergo qualicunq; parti ſubſtātiæ
Dei veſtri, defuit vtiq; ꝑſcientia. Numerate
mala in ſummo veſtro bono. An ideo non ti
F mebant, quia ſuā conſecuturā liberationē ac
triumphū pariter ꝓuidebant? Certe vel pro
ſocijs timebant, quos æternis in illo globo
vinculis a ſuo regno nouerāt alienandos. An
Cap. 16. ibi charitas nō erat, vt nulla eſſet fraterna cō
paſsio, pro his vtiq;, quorū pc̄tō nullo præ-
cedente, impēdebant æterna ſupplicia? Quid
illæ ipſæ aīæ in globo ligandæ? Nōne & ipſæ
mēbra Dei veſtri erant? Nonne vnū genus &
vna ſubſtantia eſt? Ipſe ſaltē præſcientes futu
rū ſempiternū vinculū ſuū, nempe timebant,
nēpe merebant. Aut ſi ipſę hoc futurū neſcie
bant, pars Dei veſtri ꝓuida erat, pars impro-
uida, qūo ergo vna eademq; ſubſtantia? Cū
ergo tāta mala & ibi fuerint, anteq̄ eſſet alie-
ni mali cōmixtio, quid de illo tanq̄ puro &
ſimplici & ſummo bono gloriamini? Ergo
ēt apud ſemetipſas iſtas duas naturas, aut duo
bona, aut duo mala fateri cogimini. Conce-
dimus vobis, ſi aut duo mala dixeritis, vt ꝙ
volueritis horū peius dicatis: ſi aūt duo bo- G
na, quodlibet horū melius dicite, erit poſtea
diligentior cōſideratio: dum tn̄ veſter error
ille tollatur, quo dicitis duo principia duarū
naturarū, bonæ & malæ, & planè duos deos,
vnū bonū, & alterū malum. Iam vero ſi pro-
pterea malū eſt aliquid, ꝙ alteri nocet, inui-
cē ſibi iſta nocuerunt. Fuerit vna pars impro
bior, quia prior appetiuit alienū. Vna ergo Exo. 1.
malū inferre voluit, altera malū pro malo re
tribuit: & non lege talionis, tanq̄ oculū pro
oculo, ꝙ imprudenter & impudenter repre-
hendere ſoletis, ſed multo grauius. Eligite er
go quam peiorem dicatis, quæ prior nocere
voluit, an q̄ amplius nocere & voluit & po-
tuit. Iſta.n. pro modulo ſuo luce perfrui cō-
cupiuit, illa eā funditus eradicauit. Iſta ſi ꝙ
appetiuit, impleſſet, ſibi certe nihil obfuiſſet
illa vero, vt hoſtilē aduerſitatē penitus euer-
teret, ēt ſuæ parti grauiter nocuit. Sicut eſt
illa notiſsima, & quarūdā literarū memoriæ
cōmendata furioſa ſnīa, pereant amici, dum
inimici vnà intercidant. Miſſa eſt.n ad inex-
piabilem contaminationē pars Dei, vt eſſet
vnde tegeretur globus, quo in æternū hoſtis
viuus ſepeliendus eſt: tm̄.n. timebitur, & vi-
ctus tm̄ terrebit incluſus, vt ſempiterna miſe-
ria partis Dei cętero Deo tribuat qualemcū-
que ſecuritatē. O magna innocentia bonita-
tis, ecce faciet & Deus veſter, vnde tenebra- H
rū gentē horribiliter accuſatis, ꝙ & ſuis no-
ceat & alienis. Idipſum oīno in Deo veſtro
arguit ille globus extremus, quo & hoſtis in
cluditur, & ciuis affligitur: imo vero ſupe-
rat in amplius nocendo, & alienis & ſuis,
pars illa, quā dicitis Deū. Hyle quippe non
eradicare alienū regnum voluit, ſed tenere:
ſuos aūt quoſdam, & ſi ab alijs ſuis quibuſdā
cōſumendo interimebat, in alias tn̄ formas

denuo cōmutabat: vt moriendo & renascen
do saltē per interualla tēporū suæ uitæ lęti-
tia fruerentur: Deus aūt qualē omnipotentē,
optimūq; describitis in æternum, & alienos
eradicat, & suos dānat: & ꝙ mirabiliore de-
mentia creditur, Hyle aīalia sua lædit in pu-
gna sua, Deus membra sua punit in uictoria
sua. Quid est uani hoīes? Nēpe recordamini
I verba Fausti de Deo, tanquā de antidoto, &
Hyle tanq̄ veneno. Ecce plus nocet vestrum
antidotū quā uenenū. Nunquid Hyle tā hor-
rendo globo in æternū, uel Deū includeret,
uel sua uiscera affligeret: & ꝙ sceleratius est,
calūniatur eisdē reliquijs, ne defecisse uidea
tur, ꝙ eas purgare non potuit? Dicit.n. Mani-
chęus in epistola fundamenti, ideo dignas il
las animas fieri tali supplicio, ꝙ errare se a
priore lucida sua natura passæ sunt, & inimi
cæ lumini sancto extiterunt, cū eas in illū er-
rorē, quo ita tenebrarentur, ut inimica luci
lux fieret, ipse miserit: si inuitas iniustus, ut
cogeret: si uolentes, ingratus, ut dānaret: q̄ se
futuras inimicas origini suæ, si pſcire potue-
rūt, & ante bellū timore cruciatæ, & in bello
inexpiabiliter maculatæ, & post bellū in ęter
nū dānatæ, nunq̄ beatæ. Si aūt pſcire non po
tuerūt, & ante bellū improuidæ, & in bello
inualidæ, & post bellū miseræ, nunq̄ diuinę:
& utiq; ꝙ ipse hoc Deus secūdū unitatē sub
stantiæ putamus, nec respicitis q̄ immaniter
blasphematis, & tñ aliqñ uolentes quasi de-
fendere bonitatē Dei ēt ipsi Hyle pstare dici-
tis aliquid boni, ut inclusa in semetipsam nō
sęuiat. Habebit ergo aliquid boni, cū ei nul-
lū mixtū erit bonū? An forte sicut Deus ante
bellū sine cōmixtione mali habebat necessi-
tatis malū, ita Hyle post bellū sine cōmixtio
ne boni habebit cōmixtionis bonum? Dicite
ergo duo mala, sed unū altero peius: aut duo
nō sūma bona, sed unū altero melius: ita sa-
nè, ut ꝙ est melius, hoc dicatis miserius: nā
si illius tanti belli hic erit exitus, ut superata
Hyle a ꝓpria uastatione, & Dei mēbris affi-
K xis in globo aliqd boni pstetur hostib. & tñ
mali infligat ciuib. cogitate quis uicerit. Sed
uidelicet uenenū est Hyle, q̄ formare, firma
re, nutrire, uegetare ualuit aīalia sua: & anti-
dotū Deus, qui damnare potuit, quia sanare
nō potuit mēbra sua. Insani, nec ille est Hy-
2. Tim. 4 le, nec ille Deus. Sic delirant, qui sanā doctri
nā non sustinentes, ad fabulas conuertuntur.

LIBER XXII.



Faustus dixit, Cur legē blasphe Cap. 1.
matis & Prophetas? Minime
quidem nos hostes sumus aut
inimici legis ac Prophetarū,
sed nec ullius oīno: adeo ut si
modo per ipsos uos liceat, simus parati fate-
ri, falsa illa oīa esse, q̄ de eis scripta sunt, & L
quorū causa vř nobis exosi: sed.n. uos repu
gnatis, & scriptorib. assentiēdo uestris, in cri
men forsitan Prophetas innocentes abduci-
tis, infamatis Patriarchas, dedecoratis & le-
gē, atq; ꝙ sit stultius, vultis & scriptores ve-
stros nō esse mendaces, & eos tñ religiosos
ac sanctos, quorū hi flagitia & turpes cōscri
pserint uitas. Quod quia utrunq; pariter cō-
stare non pōt, Oportet.n. aut hos fuisse ma-
los, aut illos mēdaces & falsos. Age si liber, Cap. 2.
assensu cōi scriptorib. dānatis, defensionem
suscipiamus legis & Prophetarū. Legem aūt
nunc dico ego, nō circuncisionē, nec sabba
ta, & sacrificia, cęteraq; hmōi Iudęorū, sed Gen. 17.
eā quæ uere sit lex, i. Non occides, non mę- Exo. 17.
chaberis, non peierabis, &c. Cui quia olim Deu. 5.
diffamatæ in gentibus, i. ex quo mundi huius Leuit. 19
creatura consistit, Hebręorū scriptorū irruē
tes, tanquā lepram ac scabiem, abominanda
hæc sua & turpissima pcepta cōmiscuerūt,
quæ ad peritomen spectant, & sacrificia: age
si es pro certo & tu amicus legis, damna eos
mecū, qui hanc uiolare ausi sunt hac cōmix-
tione inconuenientiū eidē pceptorū: quę p-
cepta, nisi & uos legē non esse sciretis nec le
gis partē, utiq; aut eadē seruare niteremini
professi iustitiā, aut uos corā fateremini esse
nō iustos: nunc uero & de illis q̄ scelera pro
hibent mandatis, solicita uobis est cura recte
uolentib. uiuere & de ijs quæ pertinent ad Iu
dęos, nulla fit mentio: ꝙ quatenus excusatū
uobis erit, nisi eandē legē non esse constite-
rit. Deniq; si sicut incenderis, intollerabile
conuitiū iudicas, si quis te negligentē pcepti M
huius appellet, quo dictū est, Non occides: Exo. 20.
uel, Nō męchaberis: ita ēt exardesceres, si qs
te & incircuncisum uocaret, & negligentem
ꝙ sabbati erat, intelligis proculdubio ꝙ es-
set utrunq; lex & Dei mandatū. Nūc uero &
de illis superiorib. laudē q̄ris & gloriā, si ea
cōserues: & de his nullā eiusdē boni iactu-
rā metuis, quia contēnas. Quare cōstat hęc,

vt

vt dixi non esse legem, sed legis potius macu las & scabiem, quæ si dãnantur a nobis, dam nantur vt falsa, non vt legitima. Nec tangit conuitiũ hoc legem, nec legis authorẽ Deũ, sed eos qui hunc & illam nepharijs suis religionib. inscripserunt. Vt aũt interdum legis nos reuerendũ nomen cum Iudaica præce-
A pta persequimur, lacessamus, vestro fit vitio qui inter Hebraicas institutiones & legem, nullũ vultis esse discrimen: alioquin reddite legi propriã dignitatẽ: Israeliticas ab eadem turpitudines tanq̃ verrucas incidite, deformationis eius crimen scriptorib. imputate, & statim videbitis nos Iudaismi inimicos fuisse, non legis. Nomen est ꝙ vos decipit: quia cui iure debeat adscribi, non nostis. Ad
Cap. 3. hęc & Prophetas ac Patriarchas vestros, cur nos blasphemare existimetis, ego nõ video: nã si a nobis scripta hęc dictave fuissent, q̃ ijdem cõmisisse leguntur, esset vestra hæc in nos nõ irrationabilis accusatio: vbi vero aut ab ipsis eadẽ scripta sunt contra honestatis morẽ, de vitijs captantib. gloriã, aut ab eorũ socijs ac paribus, nostra quæ istic culpa est? Damnamus.n. detestati actus iniquos, quos vltro de se nec interrogati confessi sunt rei: aut si hæc per inuidiã scriptorũ aduersus eos malignitas finxit, puniantur scriptores, dam nentur eorum libri, purgetur prophetiarum
Al. l. prophеticum nomen. *indigna fama, grauitati atq; cẽsuræ suæ Pa triarcharũ reddatur authoritas. Et sane fieri potuit, vt quemadmodũ de Deo impudenter
Cap. 4. Gen. 1. ijdem tanta finxerunt, nunc eũ in tenebris ex æterno versatum dicentes, & postea miratũ
Gen. 2. & 5. cũ vidisset lucem: nunc ignarũ futuri, vt præ ceptũ illud, ꝙ non esset seruaturus Adam, ei mandaret: nunc & improuidũ, vt eũ latentẽ in angulo paradisi, post nuditatẽ cognitã videre non posset: nunc & inuidũ ac timentẽ, ne si gustaret homo suus de ligno vitæ, in æternum viueret: nunc appetentẽ sanguinis at
Leuit. 3. que adipis ex omni genere sacrificiorũ, ze-
Psal. 68. lantemq; si & alijs eadẽ offerrẽtur vt sibi: &
Exo. 32. nunc irascentem in alienos, nunc & in suos: nunc perimentem millia hominum ob leuia quidẽ aut nulla cõmissa: nunc ẽt cõminantẽ
B venturũ se fore cũ gladio & parciturũ nemini, non iusto, non pctõri: fieri, inquã, potuit, vt & de Dei hominibus mentirentur, qui de Deo ipso tanta proteruitate mentiti sunt. Sed vos consentite nobiscũ, vt portẽt scriptores crimẽ, si vultis eodẽ liberari Prophetas. Alio
quin neq; illa nos de Abraham scripsimus, Cap. 5
ꝙ habendæ prolis insana flagrans cupidine,
& Deo, qui id iã sibi de Sara coniuge promi Gen. 1[...] & 20
serat, minime credens, cũ pellice volutatus sit sub conscientia, quo fit inhonestius, vxoris: nec ꝙ matrimonij sui infamissimus nundinator, idẽ auaritiæ ac ventris causa duob.
regibus, Abimelech & Pharaoni, diuersis tẽ- Gen. [...]
poribus, memoratã Saram coniugem suam & 20
sororem mentitus, quia erat pulcherrima, in Gen. [...]
concubitũ venditauit. Nec ꝙ Loth ipsius frater de Sodoma liberatus, cũ duabus filiabus
suis in monte concubuit, qui honestius arsisset in Sodoma ictu fulminis, q̃ in monte fla- C
grauit incõcessæ flamma libidinis. Sed nec ꝙ Isaac eadem patri suo gessit ac paria, erga
Rebeccã coniugem suã; fingens & ipse eam Gen. [...]
sororẽ, quo per ipsam viueret turpiter. Nec Gen. [...] & 3[...]
ꝙ Iacob filius eius inter Rachel & Liã duas germanas sorores, earumq; singulas famulas quatuor vxorum maritus tanquã hircus errauerit: vt esset quotidie inter quatuor scorta certamen: quæ nam eum venientem de agro prior ad concubitum raperet, interdumque ẽt mercedibus in noctẽ ab inuicem condu-
cerent eum. Item ꝙ Iudas filius eius cũ Tha- Gen. 3[...]
mar nuru sua dormierit, post vnius & alte- Gen. 3[...]
rius nuptias filij, deceptus, vt aiunt, habitu prostitutionis, in quem se transformauerat eadem, quæ socerũ suum bene nosset, cum omni genere fęminarũ semper habuisse cõ-
merciũ. Nec ꝙ Dauid post tot numero vxo 2. Re. [...]
res, mulierculam quoq; vnius militis sui męchatus sit, ipsumq; perdiderit in bello. Nec 3. Re. [...]
ꝙ Salomon filius eius trecentas vxores, & Cant. [...]
septingentas concubinas habuerit, & regum Osee. 1
filias sine numero. Nec ꝙ Osee Prophetarũ Exo. 2[...] & 12
primus de fornicaria muliere filios fecerit,
cui turpitudini, ꝙ sit deterius, ascribitur & Exo. 3[...]
consilium Dei. Sed nec illud, quod Moyses Num. [...]
homicidium fecerit, ꝙ spoliauerit Aegyptũ quod bella gesserit, quod crudelia multa & mandarit & fecerit, quod ne ipse quidẽ vno contentus matrimonio fuerit. Hæc inquam, & horum similia, quæ in diuersis eorũ habẽ
tur libris, nihil a nobis scriptum, nihil dicta D
tum est: sed aut scriptorum vestrorum ista cõmenta sunt falsa, aut patrũ crimina vera. Vos vtrum vultis, eligite: nam nos aut hos aut illos pariter detestari necesse est, quia

tam

tam malos & turpes odimus quã mendaces.
Cap. 6. Auguſtinus reſpondit, Nec ſcr̃a legis intelli-
gitis, nec facta Prophetarũ, q̃a neq; ſanctita-
tẽ, neq; iuſtitiã cogitare noſtis. Sed de præ-
ceptis & ſcr̃is veteris teſtamẽti ſępe multa iã
diximus, vt intelligeretur aliud ibi fuiſſe, ꝙ
ꝑ gratiã noui teſtamenti faciendo donaretur
implendũ: aliud ꝙ per veritatẽ patefactũ re-
mouendo demõſtraretur impletũ, cum Dei
E & proximi dilectione ſuſciperetur legis per
ficienda pręceptio, circuncifionis autẽ, atq;
aliorũ illius temporis ſacramentorũ ceſſa-
tione oſtenderetur legis perſoluta promiſ-
ſio. Pręceptũ quippe reos faciebat ad deſide
randã ſalutẽ, promiſſum aũt figuras celebrat
ad expectandũ Saluatorẽ, vt per aduentũ no-
ui teſtamenti illos liberaret gratia donata, il-
las auferret veritas reddita. Ipſa.n.lex, ꝑ Moy
Ioan. 1. ſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chri
ſtũ facta eſt. Gratia, ſ. ſit data indulgentia pec
catorũ, quod pręceptũ erat, ex Dei dono cu
ſtodiretur, veritas aũt, vt ablata obſeruatione
vmbrarũ: quod promiſſum erat, ex Dei fide
ꝓſentaretur. Proinde iſti, qui ea quæ nõ intel
Cap. 7. ligunt reprehendentes, lepram vel ſcabiem
ſeu verrucas legis eſſe dicũt, promiſsiuas fi-
guras ſacramentorum, ſimiles ſunt homini-
bus, quibus diſplicent ea, quorũ non capiũt
vtilitatẽ, velut ſi ſurdus, videns mouere labia
loquentiũ, tanquã ſuperfluos oris motus de
formesq; reprehenderet: vel ſi q̃ſquã cęcus
laudata ſibi aliqua domo, vellet palpando
probare, quod dicitur & parietũ leuitatem
manu pertractãs, in feneſtras irrueret, eaſq;
velut icõuenientes illi ęqualitati redargueret,
cauernaſq; ruinoſas putaret. Iã vero facta Pro
Cap. 8. phetarũ etiã ipſa Prophetica & myſtica fuiſ-
ſe, quid agam vt intelligant, quorum mentes
F vanitas occupauit: ita vt putent credi a no-
bis ipſum Deum aliquando in tenebris eſſe
Gen. 1. verſatum, quia ſcriptum eſt, Tenebrę erant
ſuper abyſſum: tãquã nos abyſſum dicamus
Deum, vbi tenebrę erant: quia lux ibi non e-
rat, antequam Deus verbo faceret lucẽ. Sed
quia nõ diſtinguunt inter lucẽ, quod eſt ip-
ſe Deus, & lucem quam fecit Deus, ideo pu-
tant eſſe conſequens, vt in tenebris ipſe fue-
rit antequam faceret lucem: cum tenebrę eſ-
ſent ſuper abyſſum, antequam diceret, Fiat
lux, & facta eſt lux: ſicut in nouo teſtamen-
to vtrunq; de illo dicitur. Nam & Deus lux
eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ: ibi legi-
mus, & Deus, qui dixit de tenebris lumen cla Ioan. 1.
reſcere, claruit in cordibus noſtris: itidẽ ibi 2. Cor. 4.
legimus: ſic & illis veteribus libris, Et candor
eſt lucis æternę, dictũ eſt de ſapientia Dei: q̃
vtiq; facta non eſt quia ꝑ illã facta ſunt om
nia. Et de luce quadam, quæ non niſi per il- Sap. 7.
lam fieri poteſt, hoc mõ ibi dicitur, Tu illu- Ioan. 1.
minabis lucernã meã dñe Deus meus, illumi
Cap. 35. qđ veri, nõ dixit aliquid falſi. An vſqueadeo
deſipimus vt hic Fauſtũ ſequamur, qui ait ſo
rorẽ mentitum, quaſi genus Sarę aliunde di-
dicerit, cum hic ſancta ſcriptura non aperue
rit? Puto iuſtũ eſſe, vt in ea re, quam nouerat
Abraham, nos autem non nouimus, Patriar-
chę potius credamus loquenti quod ſcit,
quam Manichęo criminanti quod neſcit. Cũ
igitur Abraham tempore viueret in rebus hu
B manis, quo quidẽ iam fratres ex vtroq; aut
ex altero vel altera parente natos, necti con-
iugio non licebat, filios autẽ fratrũ, aliosque
longinquiore gradu generis conſanguineos
nulla lege nulla poteſtate prohibita conſue-
tudo iungebat: quid mirũ ſi ſororem ſuam: i.
patris ſui ſanguine procreatã habebat vxorẽ?
Nam hoc ipſe reddenti ſibi eam regi, dixit
de patre eſſe ſororem, non de matre: vbi cer-
te vt ſororem mentiretur, nullo iam timore Gen. 1
cogebatur, quando ille vxorem eius eſſe di- De ciu
dicerat, & eam diuinitus territus cum hono te Dei
re reddebat. Fratres autem ſiue ſorores gene 16. c.
rali nomine conſanguineos vel conſangui-
neas ſolere apud veteres appellari, ſcriptura
teſtatur. Nam & Thobias dicit Deo cũ ora- Tobi.
ret antequam miſceretur vxori. Et nunc do- & 8.
mine, tu ſcis quoniam non luxuriæ cauſa ac
cipio ſororem meam, cum eſſet illa non ex
concubitu eiuſdem patris, nec ex vtero, ſed
ex eadem ſtirpe cognationis exorta. Et Loth C
frater Abrahæ dicitur, cum patruus eius eſ-
ſet Abraham: ex qua vi vocabuli etiam fra- Gen.
tres domini vocantur in Euangelio, non vti- & 11
que quos Maria virgo pepererat, ſed ex eius
conſanguinitate omnes proquinqui. Dicit Mat.
aliquis, Cur non potius ita de Deo ſuo prę- Cap.
ſumpſit Abraham, vt fateri non timeret vxo-
rem? Nunquid enim Deus ab illlo mortem
non poterat repellere quam timebat, eumq;
cum coniuge ſua ab omni pernicie in illa pe
regrinatione tueri vt nec vxor eius, quamuis
eſſe pulcherrima, appeteretur ab aliquo, nec
propter illam ipſe necaretur? Poterat ſanè
hoc efficere Deus: quis ita ſit demens vt hoc
neget? Sed ſi interrogatus Abraham, illam fę
minam indicaſſet vxorem, duas res tuendas 22.
committeret Deo, & ſuam vitam, & coniu- c. qu
gis pudicitiam. Pertinet autem ad ſanam do
ctrinã, vt quando habet quod faciat homo,
non tentet dominum Deũ ſuum. Neq; enim Deu 6.
& ipſe Saluator non poterat tueri diſcipulos Ma
ſuos, quibus tamen ait, Si vos perſecuti fue- Ma
rint in vna ciuitate, fugite in aliam. Cuius rei
prior exemplum præbuit. Nam cum poteſta
tẽ haberet ponendi animã ſuã, nec eã pone- Ioa 1
ret, niſi eũ vellet, in Aegyptum tamen infans Ma 2.
portantibus parentibus fugit: & ad diem fe- Io. 7
ſtũ non uidenter, ſed latenter aſcendit, cum
alias palã loqueretur Iudæis iraſcentibus, & D
& inimiciſsimo animo audientibus, nec tñ
valentibus in eũ mittere manus, quia nõdum
venerat hora eius: non cuius horę neceſsita-
te cogeretur mori, ſed cuius horę opportu-
nitate dignaretur occidi. Qui ergo palã do- Ibi
cendo & arguẽdo, & tñ inimicorũ rabiẽ va-
lere in ſe aliquid nõ ſinendo, Dei demonſtra
bat poteſtatẽ: idẽ tamen fugiendo & latẽdo
hoĩs inſtruebat infirmitatẽ, vt Deum tentare
non

non audeat, qñ habet ꝙ faciat; vt ꝙ cauere
[Ro. 9.] oportet, euadat. Neque.n.& Apoſtolus, de-
[Co. 11.] ſperauerat adiutoriũ protectionemq; diui-
nam, fidemq; perdiderat, qñ per murum in
ſporta ſubmiſſus eſt, vt inimicorum manus
effugeret. Non ergo in Deum non credendo
ſic fugit, ſed Deũ tentaret, ſi fugere noluiſſet
cũ ſic fugere potuiſſet. Proinde cũ inter igno
tos ꝑꝑ excellentiſsimam pulchritudiné Sa-
ræ, & eius pudicitia & mariti vita eſſet ĩ du-
E bio, nec vtrunq; tueri poſſet Abraham, verũ
tñ vnũ horum poſſet, i. vitam, ne Deum ſuũ
tentaret, fecit ꝙ potuit: ꝙ aũt non potuit, il-
li cõmiſit. Qui ergo ſe hominé occultare nõ
valuit, maritũ ſe occultauit, ne occideretur:
[Cap. 37.] vxoré Deo credidit, ne pollueretur. Quanq̃
ſcrupuloſius diſputari poſsit, utrũ illius mu
lieris pudicitia uiolaretur, ét ſi quiſquã car-
ni eius cõmixtus foret, cum id in ſe fieri pro
mariti uita, nec illo neſciente, ſed iubẽte per
mitteret: nequaquã fidem delerens coniuga-
lem, & poteſtaté non abnuens maritalem: ſi-
cut ille adulter non fuit, qñ uxoris obtempe
rans poteſtati, de ancilla prolé generare con
ſenſit: ſed ꝑꝑ uim principiorũ, qua non ita
duobus uiris uiuis ad concũbendum fœmi-
na ſubditur, ſicut duæ fęminæ uni uiro, mul
to uerius & honeſtius illud accipimus, ꝙ pa
ter Abraham nec tentauit Deum, qñ uitæ ſuę
quantum potuit homo conſuluit, & ſpera-
uit in Deum, cui pudicitiam coniugis com-
[Cap. 38.] mendauit. Iam uero in hac re geſta, quæ in
diuinis libris poſita fideliterq; narrata eſt,
quem non delectat ét factum propheticum
perſcrutari, & ſacramenti oſtium pia fide ſtu
dioq; pulſare: ut aperiat dñs & oſtẽdat quis
tũc in illo figurabatur uiro, & cuius ſit vxor,
quæ in hac peregrinatione atq; inter alieni-
F genas pollui maculariq; non ſinitur, vt ſit vi
ro ſuo ſine macula & ruga. In gloria quippe
[Ephes. 5.] Chriſti recte uiuit eccleſia, ut pulchritudo
eius honori ſit uiro eius, ſicut Abraham ꝑꝑ
Saræ pulchritudinem inter alienigenas ho-
norabatur, eiq; ipſi, cui dr̃ in Canticis canti-
[Cant. 1.] corum, O pulchra inter mulieres, ipſius pul
chritudinis merito reges offerunt munera ſi-
cut Saræ obtulit rex Abimelech, plus in ea
admirans formæ decus, ꝙ amare potuit, &
uiolare non potuit. Eſt.n. & ſancta eccleſia
dño Ieſu Xp̃o in occulto uxor. Occulte qp-
pe atq; intus in abſcondito ſecreto ſpũali,
aĩa humana inhæret uerbo Dei, ut ſint duo
in carne una: ꝙ magnum coniugij ſacr̃m in [Gen. 2.]
Chriſto & in eccleſia cõmendat Apoſtolus. [Ephes. 5.]
Proinde regnum terrenũ ſeculi huius, cuius
figuram gerebant reges, qui Saram polluere
permiſsi non ſunt, non expertũ eſt, nec inue
nit eccleſiam coniugé Chriſti, i. q̃ fideliter il
li tanquã præcipuo uiro ſuo ſubdita cohæ-
reret, niſi cũ uiolare tentauit. Diuino.n. teſti-
monio per fidem martyrũ ceſsit, correctũq; G
in poſterioribus regibus honorauit munere
quam corruptioni ſuæ ſubdere in prioribus
non eualuit. Nam ꝙ tunc in eodé rege prius
& poſterius figuratum eſt, hoc in iſto regno
prioribus & poſterioribus regibus adimple
tur. Cum autem dr̃ de patre eſſe ſororé Xp̃i [Cap. 39.]
eccleſiam, non de matre, non terrenæ genera
tionis, quæ euacuabitur, ſed gratiæ cęleſtis,
quæ in æternum manebit cognatio cõmen- [1. Ioan. 3]
datur. Secundũ quam gratiã genus mortale
non erimus, accepta poteſtate, ut filij Dei uo
cemur & ſimus. Neq;.n. hanc gratiã de ſyna
goga matre Chriſti ſecundũ carnem, ſed de
Deo patre percepimus. Hanc uero cognatio
nem terrenã, quæ ad mortem tẽporaliter ge
nerat, uocans in aliam uitã, ubi nullus mori-
tur, negare nos Xp̃s docuit, non fateri, cum [Mat. 23.]
diſcipulis ait, Ne uobis dicatis patré in ter-
ra, unus eſt.n. pater ueſter qui in cœlis eſt.
Cuius rei præbuit exemplum, qñ & ipſe di-
xit, Quæ mihi mater, aut qui fratres? Et exten [Mat. 12.]
dens manũ ſuper diſcipulos ait, Hi ſunt fra-
tres mei. Et ne quiſquã in hoc uocabulo ter-
renam cognationem cogitaret, adiunxit, Et
quicunq; fecerit uoluntaté patris mei, ipſe
mihi frater, & mater, & ſoror eſt: tanquam
diceret, De Deo patre hãc cognationem ap-
pello, non de ſynagoga matre. Ad æternam
quippe uitã nunc uoco, ubi immortaliter na
tus ſum: nõ ad tẽporalem, unde ut ñ uocarem, [Cap. 40.]
mortalis effectus ſum. Quod ergo eccleſia,
cuius uxor ſit occultar̃ alienigenis, cuius aũt
ſoror non tacer̃, hæc interim cauſa facile oc
currit: quia occultũ & difficile ad intelligen H
dũ eſt, qũo aĩa humana uerbo Dei copuletur
ſiue miſceat̃: ſiue quid melius & aptius dici
poteſt, cum ſit illud Deus, iſta creatura. Se-
cundum hoc enim ſponſus & ſponſa, uel uir [Eſa 61.]
& uxor, Chriſtus & eccleſia dicuntur. Qua [Ephes. 5.]
uero cognatione ſint fratres, Chriſtus & om
nes ſancti, gratia diuina, non conſanguinita-

te terrena, hoc est, de patre, non de matre, & effabilius dr̄, & capacius auditur. Nā & inter se omnes sancti per eandē gratiā fratres sunt: sponsus aūt cęterorum societate, nullus illorum est. Proinde Christum, quanq̄ excellentissimę iustitiæ atq; sapientiæ, tñ hominē multo facilius & procliuius alienigenæ crediderunt, non quidē falso, ꝙ homo esset, sed
A quō ēt Deus esset, ignorauerūt. Hinc & Hie-
Hier. 17. remias, Et homo, inquit, est, & quis cognoscit eum? Et homo est, quia proditur ꝙ frater est: & quis agnoscit eum, quia occultatur ꝙ sponsus est? Hæc de patre Abraham aduersum impudentissimā & imperitissimā & calumniosissimā Fausti vocem satis dicta sint.
Cap. 41. Loth aūt frater eius iustus & hospitalis in So-
Gen. 19. domis, & ab omni Sodomitarū contaminatione purus atq; integer, ex illo incendio, ꝙ erat similitudo futuri iudicij, meruit saluus euadere typū gestans corporis Xp̄i: ꝙ in omnibus sanctis, & nunc inter iniquos atq; impios gemit: quorum factis nō consensit, & a quorū cōmixtione in seculi fine liberabitur, illis damnatis supplicio ignis æterni. Sicut aūt aliud genus hominū in vxore figuratum est eorū, si qui per gratiam Dei vocati, retro
Phil. 2. respiciunt: nō sicut Paulus, qui ea quæ retro
Luc. 9. sunt obliuiscitur, & in ea quæ ante sunt extēditur. Vnde & ipse dn̄s. Nemo, inquit, imponens manū super aratrū, & respiciens retro, aptus est regno cęlorum. Nec illud exemplū tacuit, quos tanq̄ sale condiret, vt non fatui negligeremus, sed prudētes caueremus hoc
Gen. 19. malū. Vnde & illa, vt hoc admoneret, in statuam salis conuersa est: nam cū præciperet, vt se quisq; perseuerātissima anteriorum intentione ab ijs quæ retro sunt, eriperet, Me-
Lucæ 17. mentote, inquit, vxoris Loth. Sic ēt in ipso
Cap. 42. Loth, qñ cum eo filiæ concubuerunt non il-
Gen. 19. lud, ꝙ cū a Sodomis liberatus est, sed aliud aliquid figuratum est. Nā tunc ille ipse Loth futuræ legis vr̄ gestasse personam, quā quidē ex illa procreati, & sub lege positi, male intelligendo quodāmodo inebriantes atq; nō le
B gitime vtēdo, infidelitatis opera pariunt. Bo
1. Tim. 1. na est.n. lex, ait Apostolus, si quis ea legitime vtatur. Nec ideo tñ hoc factum, vel ipsius Loth vel eius filiarum, iustificamus, quia significauit aliquid ꝙ futurā quorundam peruersitatē prænunciaret. Aliud.n. illæ, vt hoc facerent intēderunt: aliud Deus, qui hoc fieri permisit, vt ēt inde aliquid demonstraret, manente recto iudicio super pc̄tīs hominū tunc præsentiū, & vigilante prouidentia sua pro significatione futurorū: Proinde illud factū, cū in sancta scriptura narratur, prophetia est: cū vero in illorum vita qui hoc cōmiserunt, consideratur, flagitium est. Nec rur- Cap.
sus tanta reprehensione atq; accusatione res digna est, quantā in eam Faustus inimicus & C
cęcus euomuit. Consulitur.n. æterna lex illū ordinē naturalem conseruari iubens, perturbari vetans, & nō ita de hoc facto iudicat ac si ille in filias nepharia libidine exarserit, vt earum incestato corpore frueretur, aut eas haberet vxores: sed nec de illis fęminis, ac si in sui patris carnē execrabili amore flagrassent. Ratio quippe iustitiæ nō tm̄ quid factū sit, verumēt quare factum sit intuetur, vt ex causis suis facta pendentia, libramento æquitatis examinet. Cū igitur illæ ad conseruationē generis prolem quærerent, qui vtique in eis humanus erat & naturalis affectus, nec se crederent inuenire posse alios viros, velut exusto illa conflagratione orbe terrarum, neque.n. discernere poterant quousq; ignis ille sęuierit, miscere se patri voluerunt. Et potius quidem nunq̄ esse matres, q̄ sic vti patre debuerunt. Veruntñ multum interest, ꝙ ea causa vsæ sunt, q̄ si concupiscentia tam funestæ voluptatis vterētur. Ab illo aūt opere ita patrem abhorrere sentiebant, vt id se impleturas esse non crederent, nisi eius ignorantiam procurarent. Nanq; vt scriptū est. Inebriaue- Cap 4[illegible]
runt eum, & se nescienti miscuerunt: quapp̄ 15.
culpandus est quidem, non tñ quantum ille c. in[illegible]
incestus, sed quātū illa meretur ebrietas. Nā uer[illegible]
& hanc lex æterna condemnat, cibum quia & potum ad ordinem naturalem, non nisi gratia conseruandæ salutis admittit. Quanuis ergo inter ebriosum & ebriū plurimū intersit (nam nec ebriosus semper est ebrius, nec quisquis aliqñ ebrius, cōsequenter ebriosus est) tñ in homine iusto huius ipsius, & si nō ebriositatis, at certe ebrietatis causa quærenda est. Quid.n. tandē cogebat, vt filiabus suis D
crebra vina miscētibus, aut fortasse nec mixta crebro porrigentibus, consentiret aut crederet? An ad hoc filias nimiam tristitiam fingentes, ita voluit consolari, vt illius destitutionis & materni luctus dolor de cogitatione mentis ebriæ fugaretur, ēt ipsas tantundē

bibere

bibere existimâs, & aliqua fraude agentes ne biberent? Sed ēt talem tristibus suis adhibere consolationē, qūo virum iustū decuerit, nō videmus. An aliqua Sodomitarū arte pessima ēt paucis poculis patrē sic inebriare potuerunt, vt illud pctm̄ cum ignorante, vel potius de ignorante cōmitterent? Sed mirum si

A

hoc scriptura diuina tacuisset, vel seruū suū Deus sine aliquo voluntatis eius vitio perpeti sineret? Nos tn̄ scripturas sanctas, nō hominū peccata defendimus.

Cap. 45.

Nō sic aūt de huius facti purgatione satagimus, quasi hoc Deus noster aut fieri iusserit, aut factū approbauerit: aut ita iusti homines in libris appellentur vt si voluerint peccare, non possint. Cū ergo in literis, quas isti reprehendunt, Deus huic facto nullū iustitiæ testimonium perhibuerit, qua demētia temeritatis hinc illas literas accusare contendunt, cum alijs earum locis apertissime inueniant diuinis præceptis ista prohiberi? Vnde in illa re gesta de opere filiarū Loth narrata ista sunt, non laudata: quædā vero enunciato iudicio Dei, quædam tacito narrari oportuit: vt qn̄ promitur quid inde iudicauerit Deus, instruatur nostra imperitia: qn̄ aūt tacetur, vel exerceatur peritia, vt ꝙ alibi didicimus, recolamus: vel excutiatur pigritia, vt ꝙ nondū nouimus, inquiramus. Deus ergo, qui nouit & de hominum opere malo facere opera bona, gentes quas voluit, ex illo semine propagauit: nō scripturas suas sanctas ꝓꝑ hominū peccata dānauit. Prodidit quippe ista, non fecit: & cauenda admonuit, non imitanda proposuit.

Cap. 46.
Gen. 24.

Mirabili sanè impudentia Faustus, Isaac quoq; filiū Abrahæ criminatus est, ꝙ Rebeccā, q̄ vxor erat, sororē finxerit. Genus. n. Rebeccę non tacitū est, & eá per notissimā propinquitatē sororem eius fuisse manifestū est.

Gen. 26.

Vt aūt taceret vxorē, quid mirū, aut quid prauū, si imitatus est patrē, cū eadem iustitia defendatur,

B

qua pater eius, de simili obiectu inculpatus, inuentus est? Quæ igitur pro Abraham, ꝙ ad hanc rem attinet, aduersus criminantē Faustum diximus, eadē ēt pro Isaac filio eius valent: q̄ recensere non est difficile, nisi forte studiosorum aliquis quærat, in cuius figuræ sacro accipiendū sit, ꝙ rex alienigena Rebeccam viri sui coniugē tunc esse cognouit, qn̄ eum cū illa ludentem vidit: ꝙ non cognouisset, nisi cū coniuge ille sic luderet, qūo cum

De ciuit. Dei. li. 16 Cap. 36.
Gen. 26.

ea, quæ coniunx non esset ludere non deceret. Quod cum sancti coniugati faciunt, non inaniter faciunt, sed prudenter: descendūt. n. quodāmodo ad fęminei sexus infirmitatem, vt aliquid blanda hilaritate vel dicant vel faciant: non eneruantes, sed tēperantes uirilē rigorem: ꝙ tn̄ ei, quæ uxor non est, qui dixerit aut fecerit, turpis est. Verū hoc ꝙ ad mores humanitatis pertinet, dixerim: nec quisquā durus & sine affectu idipsum pro crimine obijciat sancto uiro, ꝙ cū cōiuge sua luserit. Tales. n. homines inhumani, si aliquem grauem virum ludicrum aliquid garrientē pueris etiam paruulis viderint, quo eorum lacteū sensum affabili & nutritoria facilitate permulceat, tanquā delirātem reprehendūt: obliti unde creuerint, aut ı̄grati ꝙ creuerint. Quid aūt sibi uelit in sacro Christi & ecclesiæ, ꝙ tantus Patriarcha cum coniuge sua luserit, coniugiumq; illud inde sit cognitum, uidet profecto quisquis, ne aliquid errando in ecclesiam peccet, secretū uiri eius in scripturis sanctis diligenter intuetur: & inuenit eū maiestatem suam, qua in forma Dei ęqualis est patri paulisper abscondisse in forma serui, ut eius capax esse humana infirmitas posset, eoq; modo se coniugi congruenter aptaret. Quid. n. absurdū, imo quid non conuenienter futurorū pręnunciationi accommodatū, si Propheta Dei carnale aliquid lusit, ut eum caperet affectus uxoris, cū ipsum uerbum Dei caro factū sit, ut habitaret in nobis?

C

Ioan. 1.
Cap 47.
Gen. 30.
23. q. 4. c. obijciuntur, 4. sē. dist. 33. c. quærit.

Iam uero filio eius Iacob, ꝙ pro ingenti crimine quatuor obijciuntur uxores, generali prælocutione purgatur. Qn̄. n. mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia. n. sunt peccata cōtra naturam, alia contra mores, alia contra pręcepta. Quę cum ita sint, quid tādē criminis est, ꝙ de pluribus simul habitis uxorib. obijcitur sancto uiro Iacob? Si naturam consulas, nun lasciuiendi, sed gignendi causa illis mulieribus utebatur. Si morem, illo tempore atq; in illis terris hoc factitabat. Si pręceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc uero cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia & moribus & legibus non licet? Quæ duo quisquis contempserit, ēt si tantūmodo causa generandi uti possit fęminis pluribus, peccat tn̄, & ipsam uiolat humanam societatē, cui necessaria est propagatio filiorum. Sed

D

quia

quia homines aliter ſe habentibus iam mo-
ribus & legibus, non poſſunt delectari vxo-
rum multitudine, niſi libidinis magnitudine:
ideo errant, & putant haberi omnino nō po
tuiſſe vxores multas, niſi flagrantia concupi
E ſcentiæ carnalis, & ſordidæ voluptatis. Cōpa
rantes.n. non alios, quorũ animi virtuté pror
ſus noſſe non poſſunt, ſed, ſicut ait Apoſto-
lus, ſemetipſos ſibimetipſis, non intelligunt.
2.Co.10. Et quia ipſi ẽt ſi vnam habuerint, ad eandem
non ſolũ generãdi officio ducti, viriliter ac-
cedunt, ſed ſæpe coeundi ſtimulo victi, ener
uiter pertrahuntur: quaſi veraciter ſibi viden
tur conijcere, quã maiore hmõi morbo per
multas alij captiuentur, qñ ſe vident in vna
Cap. 48. temperantiã non poſſe ſeruare. Verum nos
eis, qui hanc virtutem non habent, ita de ſan
ctorum virorum moribus iudiciũ cõmitte-
re non debemus, ſicut de ciborum ſuauitate
ac ſalubritate iudicare febrientes non ſini-
mus: potiusq; illis ſanctorum ſenſu & præce
pto medicamine* q̃ ex eorum ægritudinis
Al.l ex ſanorũ ſenſu, & præcepto medicantiũ. affectione aliméta præparamus. Proinde iſti
ſi volunt, non falſæ atq; adumbratæ, ſed ve-
ræ ac ſolidæ pudicitiæ capere ſanitaté, diui-
næ ſcripturæ tanq̃ libris medicinalibus cre-
dant: non fruſtra tam magnũ honorem ſan-
ctitatis tributũ quibuſdã viris, ẽt plures vxo-
res habentibus, niſi quia fieri poteſt, vt Im-
perator carnis animus tanta temperantiæ po
teſtate præpolleat, vt genitalis delectationis
motum inſitum naturæ mortalium, ex pro-
uidentia generandi, leges impoſitas non per
mittat excedere. Alioquin poſſunt iſti male-
dici potius calũniatores, q̃ veridici iudices,
ẽt ſanctos Apoſtolos accuſare, ꝙ non volun
tate generandi filios vitæ æternæ, ſed cupidi-
tate laudis humanæ, populis tã multis Euan-
gelium prædicauerint. Neque.n. deerat illis
Euangelicis patribus per omnes Chriſti ec-
cleſias fama præclara, tot linguis laudantib.
F comparata: imo vero tanta aderat, vt maior
hominibus ab hominibus honor & gloria
deferri non debeat. Hãc in eccleſia gloriam
Acto. 8. peruerſa voluntate Simon perditus concu-
piuit, qñ ab eis pecunia voluit cęcus emere,
ꝙ illi diuina gratia eademq; gratuita merue-
runt. Huius auidus gloriæ fuiſſe intelligitur,
qué ſe volentem ſequi, dñs in Euangelio re-
uocat dicens. Vulpes foueas habent, & volu
cres cœli diuerſoria: filius aũt hominis non
habet vbi caput ſuũ reclinet. Videbat enim
eum doloſa ſimulatione tenebroſum, & ven
toſa elatione iactatum, non habere fidei lo- Matt.
cum, vbi ſe inclinanté doctorem humilita-
tis exciperet: quia in diſcipulatu Chriſti non
illius gratiam, ſed ſuam gloriam requirebat.
Hoc amore gloriæ corrupti erant, quos Pau G
lus Apoſtolus notat, ꝙ per inuidiam & con-
tentionem non caſte Chriſtum annunciarẽt:
quibus tñ prædicantibus gaudet Apoſtolus, Phil.
ſciens fieri poſſe, vt dum illi ſectantur huma
næ gloriæ cupiditatem, tñ his auditis fideles
naſcerentur. non ex eorum inuida cupidita-
te, qua ſe volebant vel æquari, vel anteponi
Apoſtolicæ gloriæ, ſed per Euangelium, ꝙ
etiam ſi non caſte, tñ annunciabant, vt de ma
lo illorum Deus operaretur bonum. Sicut Inf.c.
fieri poteſt, vt homo ad concubitum nõ in-
grediatur voluntate generandi, ſed luxurian-
di libidine rapiatur: & tamé naſcatur homo,
bonum Dei opus de fęcunditate ſeminum,
non de turpitudine vitiorum. Sicut ergo ſan
cti Apoſtoli auditoribus admirantibus do- 32.q.4.
ctrinam ſuam condelectabantur, non auidi- c.obij
tate conſequendæ laudis, ſed charitate ſemi- tur,
nandæ veritatis: ita ſancti Patriarchæ coniu- diſt. 3.
gibus excipientibus ſemen ſuum, miſceban- c.qua
tur non concupiſcentia percipiendæ volu-
ptatis: ſed prouidentia propagandæ ſucceſ-
ſionis: ac per hoc nec illos ambitioſos mul-
titudo populorũ, nec illos libidinoſos mul-
titudo faciebat vxorum. Sed quid de viris lo
quar, quibus excellentiſsimum teſtimonium
diuina voce perhibetur, cum ipſas fęminas
ſatis eluceat nihil aliud in concubitũ appe-
tiſſe, q̃ filios: quippe vbi ſe minime parere vi
derunt, famulas ſuas dederunt viro ſuo, vt il
las matres facerent carne, ipſæ fierent volun
tate. Nam & illud, quod mendaciſsima cri- Gen. 30.
minatione Fauſtus obiecit habuiſſe inter ſe Gen. 16.
velut quatuor ſcorta certamen, quæ nam Cap. 29.
eum ad concubitum raperet, vbi hoc lege-
rit neſcio, niſi forte in corde ſuo tanquam H
in libro nephariarum fallaciarum, vbi vere
ipſe ſcortabatur: ſed cũ ſerpente illo, de quo
Apoſtolus timebat eccleſiæ, quam virginem 2.Cor. 11.
caſtam cupiebat vni viro exhibere Chriſto,
ne ſicut Euam deceperat aſtutia ſua, ſic & il-
lorum mentes a Xpi caſtitate auertendo cor
rumperet. Ita enim huic ſerpenti amici ſunt
iſti, vt eum præſtitiſſe potius, quam nocuiſſe
con-

contendant. Ipse planè Fausti persuasit pe-
ctori adulterato, falsitatis semina infundés,
vt has male conceptas calumnias ore immũ
dissimo pareret,& stylo audacissimo etiam
memoriæ cõmendaret. Nulla.n.ancillarũ vi
rum Iacob ab altera rapuit:nulla de illius cõ
cubitu cum altera litigauit ideo magis ordo
H erat,quia libido non erat:& tãto firmius ser-
uabãtur cõiugalis potestatis iura,quanto ca-
stius vitabatur carnalis cupiditatis iniuria.
Quod.n.& ab vxore cõducit:ibi vera nostra
manifestatur assertio: ibi pro se aduersus ma
ledicta Manichæorum, ipsa veritas clamat.
Quid.n.opus erat,vt eũ altera cõduceret, ni
si quia ordo alterius erat, vt ad eã maritus in-
traret? Neq;.n.ad aliã vnq̃ accessisset,nisi eũ
conduxisset.Sed utiq; iustis ad eã uicibus ac-
cedebat,de qua tot filios ꝓcreauerat, & cui
obedierat, vt etiam de ancilla procrearet, &
de qua postea non conducente procreauit.
Sed tũc Rachel noctẽ habebat in ordine, vt
maneret cum viro:tũc penes eã potestas illa
erat de qua per Apostolum vox certe noui
testamenti non tacuit,dicens,Similiter & vir
non habet potestatẽ sui corporis,sed mulier.
1.Cor.7. Ideo iam cũ sorore pacta erat, cui facta de-
bitrix,eam ita legaret ad debitorẽ suum. Nã
hoc nomine id appellat Apostolus, Vxori,
1.Cor.7. inquit,vir debitũ reddat. Cui ergo vir debi-
tor erat,iam acceperat à sorore,quod elege-
rat volũtate,vt ei daret quod habebat in po-
testate.Hic vero ille,quem Faustus tanquam
Cap. 50. impudicũ clausis vel potius extinctis oculis
criminatur,si concupiscentiæ nõ iustitiæ ser
uus esset, nonne per totũ diem in voluptatẽ
illius noctis æstuaret,qua erat cũ pulchriore
cubiturus:quã certe amplius diligebat, & ꝓ
qua bis septenarium laborẽ gratuitum pen-
derat.Cum ergo iam die peracto in eius iret
Gen.25. amplexus, qñ inde auerteretur, si talis esset
qualẽ Manichæi nihil intelligentes opinãtur:
nonne placito contempto mulierũ, intraret
potius ad speciosam suam, quæ illi noctem
ipsam,non solũ coniugis more, verumetiã
ordinis iure debebat? uteretur q; potius ipse
1.Cor.7. potestate maritali, quia & vxor nõ habebat
potestatẽ corporis sui,sed vir, & pro eo tũc
I seruitutis illarũ vicissitudo faciebat: coniu-
gali ergo potestate multo vincibilius urere-
tur,si formæ desiderio uinceretur:sed eo me
liores feminæ inuenirentur, si illæ pro filijs
concipiendis,ipse autem pro concubitus sui
voluptate certaret. Itaq; uir tẽperatissimus,
ut planè vir, quia tam utiliter feminis uteba
tur,ut delectamini carnali non subijceretur,
sed dominaretur,maris quid deberet, quam
quid ei deberetur attẽdit nec ad propriã vo-
luptatẽ sua potestate abuti uoluit, sed illius
debitor redditor quã exactor esse maluit. Vñ K
consequens erat,vt ei redderet,quã pro se id
accipere illa cui debebatur,elegit:quo earũ
placito pactoq; comperto, cum repẽte atq;
inopinate a pulcherrima coniuge reuocare-
tur,& ad minus decorã uocaretur, nõ ira ex
canduit,nõ tristitia nubilatus est,non enerui
ter blãdus,ut sibi potiusratã noctẽ redderet,
inter ambas fategit. Sed maritus & iustus &
prouidus pater,cũ illas prolis curã gerere ui
deret,& ipse nihil aliud de concubitu quære
ret,earũ uoluntati obtemperandũ iudicauit,
quę sibi singillatim filios optabant sibi nihil
minui,cui ambę pariebãt. Tanquam diceret,
Vobis inter vos ut uultis cedite atq; conce-
dite, quę nã uestrum fiat mater, ego quid cõ
tendã,qñ siue hinc siue inde nascenti,non e-
rit alius pater?Hanc profecto modestiã,hãc
concupiscentiæ coertionẽ,& in cõmixtione
corporũ coniugaliũ solũ appetitum posteri
tatis humanę, ut erat acutus Faustus, in illis
literis & intelligeret & laudaret:nisi eius in-
geniũ detestabili secta deprauatũ,& quid re-
prehenderet quæreret, & unã nuptialis cõuẽ
tionis honestatẽ,qua mares & feminæ libero
rũ procreandorũ causa copulantur,crimen
maximũ deputaret. Nunc iã defensis Patriar Cap. 51.
chę moribus, refutatoq; crimine,quod nefa
rius error obiecit, de libero, ut possumus,
mysteriorũ secreta rimemur, pulsemusq; fi-
deli pietate, ut nobis aperiat a dño, quid rerũ
figurauerint quatuor istę uxores Iacob,qua-
rũ duę liberę,& duæ ancillę fuerunt. Vide-
mus.n. Apostolũ in libera & ancilla, quæ ha
buit Abrahã,duo testamenta intelligere: sed Galat.4.
ibi in una & una facilius apparet ꝙ dicitur,
hic aũt duę sunt & duæ. Deinde ibi ancillæ L
filius exhæredatur, hic uero ancillarũ filij si-
mul cũ filijs liberarũ terrã promissionis ac-
cipiũt. Vnde hic proculdubio aliquid aliud Cap. 52.
significatur. Quanquam.n. duas liberas uxo-
res Iacob ad nouũ testamentũ, quo in liber-
tatẽ uocati sumus,existimẽ ꝑtinere,nõ tamẽ
frustra duæ sunt:nisi forte quia id, ꝙ in scri-
pturis

pturis aduerti & inueniri poteſt, duæ vitæ nobis in Chriſti corpore prædicantur: vna tēporalis in qua laboramus: alia ęterna, in qua delectationē Dei cōtemplabimur. Iſtā dn̄s paſſione, illā reſurrectione declarauit. Admonent nos ad hoc intelligendū illarū ēt nomina fœminarū. Dicūt.n. ꝙ Lia interpretatur

M laborans: Rachel aūt, viſum principium, ſiue verbū, ex quo videtur principiū. Actio ergo humana mortaliſque vitæ in qua viuimus ex fide multa laborioſa opera facientes, incerti quo exitu proueniant, ad vtilitatē eorū quibus cōſulere volumus, ipſa eſt Lia prior vxor Iacob, ac per hoc & infirmis oculis fuiſſe cōmemoratur.

Sapien. 9 Cogitationes enim mortaliū timidę & incertæ prouidentiæ noſtræ. Spes vero æternæ cōtemplationis Dei, habens certā delectabilē intelligentiā veritatis, ipſa eſt Rachel: vnde etiā dicit bona facie, & pulchra

Gen. 29. ſpecie. Hanc enim amat omnis pie ſtudioſus

Cap. 5.3 & propter hāc ſeruit gratiæ Dei, qua peccata noſtra, etſi fuerint ſicut phęnicium, tāquā

Eſa. 1. nix dealbabuntur: Laban quippe interpretatur dealbatio, cui ſeruiuit Iacob propter Rachel. Neq;.n.ſe quiſquā conuertit ſub gratia remiſsionis peccatorū ſeruire iuſtitię, niſi vt quiete viuat in verbo, ex quo videtur principiū, quod eſt Deus: ergo propter Rachel, nō propter Liam ſeruitur. Nā, quis tandē amauerit in operib. iuſtitię laborem actionū paſſionum? Quis eā vitam propter ſeipſam expetiuerit, ſicut nec Iacob Liam? Sed tamen ſibi nocte ſuppoſitam in vſum generandi amplexus fęcūditatem eius expertus eſt. Dn̄s enim eā, quia per ſeipſam diligi non poterat, primo vt ad Rachel perueniretur, tolerari fecit, deinde propter filios commēdauit. Ita vero vnuſquiſq; vtilis Dei ſeruus, ſub dealbationis peccatorū ſuorū gratia conſtitutus, quid aliud in ſua cōuerſatione meditatus eſt, quid aliud corde geſtauit, quid aliud adamauit, niſi doctrinam ſapientię? quam plerię; ſe adepturos & percepturos putant, ſtatim vt ſe in ſeptem præceptis legis exercuerint, quę ſunt

A de dilectione proximi, ne cuiquam homini noceatur, i. Honora patrem & matrem: non

Exo. 20. mœchaberis: non occides: non furaberis: non falſum teſtimonium dices: non concupiſces vxorem proximi: non concupiſces rem proximi tui: quibus quantum potuerit obſeruatis, poſteaquam homini pro concupita & ſperata pulcherrima delectatione doctrinæ, per tentationes varias, quaſi per huius ſeculi noctes tolerātia laboris adhęſerit, velut pro

Gen. 29. Rachel Lia inopinata coniuncta ſit, & hanc ſuſtinet, vt ad illam perueniat, ſi perſeueranter amat, acceptis alijs ſeptem prçceptis: ac ſi dicatur ei, Serui alios ſeptem annos pro Rachel, vt ſis pauper ſpiritu: mitis, lugens, eſuriens ſitiensq; iuſtitiā, miſericors: pacificus. B

Vellet.n.homo, ſi fieri poſſet, ſine vlla tolerātia laboris, quæ in agendo patiendoq; amplectenda eſt, ſtatim ad pulchrę atq; perfectæ ſapientiæ delitias peruenire. Sed hoc non poteſt in terra morientiū. Hoc enim videtur ſignificare, quod dictum eſt ad Iacob. Non eſt moris in loco noſtro, vt minor nubat priuſquā maior: quia non abſurde maior appellatur: quę tempore prior eſt. Prior eſt aūt in recta hominis eruditione labor operandi quæ iuſta ſunt, quā voluptas intelligendi quæ vera ſunt. Ad doc valet quod ſcriptū eſt, Concupiſti ſapientiam, ſerua mandata, & dominus prębet illam tibi. Mandata vtiq; ad iuſtitiam pertinētia: iuſtitiam autem, quæ ex fide eſt: quę inter tētationum incerta verſatur, vt pie credendo quod nondum intelligit, etiam intelligentiæ meritum conſequatur. Quantū enim valet, quod modo commemoraui eſſe ſcriptum, Cōcupiſti ſapiētiam, ſerua mandata, & dominus præbet illam tibi: tantum & illud valere arbitror, Niſi credideritis, nō intelligetis: vt iuſtitia ad fidem, ad ſapientiā vero intelligentia pertinere monſtretur. Proinde in his qui flagrant ingenti amore perſpicuæ veritatis, non eſt improbandū ſtudiū ſed ad ordinem reuocandū, vt à fide incipiat, vt bonis moribus nitatur peruenire quo tēdit. In eo quippe quod verſatur, virtus eſt laborioſa: in ea vero quod appetit, luminoſa ſapientia. Quid opus eſt, inquit, credere, quod non mihi oſtenditur manifeſtum, aliquod verbū pro me, quo videā rerū omniū principium? Id.n.eſt, in ꝙ maxime ac primitus inardeſcit, ſi vel ſtudioſus eſt animus rationalis, cui reſpondeatur, Pulchrum eſt quidem ꝙ deſideras, & amari digniſsimum: ſed prius nubit Lia, & poſtea Rachel. Ardor ergo iſte ad id valeat, vt ordo nō recuſetur, ſed potius toleretur: ſine quo non poteſt ad id peruenire, quod tanto ardore diligitur. Cum autem peruentum fuerit, ſimul habebitur in hoc ſeculo,

Gen. 29. Eccleſiaſtic. 1. Eſa. 7 C

culo, non solũ speciosa intelligentia, sed ẽt
laboriosa iustitia. Quãlibet.n.acute synceri-
p. 9. terq; cernatur a mortalib. incõmutabile bo-
num, adhuc corpus ꝙ corrumpitur aggra-
uat animã, & deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem. Ad vnum ergo tẽ
dendũ, sed propter hoc multa ferenda sunt.
p. 54. Itaque duæ sunt vxores Iacob liberæ, ambæ
quippe sunt filiæ remissionis peccatorum,
hoc est dealbationis, ꝙ est Laban. Veruntñ
vna amatur, & altera toleratur: sed quæ tole-
ratur, ipsa prius & vberius fęcundatur: vt si
non propter seipsam, certe propter filios di-
E ligatur. Labor.n.iustorum maximum fructũ
habet in eis, quos regno Dei generat, inter
multas tentationes & tribulationes prædicã-
Co.11. do Euangelium: & eos propter quos sunt in
laborib. abundantius, in plagis supra modũ,
in mortib. frequenter, & ꝑꝑ quos habent fo-
ris pugnas, intus timores, gaudiũ & coronã
Cor.7. suã vocant. Nascuntur aũt eis facilius atq; co
Phil.4. piosius ex illo sermone fidei, quo prædicant
Cor.1. xp̃m crucifixũ, & quicq̃d humanitatis eius
citius humana cogitatione percipitur, & in-
firmos ẽt Liæ oculos non perturbat. Rachel
Ioan.1. aũt clara aspectu, mente excedit Deo, & vi-
Esa.53. det in principio verbum dñi apud Deum, &
Rom.1. vult parere & non potest, quia generationẽ
eius quis enarrabit? Proinde vita, quæ studio
contẽplationis cõpetit, vt ea quæ carni sunt
inuisibilia, nõ infirmis oculis mentis, per ea
quæ facta sunt, intellecta conspiciat, & sem-
piternam Dei virtutẽ ineffabiliter cernat, va
care vult ab omni negocio, & ideo sterilis.
Affectando quippe otiũ, quo studia contem
plationis ignescunt, non contẽperatur infir-
mitati hominũ, qui in varijs pressuris sibi de
siderant subueniri: sed quia & ipsa procreã-
Sap. 6. di charitate inardescit. Vult.n.docere ꝙ no-
uit, neq; cũ inuidia tabescente iter habere, vi
det sororẽ labore agendi atq; patiendi filijs
F abundantẽ: & dolet potius currere hoĩes ad
eã virtutẽ, qua eorũ infirmitatib. necessitati-
busq; cõsulitur, q̃ ad illã, vnde diuinũ & in-
Gen.30. cõmutabile aliquid discitur. Hic dolor figu-
ratus vr̃ in eo ꝙ scriptũ est, Et zelauit Rachel
sororem suã. Proinde quia liquidus purusq;
intellectus de illa substantia, quæ corpus nõ
est, ac per hoc ad carnis sensum non perti-
net, verbis carne æditis exprimi non potest:
elegit doctrina sapientiæ per quaslibet cor-
poreas imagines & similitudines, utcunque
cogitanda insinuare diuina, q̃ ab officio ta-
lia docendi cessare: sicut elegit Rachel ex vi-
ro suo & ancilla suscipere liberos, quã sine
filijs omnino remanere. Bala quippe inter-
pretari dr̃ inueterata, hanc habuit ancillam
Rachel. De vetere quippe vita carnalibus sen
sibus dedita, corporeæ concitantur imagi-
nes, ẽt cum aliquid de spiritali & incõmuta- Cap.55.
bili substantia diuinitatis audiatur. Suscipit
& Lia de ancilla sua filios, amore abunde nu
merosiorisq; prolis accensa. Inuenimus aũt
Zelpham eius ancillã interpretari os hians.
Quapropter prædicationẽ fidei Euangelicæ, G
quorum os hiat & cor non hiat, cũ in scri-
pturis aduerterimus, hæc intelligitur ancilla
Liæ: scriptum est.n.de quibusdam, Populus Esa.29.
hic labijs me honorat, cor aũt eorum longe Mat.15.
est a me. Et talibus Apostolus dicit, Qui præ- Rom.2.
dicas non furandũ furaris, qui dicis non mę
chandum męcharis. Veruntñ ut ẽt per hanc
cõditionalẽ libera illa vxor Iacob laborãs,
filios hæredes regni suscipiat, ideo dñs dicit,
Quæ dicunt, facite: quæ aũt faciunt, facere Mat.23.
nolite. Vnde in labore uinculorum uita Apo Phil.1.
stolica, Siue, inquit, occasione, siue ueritate
Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed
& gaudebo, tanq̃ & ancilla pariente de pro-
le numerosiore lætata. Est uero quidam Liæ Cap. 56.
filius ex beneficio Rachel æditus, cum uirũ
suum secum debita nocte cubiturum, acce- Gen. 30.
ptis a filio Liæ mandragoricis malis, cũ so-
rore cubitare permittit. De hoc autem pomi
genere opinari quosdam scio, ꝙ acceptũ in
escam, sterilibus fęminis fęcunditatẽ paret:
ac per hoc putant omnimodo institisse Ra-
chel, ut hoc a filio sororis acciperet cupidi-
tate pariendi: ꝙ ego quoq; arbitrarer, si tũc
concepisset. Nunc vero, cum post Liæ duos
alios ab illa nocte partus, dñs eam prole do-
nauerit, nihil est cur de mandragora tale ali-
quid suspicemur, quale in nulla fęmina ex-
perti sumus. Dicã ergo quid sentiam, dicent
hinc forte meliora doctiores. Cũ.n.hæc ma H
la ipse uidissem, & ꝑꝑ istum ipsum sacræ le-
ctionis locũ id mihi obtigisse gratularer, ra-
ra.n.res est, naturã eorũ diligenter, quantum
potui, perscrutatus sum: non aliqua a cõi sen
su remotiore scientia, q̃ docet uirtutes radi-
cũ: & ptãtes herbarũ: sed quantũ mihi & cui
libet homini renunciabat uisus & olfactus
& gustus.

& gustus. Proinde rem cõperi pulchram &
suaue olentem, sapore autẽ insipido: & ideo
cur eam mulier tantopere cõcupiuerit, igno
rare me fateor, nisi forte ꝑꝑ pomi raritatem
& odoris iocunditatẽ. Cur vero ipsam rẽ ge-
stam sancta scriptura tacere noluerit, q̃ non
I vtiq; talia desideria muliercularũ nobis pro
magno insinuare curaret, nisi aliquid in eis
magnũ quærere cõmoneret, nihil amplius
conijcere valeo, q̃ ꝙ ex illo cõi sensu mihi
suggeritur, vt illo mandragorico pomo figu
rari intelligam famã bonã: non eã quæ con-
fertur, cũ laudant hominẽ pauci iusti atq; sa
pientes, sed illã popularem, qua ẽt maior &
clarior notitia comparatur: non ipsa per sese
expetenda, sed intentioni bonorũ qua gene-
ri humano cõsulunt, pernecessaria. Vnde di-
1.Tim.3. cit Apostolus, Oportet ẽt testimoniũ habere
bonũ ab eis qui foris sunt, qui licet parum
sapiant, reddunt tñ plerunq; labori eorum,
per quos sibi consulitur, & splendorem lau-
dis, & odorẽ bonæ opinionis. Nec ad istam
gloriã popularem primi perueniũt eorum,
qui sunt in ecclesia, nisi quicunq; in actionũ
Gen.30. periculis & labore versantur. Propterea Liæ
filius mala mandragorica inuenit, exiens in
1.Thes.4 agrum, i. honeste ambulans ad eos qui foris
sunt: doctrina vero illa sapiẽtiæ, quæ a vulgi
strepitu remotissima, in contẽplatione veri-
tatis dulci delectatione defigitur, hanc popu
larẽ gloriã quantulamcunq; non assequere-
tur, nisi per eos, qui in medijs turbis agendo
ac suadendo, populis præsunt: non vt præ-
sint, sed vt prosint: quia dũ isti actuosi & ne-
gociosi homines, per quos multitudinis ad-
ministratur vtilitas, & quorũ authoritas po-
pulis chara est, testimoniũ perhibent ẽt vitæ
ꝑꝑ studium conquirendæ & cõtemplandæ
veritatis ociosæ, quodãmodo mala mandra-
gorica per Liam perueniunt ad Rachel. Ad
ipsam vero Liam per filiũ primogenitum, i.
per honorẽ fęcunditatis eius, in qua est om-
nis fructus laboriosæ, atq; inter incerta ten-
tationũ periclitantis actionis: quam pleriq;
bono ingenio ꝑditi, studioq; flagrãtes: q̃uis
K idonei regendis populis esse possint, tñ vitãt
ꝑꝑ turbulentas occupationes, & in doctri-
næ otiũ toto pectore tanquã in speciosæ Ra
Cap.57. chel feruntur amplexũ. Sed quia bonum est,
vt ẽt hæc vita latius innotescens, popularem
gloriã mereatur: iniustũ est aũt vt eã conse-
quatur, si amatorẽ suũ administrandis eccle
siasticis curis aptũ & idoneum, in otio deti-
net, nec gubernationi cõis vtilitatis imper-
tit: propterea Lia sorori suę dicit, Parum est Gen.30.
tibi, ꝙ virum meũ accepisti, insuper & man
dragorica filij mei vis accipere, per vnũ vi-
rũ significans eos omnes, qui cũ sint agendi
virtute habiles, & digni quib. regimen eccle L
siæ cõmittatur, ad dispensandũ fidei sacrm̃:
illi accensi studio doctrinæ, atq; indagandæ
& contẽplandæ sapientię, se ab omnib. actio
nũ molestijs remouere, atq; in otio discendi
ac docendi condere volunt. Ita ergo dictum
est, Parumne est tibi, ꝙ accepisti virũ meũ,
insuper & mandragorica filij mei vis accipe
re? ac si diceretur, Parũ est ꝙ homines ad la-
borem rerũ gerendarum necessarios in otio
detinet vita studiorũ, insuper & popularem
gloriam requirit. Proinde vt eam iuste com- Cap.58.
paret, impertit Rachel virum sorori suæ illa
nocte: vt, s. q̃ virtute laboriosa regimini po-
pulorum accõmodati sunt, etiam si scientiæ
vacare delegerunt, suscipiant experientiam
tentationum, curarumq; sarcinam pro vtili-
tate cõi: ne ipsa doctrina sapientiæ, cui vaca
re statuerũt, blasphemetur, neq; adipiscatur
ab imperitioribus populis existimationem
bonam, ꝙ illa poma significant, & q̃ neces-
sarium est ad exhortationem discẽtium. Sed
planè vt hanc curam suscipiant, vi cogũtur.
Satis & hoc significatum est, ꝙ cum veniret
de agro Iacob, occurrit ei Lia, eumq; deti-
nens ait, Ad me intrabis, cõduxi enim te pro
mandragoris filij mei: tanquam diceret. Do-
ctrinæ quam diligis, vis conferri bonam opi
nionem, noli defugere officiosum laborem.
Hæc in ecclesia geri quisquis aduerterit, cer
nit. Experimur in exemplis, ꝙ intelligamus
in libris. Quis non videat hoc geri toto orbe
terrarum, venire omnes ex operibus seculi,
& ire in otium cognoscendæ & contemplã
dæ veritatis, tanquam in amplexum Rachel:
& excipi de transuerso ecclesiastica neces-
sitate atque ordinari in laborem, tanquam
Lia dicente, ad me intrabis? Quibus caste M
mysterium Dei dispensantibus, vt in nocte
huius seculi filios generent fidei, laudatur a
populis etiam illa vita, cuius amore conuer-
si spem seculi reliquerunt, & ex cuius pro-
fessione ad misericordiam regendæ plebis
assumpti sunt. Id enim agunt in omnibus la-

boribus suis, vt illa professio, quò se conuer
terant, quia tales rectores populis dedit, la-
tius & clarius glorificetur, tanquã Iacob non
recusante nocte Liç, vt Rachel pomis sua-
uè olentibus & clare nitẽtibus potiatur: quç
aliqñ & ipsa præstante misericordia Dei, per
se ipsam parit, vix tandẽ quidẽ qa parrarũ ẽ:
n. 1. M vt In principio erat verbum, & verbũ erat a-
pud Deũ, & Deus erat verbũ, & quicquid de
hac re pie sapienterq; dicitur, sine phantas-
mate carnalis cogitationis & salubriter vel
ex parte capiatur. Hæc de tribus patribus, A-
brahã, Isaac, & Iacob, quorũ se Deũ appella
p. 59. ri voluit Deus quẽ catholica ecclesia colit,
aduersus Fausti calũnias dicta sufficerit. De
quorũ trium hominũ meritis atq; pietate, &
longe remota à iudicio carnaliũ altitudine
prophetiæ, non est nunc differendi locus: tã
tum ab his criminibus, quibus eos maledica
& veritatis inimica lingua pulsauit, defendẽ
di fuerant in hoc pñti opere nr̃o, ne contra
scripturas sanctas & salubres aliquid sibi di-
cere videretur, q eas peruersa & aduersa mẽ
te legerũt, dũ petulantibus conuitijs insectã
tur eos, q illic cũ tanto honore prędicantur.
Cap. 60. Cęterũ Loth frater, i. cõsanguineus Abrahæ,
nequaquã istis cõparãdus est de quibus dñs
dicit, Ego sum Deus Abrahã, & Deus Isaac,
xo. 3. & Deus Iacob, nec in eorũ numero deputã-
dus quibus illa scriptura vsq; in finẽ perhi-
bet iustitię testimoniũ: quanuis inter Sodo-
mitas pie casteq; versatus hospitalitatis etiã
meritis cõmendatus, ab illius terrę incendio
liberatus sit, eius posteris terra possessionis
pp Abraham, qui patruus eius fuerat, dono
Dei data sit. Hæc nobis merita in illis libris
laudanda proponũtur, non ebrietas, non in-
cestus: sed cũ hominibus eiusdẽ & recte fa-
ctũ & peccatũ scriptum inuenimus, aliud in
sinuatur imitandũ, aliud præcauendũ. Porrò
A si peccatũ Loth, cui perhibitũ est antequam
peccaret iustitiæ testimoniũ, nõ modo, non
decolorat diuinitatẽ Dei vel scripturę illius
veritatem, verumetiam laudandam diligen-
damq; commendat: quod tanquam speculi
fidelis nitor, admotarum sibi personarum
non solum quæ pulchra atq; integra, verum
etiam q deformia vitiosaq; sint, indicat: quã-
to magis factum Iudę, quod cum sua nuru
cõcubuit, nihil omnino affert, vnde authori-
tas sanctas culpetur: quæ in illis libris funda
ta persistens, non tñ paucissimorum Mani-
chęorũ calumniosas argutias, verumetiam
gentilium tot tantorumq; populorũ horren
das inimicitias diuino iure contemnit: quos
penè iam totos nefaria superstitione simula-
chrorũ ad vnius Dei veri cultum Christiano
imperio subiugauit edomito orbe terrarũ,
non violentia bellici certaminis, sed inuictæ B
potentia veritatis. Vbi. n. literarũ illarũ lauda
tus est Iudas, quid de illo boni scriptura il-
la testata est, nisi quod in prophetia Chri-
sti, qui ex eius tribu prænunciabatur in car-
ne venturus, benedictione patris sui præ cęte
ris cõmendatus eminuit? Cęterum ad id, ꝙ Cap. 91.
eũ Faustus fornicatũ commemorauit, addi-
mus nos aliud, quod fratrem suũ Ioseph in
Aegyptũ vẽdidit, nunquid cuiusquam mem Gen. 37.
bra distorta deprauant lucẽ quę cũcta demõ
strat? Sic nec cuiuspiam malefacta, malã scri
pturã faciunt, qua prodente, legentibus inno
tescunt. Cõsulta quippe ęterna lux illa, quę
ordinẽ naturalẽ cõseruari iubet, perturbari
vetat, nõ nisi propagationis causa statuit ho-
minis concubitum fieri: & hoc non nisi so-
cialiter ordinato connubio, quod non per-
uertat uinculum pacis: & ideo prostitutio
fęminarum, non ad substituendam prolem,
sed ad satiandam libidinem propositarum,
diuina atq; ęterna lege damnatur. Omnem
quippe dehonestat emptorem turpitudo ve-
nalis: ac per hoc Iudas & si grauius peccas-
set, si nurum sciens cũ ea concũbere voluis-
set. Sicut. n. uir & uxor sicut dñs dicit non iã Mat. 19.
duo sed una caro est, nõ aliter nurus est depu
tanda quam filia, tñ eũ, quantũ in ipso erat,
deformiter cũ meretrice cubasse nõ dubium
est. At illa quæ socerum fefellit, non carnis
eius concupiscentia, nec meretriciæ merce-
dis cupiditate peccauit: sed ex ipso sanguine C
prolem requirens, ex quo duobus iã fratrib. Gen. 38.
nupta, tertio quoq; denegato habere nõ po
tuit, patri eorũ socero suo, fętãdum corpus
fraude subiecit, pignore mercedis accepto,
ꝙ nõ ad ornamentũ, sed ad testimoniũ reser-
uauit. Melius qdẽ sine filijs remaneret, q̃ sine
iure matrimonij mater fieret. Longe tñ alia
intentione peccauit, ꝙ filijs suis patrẽ proui-
dit socerũ suũ, quã si eũ sibi concupisset a-
dulterũ. Deniq; cũ iussu eius pduceretur ad
mortẽ, & uirgã, monile, atq; annulũ protu-
lisset, dicens ab eo se grauidatam cuius pi-
gnora

gnora illa essent: vbi ea quę dederat ille co-
gnouit, istã magis quã se iustificatã esse rñdit
ꝙ ei filiũ suum maritũ cõiungere noluisset,
qua destitutione cõpulsa, illo modo potius
quã nullo modo posteritatem, nõ aliunde q̃
ab eadẽ stirpe conquireret. In qua sententia,
non eã iustificatã, sed eã magis, quam se iusti
D ficatam dicẽs, nec ipsam laudauit, sed in sui
cõparatione pręposuit: desideriũ scilicet ha
bendę prolis, quo ducta illa, se socero sup-
posuerat minus culpans, quã libidinosi con-
cubitus ardorẽ, quo ipse velut ad mereticem
victus intrauerat: sicut quibusdã dicitur, Iusti
Ezec. 16. ficastis Sodomã, idest, tãtũ peccastis, vt vobis
Sodoma cõparata, iusta videatur. Quanquã
etiam si hęc mulier nõ in peioris facti com-
paratione minus culpata, sed omnino à soce
ro laudata intelligatur: quę tamen consulta
illa æterna lege iustitiæ, quę naturalẽ ordinẽ
perturbari vetat, non vtiq; tãtummodo cor-
porum, sed maxime ac primitus animorum,
quia in procreãdis filijs ordinatã societatem
nõ custodiuit, merito culpabilis inuenitur,
quid mirũ, si peccatrix a peccatore laudatur?
Cap. 62. Quod ita nobis Faustus, vel ipsa Manichęa
peruersitas arbitratur aduersum, qua in no-
bis in illius scripturę veneratione dignoque
præconio vita hominum, quę illa comme-
morat, necesse sit approbare: quin potius
necesse est, vt quanto illam religiosius ac
Exo. 20. cipimus, tanto fidentius illa culpemus, quę
Deut. 5. per eius veritatẽ certius culpãda didicimus.
Ibi enim fornicatio & omnis illicitus con-
cubitus diuino iure damnatur: ac per hoc,
cũ talia quorundã facta cõmemorat, de qui-
bus eo loco suã taceat sententiã, iudicanda
nobis permittit, nõ laudãda præscribit. Quis
enim nostrum in ipso Euangelio non detesta
Matt. 2. tur Herodis crudelitatem, cùm de Christi na
tiuitate solicitus, tot infantes iussit occidi? At
E hoc factum ibi non vituperatur, sed tantum
narratur. Sed ne hoc Manichęi vesana impu
dentia falsum esse contendant, quia ipsam e-
tiam Christi natiuitatem, qua Herodes per-
turbatus est, negant: ipsorum Iudæorum im-
manitatem & cęcitatẽ legant quemadmodũ
illic tantummodo narretur, non vituperetur
& tamẽ ab omnibus detestatur. Sed, inquiunt,
Cap. 63. iste Iudas, qui cum nuru concubuit, inter
Gen. 38. duodecim Patriarchas computatur: Quid e-
Mat. 10. nim & ille Iudas, qui dominum tradidit, nõ-
Ioan. 6.

ne inter duodecim Apostolos numeratus ẽ,
& cum eis vnus ex eis ad prędicandum Euã Mat.
gelium Diabolus missus est? Sed adhuc re-
spondent & dicunt, Ille post tale facinus la-
queo suo peremptus, & Apostolorum nu- Gen.
mero exemptus est: ista autem post hanc tur
pitudinem inter fratres suos ab illo patre,
cui tam magnum testimonium Deus perhi-
bet, p̃cipue benedictus, & super omnes lau- F
datus est. Quinimo hinc expresſius apparet,
non ad ipsum, sed ad Christum, qui ex eius
tribu pręnunciabatur in carne venturus, illã
pertinere prophetiam: & ideo magis flagitiũ
eius diuina scriptura tacere nõ debuit, sicut
non tacuit, vt in verbis patris eius, quib. post
illud dedecus ita laudatur quia ipse nõ agno
scitur, alius requiratur. Quanquam Faustus
dente maledico hoc ipsum intelligatur mor Cap.
dere voluisse, ꝙ Christus à nobis ex eius tri-
bu venisse prędicatur: maxime quia in gene
rationibus patrũ eius, quas Manichęus Euan
gelista commemorat etiam Zara, quem Tha
mar ipsa ex illo conceptu peperit, inuenitur.
Nam si stirpem Iacob, non Christi genera- Mat.
tionem vellet reprehendere, habebat magis Gen.
primitiuum Ruben, qui paternum thorum & 49
nefaria libidine violauit, qualem fornicatio 1. Cor.
nem Apostolus nec in gentibus dicit auditã. Mat.
Quod factum etiam ipse pater Iacob, cum
eos benediceret, super caput eius accusando
& detestando non tacuit. Hoc ergo crimen
potius Faustus obijciet, vbi non error ex ha-
bitu meretricio sed omnino voluntar a con-
taminatio paterni lectuli apparet: nisi & ip-
sam Thamar plus odisset, ꝙ illo concubitu
nihil aliud quam parere cuperet, quam si so-
la libidine carnalis voluptatis arsisset: & Chri
sti progenitores culpando, incarnationi eius
fidem derogare voluisset ignorans miser ve-
rissimum & veracissimum Saluatorem, non G
solum loquendo, sed etiam nascendo magi-
strum extitisse. Fideles enim eius, venturi ex
omnibus gentibus etiã exẽplo carnis ipsius
discere debuerunt, parentum suorum iniqui
tates sibi obesse non posse. Proinde sponsus Exo.
ille suis congruens inuitatis, qui vocatus erat
ad nuptias bonos & malos, etiã nasci voluit
de bonis & malis: vt prophetiã Paschę qua
præceptus est manducari agnus acceptus ex
ouibus & capris, tanquã iustis & iniustis, ad 2. Pa.
se præfigurandum præcesſisse firmaret: do-
cumenta

cumenta quippe Dei & hominis vbique cõ-
seruans, parentes & bonos & malos pp con
uenientiã humanitatis non spreuit, partũ aũt
p. 65. virginis pp miraculum diuinitatis elegit. In-
aniter ergo Faustus in seipsum potius dente
sacrilego sæuiens, sanctã scripturam, q̃ totus
iam mundus merito venerat̃, accusat, quæ, vt
supra dixi, tanq̃ speculi fidelis nitor nullius
accipit adulandã personã, sed & laudãda &
vituperãda hoium facta, vel ipsa iudicat, vel
legentib. iudicanda proponit, nec solũ hoies
ipsos vel vituperabiles vel laudabiles inti-
que de pęnitentia eius vel in eum indulgen-
tiæ Dei oĩno commemorat.Nec mihi pror- B
ſus occurrit,quid ſaltem in allegoria boni ſi
gnificet hæc eius flenda ſubuerſio , niſi forte
quis dicat mulieres alienigenas,quarũ amo-
ri exarſerat ſignificare Eccleſias electas de
gentibus.Poſſet hoc fortaſſe non abſurde in-
telligi,ſi illę propter Salomonem deſererent
Deos ſuos,& colerent Deum eius. Cum ve-
ro ipſe propter illas offendit Deum ſuum,&
coluit Deos earum , nõ eſt q̃d inde boni cõ-
iectare poſsimus,nec tñ nihil arbitror ſigni- Gen. 19
ficare,ſed malum, ſicut de vxore filiabusque
Loth

Loth diximus. Apparet. n. in persona huius Salomonis & mira excellentia, & mira subuersio. Qđ igiť in illo diuersis tpibus extitit, prius bonũ, & posterius malũ, hoc in Ecclesia in isto adhuc seculo simul vno tpe ostendit. Nã bono illius, bonos Ecclesię: malo aũt illius, malos Ecclesiæ significatos puto, tanq̃ in vnitate vni⁹ areæ, sicut in illo vno hoĩe bonos in granis, malos in palea, vt vnitate vni⁹ segetis, bonos in tritico, malos in zizaniis. *Mat. 3. & 13.* Si qd hinc sanè, his q̃ de illo scripta sunt diligẽ C tius ptractatis, siue mihi, siue hoc doctiorib. atq; meliorib. aliud probabilius elucere potuerit, nũc tñ non eam rẽ ita dimisimus, vt intentionem nostram in alia properãtem, tanq̃ interrupta series contextionis impediat. *Cap. 89.* De Osee aũt Propheta, *Osee. 1.* non a me opus est dici, qd illa iussio factũve significet, qđ dixit dñs ad Osee, Vade & accipe tibi vxorem fornicationis, & fac filios de fornicatione, cũ satis hoc ipsa scriptura demonstret, vñ & quare sit dictũ. Sequiť enim. Qm̃ fornicans fornicabiť terra a dño. Et abiit & accepit Gomer filiam Debeleim, & concepit, & peperit ei filium. Et dixit dñs ad eum, Voca nomẽ eius, Iezrahel, qm̃ adhuc modicũ, & visitabo sanguinẽ Iezrahel sup domũ Iudã, & quiescere faciã, & auertam regnum domus Israel: Et erit, in illa die conterã arcũ Israel in valle Iezrael. Et concepit adhuc & peperit filiam, & dixit ei dñs. Voca nomẽ eius, absq; misericordia, qa non addã vltra misereri domui Israel, sed ob liuione obliuiscar eorũ, & domui Iuda miserebor, & saluabo eos in dño Deo suo, & non saluabo eos in arcu & in gladio & in bello & in equis & equitibus. Et ablactauit eam q̃ erat absq; misericordia, & concepit, & peperit filium. Et dixit ei dñs, Voca nomẽ eius nõ populus meus, qa vos nõ populus meus, D & ego nõ ero vester Deus. Erit numerus filiorũ Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, & numerabiť: & erit in loco, vbi dictum est eis, Non populus meus vos, dicetur eis, filii Dei viui. Et congregabunť filii Iudã & filii Israel, & ponẽt sibimet caput vnũ, & ascendent de terra, qa magnus dies Iezrahel. Dicite fratrib. vestris, populus meus, & sorori vestræ, misericordiam consecuta. Cum ergo iussi & facti huius figuram ipse dominus per eandem scripturam euidenter aperiat, cumq; Apostolicę literæ hanc prophetiam completã in noui testamenti prędicatione testenť, qs est qui audeat dicere, non propterea iussum & factũ, pr opter quod se iussisse, & Prophetam fecisse, ipse in sanctis literis qui iussit, exponet? Ait. n. Apostol⁹ Paulus, *Rom. 9.* Vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, q̃ præparauit in gloriam, quos & vocauit nos, non solũ ex Iudæi, verumetiam ex gentib. sicut & Osee dicit, Vocabo non plebem meã, plebem meã, & non dilectã, dilectã, & erit in loco, vbi dictũ est eis, Non po- E pulus meus vos, ibi vocabunť filii Dei viui. Hoc ergo de gentib. prophetatũ Paulus ostẽdit. Vnde & Petrus scribens ad gentes, Propheta qdem ipso non nominato, prophetiã tñ eius verbis suis inserit, dicens, *1. Pe.* Vos aũt genus electũ, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes eius annũcietis, q de tenebris vos vocauit in illud admirabile lumen suũ, qui aliqñ non populus, nunc aũt populus Dei, quorum aliqñ nõ misertus est, nunc aũt misereť. Hinc euidenter apparet, qđ per Prophetã dictum est, *Osee. Esa. 10 Rom. 9* Et erit numerus filiorũ Israel quasi arena maris, quę sine mensura est, & non numerabitur, & qđ cõsequenter adiunctũ est, Et erit in loco, vbi dictũ est eis, Non populus meus vos, dicetur eis, filii Dei viui, non omnino de illo Israel esse dictum, qui est secũdum carnem, sed de illo, de quo Apostolus gentib. dicit, *Gala.* Vos ergo Abrahæ semen estis, secũdum promissionem hæredes. Sed qm̃ & de illa Iudæa multi crediderunt & credituri sunt: nam inde erãt & Apostoli, inde tot milia, quæ in Hierusalẽ Apostolis sociata sunt, inde Ecclesiæ, de qb. *Acto. & 4. Gala.* ad Galatas dicit, Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudææ, quæ sunt in Christo. Vnde & lapidem angularem in Psalmis appellatũ *Psa. 1 Ephe.* dominum sic interpretatur, q; duos parietes F in seipso coniunxerit, circuncisionis videlicet & præputii vt duos conderet in se in vnum nouum hominem, faciens pacem, & commutaret vtrosque in vno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in semet ipso, & veniens euangelizare pacem iis qui longe, & iis qui prope, i. gentibus longe, & Iudæis ppe, ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, merito & iste Propheta, filios Iuda ponens pro Iudæis, & filios Israel pro gentib. Et congregabuntur, inquit filii Iudæ & filii Israel pariter, & ponẽt sibimet

caput

caput vnum,& ascendēt de terra. Huic itaq;
prophetiæ tam manifestæ, ipso rerũ effectu
declaratæ, quisquis contradicit non solũ pro
pheticis, verũetiã Apostolicis literis, nec so
lum qbuslibet literis, verũetiã reb. impletis
& clarissima luce pfusis, impudentissime cõ
tradicit. Aliqd ergo fortassis diligentioris re
ne.38 quirebat intentionis Iudę factũ, vt hæc forni
caria, q̃ significat Ecclesiam, de gentilium su
perstitionum pstitutione collectam, in habi
tu mulieris illius, q̃ Thamar appellata est: pos
sit agnosci, hic aũt, cũ ipsa scriptura se ape
G riat, cumq; Apostolorũ consonãtib. literis il
lustret, quid hic vlterius immoramur, ac nõ
iã videmus qd restat de famulo Dei Moyse,
qd etiam ipsa significet quæ Faustus obiicit?
p. 90. Quòd.n.fratrẽ defendens, occidit Aegyptiũ,
p. 2. cuiuis facillime occurrit, iniuriosum nobis
in hac peregrinatione diabolũ a dño Chri
sto nobis defensis occidi. Quòd vero in are
na obruit interemptum, manifestum est eius
morti iã morticinam * pręsentiam in eis latere, qui
tam. non hñt stabile fundamẽtũ. Vnde Ecclesiam
dñs super petrã ædificat, & eos qui audiunt
verbũ eius & faciũt, cõparat prudenti viro,
qui ædificat domũ suam sup petram, ne ten-
at. 7. tationibus cedat & corruat. Illos aũt qui au-
diunt, & non faciunt, cõparat stulto ædificã-
ti super arenã, cuius tentata domo, ruina fit
p. 91. magna. Quòd vero expoliauit Aegyptios ius
o. 3. su dñi Dei sui, nihil nisi iustissime iubentis,
12. doctri quid pęfigurauerit, iam in quibusdã libris,
Chri- quos de doctrina Christiana prænotaui, cuã
ana li. tũ mihi tũc occurrit, me recolo posuisse, q
ca.40. auro & argẽto & veste Aegyptiorum signifi-
n se. catæ sint qdam doctrinæ quę in ipsa cõsuetu
dine gentiũ non inutili studio discantur. Sed
siue hoc significat, siue illud, qđ ex ipsis gen
tibus aiæ pretiosę tanq̃ vasa aurea & argen-
H tea, cũ suis vtiq; corporib. quod vestes signi-
ficãt, adiũgũt se populo Dei, vt simul de hoc
seculo tanq̃ de Aegypto liberent, siue hoc er
go, siue illud, siue aliquid aliud hinc fuerit fi
guratum, certum est tñ eis qui has literas pie
legunt, nõ frustra, neq; sine prænunciatione
futurorum esse illa iussa, facta, conscripta. Iã
p. 92. porrò de bellis, quæ per Moysen gesta sunt,
nimis lõgum est oĩa ptractare. Satis ergo sit,
qđ de illo bello gesto cũ Amalech, iã supe-
o. 17. rius in hoc ipso opere, quo Fausto rñdeo, q̃-
tum satis psuscepto negotio videbat, quid
prophetice præmiteret, quid mysterii conti
neret, exposui. Nunc illud videamus, in quo
crudelitatis vitiũ solent obiicere Moysi, vel
inimici harũ literarũ, vel expertes oĩum lite
rarũ, quod qdem Faustus nõ expresse posuit:
cum diceret, Crudelia multa & mandarit &
fecerit. Sed quia noui qd maxime & inuidio
se iactare cõsueuerint, ideo ipse hoc cõme-
moraui, quod superius defendi, nec qcquam
in eo facto esse criminis, vel ipsi Manichæi
qui corrigi vellẽt, vel qsquam alius imperi-
torum aut impiorũ putarent. Nunc aũt quid Exo. 32.
etiam propheticę significationis habuerit, re
quirẽdum est, q ex eis multos, qui sibi absen- I
te ipso idolum fabricauerunt, sine vlla cuius
quam necessitudinis distinctione iussit inte-
rimi. Facile est vt intelligatur hoĩum illorũ
interemptionem, significare vitiorũ taliũ in-
secutionem, qualib. illi ad eandẽ idololatriã
defluxerunt. In talia qppe vitia sæuire nos iu
bet Psal. cum dicit Irascimini, & nolite pec- Psal. 4.
care. In talia vitia sæuire nos iubet Apostol⁹, Colo. 3.
cum dicit, Mortificate membra vestra q̃ sunt
super terrã, fornicationem, immunditiã, lu-
xuriam, cõcupiscentiam malã & auaritiam,
q̃ est idolorum seruitus. Sed quid sibi velit, cap. 93.
qđ prius fecit, vt ipsum vitulum igne cõbu- Exo. 32.
reret, minutatimq; cõcideret, & in aq̃ spar-
geret, & potum populo daret, maiorẽ inten-
tionẽ perscrutandæ significationis inquirit.
Si.n.tabulas, quas digito Dei, hoc est, opera-
tione spiritussancti scriptas acceperat, ideo
fregit, qa indignos eos, qb. eas legeret indica
uit, si deniq; vt ab eis ille vitulus penitus abo
leret, incendit eum, contriuit, in aqua sparsit
atq; submersit, vt qd & potũ hoc populo de
dit? Quẽ non excitet factũ hoc ad inquirẽdã
& intelligendã propheticã significationem?
Occurrat ergo iam intẽtis mentib. tanq̃ dia-
boli corpus in vitulo, i. hoĩes in omnib. gen- K
tibus, qb. ad hęc sacrilegia caput, hoc est au-
thor, est diabolus. Aureũ ppea qa vident ido
lolatrię ritus, velut a sapientibus instituti. De
qb. dicit Apostolus, Qm̃ cognoscentes Deũ,
nõ sicut Deũ glorificauerũt aut gratias ege- Rom. 1.
rũt, sed euanuerũt in cogitationib. suis, & ob
scuratum est insipiens cor eorũ, dicentes se
esse sapientes, stulti facti sunt, & immutaue-
runt gloriam incorruptibilis Dei, in simili-
tudinem imaginis corruptibilis hominis, &
volucrũ, & quadrupedum, & serpẽtium. Ex
hac

hac quaſi ſapientia iſte vitulus aureus, qualia
ſolebāt Aegyptiorū ēt ipſi primates, & tanq̃
docti hoīes adorare figmēta. Hoc ergo vitu-
lo ſignificatū eſt oē corpus, i. oīs ſocietas gēti
Luc. 12. liū idololatrię deditorū. Hanc ſacrilegā ſo-
Pſal. 18. cietatē dn̄s Chriſtus illo igne cumburit, de
quo in Euangelio dicit, Ignē veni mittere in
terram, vt qm̄ nō eſt qui ſe abſcondat a calo
re eius, dū in eū credunt gentes, igne virtutis
eius diabolica in eis forna ſoluat. Totū dein-
de corpus illud comminuitur, i. ab illa malæ
cōſpirationis cōflatione diſciſſum, verbo ve
ritatis humiliat, & comminutum in aquam
L mittit, vt eos Iſraelitæ, i. Euangelii prędicato
res ex baptiſmo in ſua mēbra, hoc eſt, in cor
Acto. 10. pus dn̄icum transferāt. Quorū Iſraelitarū Pe
tro de ipſis gentib. dictum eſt, Macta & man
duca: Si macta & māduca, quare non etiam,
Cōcide & bibe? Ita ille vitulus per ignē zeli,
& aciē verbi, & aquam baptiſmi, ab eis po-
tius quos abſorbere conabatur, abſorpt⁹ eſt.
cap. 94. Si ergo hęc quoq; loca ſcripturarum, de q̃b.
eiſdem ſcripturis calumniant hæretici, per-
ſcrutata & quodammodo interrogata, q̃to
vident obſcuriora, tanto mirabiliores in ſe
myſteriorū theſauros latere rn̄dent? q̃to ma-
gis impiorum blaſphema ora obmuteſcere
oīno debent, cum oppilant apertiſsima veri
tate, contra q̃ prouocato ſpū quid muſsitēt,
non inueniūt, & malunt miſeri manifeſtatio
ne eius ſua fauces obturari, q̃ ſuauitate pect⁹
impleri. Chriſtum igit ſonant hęc oīa, caput
illud, qđ aſcendit in cęlū, & hoc corp⁹ eius,
qđ vſq; in finē laborat in terra, ſcribentium
literas vere ſacras oīs parturiuit intentio: nec
eſſe q̃cquam credendū eſt librorum prophe
ticorum cōtextione narratum, qđ non ſigni
M ficet aliq̃d futurorū, niſi quæ ideo poſita ſūt:
vt ex eis quodammodo religent ea, q̃ illum
regē populumq; eius, ſiue propriis, ſiue figu
ratis locutionib. rebuſve pronuncient. Sicut
.n. in citharis & huiuſcemodi organis muſi-
Accomo- cis, non q̃dem oīa q̃ tangunt, canorum aliq̃d
datiſſima reſonant, ſed tm̄ chordæ, cætera tn̄ in toto ci
ſimilitudo tharæ corpore, iō fabricata ſunt, vt eſſet vbi
vincerent, vnde & quò tenderent illę, quas
ad cātilenæ ſuauitatē modulat & percuſſur⁹
eſt artifex, ita in his propheticis narrationib.
quæ de reb. geſtis, hominum prophetico ſpū
deligunt, aut aliquid iam ſonant ſignificatio
ne futurorum, aut ſi nihil tale ſignificant, ad
hoc interponunt, vt ſi vnde illa ſignificantia
tanq̃ ſonantia connectant. Has autem rerum
geſtarum allegoricas narrationes, ſi nolunt *Cap. 9*
hęretici, ſicut a nobis exponuntur, accipere,
vel ēt nihil eas, niſi qđ proprie ſonant, ſigni-
ficare contendunt, non eſt luctādum cū ho-
minib. qui dicunt, Non ſapit palato meo, qđ
ſapere dicis tuo, dū tn̄ ea quæ diuinitus pręci
piunt, aut mores pietatemq; formare aliq̃d
figurate ſignificare vel credant vel intelligan
tur, aut vtrūq; potius q̃ neutrum, dum tn̄ &
ipſa, quæ figurate dicta vel facta intelligunt,
ad eoſdē mores bonos pietatemq; referātur.
Ac per hoc ēt ſi Manichæis, vel quibuſque A
aliis, de his figuris rerū geſtarum noſter di-
plicet intellectus vel rō vel opinio, illud ſuffi
ciat, q̄ pr̄es noſtri, quib. Deus perhibet bonæ
vitæ atq; in ſuis præceptis obediētiæ teſtimo
nium, ea veritatis regula defendunt, quæ niſi
prauis & diſtortis cordibus diſplicere non
poſsit, & q̄ ea ſcriptura, cui peruerſitas erro
ris illius inimica eſt, in quibuſlibet hominū
factis, quæ vel laudauit vel redarguit vel tan
tum narrata nobis iudicanda propoſuit, ip-
ſa inculpabilis venerabiliſque perſiſtit. Quid
vero vtilius atque ſalubrius pie legentibus *Cap. 9*
vel audientibus illas ſacras literas conſuli ac
proſpici potuit, quam vt non ſolum in eis
laudabiles homines ad imitandum, & repre-
henſibiles ad cauendum proponerentur, ve
rumetiam quædam bonorum declinationes
& lapſus in malum, ſiue itidem denuo corre
cti, in viam redeant, ſiue irreuocabiles ma-
neant, & rurſus quam malorum mutationes
& prouentus in bonum, ſiue perſeueraturi,
ſiue in priſtina iterum relapſuri, vt neque iu
ſti in ſuperbiam ſecuritate extollantur, nec
iniqui contra medicinam deſperatione ob- B
durentur. At illa quæ neque ad imitandum
neque ad cauendum facta hominum perti-
nent, & tamen in ſancta ſcriptura reperiun-
tur, aut ad illam conexionem poſita ſunt,
quibus occaſionibus ad res neceſſarias venia
tur, aut eoipſo, quo videntur ſuperflua, ſa-
tis admonent, in eis quęri oportere myſti-
cæ alicuius ſignificationis oraculum. Neque
enim de his libris loquimur, in quibus nul-
la, vel pauca, ac non multa apertiſsima pro-
phetico ſpiritu prænunciata iam quoque ip
ſis reb. impletis, authoritatem diuinam fide-
liſsima & præclariſsima veritatis luce teſtā-
tur:

tur, vt omnino desipiat, quisquis eos super-
flue vel quasi fatue locutos aliqd putat, qb.
non solum oia hominum ingeniorumq; ge-
nera subdita videt, verumetiā hoc ab eis præ
p. 97. dictū legit, perfectumq; cognoscit. Nūquid
Re. 11 nam ergo si q̄squam legens factū Dauid, cu-
12. ius eum dño arguente ac mināte pœnituit,
inde sibi ad peccandū fomitem præbeat, illa
scriptura culpanda est, ac non tanto seuerius
ille damnādus, q̄to potius ad se vulnerandū
aut occidendū abuti voluit ea re, q̄ ad sanan
C dum liberādumq; conscripta est? Quia enim
hoies in peccatū lapsi, vel superbia neglig̃ut
pęnitentiæ medicinam, vel recipiendę salu-
tis, venięq; promerendæ diffidentia penitus
pereunt, de tanto viro exemplū propositum
est, quo sanent ægroti, nō quo hi qui sani sūt
saucient. Neq; enim medicinę vitiū est, si vel
insani seipsos vel maligni alios ferramentis
medicinalib. perimant. Sed tñ patres nostri
p. 98. Patriarchæ atq; Prophetæ, quib. tam illustre
testimonium sanctitatis atq; pietatis ea scri-
ptura perhibet, q̄ saluti generis humani diui
nitus dispensatam nō negat, nisi quisquis aut
eam nescit, aut omnem sensum rōnalis cōsi-
derationis amisit, etiam si libidinosi & crude
les fuissēt, sicut eos Manichęorum error vel
potius furor accusat, non etiam sic non dico
electis eorum, sed ipso etiam Deo illorū de-
ene. 16 monstrarent esse meliores? Nonne melius est
cum pellice volutari virū cum fęmina, q̄ esse
sincerissimā lucem, & miscendo se tenebris
ene. 12 inquinari? Ecce homo auaritiæ ac ventris cā
20. vxorē suam sororē mentitus, in aliorū concu
bitū vendidit, q̄to ille peior & execrabilior
est, qui naturam suā ad libidinem desideran
tium simulando coaptatam, gratis eis polluē
ne. 19 dam corrumpendamq; subiecit? Iā cū filiab.
qui etiam sciens concubuerit, nonne minus
D mali perpetrat q̄ qui mēbra sua oīum taliū,
peiorumq; turpitudinum libidinib. miscet.
Quid.n. tale ab immundis flagitiosisq; com-
mittit, vbi non Deus vester Manichæi, turpi
tudinib. oībus polluat? Deniq; si vere Iacob,
vt ait Faustus, inter quatuor vxores fęda con
ene 30 cupiscentia tanq̄ hircus erraret, nullā propa
ginis curā gerens, sed lasciuię solius ac volu
ptatis, q̄to minus miser esset Deo vestro, qui
non solum in ipso, & in eius quatuor vxori-
bus, omne illud dedecus luxuriæ pateretur,
omnib. eorum corporib. moribusq; concre
tus, sed in seipso hirco, quē viro illi sordidus
comparauit, oēm illum genitalem motum
caloremq; perpetit? & vbiq; turpi conditio
ne permixtus, in capro inflammat, in capra
seminat, in hœdo generat? Ac per hoc etsi Iu Gene. 38
das non tm̄ fornicator, sed ēt sciēs nurus suæ
nefarius incestator existeret, in illius quoque
incesti libidine De⁹ vester hęreret, sorderet,
arderet. Dauid autem iniquitatis pœnituit, ꝙ 2. Re. 12.
vxorē adamauerit alienā, virumq; eius man-
daret occidi: at vero Deū vestrum, qñ pœni- E
tebit ꝙ a tartareo genere masculino ac fęmi
nino principum tenebrarum adamatus, eo-
rum libidini sua membra concessit, nec ma-
ritum, cuius coniugem adamauerat, sed suos
filios in membris dæmonum, à qb. dęmoni-
bus ipse fuerat adamatus, occidit? Sed etsi nō
pœnituisset Dauid, nec iustitia sanitatem tali
medicina recepisset, etiam sic isto Deo Ma-
nichæorum melior extitisset. Iste q̄ppe vno
ipso facto putemus, & aliis talib. quotlibet,
quam multa vn⁹ homo posset admittere, ille
aūt in omnib. omnium talib. factis cōmixtio
ne illa membrorū suorum turpari polluiq;
conuincitur. Et Osee Propheta accusatur a Osee. 1.
Fausto, qui se meretricem turpi concupiscē
tia captiuatus, adamasset atque duxisset, aīas
certe amborū, & lasciui amatoris, & obscœ-
næ meretricis, partes & membra naturamq;
Dei vestri esse p̄dicatis. Illa enim meretrix,
qd enim ambiam verbis, & non plane dicā,
illa meretrix esset Deus vester. Neque enim
potestis dicere ꝙ seruata atq; incorrupta suę
sanctitate naturæ, illi meretricio corpori nō
ligatus, sed præsentatus incideret, sed inqui-
natissima esse ista membra Dei vestri, & ob
hoc magna purgatione indigere fatemini. Il
la ergo meretrix, de qua hoiem Dei audetis
arguere, Deus vester esset, ēt si non in melius
casto coniugio cōmutata, aut si nō vultis, par F
ticulā certe Dei vestri, licet minimam, non
negatis illam aīam meretricis. Hoc ergo iam
melior Deo vestro, qm̄ ipsa vna meretrix es-
set, ille aūt, cōditione suę illius cōmixtionis,
vniuerso generi tenebrarum in omnib. me-
retricib. prostituitur: in omnibus deniq; ma
ribus ac fœminis late varieq; fornicantibus,
& sese corrumpentib. volutatur, soluitur, il-
ligat, rursus in eorum fœtibus volutandus,
soluendus, ligandus, donec ad vltimum glo-
bum pars immūdissima Dei vestri, tanquam
inexpia-

inexpiabilis meretrix, perducatur. Hęc.ſ. mala, has turpitudines, hæc dedecora a mēbris ſuis Deus veſter amouere non potuit, & hoſtis immanis neceſsitate cōpulſus ad iſta peruenit. Neque.n. potuit interimere iniurioſū atq; violentū, ſuis vel ciuib. vel partib. ſaluis. Exo. 2. Quanto ergo melior, qui occiſo Aegyptio, frēm defendit illæſum, quem mirabili vanitate Fauſtus arguit, & Deum ſuum mirabiliore cæcitate nō reſpicit. Quāto melius ipſe vaſa aurea & argentea abſtuliſſet de gente Aegyptiorū, q̄ eius membra deprædaret gens tenebrarū, & tn̄ cum bellū tam miſerū ipſe geſsiſ Exo. 3. & 12. ſet, cultores eius famulo Dei noſtri obiiciūt ꝙ bella gefferit, in qb. ſemper cum ſuis omnib. victor de hoſtib. triumphauit, qui capti- Exo. 17. ui vel captiuæ Moyſe belligerāte de populo Iſrael duci potuerūt, qđ & Deus veſter ſi potuiſſet, vtiq; feciſſet. Hoc ergo non eſt malos H arguere, ſed fœliciorib. inuidere. Quæ autē crudelitas Moyſi, ꝙ in populum, qui grauiter in Deū peccauerat, gladio vindicauit; cuius tn̄ peccati veniam, ſe pro illis etiam diuinæ vindictę offerens, deprecatus eſt. Veruntamen ſi & hoc non miſericorditer, ſed crudeliter feciſſet, etiam ſic melior Deo veſtro eſſet. Neque enim quenquam ſuorum innocentium & obedientium, ſi ad hoſtis cuneū dirumpendum miſſus fuiſſet & captiuatus, vllo modo eum poſtea, ſi viciſſet, ipſe dānaret, quod facturus eſt Deus iſte de ſua parte, quam configet in globo, quia obediuit iubēti, quia in hoſtiles cuneos pro ſalute regni eius propoſita* ſua morte proceſsit. Sed in a. l. poſtpoſita. hac, inquit, ſerie ſeculorum iam malis permixta atque concreta, non obtēperauit prę ceptis. Quæramus, quare? Si propria voluntate, vera culpa, & iuſta pœna, ſed iam ſi voluntas eſt rea, nulla eſt ad peccādum natura contraria, & ideo Manichæorum omnis cōuicta eſt & euerſa fallacia. Si autem ab hoſte oppreſſa, quò miſſa eſt, ſi alieno malo ſupe- I rata, cui reſiſtere non valuerat, iniqua pœna & magna crudelitas. Sed ad excuſandū profertur Dei neceſsitas. Talem colant Deum, q̄ nolunt colere Deum. Sanè quod fatendum eſt etiam ipſi cultores eius, quanuis talem Deum colendo ſint peſsimi, meliores tamen illo ſunt, quia ſaltem ſunt, ille autē nihil eſt, niſi fictio falſitatis, & cogitatio. Sed iam cęte ra Fauſti arguta deliramenta videamus.

LIBER VICESIMVSTERTIVS.

FAuſtus dixit, Diſputāti mihi aliqn̄, quidā ex numeroſa plebe rn̄dens Cap. 1 ait, Accipis Ieſum de Maria natū? Cui ego, Quem nam, inquam, dicis Ieſum? Nam plures in Hebraiſmo fuerūt Ieſus, vnus qdem Naue fili⁹ diſcipulus Moyſi: alter vero filius Ioiade * ſacerdotis magni: a. l. ioſdech. item alius, qui dictus eſt filius Dauid, alius vero filius Dei: quem nam ergo iſtorum de Maria natum quęris ex me, vtrum accipiam? Vtique, inquit, filium Dei. Cui ego, Et quo authore, quove magiſtro docente iſtud accipiam? At ille, Matthæo, inquit. Cui rurſum ego, Quid enim Matthæus ſcripſit? Et ille, Mat. Liber generationis Ieſu Chriſti filii Dauid filii Abraham, &c. Tum ego, putaueram, inquam, quia eſſes dicturus, Liber generatio- K nis Ieſu Chriſti filii Dei, & me putaueram ad præſcribendū, ſed quia nunc fideliter capitulum memoraſti admonendus tantū es, vt id quod recitaſti, conſideres. Neque enim Matthæus hic ſe Dei filii generationem ſcribere fatetur inſtituiſſe, ſed filii Dauid. Vt ergo huic interim dicenti credam filius Da- Cap. uid erit mihi de Maria natus, adhuc de Dei filio in hoc omni generationis textu nulla fit mentio, vſque ad baptiſmum. ſ. fruſtraque calumniam vos ingeritis ſcriptori, tanquam Dei ille filium in vtero mulieris incluſerit. At vero hic clamitat, vt videt, & inſcriptione ipſa ſua ſe prorſus ab hoc ſacrilegio vendicat, Dauid filium perhibens ex illa ſtirpe oriundum ſe ſcripſiſſe, non filium Dei. Nam Ieſum quidem eum, qui ſit filius Dei, ſi ſic ſcriptoris huius mentem propoſitumq; conſideres, non tam ille de Maria virgine vult nos accipere procreatum, quam factum aliquando per baptiſmum apud fluenta Ioannis. Illic enim dicit baptizatum a Ioanne eū, quem Dauid in exordio filium deſignauit, fa- L ctum aliquando eſſe filium Dei poſt annos duntaxat, ſecundum Lucæ fidem, fermè triginta, vbi & vox tunc audita eſt, dicens ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vides ergo id quod ante annos triginta, vt Luc. huic videt, de Maria natum eſt, non eſſe ip- Mat. ſum filium Dei, ſed id quod de baptiſmo poſtea factum eſt ad Iordanem, ideſt, hominē nouum, tanquam in nobis cum credimus ad

Deum

Deum ex gentilitatis errore conuersi: quod ipsum tñ nescio vtrũ satis cum ea fide faciat, quam vos catholicã nominatis: sed interim sit Manichæo videtur, si sunt ipsius hęc. Neque.n vsquã in parturitionibus Marię dictũ legitur illud, Filius meus es tu, ego hodie genui te: aut, Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene complacui: sed in expiatione eius apud Iordanẽ. Quod si & tu credas ita vt scriptũ est, eras iam quidẽ Matthęanus, sic.n. mihi dicendum est: catholicus vero nequa-

M quam: Nã catholicã fidem nouimus: quę tãto longe abest ab hac professione Matthæi, quanto procul est & a vero. Siquidem symbolum vestrum ita se habet, vt credatis in Iesum Christũ filiũ Dei, qui sit natus ex virgine Maria: vestrum ergo est, de Maria accipere filiũ Dei, Matthæi ab Iordane, nostrum ex Deo: ac per hoc tam vobis Matthęus, si hęc eius pro certo sunt, contrarius est in professione ista sua, quã nobis: nisi q̃ paulo prudẽtior vobis inuentus est, vt ortum ex fęmineo sexu, Dauid filio ascriberet magis, quã filio Dei. Quapp de duob. vos vnum fateri oportet: aut hunc non esse Matthęũ, qui hæc videtur asserere: aut vos nõ tenere Apostolicam fidẽ.

3. Nos vero quamuis de hac sentẽtia nemo prorsus deijciat, ex Deo accipiendi filiũ Dei tñ vt multũ impudẽtiæ concedamus, vt adigamur & falsis credere, ex Iordane nobis erit factus Iesus Dei filius, quã natus ex vtero mulieris quãquã nec ipse quidẽ ille: quẽ Maria peperit, si vllus erat, recte Dauid filius appelletur, nisi eum cõstet ex parte Ioseph seminatũ. Quod quia negatis, illud ẽt fateamini necesse est, ne ipsum quidẽ esse Dauid filiũ: qm̃ quidẽ generatio Abrahã vsq; Dauid, & a Dauid Ioseph adusq; deducitur, per omnes.s. Hebręorũ patres: ex quo quia Iesus cõceptus nõ est, vt legitur, nec filius erit Dauid: longeq; demens est, qui quem sine coitu Ioseph de Maria natũ dicturus erat hunc

A in principio posuerit esse filiũ Dauid. Cum ergo ne ipse quidẽ, qui sit ex maria genitus, Dauid recte filius appellaretur, quia non sit natus est Ioseph, quãto magis filius Dei.

4. Proinde nec virginis ipsius origo ex hac tribu fuisse mõstratur, vnde constat esse Dauid: dico aũt Iudã, de quo Iudęi reges: sed ex tribu Leui, vnde sacerdotes: q̃ ipsum palã est, qa patrẽ habuerit sacerdotẽ quendã, noĩe Ioachim, cuius tamen in hac generatione nulla vsquam habita mentio est. Qũo ergo ad hãc Dauidicę cognationis prosapiam Maria pertinere dicetur, in qua eã nec patrẽ habere vi deas nec maritũ? Ac per hoc nec ille Dauid filius erit, quisquis ex eadem nasci tur: si eius B hanc genitricẽ sic admoneas Ioseph, vt eius aut filia probetur aut coniux. Augustinus re- Cap. 5. spõdit, Fides catholica eademq; apostolica cõfitetur, dñm nostrũ & Saluatorẽ Iesum Christũ, & filiũ Dei esse secundũ diuinitatẽ, & filium Dauid secundũ carnẽ: q̃ ita probamus ex Euangelicis & apostolicis literis, vt nemo posit contradicere probationibus nostris, nisi qui ipsis literis contradicit: nõ sicut sibi Faustus iste proposuit, nescio quem pauca verba dixisse, & contra eiusdẽ Fausti versipelles astutias nulla postea testimonia protulisse. Quod ego cũ fecero, nihil ei quod respõdeat remanebit nisi illud, quo vim manifestissimę veritatis in scripturis sanctis expresse illudere atq; euitare conatur, vt falsa illa & diuinis codicibus immissa respondeat. Quã dẽmentiam, furiosamq; præsumptionẽ & audaciã iam superius in hoc opere, quantũ sufficere visum est, refutaui: nec eadem repetere oportet, vt modũ sermonis etiã cogitemus. Quid igitur opus est dispersa per scripturas oẽs quęrere atq; colligere testimonia, quib. contra istũ probemus, in libris maximę diuinęq; authoritatis, eundẽ dici filiũ Dei vnigenitũ semper Deũ apud Deũ, qui dicitur ẽt filius Dauid pp acceptã formã serui ex virgine Maria coniuge Ioseph? Nũc interim quia de Matthęo uoluit disputare, nec a me totus Matthęi liber huic inseri potest, legat qui uoluerit, & uideat quemadmodũ Matthęus eũ, quẽ parentes eius enumeraturus dicit filium Dauid, narrando usq; ad passionem resurrectionemq; perducat: nec alium quam ipsum dicat a uirgine Maria de spiritusancto conceptum & natum. Cui rei adhibet & testimo- C nium de Propheta, Ecce virgo accipiet in u- Esa.7. tero, & pariet filium, & uocabitur nomen Mat. 1. eius Emmanuel: quod est interpretatum, nobiscum Deus. Eundemq; baptizatum a Ioanne, audisse de cęlo, Hic est filius meus dile- Mat.3. ctus, in quo mihi cõplacui: de quo dictũ erat iã ex partu uirginis, nobiscũ Deus. Nisi forte uisum sit Fausto minus esse, quod dictus est Deus, quã quod dictus est filius Dei. Ex

hoc enim conijcere conatus eſt. Matthæo
non eſſe viſum ꝙ filius Dei factus, ſit niſi ex
Al. l. per baptiſmũ baptiſmo: * qa ibi facta eſt vox de cęlo, Hic
eſt filius meus: cũ idẽ Euangeliſta etiam ſupe
rius habuerit diuinum ex propheta teſtimo-
nium, vbi ipſe partus virginis appellatus eſt,
Cap. 6. nobiſcũ Deus. Hunc ſanè miſerũ delire gar-
rulũ debemus intueri atq; obſeruare, nõ pręę
termittentẽ, vbi potuerit, lectori vaniloquio
D rũ ſuorũ etiam de ſcripturarũ teſtimonijs ne
Gen 16. bulas offundere falſitatis: ſicut de Abrahã di-
& 17. xit, ꝙ Deo non crediderat de Sara ſibi filium
promittenti, qñ cum ancilla cõcubuit, cum
ſcriptura teſtatur, nõdum illi partũ Saræ fuiſ
ſe promiſſum: vel ꝙ vxorem ſuã ſororẽ mẽ
Gen. 12. titus ſit, cũ genus Sarę nuſquam in illis lite-
& 20. ris legerit, quibus de hac re fides habenda
Gen. 26. eſt: & de filio eius Iſaac, ꝙ etiam ipſe Rebec
cam falſo dixerit ſororẽ ſuam, cũ genus e-
Cap. 30. ius ibi aperte ſcriptũ ſit: & de Iacob, ꝙ quo-
tidie certamen eſſet inter quatuor eius vxo-
res, quænam illum de agro venientem prior
ad concubitũ raperet: ꝙ illic nuſquã legiſſe
conuincitur. Ecce qualis homo mendaces
diuinorũ librorũ ſcriptores ſe odiſſe gloria
tur, qui etiã de Euangelico tantę authoritatis
culmine omnibus noto mentiri ſic audet, vt
non Matthęum, ne Apoſtolici nominis pon
dere cõprimatur, ſed neſcio quem alium ſub
Matthęi noĩe velit putari ſcripſiſſe de Chri-
ſto, quod non vult credere, & quod calum-
nioſa verſutia refutare conatur. Sic ergo de
Mat. 3. cęlo dictũ eſt ſuper aquam Iordanis, hic eſt
Phil. 2. filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui:
quemadmoddum dictũ eſt & in monte. Ne-
Gala. 4. que.n. quia & ibi de cęlo vox ipſa ſonuit, fi-
lius Dei ante non fuit: quandoquidẽ ex vte-
ro virginis ille accepit formã ſerui, qui cum
in forma Dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt,
eſſe æqualis Deo. Deniq; Apoſtolus Paulus
E alio loco apertiſsime dicit, Cũ aũt venit ple
nitudo temporis miſit filiũ ſuum, factum ex
muliere factũ ſub lege: mulierẽ, ſ. more locu
tionis Hebraicę fęminã appellans. Ipſe eſt
ergo filius Dei, qui & dominus Dauid ſecun
dum carnẽ. Quod ſi nobis credere non pro
deſſet, non hoc tam attente idem Apoſtolus
2. Ti. 2. Timotheo commendaret, dicens, Memor
eſto Chriſtum Ieſum reſurrexiſſe a mortuis,
ex ſemine Dauid ſecundũ Euangelium meũ
contra quod Euangelium quiſquis aliud an-
nunciauerit, vt anathema ſit, magna cura fi-
deles admonuit. Quid ergo iã moueat ſancti Gala. 1.
Euangelij ſectatorẽ, ꝙ ſine cõcubitu Ioſeph Cap. 1.
Chriſtus natus ex virgine filius tñ Dauid ap-
pellatur, cũ generationũ ſeriem non vſq; ad
Mariã, ſed vſq; ad Ioſeph Matthęus Euange-
liſta perducat? Primo, quia mariti eius fuerat
propter uirilẽ ſexum potius honoranda per-
ſona neq; enim quia concubitu non permix F
tus, ideo non maritus, cũ ipſe Matthæus nar-
ret ab angelo Mariam coniugẽ ipſius appel-
latam, qui narrat ꝙ non ipſius cõcubitu, ſed
de ſpiritu ſancto conceperit. Quod ſi non
Matthæus Apoſtolus iſta vera, ſed aliquis a-
lius ſub eius nomine, ſicut Manichęi putant,
ea falſa conſcriberet, itane ſibi etiam ipſe in
rebus apertiſsimis, & tã de proximo contex-
tis cõtraria loqueretur, vt quem diceret Da-
uid filium de Maria virgine, ſine cuiuſquam
viri concubitu natum, eiuſdem parentes gra
datim enumerans, vſq; ad eũ ſine aliqua ra-
tione perduceret, quem non commixtũ Ma
rię ipſe dixiſſet? Si enim alius enumeraret ꝓ-
generatores Chriſti à Dauid vſq; ad Ioſeph,
dicens eũ filium Dauid: & alius eum ſine vl-
lius viri concubitu ex Maria virgine natum
diceret, nec eũ filium Dauid appellaret: nec
ſic continuo putare deberemus, eos ſibi hęc
contraria locutos fuiſſe, vt vel ambo vel v-
nus eorũ falſitatis conuinceretur. Cogitare
enim deberemus fieri potuiſſe, vt ambo vera
dicerent, vt & Ioſeph maritus Mariæ dicere-
retur, habens eam cõiugem continenter: nõ
concubitu, ſed affectu, non cõmixtione cor-
porũ, ſed copulatione, quod eſt carius, ani-
morũ: & ideo non debuiſſe virũ virginis ma
tris Chriſti ſeparari a ſerie parentum Chri-
ſti: & ipſam Mariam aliquam de ſtirpe Da-
uid venam ſanguinis ducere, vt caro Chriſti
etiã ex virgine procreata, ſine Dauid ſemine
eſſe non poſſet. Cũ vero vnus idemq; narra-
tor vtrunq; dicat, vtrunq; commendet, & vi
rum Marię Ioſeph, & Chriſti virginem ma-
trẽ & Chriſtũ ex ſemine Dauid, & Ioſeph in
ſerie progeneratorũ Chriſti ex Dauid: quid G
reſtat vt credat, qui vult diuino Euangelio,
quã hęreticorum fabulis credere, niſi & Ma
riam non fuiſſe extraneam à cognatione Da
uid & eam Ioſeph coniugem non fruſtra ap
pellatam propter ordinem ſexus, & animo-
rũ confœderationem, quanuis ei non fuerit
carne

carne cõmixtus: & Ioseph potius pp digni-
tatem visibilẽ ab ordine generationũ illarũ
non fuisse separandũ, ne hocipso videretur
ab illa fęmina separatus, cui eũ coniungebat
mentis effectus: & ne homines fideles Xpi, id
G ꝙ sibi cõiuges carne miscentur, tam magnũ
in coniugio deputarent, vt sine hoc cõiuges
esse non crederent: sed potius dicerent fide-
lia coniugia, multo familiarius se adhærere
membris Christi, quanto potuissent imitari
parentes Xpi. Nos ergo credimus ẽt Mariã
fuisse in cognatione Dauid, quia scripturis
eis credimus q̃ vtrunq; dicunt, & Christum
ex semine Dauid secundũ carnẽ, & eius ma-
trem Mariam, non cũ viro concũbendo, sed
virginẽ. Quisquis itaq; dicit Mariam ad con
sanguinitatem Dauid non pertinuisse, mani-
festũ est ꝙ istarum scripturarũ tam excellen
ti authoritati obluctetur: ipse vero cõuincat
non eã pertinuisse ad semen Dauid, & hoc
ostendat, non ex quibuscunq; literis, sed ec-
clesiasticis, canonicis, catholicis. Alię quip-
pe apud nos non habent ad has tres vllũ põ-
dus authoritatis: ipsę sunt.n. quas recepit &
tenet Ecclesia toto orbe diffusa, quę per illas
est ẽt prophetata: & quemadmodũ promis-
sa, sic reddita. Ac per hoc illud, ꝙ de genera
tione Mariæ Faustus posuit, ꝙ patrem habue
rit ex tribu Leui sacerdotẽ quendam nomi-
ne Ioachin, quia canonicum non est, nõ me
cõstringit: sed ẽt si hoc crederem, ipsum po-
tius Ioachin dicerem aliquo modo ad Da-
uid sanguinem pertinuisse, & aliquo modo
ex tribu Iuda in tribum Leui fuisse adoptatũ
vel ipsum vel eius aliquẽ progeneratorem:
vel certe in tribu Leui ita natum, vt de stirpe
Dauid consanguinitatem aliquã duceret: si-
cut fieri potuisse idem Faustus fatetur, vt Ma
ria de tribu Leui esset, quã tñ constat traditã
viro, qui fuerit de stirpe Dauid, i. de tribu Iu
da: & ita dicit potuisse accipi Xpm filium
Dauid fuisse. Proinde si filia Ioseph nupsis-
set in tribu Leuis natus fuisset: ita si mater il-
lius Ioachim, quem patrẽ Mariæ Faustus cõ-
H memorat, de tribu Iuda & genere Dauid nu
psit in tribu Leui, non immerito & Ioachim
& Maria & filius Mariæ, etiam sic ex Dauid
semine veraciter perhibentur. Hoc ergo po
tius, vel tale aliquid crederem, si illius apo-
cryphæ scripturæ, vbi Ioachim pater Mariæ
legitur, authoritate detinerer, quam mentiri
Euangelium, in quo scriptum est, & Iesum
Christum filium Dei, Saluatorem nostrũ ex
semine Dauid secũdum carnem, & per vir-
ginem Mariam procreatum. Sufficit ergo no
bis, ꝙ scripturæ quæ hoc dicunt, & quibus
credimus, ab inimicis suis de nulla possunt
falsitate conuinci. Non mihi ergo uicissim I
dicat, Etsi ego non ostendo Mariam nõ fuis- Cap. 10.
se de cognatione Dauid, tu ꝙ inde fuerit, Mac. 1.
ostende. Hoc.n. ostẽdo clarissimo planè at-
que fortissimo documento ꝙ scriptura con Rom. 1.
firmatissimæ authoritatis, & Christum dicit
ex semine Dauid, & eius matrem sine ullius
cõcubitu uirginem Mariam. Quam uero si-
bi Faustus cuiusdam quasi turpitudinis uisus
est uerecũdissimus detestator, cum diceret,
Frustra uos calumniam ingeritis scriptori,
tanquam Dei ille filium in utero mulieris in
cluserit: non planè catholica fides, quę Xpm
Dei filium natũ secundũ carnẽ credit ex uir-
gine, ullo modo eundem Dei filiũ sic in ute-
ro mulieris includit, quasi extra nõ sit, quasi
cęli & terræ administrationem deseruerit,
quasi a patre recesserit, sed uos Manichęi 1. Cor. 1.
corde illo, quo nihil potestis nisi corporalia Sapien. 8
phantasmata cogitare, ista omnino non capi
tis, quõ Dei uerbum, Dei uirtus atq; sapien-
tia, in se manens, & apud patrem, & uniuer
sam creaturam regens, pertendat a fine usq;
ad finẽ fortiter, & disponat omnia suauiter.
In cuius dispensationis [ad]mirabili & ineffa-
bili facilitate, sibi ẽt matrem in terra dispo-
suit, & pp seruos suos de corruptionis serui
tute liberandos, in ea formam serui, hoc est Phil. 1.
mortale corpus accepit, acceptum monstra
uit, monstratumq;, & morte prostratum, re-
surrectione sursum erexit, & tanquã templũ
solutũ iterũ ædificauit. Vos tñ, qui hæc cre- Ioan. 1.
dere quasi sacrilega formidatis, non mẽbra
Dei uestri in vtero uirginis, sed in uteris om
nium fęminarum carnaliũ ab elephantis us-
que ad muscas includitis: an ideo uobis ui-
detur uilior uerus Xps, quia sic uerbũ dici- Ioan. 1.
mus carnẽ factũ in utero uirginali, ut nulla
sui cõmutatione in natura propria inuiola- H
biliter permanens, tẽplũ sibi hominẽ coapta
rit: & ideo uobis carus est Deus uester, quia
tot uinculis carniũ colligatus & inquinatus
in illa parte, qua etiam in globo figẽdus est,
sine causa suppetias deprecatur: aut etiam pe
nitus oppressus, deprecari non sinitur.

LIBER XXIIII.

Cap. 1. 
Faustus dixit, Quid ita hominē
negatis a Deo? Non quidē nos
omnifariā hominem a Deo fie
ri pernegamus, sed quis & qñ
& quemadmodū fiat, hoc q̄-
2. Co.4. 1.Co.15. rimus. Qm̄ quidem sunt secūdum Apostolū
Ephes. 4. homines duo, quorū alterum quidē interdū
Col. 3. exteriorem vocat plerūq; vero terrenū, nō-
nunquā ēt veterem, alterū vero interiorē &
M cęlestē dicit ac nouum. Horū ergo vter fiat
a Deo quærimus. Qm̄ quidem & natiuitatis
nostræ tp̄a duo sunt: vnū illud, quo nos irre-
titos carnalibus vinculis, in lucem hanc na-
tura produxit. Alterum vero, cū veritas nos
ex errore conuersos, ad se regenerauit ini-
tiatos ad fidem. Quod tempus secundæ nati-
uitatis in Euangelio Iesus significans, dicit,
Ioan. 3. Nisi quis natus fuerit denuo, non potest vide
re regnum Dei. Quod cū Nicodemus parū
intelligens hæsitaret, & qualiter id fieri pos-
set, percontaretur: neq;.n. posse hominē senē
in vterū matris introire, & iterū nasci: Iesus
ei rñdens, Nisi quis natus fuerit, inquit, ex a-
qua & spūsancto, non pōt videre regnū Dei.
Et sequitur, Quod nascit̄ de carne, caro est:
& q̄ nascitur de spiritu, spiritus est. Quapp
si & natiuitas non ea sola est, qua in corpore
gignimur, sed & illa alia qua renascimur spi
ritu, non minor æque cura est & hocipsum
quærere, in qua nam earum nos faciat Deus.
Modus quoq; nascendi duplex est: vnus ille,
furoris & intemperantiæ proprius, quo su-
mus a generatoribus turpiter & per libidinē
sati: alter vero, honestatis & sāctimonię, quo
in Xp̄m Iesum per sp̄m sanctum sub bonorū
doctrinis disciplinati sumus ad fidem: vnde
ēt omnis religio, & maxime Christiana, ad
sacr̄m rudes infantes appellat. Quod & ipsū
significans Apostolus, ait, Filioli mei quos
Gala. 4. iterū parturio, donec formetur Xp̄s in vo-
bis. Quare iā non quæritur, vtrū Deus homi
nē faciat, sed qñ & quemadmodū faciat: nā
si cū in vtero fingimur, vt ferè gentibus pla-
Gen. 1. cet & Iudęis & ipsis vobis, tūc nos Deus for
mat ad imaginē suā, & veteres nos facit, &
A per furorem ac libidinem creat, q̄ haud scio
vtrū diuinitati eius conueniat. Si vero cū cre
dimus, & ad meliorē vitæ conuertimur sta-
tum, tunc formatur à Deo, vt ferè Xp̄o pla-
cet & eius Apostolis & nobis, profecto &
bonos nos facit Deus, & honeste facit ac pu
re: quo quid consentaneū, quidve conueniēs
magis sanctæ eius est venerabili maiestati?
Quod si & vos authoritatē Pauli non sperne
tis, ex ipso vobis quemnam & qñ & quem-
admodū Deus hominem faciat, ostēdimus. B
Dicit ad Ephesios, Vt deponatis secundum Eph.
priorē conuersationē veterem hominē, qui
corrumpitur per desideria erroris: renoua-
mini aūt spiritu mentis vestræ, & induite no
uū hominem qui secundū Deum creatus est
in iustitia & sanctitate veritatis. Vides ergo
qñ creatur homo ad imaginē Dei, vides hic
& hominē ostendi alterū, & natiuitatē aliā,
& alium nascendi modū. Nam cum, Exuite
vos & induite dicit, tempus vtiq; credulita-
tis significat: cum vero hominem nouum a
Deo creari testatur, tum indicat veterem nec
ab ipso esse, nec secundū eam formatum. Et
prosequitur, dicens illū quidem fieri in san-
ctitate & iustitia & veritate, tunc designat at-
que demonstrat alterū illum natiuitatis mo-
rem, quē dixi longe dissimilē huic, qui cor-
pora nostra furiosis genitorū cōplexibus se-
minauit: quemq; ēt ostendit ex Deo nō esse,
cum illū solum monstrauit esse ex Deo. Nec Col.
non & ad Colossenses idipsum dicit: Expo-
liate vos veterem hominem cum actib. suis,
& induite nouū, qui renouatur in agnitionē
Dei secundū imaginem eius, qui creauit eū
in nobis. Et hinc ergo non solum hominem
nouū ostendit eum esse, quem Deus faciat,
sed qñ ēt & quib. modis formet, edocuit, i.
in agnitione Dei, q̄ significat credulitatis tē
pus. Et adhuc secundum imaginem, inquit,
eius qui creauit eū, vt ex hoc liqueat veterē
hominem nec imaginem esse Dei, nec ab ip
so formatum. Nā illud quidem q̄ sequitur,
dicens, Vbi non est masculus & fęmina, Iu-
dęus & Græcus, Barbarus & Scyta, magis ac
magis ostendit natiuitatē hanc, quæ nos ma-
res fecit ac fęminas, Græcos & Iudęos, Scy-
thas & Barbaros, nō eā esse in qua Deus ope
ratur, cū hominē format: sed illam, quæ nos C
omni exutos nationū varietate sexusq; & cō
ditionis, vnū reddet ad instar eius qui vnus
est, i. Christus: sicut idem rursus Apostolus
dicit. Quotquot in Christo Baptizati sunt, G
Christum induerunt: non est Iudęus neque
Græcus, non est masculus neq; fęmina, non
est

est seruus & liber, sed oēs in Christo vnum sunt. Ergo tunc fit homo à Deo, cū fit vnus ex multis: nō cū ex vno diuisus est in multa. Diuisit aūt nos primus ortus, i. corporalis: secundus adunat intelligibilis ac diuinus, eoq; rectissime nos hunc quidē corporis naturæ adscribendū putabimus, illū vero supernę maiestati. Quapropter idē rursum Apostolus Ad Corinthios dicit, In Christo Iesu per Euangeliū ego vos genui. Et ad Galatas de se or. 4. lat. 1.
D metipso, Cū placuit ei, qui me segregauit de vtero matris meæ, vt reuelaret filium suum in me, vt eū annunciarē in gentes, continuo non acquieui carni & sanguini. Vides ergo vbiq; eū in hac altera natiuitate nostra, spiritali duntaxat, asseuerantē nos a Deo formari, nō in priori, illa obscęna ac propudiosa, quæ nos nihilo prestantius neq; mundis animalibus ceteris in vtero materno & cōcepit & formauit & genuit. Qua de re animaduertere si volueritis, inuenietis hac in parte nos non tā professione a vobis distare, quam intellectu. Si quidē vobis placuerit hoc veteri & exteriori hoī ac terreno tribuere, vt sit a Deo formatus: nos vero cōtraria cęlesti hoc dederimus, & interiori ac nouo homini deferamus: neq; temere aut præsumptiue, sed à Christo discentes, & eius Apostolis, qui primi eadē in mūdo docuisse monstrantur.

p 2. ef. 4. Augustinus respondit, Paulus quidē Apostolus interiorē hominē per spiritū mentis, exteriorē vero in corpore atq; ista mortali vita vult intelligi: nō tñ vtrunq; horū simul duos homines eū dixisse, aliqñ in eius literis legitur, sed vnum quē totū Deus fecerit, i. & id quod interius est, & id quod exterius est: sed eū ad imaginem suam non fecit, nisi secundum id quod interius est, nō solum incorporeum,
E verumetiam rationale, quod pecoribus non inest. Nō itaq; vnū hominē fecit ad imaginē suā, & alterū fecit nō ad imaginē suā, sed q a hoc vtrunq; interius & exterius simul vnus homo est, hunc vnum hominē ad imaginem suā fecit: nō secundū id quod habet corpus corporaleq; vitā, sed secundū id quod habet rationalē mentem, qua cognoscat Deū, & omnibus irrationabilibus eadem rationis excellentia præponatur. Sed illud interius cōcedit Faustus a Deo fieri, cum renouatur, inquit, in agnitionē Dei scd̄m imaginem eius qui creauit eū Hanc Apostolicā plane agnosco sententiā, quare ipse alterā nō agnoscit? Deus posuit membra, singulū quodq; eorū 1. Co. 12.
in corpore prout voluit. Ecce Deus etiam exterioris hominis effector, ab eodē Apostolo prędicatur: quare inde elegit: ꝙ pro se putat: & tacet aut respuit, ꝙ Manichæi fabulas amputat? Itē cū de terreno & cęlesti homine differeret idē Paulus, inter mortalem immortalemq; discernens, inter id quod id Adam fuimus, & illud quod in Christo erimus, ex ipsa lege, ex ipso libro, & ex ipso loco adhibuit terreni, i. animalis corporis testimoniū F
vbi scriptū est, ꝙ Deus etiā terrenū hominē fecit. Nā cū ageret qūo resurgunt mortui, & 1. Co. 15.
quo corpore venient, cum dedisset similitudinē de seminibus frumentorū, ꝙ nuda grana seminentur, & Deus illis det corpus qūo voluerit, unicuiq; seminū propriū corpus: vbi nihilominus Manichęi euertit errorem, qui & grana & herbas & omnes radices ac frutices gentē tenebrarum dicit creare, non Deū: & in eis formis atq; generib. rerū Deū potius credit alligari, q̄ horū aliquid operari. Cū ergo contra Manichæi sacrilegā vanitatē etiā ista dixisset, venit ad carniū differentias. Non omnis, inquit, caro eadē caro, inde ad corporū cęlestiū atq; terrestrium: inde ad mutationē corporis nostri, qua fieri possit spiritale atq; cęleste. Seminatur, inquit, in contumelia, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. At inde volens ostendere originē corporis animalis: Si est, inquit, corpus animale, est & spiritale: sicut scriptum est, Factus est primus homo Adā in animā viuentē. Hoc autem in Genesi scriptū est, vbi narrat, quomodo Deus ho- Gen. 2.
minē fecerit: & corpus ꝙ de terra formauerat, animauerit. Veterem autem hominem nihil aliud Apostolus quā vitam veterem dicit G
quæ in peccato est, in quo secundū Adā uiuitur: de quo dicit, Per unum hominem pec- Col. 3.
catum intrauit in mundum, & per peccatum Rom. 5.
mors: & ita in oēs homines pertransiuit, in in quo oēs peccauerunt. Ergo totus ille homo, i. & interiore & exteriore sui parte, inueterauit propter peccatū, & pęnæ mortalitatis addictus est. Renouatur nunc secundū interiorē hominē, vbi secundū sui creatoris imaginē reformatur, exues se iniustitiā, hoc est 2. Cor. 4 Col. 3.
ueterē hominē & induens iustitiam, hoc est

nouum hominem. Tunc autem cum resur-
1.Co.15. get corpus spiritale: quod seminatur anima-
le, etiam exterior percipiet cęlestis habitudi
nis dignitaté: vt totũ quod creatũ est, recree-
tur: & totum quod factum est reficiatur: illo
recreãte qui creauit, & reficiente qui fecit.
Quod breuiter explicat, vbi ait, corpus qui-
Rom. 8. dem mortuum est propter peccatũ, spũs au-
tem vita est propter iustitiam. Si autem spiri-
H tus eius, q̃ suscitauit Christũ a mortuis, habi
tat in vobis, qui suscitauit Christũ a mortuis,
viuificabit & mortalia corpora vestra per in
Ephes. 4. habitantem spiritum eius in vobis. Nam quis
1.Co.11 catholica veritate instructus, ignorat secun-
dum corpus esse alios homines masculos,
alios fęminas: non secundum spiritum men-
tis, in quo renouamur secũdũ imaginẽ Dei?
Veruntamẽ quia vtrunq; Deus fecit, rursum
Ephes. 4. idem Apostolus testis est, vbi dicit, Neq; mu
lier sine viro, neq; vir sine muliere in dño:
sicut enim mulier ex viro, ita & vir per mu-
lierem, omnia autem ex Deo. Quid ad hęc
dicit inepta fallacia hominum alienatorum
à vita Dei per ignorantiã, quę est in illis pro
pter cęcitatem cordis eorum, nisi in Aposto
licis literis, quod volumus, verum est: quod
1.Co.15. nolumus falsum est? Sic delirant Manichęi,
sed resipiscant, & non sint Manichęi. A qui-
bus si quęritur quando interiorem hominẽ
renouari ad imaginem Dei fatentur, & hoc
testimonium vltro etiã proferunt, tunc autẽ
dicit Faustus, quod Deus faciat hominem,
quando interior in Dei agnitionem renoua-
tur: vtrum eũ ipse fecerit, qui reficit: ipse con
diderit, qui renouat: respondebunt, ipse. Cui
responsioni eorum, si adijciamus quęrentes,
quando eũ formauerit, quẽ nunc reformat,
quã quęrent vbi se abscondãt, ne fabulę suę
dedecus aperire cogantur? Neq;.n. dicunt a
Deo formatũ vel cõditũ vel institutũ, sed de
substantia eius partem prorsus eius aduersus
I hostes missam: nec peccato inueteratum, sed
necessitate captiuatum & deformatũ ab ini-
micis, & cętera quæ iam tędet dicere. Ibi e-
nim & primum hominem commemorant,
non quem dicit Apostolus, de terra terrenũ,
sed nescio quem suum proprium ex arca mẽ
daciorum prosiliẽtem: de quo Faustus tacet
omnino, cum de homine sibi proposuerit
quęstionem, timens ne aliquo modo eis, cõ
tra quos disputat, innotescat.

LIBER XXV.


Austus dixit, Deus finẽ habet, aut
infinitus est? Si oratio vestra non C[...]
fallit, quæ dicit, Deus Abrahã, &
Deus Isaac, & Deus Iacob, habet Ex[...]
finẽ Deus, nisi forte alter est hic de quo per-
rogas, & alter quẽ oratis: alioquin circunci
sionis terminus, qui Abraham & Isaac & Ia- Ge.
cob à gentium cęterarũ societate designat,
etiã Dei ipsius circa eos terminat potestatẽ. K
Cuius autẽ finita potestas est, & ipse non ca-
ret fine. Deniq; & antiquorum quidem hac
ratione mentionem facitis, qui ante Abra-
ham fuerunt: Enoch dico & Noe & Sem, ac Ge.
reliquos eorum similes: quos fuisse quidem 6.
iustos in pręputio non negatis: sed quia ij-
dem circuncisionis insigni carebant ne ipso
rum quidem vultis esse Deum, sed solius
Abrahę & seminis eius. Igitur si est vnus &
infinitus Deus, quid sibi vult hęc inuocatio-
vestrę tam diligens & solicita cautio, vt non
contenti nominasse Deum, adijciatis, & cu-
ius, Abrahã scilicet & Isaac & Iacob: tanquã
in turba aliqua deorum erratura aut naufra-
gium passura vestra oratione, nisi ad signum
nauiget Abrahæ? Et hunc quidem certa de
causa Iudæos orare haud absurdum est, vt
pote circuncisos. Si enim circuncisionis se
inuocare designãt Deum, propter Deos prę-
putij: vos vero cur hoc ipsum faciatis, parũ
intelligo, cum minime geratis signum quod
habuerit Abraham, cuius vos inuocatis Deũ.
Vere.n. quod intelligi datur, cognitionis mu
tuæ causa, ne à se scilicet inuicem aberrarẽt,
notas sibimet huiusmodi alternis imposuisse
videntur Iudæi, ac Iudæorũ Deus: atq; ipse
quidem eos circuncisionis obscęno chara-
ctere signauit, quo vbicunq; terrarum fue-
rint, vbicunq; gentium, per circuncisionem L
tñ ipsius esse noscantur. Iidem vero suum vi
cissim Deum parẽtum suorum cognomine
signauerunt, quo vbicunq; & ipse fuerit, in
magna quãuis deorum frequentia, cũ Deus
Abrahã audierit, & Deus Isaac & Deus Ia-
cob, ptinus se inuocari cognoscat. Quod fe
rè in multis fieri solet, vnum habentibus no-
men, vt eorum nemo appellatus respondeat,
nisi audito cognomine. Sic nanque & pastor
atque armentarius pecoribus notas inurũt,
ne eorum quisque pro suo vsurpet alienum.

Quibus

Quibus quia & vos similiter facitis, Deum Abraham dicentes, & Deum Isaac & Deum Iacob, non solū finem ostēditis habere Deū, sed ꝙ sitis ēt vos ab eodem alieni, signi eius ac sacramenti expertes, ꝙ est viriliū mutila-
L tio, per quā idem suos agnoscit. Quapp hic si est Deus quē colitis, liquet ex hoc admodū ꝙ habeat finem. Si vero infinitum Deū esse vultis, huic vos ante renunciare necesse est, & oratione mutata erroris ꝑteriti vestri pęnitudinē gerere: & hoc quidem dictū est, vt de vestro vos vicisse videamur. Alioquin sūmum & verum Deū, vtrū sit idem infinitus necne, si q̄ritur, de hoc vero vos boni & mali contrarietas breuiter poterit edocere, qn̄quidem si nō est malū, profecto infinitus est Deus. Habet aūt finem, si malum est, constat aūt esse malū, non igitur infinitus est Deus, illic. n. esse mala accipiunt, vbi bonorū est finis. Augustinus respondit, Absit vt hoc vos quisquam interroget, qui vos nouit, aut de hac omnino re cum talib. disputet. Prius. n. estis a figmento carnalium corporaliumq; cogitationum pia fide, & quantulacunq; veritatis rōne mundandi, vt spiritalia quoquo modo & ex quantacunq; parte cogitare possitis. Quod quādiu nō potestis, hæresis quippe vestra nihil aliud nouit, quā & corpus & animā & Deū per locorū spatia vel finita vel infinita distendere, cū solum corpus talia occupet spatia, vel spatijs talib. occupetur: cōsultius feceritis, si vos huic q̄oni non cōmiscueritis, vbi nec docere potestis aliquid veri, sicut nec in cęteris: nec discere estis idonei, ꝙ fortasse potestis in cęteris, si superbi litigiosiq; nō sitis. Cum. n. quæri cęperit, q̄uo sit Deus finitus, quē nullus locus capit: q̄uo infinitus, quē totum filius nouit: q̄uo finitus, immensus: q̄uo infinitus, perfectus: q̄uo finitus, nullū habens modum: q̄uo infinitus, modus omniū, omnis cogitatio carnalis euanescit: & si vult se fieri ꝙ nondum est, prius ex eo ꝙ est erubescit. Quapropter hoc ꝙ nobis proponitis de Deo finito & infinito, melius
M tacendo finitis, donec a fine legis, quod est Xps, tam longe aberrare desinatis. De Deo aūt Abraham & Isaac & Iacob, cum ipse sit omnis creaturæ verus Deus, cur illo nomine se populo suo insinuare voluerit, iā quantū sat erat, diximus. De circuncisione ēt in superiorib. huius operis partibus contra calūnias imperitas sępe respondimus. Isti aūt signū in parte corporis congrua diuinitus datū, quo carnis expoliatio figurata est, si quēadmodū dictum sit, Omnia munda mundis, *Titum 1.*
Xpiana nō hæretica mente cogitarent, nullo modo irriderent. Sed quia verum est & ꝙ sequit, Immundis autē & infidelibus nihil est A
mundū, sed polluta sunt eorū & mens & cōscientia, ridentes eos, & dicaciter insultantes leniter admonemus, si secundū ipsos circuncisio turpis est, nō eos habere ꝙ ibi rideant, sed ꝙ lugeant: quia Deus eorum & illi particulæ quæ præciditur & illi sanguini qui distillat, illigatus & inquinatus admixtus est.

LIBER XXVI.


Faustus dixit, Iesus si natus non est, q̄uo mortuus est? Hoc iam *Cap. 1.*
sanè coniectura est. Coniecturis autem nemo, nisi quē probationes defecerint, vtitur. Respondebimus tamen etiam ad hoc, nec aliunde quam de his quæ credere soletis, afferentes exempla, quæ si vera sint, confirmabunt & nos: si falsa, destruent & vos. Dicis ergo, Quomodo mortuus est Iesus, si homo non *Mat. 27.*
fuit? Et ego abs te requiro, Helias quomo- *4. Reg. 2.*
do mortuus non est, cum fuerit homo? An huic mortali præter conditionem suam, licuit ius immortalitatis inuadere, Christo nō licuit mortali de morte, si necesse fuit, aliquid vsurpare? Et si Helias in æternum viuit contra naturam, Iesum ad triduum tantum, cur non magis contra naturam mori potuisse concedas: præsertim cum etiam hoc non solū de Helia credatis, sed & de Moyse atq; *Deu. 34*
Enoch, ꝙ sint immortales, & ipsi rapti cum *Gen. 5.*
corporib. suis in cęlū? Quapropter si hoc argumento recte colligitur Iesum fuisse hominem, quia mortuus est, poterit eodē nihilominus argumento colligi & Heliam nō fuisse hominem, quia mortuus non est. Falsum B
est aūt non fuisse Heliam hominem, quāuis immortalis credatur: falsum ęque erit iesum fuisse hominem, quāuis æstimetur mortuus. Et si mihi vera dicenti vis credere, vterq; eorum apud Hebręos falsam traxit opinionē: Iesus de morte & de immortalitate Helias: nam nec hic mortuus est, nec ille non mortuus: sed vos quod vultis, creditis: quod nō,

redigitis ad naturam. Quapropter si quid na
turæ propriũ sit, quæritur, illa quidẽ nec im
mortalẽ mori vult, nec non mori mortalem.
Si vero potestatẽ in Deo atq; homine ad effi
ciẽda quæ velint q̃rimus, magis puto Iesum
D mori potuisse, q̃ nõ mori Heliam. Maior.n.
potestas in Iesu quã in Helia. Et si tu impotẽ
tiorẽ contra naturæ licentiã leuas in cęlum,
consecrasq; perpetuitati, naturæ & cõditio-
nis eius oblitus, ego Iesum potuisse mori, si
voluit, cur non concedã, ẽt si vere mortẽ il-
lã fuisse, & non mortis figurã consentiam?
Vt.n. ab initio sumpta hominis similitudine
oẽs humanæ conditionis simulauit affectus:
sic ab re non erat, si in fine quoq; consignan
dæ œconomiæ gratia fuisset visus & mori.
Cap. 2. Præterea illud quoq; cõmemorandũ, quia
si quid cuiq; per naturã liceat, quæritur, cir-
ca omnia id quæri deberet, q̃ Iesus gessit, nõ
Ioan. 9. circa mortẽ tantũmodo ipsius. Nam & cęcũ
a natiuitate lumen videre natura non sinit,
ꝙ tñ Iesus potenter operatus vr̃. Ergo huius
Mat. 9. & 12. generis cęcos illuminasse adeo, vt Iudęi ipsi
exclamarẽt, ab initio seculi nunquã fuisse vi
Ioan. 11. sum, vt aliquis aperuisset oculos cęci nati:
manũ aridam sanasse, vocem ac verbum pri-
uatis his per naturam, redonasse: mortuis &
in tabem iã resolutis corporib. cõpage red-
dita, vitalẽ redintegrasse spiritum, quẽ non
ad stuporem adducat: & cogat quodãmodo
minime credere, cogitãtẽ quid liceat, quid-
ue non liceat per naturam? Quæ tñ omnia
nos cõiter facta ab eodẽ credimus Christia-
ni, non consideratione iam naturæ, sed pote
Lucæ 4. statis tñ, & virtutis Dei. Legitur id quoq; ꝙ
de supercilio mõtis iactatus aliq̃n a Iudęis,
illęsus abierit. Qui ergo de sublimi monte
præcipitatus, mortuus non est, quia vtiq; no
luit, cur nõ potuerit ẽt mori cum voluit? Et
hoc quidem nunc a nobis ita responsum sit,
E quia vobis placet argumentari, & arma tẽta
tis aliena, dialectice disputare volentes: alio
quin nobis nec Iesus mortuus est, nec est im
Cap. 3. mortalis Helias. August. r̃ndit, Quicquid de
Gen. 5. Enoch & de Helia & de Moyse scriptura san
4. Reg. 2. cta, certis & magnis suæ fidei documentis in
Deu. 34. suo * culmine authoritatis locata, testatur,
Al. l. summo. hoc credimus, non quod Faustus nos crede-
re suspicatur. Quid sit autem secundum na-
turam, quid contra naturã, homines, qui si-
cut vos errant, nosse non possunt. Dici autẽ
humano more contra naturam esse, ꝙ est cõ
tra naturæ vsum mortalibus notum, nec nos
negamus: sicut illud est ꝙ Apostolus ait, Si Rom.
tu ex naturali incisus oleastro, & contra na-
turã insertus es in bonã oliuã: id esse contra
naturã dixit, ꝙ est contra consuetudinẽ natu
ræ, quã notitia humana cõprehendit: vt olea F
ster insertus in olea, nõ oleastri baccas, sed
oliuæ pinguedinẽ ferat. Deus aũt creator & Sap.
cõditor omniũ naturarũ, nihil cõtra naturã
facit: id.n. erit cuiq; rei naturale, ꝙ ille fece-
rit, a quo est omnis modus, numerus, ordo
naturæ. Sed nec ipse homo contra naturam
quicquã facit, nisi cũ peccat, qui tñ suppli-
cio redigitur ad naturam: ad naturalẽ quip-
pe iustitiæ ordinẽ pertinet, vt aut peccata nõ
fiant, aut impunita esse non valeant, quodli-
bet horũ fit, naturalis ordo seruatur: si nõ ab
anima, certe a Deo. Vexãt.n. peccata cõsciẽ
tiam, ipsiq; animo nocent, cum luce iustitiæ
peccando priuatur, ẽt si non consequantur
dolores: qui vel corrigendis ingeruntur, vel
nõ correctis vltimi reseruantur. Sed contra
naturã nõ incongrue dicimus aliquid Deum
facere, ꝙ facit contra id ꝙ nouimus in natu-
ra. Hanc.n. ẽt appellamus naturã, cognitum
nobis cursum solitumq; naturę, cõtra quem
Deus cũ aliquid facit, magnalia vel mirabi-
lia nominantur. Contra illã vero summã na
turæ legem, a notitia remotã, siue impiorũ,
siue adhuc infirmorũ, tã Deus nullo modo
facit, quã contra seipsum nõ facit. Spiritalis
aũt eademq; rationalis creatura, in quo ge-
nere & aĩa humana est, quãto amplius illius
incõmutabilis legis lucisq; sit particeps, tan
to magis videt quid fieri possit, quidve non
possit: quanto autẽ remotior inde fuerit, eo
magis miratur insolita, quo minus cernit fu-
tura. Ac per hoc quid de Helia factũ sit, nesci Cap.
mus: hoc de illo tñ credimus, ꝙ verax scri-
ptura testatur. Illud sanè scimus, hoc de illo
factũ, ꝙ Dei voluntas habet: ꝙ aut Dei volũ-
tas non habet, fieri de quoquã omnino non G
posse. Proinde si mihi dicatur posse fieri, vt
caro, verbi gratia, huius vel illius hominis
in corpus cęleste mutetur, concedo fieri pos
se, sed vtrũ futurũ sit nescio: & ideo nescio,
quia quid habeat de hac re Dei voluntas, me
latet: illud me tñ non latet, sine dubio futurũ
si hoc Dei voluntas habet. Porro si audiã, ꝙ
aliq̃d futurũ erat, sed fecit ne fieret: firmissi-
me

me respõdebo, illud potius futurum erat ꝙ Deus fecit, non illud, ꝙ si futurum esset, hoc non fecisset: nã Deus ꝙ facturus erat, vtique sciebat: & ideo simul sciebat illud futurũ nõ fuisse, ꝙ ne fieret facturus erat: & proculdubio potius verũ est ꝙ scit Deus, q̃ ꝙ opinatur homo: vnde tam non põt futura non fie-
G ri, q̃ non fuisse facta præterita: qm̃ non est in Dei voluntate, vt eo sit aliquid falsum quo verũ est. Quapropter omnia quæ vere futura sunt, sine dubio fient: si aũt facta non fuerint, futura non erant: ita omnia quæ vere ꝑterita sunt, sine dubio præterierunt. Quisquis itaq; dicit, Si omnipotens est Deus, faciat vt quæ facta sunt, facta non fuerint, non videt hoc se dicere, Si omnipotens est, faciat vt ea q̃ vera sunt, eoipso quo vera sunt falsa sint. Potest.n.facere, vt aliqd nõ sit ꝙ erat: tũc.n. facit vt nõ sit, qñ id esse iuenerit de quo fiat: velut cũ aliquẽ, qui cœpit esse nascẽdo, facit non esse moriẽdo: hoc.n.factum inuenit, de quo fieret. Quis aũt dicat vt id, ꝙ iam nõ est faciat non esse? Quicquid.n.præteritum est, iam non est: ꝙ si & de ipso fieri aliquid potest, adhuc est de quo fiat. Et si est, qũo præteritum est? Non ergo est, ꝙ vere dicimus fuisse: sed ideo verum est illud fuisse, quia in nostra sñia verum est, non in ea re quæ iam nõ est. Sñia quippe, qua dicimus aliquid fuisse, ideo vera est, quia illud de quo dicimus, iam non est. Hanc sñiam Deus falsam facere non põt, quia non est contrarium veritati. Quod si quæras, vbi sit hæc vera sententia, prius in uenitur in animo nostro, cũ id verũ scimus & dicimus. Sed si & de animo nostro ablata fuerit, cũ id ꝙ scimus obliti fuerimus, manebit in ipsa veritate. Semper.n.verũ erit fuisse illud ꝙ erat, & non est: & ibi verum erit iã
H fuisse ꝙ erat, vbi uerum erat antequam fieret futurũ esse ꝙ nõ erat. Huic ueritati Deus non potest aduersari in quo est ipsa summa & incommutabilis ueritas, quo illustratur, ut sit, quicquid in quorumq; animis & mentibus uerum est: omnipotentẽ aũt Deũ non ita dicimus, ac si eũ ẽt mori posse credimus: & quia hoc non põt, ideo non' sit dicendus omnipotens. Ille planè omnipotens uere solus dr̃, quia uere est, & a quo solo est, quicquid aliquo modo est uel spiritale uel corporale: quia uniuersa creatura sua utitur ut ei placet. Placet aũt illi secũdũ ueram incõmutabilemq; iustitiã, ꝙ ipse sibi est, omnia mutabilia, cũ ipse sit incõmutabilis, cõmutare pro meritis siue naturarum siue factorũ. Nunquid ergo dicturi sumus, ꝙ Helias, cum esset creatura, mutari nõ posset, qui esset humano generi insolitus, secũdũ Dei omnipotentis uoluntatem? Quis hoc uel stultissimus dixerit? Cur ergo ꝙ de illo in scriptura uerissima positũ est, non credamus, nisi putemus hoc solum posse facere Deũ, ꝙ uidere I
consueuimus? Sed si homo fuit, inquit, Helias, & potuit non mori, cur Christus cum homo non fuerit, non potuerit mori? Tale est, ac si quisquã diceret, Si potuit natura hominis in aliquid melius cõmutari, cur Dei natura in deterius non potuerit? Stulte, quia hominis est natura mutabilis, Dei aũt incõmutabilis. Possit.n.& aliquis pariter insanissimus dicere, Si homini põt donare, ut regnet in æternũ, cur non & sibi facere ut dãnetur in æternũ? Non hoc, inquit, ego dico: sed triduanã saltem mortẽ Dei, æternæ uitæ hominis cõparo. Plane si sic acciperes triduanã mortẽ Dei, ut caro in illo moreret̃, quã de mortalium genere assumpsit, uerũ saperes: nã istã triduanã Xp̃i mortẽ ꝑ ꝑ æternã uitam hominum factam, ueritas Euangelica prædicat. Cum aũt uelis triduanã mortem, nulla mortali assumpta creatura, in ipsa diuina natura ideo non absurde credi, quia põt humana natura immortalitate donari, profecto sic desipis, qũo qui nec Deũ nosti, nec dona Dei. Deinde qũo illud, ꝙ supra posui, nõ dicis ac sentis, Deũ sibi fecisse unde dãnetur in æternũ, qñ pars illa Dei uestri in globo in perpetuũ configetur? An & hoc dicturus es, quia pars lucis lux est, & pars Dei Deus K
nõ est? Postremo ut sine ulla ratiocinatione & plana fidei ueritate a nobis audiatis, cur Heliam hominem natum, raptũ esse diuinitus de terra credamus: Christũ aũt & ex uirgine uere natũ, & in cruce uere mortuum? Hæc ideo credimus, quia & illud de Helia, & hoc de Christo sancta scriptura testatur, cui nemo pius, nisi qui credit: impius nemo, nisi qui non credit. Illud aũt de Helia uos negatis, quia omnia simulatis: De Christo autẽ ꝙ nasci non potuerit, & mori non potuerit, nec uos dicitis: sed eius ex uirgine natiuitatẽ nullam, mortem autem in cruce falsam fuisse contenditis: hoc est ẽt ipsam nullam, sed ad

Marginal notes: Cap.6. — 4. Reg.2. Mat.1. & 27.

ad ludificandos humanos oculos simulatã, ad nihil aliud, nisi vt ab eis qui ista crediderint, ẽt vobis omnia mentientibus ignoscat.
Cap. 7. Quis aũt, vobis proponat, ꝙ sibi quasi ex ꝑsona catholica Faustus proponit, Iesus si natus non est, quõ mortuus est, nisi qui parum considerat ipsum Adam & natũ non esse, &
Gen. 1. & 5. tñ mortuum esse? Si voluisset ergo filius Dei inde sibi humanam carnem veramq; formare, vnde formauit & illi primo homini, qm̃ M
omnia per ipsum facta sunt, quis eũ non po-
Ioan. 1. tuisse audeat affirmare? Si denique de cęlesti vel aerea vel humida creatura corpus assumptum vellet cõmutare in humanæ carnis verissimam qualitatẽ, in qua & viuere vt mortalis homo posset & mori, hoc eum potuisse facere, quis omnipotentem omnipotentis filiũ negare auderet? Postremo si voluisset de nullis elementis corporeis, quæ per eũ creata sunt, corpus assumere, sed prorsus ex nihilo sibi creare veram carnẽ, sicut per eũ creata sunt cuncta quæ non erant, quis nostrum contradicere, quis nostrũ fieri non potuisse cõtenderet? Non ergo ideo credimus natũ ex virgine Maria, ꝙ aliter in vera carne existere atq; hominib. apparere non posset, sed quia sic scriptum est in ea scriptura, cui nisi crediderimus, nec Christiani, nec salui esse poterimus. Credimus ergo ex Maria virgine natum Christum: quia sic scriptũ est in Euan-
Mat. 1. & 27. gelio, Credimus crucifixum & mortuũ: quia sic scriptum est in Euangelio, Et vere natum & vere mortuũ, quia veritas est Euangeliũ. Cur aũt illa omnia in carne ex vtero fęminæ assũmpta, pati voluerit, summa cõsilij penes illum est. Siue ꝙ vtrunq; sexum, quẽ creauerat, ẽt hoc modo cõmendandum honorandumq; iudicauit, assumendo formã viri, & nascendo de fęmina: siue aliqua alia causa, quænã illa sit, non temere dixerim. Illud tñ fidenter dicam, nec aliter factũ esse, q̃ Euangelica veritas docuit: nec aliter fieri oportuisse, q̃ Dei sapientia iudicauit. Euangelij fidem omnibus hæreticorum disputationibus anteponimus, consiliũ aũt sapientiæ Dei, supra
A omne consiliũ creaturæ cuiuscunque laudamus. Tñ Faustus, vt sibi credamus, hortatur dicens, Etsi mihi vera dicẽti vis credere, vterque eorũ apud Hebręos falsam traxit opinionem: Iesus de morte & de immortalitate Helias: cũ paulopost dicat, Vt.n. ab initio sumpta hominis similitudine, oẽs humanæ conditionis simulauit affectus, sic ab re nõ erat, si in fine quoq; cõsignandæ œconomiæ gratia fuisset visus & mori. Homo pessime ac fallacissime, quõ tibi ego credam, quasi vera dicenti, cũ Christum dicas mortẽ potuisse mentiri? Ergo ille mẽtiebatur, qñ dicebat, B
Luc. Oportet filium hominis occidi, & tertia die
Mat. resurgere: & tu non mentiris, & dicis, vt tibi
Ibide vera dicenti credamus? Veracior ergo Pe-
Mar trus, qñ ei dixit, Absit dñe, non fiet istud: & vnde meruit audire, Redi retro Satanas. Et ille quidem non hoc infructuose audiuit, qui eam postea veritatem mortis Christi, vsque ad suam mortem correctus perfectusq; prædicauit. Verũ si ille, quia tantũ putauit xp̃m non moriturum, audire meruit, Satanas: tu quid mereris audire, qui nõ solũ negas mortuum, sed ẽt dicis mortem fuisse mentitum? Sed ideo, inquit, mortem quoque simulasse credendus est, quia omnes humanæ conditionis simulauit affectus. Quis.n. tibi hoc cõtra Euangelium cõcessurus est, ꝙ omnes humanæ conditionis simulauit affectus? Prorsus dixit Euangelista, Dormiuit Iesus: dixit, Mat.
8. & esuriuit, contristatus est, exhilaratus est, & si
Luc. qua talia omnia vera sunt, quæ ita narrata sunt, vt non eum simulasse, sed planè fecisse vel exhibuisse conscripta sint: sanè non necessitate conditionis, sed magisterij voluntate, & diuina ẽt potestate. Nam homo plerunque etsi nolit, irascitur: & si nolit, contristatur: & si nolit, dormit: & si nolit, esurit ac sitit, ille aũt omnia ista fecit, quia voluit. Sic ẽt nascuntur homines atq; patiuntur, nõ quia nolunt, nec ꝙ volunt: ille autem etiam ista quia voluit. Tamen uera hæc & de illo fideliter ueraciterq; conscripta sunt, ut & quisquis Euangelio eius crediderit, ueritate instruatur, non mendacijs illudatur.

LIBER XXVII.



Austus dixit, Si natus non est Iesus, nec passus est: si autem passus est, ergo & natus est. Non nobis expedit, mihi credite, in his rebus cõsequentiã quærere naturæ, alioquin infirmabitur omnis vestra C
fides. Nam & uos Iesum ex uirgine natum, Mat.
sine uirili coitu creditis: & si ex consequentibus

tibus priora probanda sunt, erit hoc falsum. Poterit enim & vobis responderi in hunc modum: quia si natus est ex fęmina Iesus, ergo & seminatus ex viro est. Si vero seminatus ex viro nō est, ergo nec natus ex fœmina est. Potuit autē, vt vos creditis, nasci non satus: quare ergo non potuerit & pati non partus? Augustinus respondit, Nemo tibi proponit quod tibi proponis, nisi imperitus quem
D decipis, non instructus a quo cōuincaris. Nā Iesus & nasci potuit non satus, & pati nō partus, sed vnum horum voluit, alterum noluit. Nasci enim non satus voluit, pati autem non partus noluit: quia partus est passus. Dicis mihi, Vnde scis? Quia hoc in euangelio veritatis lego, Si autem tibi dicam, vnde scis ista quæ dicis, Manichæi mihi opponis authoritatem, & dici esse in euāgelio falsitatem. Ego autem Manichęo ista dicenti non crederem, nec si non mihi Christum mentitum esse laudaret. Quod quidem in Christo non inuenit, sed quid ipse diligat, prodit.

LIBER XXVIII.

Cap. 1. FAustus dixit, Sed non poterat mori, nisi natus esset. Et ego respondeo. Nec nasci poterat, nisi Deus non esset: at si potuit & Deus esse & nasci, quare non & non nasci potuerit & mori? Vides ergo vtile satis non esse, in his consequentiam quærere, aut argumentis inniti, cū de rebus agitur quæ pertineant ad Iesum. Sed quærendū potius est, quid ipse de se, quidve Apostoli sui de eodē prædicarint. Ipsaq; adeo pertractāda genealogia est, & videndum si sibi conueniat, non ex coniectura passionis, natiuitatis eius exquirere veritatē: quia & pati non natus potuit, & natus minime pati, præsertim ipsis fatentibus Deo esse
E impossibile nihil: quod erit & ipsum falsū, si hoc constiterit, non potuisse mori non natum. Augustinus respondit, iterum ac sępe tibi proponis, quod non audis ab eis a quibus confutaris. Nemo tibi dicit, Non
Cap. 2. poterat mori, nisi natus esset: quia mortuus est Adam, quamuis natus non fuisset: sed dicitur tibi, Natus est, quia hoc sanctum Euangelium, non nescio quis hæreticus loquitur: mortuus est, quia hoc in sancto euangelio, non in libro alicuius hæretici legitur. Sed tu qui prohibes argumētari, cum de rebus agitur, quę pertinent ad Iesum: quęrendum censes quid ipse de se quidve Apostoli sui de eodem prædicarint: cum cępero Matthæi Euāgelium recitare Apostoli eius, vbi narratio natiuitatis eius tota contexitur, continuo di- F
ces illam narrationē non esse Matthæi, quā Matthęi esse dicit vniuersa ecclesia, ab Apostolicis sedibus vsque ad præsentes episcopos, certa successione perducta. Tu mihi q̄d contra lecturus es? Aliquem forte librum Matthæi, vbi Iesus negatur esse natus ex virgine. Sicut ergo ego credo illum librum esse Manichęi, quoniam ex ipso tempore, quo Manichęus viuebat in carne, per discipulos eius certa successione præpositorum vestrorum ad vestra vsque tempora custoditus atque perductus est: sic & istum librum crede esse Matthæi, quęm ex illo tempore, quo Matthęus ipse in carne uixit, non incorrupta serie temporum, Ecclesia certa connexionis successione vsque ad tempora ista perduxit. Et dic mihi, cui libro potius credere debeamus, eiusne Apostoli, qui Christo, cū adhuc in terra esset, adhæserat: an nescio cui Persę, qui tanto post natus est? Sed alium forte profers librum, qui nomen habeat alicuius Apostoli, quem a Christo constat electum, & ibi Christum natum ex Maria non esse lecturus es. Cum ergo necesse sit alterum horum librorum esse mendacem, cui nos potius censes fidem accommodare debere? Eine, quem illa ecclesia ab ipso Christo inchoata: & per Apostolos prouecta certa successionum serie vsque ad hęc tempora toto terrarum orbe dilatata, ab initio traditum & conseruatū agnoscit atq; approbat: an ei, quem eadē ecclesia incognitū probat, cū etiā proferatur ab hominibus ita veraci- Cap. 3.
bus, vt Christū laudent esse mentitū. Hic di- 2. Reg. 7.
cturus es, genealogia ipsa consideretur duo- Supra li.
rum euangelij librorum vtrū sibi conueniat. 3. cap. 3.
Iam hinc alibi in hoc opere diximus, q̄ dicē- G
dū fuit. Neq; n. vos mouet, nisi quemadmodū duos patres potuerit habere Ioseph. Q̄d si cogitantibus non occurrisset vnus qui genuit alius qui adoptauit, nec sic facile debuistis aduersus tantam authoritatē pręproperā proferre sententiā. Nūc vero si vel admoniti cogitatis quam hoc fieri potuerit Euangelio similiter credite, & vos potius tam male ac peruerse-

peruerse argumentari desistite. Quod autem
Cap. 4. putat quærendum esse Faustus, quid de se Ie-
sus ipse prędicauerit, cui non iustū uideatur?
Sed nunquid hoc sciri pōt, nisi discipulis e-
ius narrātibus? Quibus si nō creditur annun-
ciantibus, ꝙ de virgine natus sit, quomodo
eis fides habebitur, annunciantibus ꝙ de se
H ipse prędicauerit? Si.n. prolatę fuerint aliquę
literæ, quæ nullo alio narrāte, ipsius proprie
Christi esse dicantur: vnde fieri potuerat, vt
si vere ipsius essent, non legerentur, nō acci-
perentur, nō pręcipuo culmine authoritatis
eminerent in eius ecclesia, quæ ab ipso per
apostolos succedentibus sibimet Episcopis,
vsq; ad hæc tēpora propagata dilatatur: mul
tis in eā iā completis, quę ante prædicta sunt,
& vsq; in finem quę restant, sine dubio futu-
ris atq; venturis, quia, & illæ literę si profer-
rentur, vtiq; considerandū erat à quibus pro
ferrentur. Si ab ipso illis primitus sine dubio
proferri potuerūt, qui tūc eidē cohęrebant,
& per illos etiā ad alios peruenire. Quod si
factū esset, per illas quas cōmemoraui prępo
sitorū & apostolorum successiones confir-
matiua authoritate clarescerent. Quid est er-
go tam demens, qui hodie credat esse episto
lam Christi, quam protulerit Manichęus, &
nō credat facta vel dicta esse Christi quæ scri
psit Matthæus? Aut si etiam de matthęo, vtrū
ipse ista scripserit dubitat, de ipso quoq; Mat
thęo non potius id credat, quod inuenit in
ecclesia, quę ab ipsius Matthæi temporibus
vsque ad temporis certa successionum serie
declaratur: & credet nescio cui, ex transuer-
so de Perside, post ducentos amplius annos
venienti, & suadenti vt illius potius, q̄d Chri
stus dixerit feceritq; credatur: cum ipse apo-
stolus Paulus post ascensionem dñi de cęlo
vocatus, si non inueniret in carne Apostolos
quibus cōmunicando, & cum quibus cōferē
do euangeliū, eiusdē societatis esse appare-
ret, ecclesia illi omnino non crederet? Sed
cum cognouisset eum hoc annunciantem,
I quod etiam illi annunciabant, & in eorum
communione atq; vnitate viuentem, accedē
tibus etiam per eum talibus signis, qualia &
illi operabantur: ita eum domino commen
dante, meruit authoritatem, vt verba illius
hodie & audiantur in ecclesia, tanquam in il
lo Christus, sicut ipse verissime dixit, locu-
tus audiatur. Et putat Manichæus credi sibi
debere ab ecclesia Christi, loquenti contra
scripturas, tanta & tam ordinata authorita- G
te firmatas: per quas ei pcipue cōmendatum
est, vt quisq̄s illis annūciauerit, pręterquā ꝙ
accepit, anathema sit. Sed rationē, ĩnq̄t, profe
ro, qua demōstrē scripuris illis non esse cre-
dendum. Certe nō argumētaris, & tñ in ipsa
quoq; argumentatione superaris. Ad hoc.n.
redigitur omnis argumentatio tua, vt ad ex-
tremū credat anima, ideo se in hoc mundo K
esse miserā, quia miseria sua Deo suo subue
nit, ne ille regno priuaretur: eiusq; naturam
atq; substātiā vsqueadeo esse mutabilē, cor-
ruptibilē, violabilē, coinquinabilem, vt pars
eius quędā nec mundari valeat, & ab ipso,
qui eā sciens innocentē de suis visceribus, ni
hilq; apud se peccantē, tantę cōtaminationi
permiscuit, ęterno globi supplicio puniatur.
Iste finis est omniū argumentationū, fabula-
rumq; vestrarū, quarum vtinā sit finis, sed in
corde & in ore vestro, vt aliqñ tam execrā-
das blasphemias credere ac dicere desinatis.
Sed ex ipsis, inquit, literis probo, quā eis nō
vbiq; credendū sit, qm̄ cōtraria vbiq; loquū
tur. Cur non ergo dicis potius nusquam eis
esse credendū, tanquā inconstantibus seseq;
impugnantibus testibus? Sed hoc, inquit, de
ligo quod consentaneū video veritati. Cui
veritati? Fabulę, s. tuę, habenti in capite bel-
lum Dei, in medio contaminationem Dei,
in fine damnationem Dei. Et nusquam, in-
quit, creditur literis sibimet aduersus atque
contrarijs & ideo tibi hoc videtur, quia non
intelligis: nam & quicquid protulisti, quod
tale videretur, demonstratum est quam non
intelligas: & quicquid protuleris demōstra-
bitur. Nulla ergo causa est, quare illis literis,
tanta authoritate pręditis, non credamus: &
planè ista maxima causa ē, cur eos, qui aliud
annunciant anathematizemus.

LIBER XXIX.



Austus dixit, Ergo magia erat, L
qđ visus ac passus est, si natus Cap.
nō est. Eadē in te vicissim argu
mentatio retorquetur, vt ma-
gia & illud fuerit, quod vtero
portatus, aut quod æditus sit, si seminatus
non fuit. Extra legem naturæ esse constat vir-
ginem peperisse, multoque magis inuentam
etiam

etiam poſt partum virginem. Quare ergo &
hoc p̃ter naturam non vis vt contigerit, pati
eũ potuiſſe volentem, ſine ſorte natiuitatis?
Mihi crede quantũ ad rem attinet, vtrique in
hoc naturæ contraria profitemur: ſed hoc in
tereſt, ꝙ nos honeſte, vos turpiter. Nos paſ-
ſionis eius rationẽ aliquã reddimus & proba
M bilẽ, vos natiuitatis aut nullã præſtatis, aut
falſam. Deniq; nos ſpecie tenus paſſum con
fitemur, nec vere mortuũ: vos ꝓ certo puer-
perium fuiſſe creditis, & vtero muliebri por
tatũ. Aut ſi ita non eſt, fateamini & vos quia
hoc ẽt imaginarie ſit factũ, vt videretur na
tus, & omnis nobis erat profligata cõtentio.
Nã illud quidem, ꝙ ſæpe affirmare ſoletis,
neceſſario eũ eſſe natum, quia aliàs homini-
bus videri aut loqui non poſſet, ridiculũ eſt,
ẽt multoties, vt iã probatum a veſtris eſt, an-
geli & uiſi hominibus & locuti eſſe monſtrẽ
. 2. tur. Auguſtinus rñdit, Non uobis dr̃ magia
eſſe, vt qui natus non fuerit, moriatur, nam
hoc in Adam factum eſſe iam ſupra cõme-
morauimus: ſed & ſi nũquam fuiſſet, & dñs
Xp̃s ita uenire uoluiſſet, ut non ex uirgine
aſſumpta, ſed tñ in uera carne apparens, non
uera morte redimeret, quis eũ non potuiſſe
dicere auderet? Sed illud melius erat, ꝙ fecit,
ut ẽt de uirgine naſceretur: & utrunq; ſexũ,
pro quo liberando moriturus erat, dignare-
tur ẽt cõmendare naſcendo, maſculino ſuo
corpore ex fęmina procreato: contra uoſip-
ſos maxime facto ipſo loquens, uoſque ſub-
uertens, qui maſculum & fęminam, nõ Dei,
ſed diaboli opus eſſe prædicatis. Sed illud eſt
ꝙ magiæ ſimile dicimini aſſerere, ꝙ paſſio-
nem mortemq; eius ſpecietenus factam &
fallaciter dicitis adumbratã, ut mori uidere-
tur qui non moriebatur. Ex quo fit, ut eius
A quoq; reſurrectionẽ umbraticã imaginariã,
fallacemq; dicatis. Neq;.n. eius, qui non ue-
re mortuus eſt, uera eſſe reſurrectio põt: ita
fit, ut & cicatrices diſcipulis dubitantibus fal
ſas oſtenderit: nec Thomas ueritate cõfirma
tus, ſed fallacia deceptus clamaret, Dñs meus
L Cap. n. 20. & Deus meus: & tñ pſuadere conamini, lin-
gua uos loqui uerũ, cũ Xp̃m dicatis toto cor
pore fuiſſe mentitũ. Hæc ſunt quæ uobis ob-
ijciuntur, qui talẽ Xp̃m uobis finxiſtis, cuius
diſcipuli ueri nõ ſitis, niſi mendaces uos quo
que fueritis. Non aũt ideo magia uideri põt,
nata ex uirgine hominis caro, quia caro Xp̃i
ſola ita nata eſt: ſicut nec illa magia eſt, quia
ſola Xp̃i caro die tertio reſurrexit, nunquam
ulterius moritura. Alioquin omnia miracula
Dei magica erũt, quia ſingulariter facta sũt:
ſed uere facta ſunt, uerumq; oſtenderunt, nõ
oculos hominum pſtigijs fallacib illuſerũt.
Quæ quidẽ contra naturam plerunq; appel-
lantur: non ꝙ naturæ aduerſentur, ſed ꝙ na-
turæ modũ, qui nobis eſt uſitatus, excedant. B
Repellat ergo dñs a paruulorũ ſuorũ menti
bus, ꝙ quaſi admonendo Fauſtus perſuadere
conatus eſt, ut ẽt nos imaginariam, non ue-
ram natiuitatẽ Xp̃i profiteamur, atq; ita in-
ter nos omnis contentio finiatur: imo uero
maneat nobis aduerſus illos potius pro ueri
tate certamẽ, q̃ cum illis in falſitate concor-
dia. Veruntñ, quæro ab eis, ſi noſtra conten- Cap. 3.
tio terminatur, cũ hoc dixerimus, cur hoc ip
ſi non dicunt: cur ipſi mortem non ueram,
ſed imaginariam Chriſti affirmant: natiuita-
tem aũt non ſaltem talẽ, ſed prorſus nullam
dicere delegerunt, Si authoritatis Euangeli-
cæ pondere erubuerunt, & ideo non auſi sũt
Chriſtum non ſaltem imaginarie paſſum di-
cere, natiuitatem quoq; eius eadem Euange-
lica teſtatur authoritas. Et.n. duo Euangeliſtę Mat. 1.
ipſum partum Mariæ narrauerunt, nullus tñ Luc. 2.
Euangeliſtarum tacuit, ꝙ habuerit matrem
Ieſus. An ideo piguit ẽt hoc p̃iudicare ſimu-
latũ, quia generationes alias Matthęus, alias
Lucas exequitur, unde uidentur non ſibi cõ-
uenire? Sed da hominem qui non intelligat,
putabit ẽt in multis, quæ ad Chriſti paſsionẽ Mat. 3.
pertinent, Euangeliſtas ſibi non cõuenire: Ioan. 2.
da uero qui intelligat, & ubiq; conueniunt.
An quia mortem ſimulare honeſtum eſt, na-
tiuitatem autem ẽt ſimulare turpe eſt? Cur er
go nos hortatur hoc confiteri quo poſsit no
ſtra contentio profligari Vnde ergo mihi ui
deatur natiuitatem Chriſti, nec ſaltem ſicut
mortem ſimulatam, ſed prorſus nullam præ C
dicare uoluiſſe, in conſequenti ſermone ap-
parebit, ubi alteri reſpõdebimus quæſtioni.
Abſit aũt ut ſit in membris ſanctorum etiam Cap. 4
genitalibus aliqua turpitudo. Dicuntur qui- 2. Reg. 7.
dem inhoneſta, quia non habent eam ſpeciẽ
decoris, quam membra quæ in promptu lo-
cata ſunt. Sed uidete quid dicat Apoſtolus,
cũ ex ipſa membrorum corporis noſtri uni
tate atque cõpage, charitatem perſuadet ec-
cleſiæ. Multo magis, inquit, quæ uidẽtur mẽ-
bra

bra corporis infirmiora esse, necessaria sũt, & quæ videntur viliora esse corporis, ijs abũdantiorem honorẽ circũponimus, & q̃ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatẽ habent: quę aũt honesta sunt nostra, nõ opus habent: sed Deus tẽperauit corpus, ei cui deerat maiorem honorẽ dans, vt nõ essent scissuræ in corpore. Illicitus itaq; & temperãtię legibus nõ subiectus, membrorum illorum vsus est turpis: non ipsa membra, quæ non solũ in excellenti integritate cęlibes & virgines seruant, sed ipsi coniugati sancti patres ac matres, sic eis generationi tantũmodo cõsulentes vtebãtur, vt ille naturalis motus nullo modo turpis esset, qui non libidini, sed rationi seruiret. Quanto magis ergo in sancta virgine Maria, quæ Christi carnem fide concepit, nihil habuerũt turpitudinis membra, quæ nec humano licitoq; conceptui, sed diuino tñ partui seruierunt? Merito planè sic honestata, vt nobis Christũ, quem cordibus integris credendo conciperemus, & confitẽdo quodãmodo pareremus, etiam corporaliter seruata integritate transfunderet. Nullo modo.n. Xpi matrem nascendo faceret deteriorẽ, vt cui munus fęcunditatis attulerat, decus virginitatis auferret. Hæc veraciter, non fallaciter facta sunt, sed noua sunt, sed insolita sunt, sed contra naturæ cursum notissimũ sunt, quia magna, quia mira, quia diuina: & eo magis vera, certa, firma. Et angeli, inquit, visi, & locuti sunt, quamuis nati non fuerint: quasi nos dicamus Christum, nisi nasceretur ex fęmina, nec loqui potuisse. Potuit, sed noluit: & hoc melius est ꝙ voluit. Hoc autem eum voluisse ideo certum est, quia hoc fecit qui nihil necessitate, sicut Deus vester faceret: sed omnia voluntate. Hoc vero eum fecisse, ideo non dubitamus, quia non cuiquã hæretico, sed eius Euangelio credimus.

E

LIBER XXX.

Cap. 1.
1. Tim. 4.



Faustus dixit, De vobis iãdudũ Paulus scripsit, quia discedent quidã a fide, intẽdentes spiritib. seductorijs, doctrinis dœmoniorũ, in hypocrisi loquẽtes mendaciũ, cauteriatã habentes conscientiam suã, prohibentes nubere, abstinentes a cibis, quos Deus creauit ad percipiendũ cũ gratiarum actione fidelibus. Nũquam planè tibi ego hæc ab Apostolo dicta esse consenserim, nisi antea confitearis ipse, Moysen & Prophetas doctrinas attulisse dœmoniorũ, & seductorij spiritus ac maligni fuisse interpretes, qui à porcina & cęteris carnib. quas immundas vocant solicite doceant abstinendum. De his ergo primo deliberandũ vobis est, & diu multumq; cogitandũ, & quid debeat accipi, in Deone ipsi hæc, an in dęmonio locuti videantur. Hac.n. tenus, aut Moyses & Prophetæ nobiscum damnati erũt, aut & nos cum illis absoluti. Neque.n. iusta hęc nunc vestra sententia est, vt nos quidem, qui solum in plebe sacerdotale hominũ genus, censeamus a carnibus abstinere debere dœmoniorum doctrinæ videamur vobis affectatores: vestros verò Prophetas, atq; ipsum adeo Moysen, qui primus non antistibus solum, sed omni confuse hominum cętui suilla interdixerit, & leporina, & hericina carne, & sepijs ac lolliginibus, cęterisq; generibus piscium carentibus squama, non in spiritu seductorio hoc, nec in doctrina dęmoniorum, sed in Deo potius, & in sancto spiritu locutos esse arbitremini. Igitur vt hoc tibi interim Paulum dixisse cõcedam, victus tñ abs te non ante fuero, quam tu Moysen dãnaueris & Prophetas, vt ꝙ ratione conuictus & veritate, nunquam fortasse fecisses, id nũc ventris causa facere videaris, blasphemare Moysen. Est vero & aliud de tribus pueris apud nos in Daniele, per ꝙ vehemẽter perinde confundemini, si istud constiterit, a cibis abstinere, dęmoniorum esse religio. Illi enim non tantum ab interdictis lege, sed ẽt a concessis abstinuisse leguntur: quos vehementer mirari soletis, & in martyribus numerare, cum sint & ipsi doctrinam assecuti dęmoniorum, si hoc esse Apostoli testimonium constat. Ad hæc & Daniel ipse tribus hebdomadis dierum ieiunasse se perhibet & carnem non edisse nec bibisse vinum, dum exoraret pro populo suo. Quid ergo & hic in doctrina se dęmoniorum magnificat, & de seductorij spiritus cõmento gloriam captat? De vobis vero quid dicã, idest, de Christianioribus apud vos, quorum nõnulli quidem porcina, plerique quadrupede omni, alij etiam cuncto animali penitus abstinent, fertque ob hoc in oculis eos omnis Eccle sia,

sia,& summa cum veneratione suscipiens, solos non Deos existimat. Nec videtis indociles, quia si hoc verum,& ab Apostolo dictum testimonium est, dęmoniorum & ipsi sunt ludificati doctrinis. Quid vero & de illo dicemus, quod sanè frustrari quis audeat aut negare,cũ constet hoc inter oẽs,& æque per orbẽ terrarũ quotannis omni cum studio celebretur in conuentu catholico. Dico H aũt quadragesimã,quã qui inter vos rite obseruãdam putauerit, abstineat necesse est oĩbus his,quæ capitulũ hoc a Deo ad percipiẽdũ nobis creata dicit,& dęmoniorũ insuper doctrinã vocat abstinentiam prædictorum. Quid ergo & vos charissimi ritune tunc dęmoniorum viuitis,cũ hęc a vobis passionis Christi celebrãtur mysteria,& seductorij spiritus fraude decipiamini & in hypochrisi loquimini mendacium,& cauteriatã habetis cõsciẽtiã vestrã? Quod si horũ nihil vos,nec nos igitur. Quid ergo sibi vult capitulũ hoc, aut a quo scriptũ putabimus, & cõtra quos, ꝙ nec ueteris testamenti traditiones,nec noui cõfirmet scita? Siquidẽ hoc ab omnibus, vt ex nobisipsis apparet: illud vero quanuis a quibusdã,abstineri tamẽ docet: sentẽtia vero hęc vestra cunctã penitus carnaliũ ciborũ abstinentiam,dęmoniorũ vult esse doctrinas. Cui si & vos creditis,eadẽ sępius dixero, Damnate Moysen,renũciate Prophetis, ferte parem & de vobisipsis sententiã: quia vt illi semper a quibusdã ciborũ, sic vos interdũ abstinetis ab omnibus. Aut si Moses vobis & Prophetæ cũ escas dijudicant, Dei legẽ sancire uidentur & non dęmoniorũ, si Daniel in spiritu sancto obseruauit tres hebdomadas: si Ananias,& Azarias & Misael pueri,diuinę mentis instinctu, oleribus vti maluerunt & leguminibus: si deniq; in nobis quotquot abstinent,non a dęmonibus impulsi id faciunt si quadragesima sine vino & carnibus nõ superstitiose a uobis,sed diuina lege seruatur: I videte quęso uidete,ne summę dẽmẽtiæ hoc sit à Paulo dictũ putare, ꝙ dęmoniorũ doctrina sit abstinẽtia omnis ciborũ, & prohibẽtes nubere: quẽadmodũ nec illud, ꝙ dicit ẽt uirgines dicare Christo dęmoniorum esse doctrinas, ꝙ uos perinde sine consideratione legẽtes,ut cętera, ad nos subinde respicitis,nec uidetis hinc & uirgines uestras dęmoniorũ doctrina captas notari,& uos esse antistites dęmoniorũ, qui certatim semper ad hãc eas incitetis professionẽ suasionibus uestris,vt penè iam maior in ecclesijs omnibus virginum apud uos, quam mulierum numerositas habeatur? Quid ergo? Num & uos iã desistitis a talib. inceptis? K Quid in fraudẽ miseras inducitis filias hominum, si non in eis Christi volũtas impletur, sed dęmoniorum? Et tamen hoc nobis primo respondeatis uelim, utrũ omnino uirgines facere, doctrina sit dęmoniorum, an solum per prohibitionem, facere nubendi? Si per prohibitionem, nihil ad nos,nam & ipsi tam stultum indicamus inhibere uolentem, quàm nefas & impium satis nolentem cogere. Si uero fauere huic quoque proposito, & non reluctari uolenti, id quoq; doctrinã putatis esse dęmoniorũ,taceo nunc uestrum periculum, ipsi iam timeo Apostolo,ne dęmoniorũ doctrinam intulisse tunc Iconio uideatur: cũ Theclã oppigenatam iam thalamo, in amorem sermone suo perpetuæ virginitatis incendit. Quid uero & de magistro ipso dicemus, ac sanctimoniæ totius authore Iesu,& huius ipsius professionis puellarum cęlibe sponso, qui in Euangelio tria genera taxãs spadonũ Mat. 19. vnum natiuum,alterum factitium, tertium uoluntariũ,eis tamen palmam attribuit, qui seipsos,inquit,spadones fecerũt propter regnũ cęlorũ significans uirgines & pueros, ꝗ nubendi ipsa a cordibus suis execta cupiditate,spadonũ uice in eius Ecclesiæ semper, tãquam in domo regia conuersentur. Quid ergo? Et hæc uobis doctrina uidetur esse dęmoniorũ, L & in seductorio spiritu dictum? Ex ꝗs erit alius in Deo loquens, si Paulus & Christus dęmoniorũ probantur fuisse sacerdotes. Mitto enim cęteros eiusdẽ domini nostri Apostolos, Petrũ,& Andream, Thomam,& illum inexpertem Veneris inter cęteros beatũ Ioannem qui per diuersa professionem boni istius inter uirgines ac pueros diuino præconio concinerunt formã nobis atq; adeo uobisipsis faciẽdarũ uirginũ relinquentes. Sed hos quidem,ut dixi prætereo,quia eos exclusistis a canone facileq; mente sacrilega uestra dęmoniorũ his potestis importare doctrinas. Num igitur & de Christo eadem dicere poteritis aut de Apostolo Paulo, quem similiter vbiq; cõstat & verbo semp. ꝓtulisse nuptiis nuptias, & id operequoq; ostendisse

ſe erga ſanctiſsimã Theclã? Quod ſi hæc dę-
moniorum doctrina non fuit, quã & Theclę
Paulus, & cęteri cęteris annũciauerũt Apo-
ſtoli cui credi iã poterit hoc ab ipſo eſſe me-
moratũ, tanquã ſit dęmoniorum voluntas &
doctrina, etiã perſuaſio ſanctimoniæ? Nõ er-
go eſt interim quod vos exiſtimetis ſolis hor
M tamentis virgenes facere, & non prohibi-
tione nubendi. Nobis.n. quoque hoc ipſum
inſitũ eſt & demens profecto ille nõ tm̃ ſtul-
tus putandus eſt, qui id exiſtimet lege priua
ta prohiberi poſſe, qđ ſit publica cõceſſum,
dico aũt hoc ipſum nubere. Qua propter &
nos hortamur quidẽ volẽtes vt pmaneãt, nõ
tñ cogimus inuitas vt accedant. Nouimus.n.
quantũ voluntas, quantũ & naturæ ipſius vis
etiã contra legẽ publicã valeat, nedũ aduer-
ſus priuatã, cui rñdere ſit liberũ, nolo. Si igit
hoc modo virgines facere ſine crimine eſt,
extra culpam ſumus & nos: ſin quoquo ge-
nere virgines facere crimen eſt, rei eſtis &
vos. Iã qua mente aut cõſilio hoc aduerſum
Cap. 5. nos capitulũ proferatis, ego nõ video Augu-
ſtinus reſpondit, Audi ergo quod confiteris
te non videre, quã mẽte & conſilio hoc ad-
uerſum vos capitulũ proferamus. nõ ꝙ a car
nibus abſtineatis, nam hoc a quibuſdã & pri
mi patres noſtri fecerunt, ſicut cõmemoras:
non tñ ea dãnandi ſed ſignificandi gratia, qđ
non intelligitis: & vnde iam quantũ ſufficere
videbatur, in ſuperioribus partibus operis
huius locutus ſum: & Chriſtiani non hęreti
ci, ſed catholici, edomandi corporis cauſa
propter animã ab irrationalibus motibus am
plius humiliandũ, non quod illa eſſe immũ-
da credant, non ſolũ a carnibus, verũ a qui-
buſdã etiã terrę fructibus abſtinẽt, vel ſemp,
A ſicut pauci, vel certis diebus atq; tẽporibus,
ſicut per quadrageſimã ferè oẽs, quãto ma-
gis quiſq; vel minus ſeu voluerit ſeu potue-
rit. Vos aũt ipſam creaturã negatis bonã, &
immundã dicitis ꝙ carnes diabolus operet
fęculentiore materia mali: ac per hoc eas,
tanquam immundiora & truculentiora Dei
veſtri vincula, exhorrẽtes abijcitis. Auditori
bus autẽ veſtris, quos tãquam diſtinctos a ge
nere ſacerdotũ dixiſti, ſecundũ veniam hæc
edenda conceditis, ſicut quibuſdam conce-
dit Apoſtolus ſecundum veniam: non om-
nem concubitum, coniugalem etiã, qui fit ſo
1. Cor 7. la cauſa generandi, ſed eum qui fit per incon
tinentiam, ſed tamen cum coniuge. Neq;.n.
conceditur ſecundũ veniã, niſi peccatũ: hoc
vos de omni carnium cibo ſentitis: hoc &
ipſi ab hæreſi veſtra didiciſtis, & veſtros audi
tores docetis: ſed illis quod ſit ignoſcẽdum,
propter quod vobis neceſſaria miniſtrant, vt
dixi, conceditis, non dicentes non eſſe pecca
tum, ſed peccantibus veniam largientes: vos B
autem ab omni tali tanquam mala & immũ
da cogitatione * abſtinetis: ac per hoc illud Al. co
quod ſequitur, ea verba Apoſtoli, quibus cõ tagione
memorationem huius capituli terminaſti, ip
ſum eſt omnino, quod nos facit hoc teſtimo
niũ vobis obijcere; ꝙ & tu, puto, ſciebas vt
ea verba primo nõ poneres, & nobis in extre
mo diceres, qua mente aut cõſilio hoc aduer
ſum nos capitulũ pferatis, ego nõ video, cũ
ipſum noſtrum cõſiliũ, tacere quã cõmemo
rare malueris, Cũ enim Apoſtolus dixiſſet, 1. Tim.
Abſtinentes a cibis quos Deus creauit ad per
cipiendũ cũ gratiarum actione fidelibus, ſe-
cutus ait, Et ijs qui cognouerunt veritatem:
quoniam omnis creatura Dei bona eſt, &
& nihil abijciendum, quod cũ gratiarum a-
ctione percipitur: ſanctificatur enim per ver
bum Dei & orationẽ. Hæc ſunt quæ negatis:
hoc animo, hac voluntate, hac opinione ab
eſcis huiuſmodi tẽperatis ꝙ nõ ſignificatio-
ne, ſed natura malę & immũdę ſint. Qua ĩ re
creatorẽ earũ ſine dubio blaſphematis, hoc
ẽ ꝙ ptinet ad doctrinã dęmoniorũ. Nolite er
go mirari hoc de vobis tãto ante a ſancto ſpi
ritu prophetatũ. Iterũ ſi ad virginitatem ſic
hortamini, quemadmodum hortatur apo-
ſtolica doctrina, Qui dat nuptum, bene faci- C
cit: & qui non dat nuptum, melius facit: vt
bonum eſſe nuptias diceretis, ſed meliorem
virginitatem: ſicut facit eccleſia, quę vere 1. Co
Chriſti eſt eccleſia, non vos ſpiritus ſanctus
ita prænunciaret, dicens, prohibentes nube- 1. Tim
re. Ille.n. prohibet, qui hoc malũ eſſe dicit,
non q huic bono aliud melius anteponit. De
niq; vos eũ pręcipue concubitũ deteſtamini
qui ſolus honeſtus cõiugalis eſt, & quem ma
trimoniales quoq; tabulæ prę ſe gerunt, libe
rorũ procreandorũm cauſa, vnde viro non
tam concumbere quam nubere prohibetis.
Concumbitur enim cauſa libidinum, nubi-
tur autem non niſi filiorum. Nec ideo vos di
catis non prohibere, quia multos veſtros au
ditores in hoc obedire nolentes vel non va-
lentes

lentes salua amicitia toleratis. Illud.n.habetis in doctrina vestra erroris, hoc in necessitate societatis. Hinc est quod pauloante distuleram dicere, cur vobis mors Christi visa sit, vel fallax & simulata, prædicanda, & non etiam natiuitas. Morte quippe tanquam separatione animę, idest, naturæ Dei vestri a cor
D pore inimicorū eius, hoc est a figmento diaboli prędicatis atq; laudatis: ac per hoc rem dignam fuisse credidistis, quam Christus & si non moriens, tamen mortem simulans cōmendaret. In natiuitate autem quia non solui, sed ligari potius Deum vestrum creditis, hanc nec saltem fallaciter imaginatum Christum credere voluistis: ita vt nō sic vobis Maria displiceret, si concubuisset: quomodo displicet, quia non concubuit, & tamen peperit. Videtis ergo multū interesse inter hortantes ad virginitatem, bonum minori bonum amplius præponendo: & prohibentes nubere concubitum propagationis, qui solus proprie nuptialis est, vehementius accusando: multū interesse inter abstinentes a cibis, propter sacratam significationē, vel propter corporis castigationē: & abstinētes a cibis, quos Deus creauit, dicendo ꝙ eos Deus nō creauit. Proinde illa doctrina est Prophetarū & Apostolorum, hęc dęmoniorum mendaciloquorum.

LIBER. XXXI.



ip.1. imm.1 Faustus dixit, Omnia mūda mūdis, immundis autem & coinquinatis nihil est mūdum, sed inquinata sunt eorum & mens & conscientia. Hoc quoq; ipsum vtrum vobis expediat à Paulo dictū credere, considerandum est: hactenus enim non tantū dęmonijs exagitatos constituit Moysen
wit.11 & Prophetas, cum tantas de ciborū differentijs tulerint leges: sed etiam quod immundi ipsi fuerunt, & coinquinati mente atq; con-
E scientia sua: vt congrue in ipsos illud cadere posit, quod sequitur, Deum se scire profitē
im.1 tur, operibus autē negāt. Cui autem hoc magis cōpetit quam Prophetis atq; Moysi, qui longe aliter vixisse probātur, q̄ Dei cognitoribus cōgruebat. Ego tñ nunc vsque præter adulteria & fraudes homicidia, nihil aliud esse putaueram, vnde conscientias pollutas habuisse viderētur Moyses & Prophetæ: nūc autem hoc demonstrante capitulo, scire iam hinc eos inquinatæ mentis fuisse, quia aliquid putauerint inquinatū. Quorsum ergo talibus etiam nūc vos visionē diuinę maiestatis contingere potuisse arbitramini, cū sit scriptū, Nisi eos qui corde puri fuerint, Deū Matt. 5
videre nō posse? Vt vero hi, etiam si casti ab illicitis facinoribus extitissent, sola tñ hęc ab F
stinendi a quibusdā escis superstitio, si mentem contaminat, diuinitatis eius potuit negasse conspectū. Euanuit ergo iam, atq; extincta simul est Danielis quoq; & illa trium Dan. 1.
puerorum gloriatio, qui & ipsi vsq; ad hanc prędicationem, quę censet nihil immundū, castissimis planè, ac bonæ mentis iuuenes habiti sunt in Iudaismo: quia, s. paternarū memores traditionū, a gentiū dapibus, & maxime immolatis, omni studio se conseruauerint illibatos. Nunc.n. demum apparuit & ipsos contaminatos fuisse mentibus & consciētia, tū maxime, cum si sanguine & cibi feralib. abstinebāt. Sed illos fortasse exuset ignorantia: necdum enim apparente Christiana Cap. 2.
hac fide, quæ doceret omnia esse munda mū Titum. 1.
dis, quędā & ipsi putauerint esse nō munda: vos vero qua nunc excusatione vtimini, Pau 1. Tim. 4
lo clamante, nihil esse non mundum, & doctrinas dęmoniorū appellante ciborum abstinentiam, & mentem pollutos vocante, qui aliud putauerint inquinatū, non solum abstinetis, vt diximus, sed etiam gloriam captatis exinde: & eo acceptiores vos creditis Christo quo eritis abstinentiores a cibis, i. secundum hanc sententiā, quo mētibus inquinati magis & magis cōsciētia vestra polluti. Quid ꝙ etiā cū tres in mundo religiones sunt, quę mentis purgationē pariter in castimonijs & abstinentia, ritu quamuis diuersissimo reponunt, dico, autē Iudęos & Christianos & gētes, ex qua nam istarum religionum sermo hic veniat, non pōt inueniri, qui docet nihil G
esse nō sanctū: certe ex Iudaismo minime, itidem ex Paganismo, quia ipse quoq; discriminat cibos, nec quicquā interest, nisi ꝙ Hebręus in quibusdā animalibus a Paganis dissētit. Restat Christiana fides, cuius si propriū hoc eē putas, nihil existimare pollutū, prius est vt fatearis in vobis esse neminē Christianū. Omnes etiā apud vos, vt cętera reticeā, Acto. 15
morticinia tñ & immolata inquinamentum

existimant esse non paruum: aut si à vobis iu
re Christianitatis hoc agitur, ne huic quidē
ergo religionis sententia est, quę omnem pe
nitus immundorū abstinentiā tollit. Quor-
sū ergo a Paulo id dici potuit quod nulli sit
religioni cōueniens? Etenim Apostolus nō
tam religionem exuit, quam ritum mutauit,
H cum ex Iudęo factus est Christianus. At vero
qui hoc capitulum scripsit: videtur ille mihi
Cap.3. nulli prorsus religioni fuisse subnixus. Qua-
propter si quid de cętero in lęsionem nostrę
fidei de scripturis quærentes inueneritis, tūc
demū id nobis opponere mementote, cum
vobis prouideritis non esse contrarium: quē
Act.10 admodum & illud, quod de Petro soletis af
ferre, tanquam idem viderit aliquando de
cęlo dimissum vas, in quo essent omnia ge-
nera animalium & serpentes, atq; eo attoni-
to & admirante, vox audita sit, dicens ad eū,
Petre quicquid in in vase vides, macta & mā
duca. Cui idem respondens, Domine, com-
mune, inquit, & immundum non contingā.
Et iterum vox ad eum, Quod ego sanctifica-
ui, immundum ne vocaueris. Quod quidem
ipsum licet & per allegoriam aliud quiddā,
& non in differentiam videatur significare
ciborum, tamen quia vobis & hoc ita intel-
ligere placet, vescamini igitur necesse est
passim omnibus & echidnis & colubris, ac
reliquo omni genere serpentino iuxta hora-
ma Petri. Hactenus enim vere dicto audien-
tes vos esse probabitis voci, quam fertur au-
disse: & tamē huius quoq; memineritis sem
per, quia Moyses hinc & Prophetæ damnati
ti sunt, qui de ijs quæ sanctificauerit Deus
iuxta vocis huius sententiam, multa putaue-
rint esse polluta. Augustinus respondit. Cum
Cap.4. ait Apostolus, Omnia munda mundis, natu-
Titum.1. ras ipsas intelligi voluit, quas Deus creauit,
Gen.1. secundum illud quod Moyses in Genesi scri
psit, Et fecit Deus omnia, & ecce bona val-
de: non significationes, secūdum quas Deus
per eundem Moysen ab immundis munda
Leu.11. discreuit. Vnde quia multa, & multis locis
iam diximus, nunc breuiter admonuisse suf-
fecerit. Proinde illos, qui iam tempore reue-
lationis noui testamēti, adhuc illas vmbras
I futurorum ita custodiendas putarent, vt sine
ijs gentes salutem, quę in Christo est, per-
Titum.1 cipere non posse contenderet, immundos di
Act.15. cit Apostolus quod carnaliter saperent: & in
fideles, quod tempus gratiæ a legis tempore
non discernerent. Quibus ideo dicit nihil es-
se mundū, quia & ijs quæ respuebant, & ijs q̄
sumebant, non sancte nec iuste vtebantur: si-
cut omnes quidē infideles, sed vos pręcipue
Manichæi, quibus omnino nihil est mundū,
Neq;.n. cibus ipse, quem sumitis, quāuis eū
magna diligentia, quasi a carnis contagione K
separetis, mundus est vobis, quē creatū nisi à
diabolo nō dicitis. In illo etiā Deū vestrū li-
gatum atque pollutum vos edendo purgare
perhibetis. Vos saltem vobis mundi vide-
remini, quorū ventribus meretur ille purga-
ri. Sed & vestra corpora naturā & opificium
generis tenebrarum esse contenditis, ani-
mas aūt vestras ipsis adhuc corporibus in-
quinatas. Quid ergo vobis est mundū? Nō q̄
sumitis nō quò mittitis ea quę sumitis, non
vosipsi qui sumpta purgatis, Videtis ergo ꝓ-
pter quos tūc istā sententiā dixit Apostolus:
talē tñ dixit, quę oēs infideles & immundos
tenere, sed vos præcipue maximeq; conuin
ceret. Omnia ergo mūda mundis, secūdum
naturam in qua creata sunt non tñ omnia se-
cūdū significationē mūda primo populo Iu-
dæorū: nec vobis oīa, vel propter salutē cor-
poris, vel propter cōsuetudinē humanæ so-
cietatis, apta sunt: sed cū sua cuiq; reddūtur,
& naturalē ordinem seruant, omnia munda
sunt mūdis: immundis aūt & infidelibus, qua
les præcipue vos estis, nihil est mundū. Cęte
ra iam verba Apostoli, quę sequuntur vosip-
si vobis salubriter diceretis, si cauteria tā ve-
strā cōscientiā sanari velletis. Sequitur enim:
Sed polluta sunt eorū & mens & cōscientia.

LIBER XXXII.


Austus dixit, si accipis euange-
liū, credere omnia debes quę
in eodem scripta sunt. Quid
enim tu, quia vetus accipis te- I
stamentum, idcirco ne credis
omnia possim, quæ in eodem scripta sunt?
Nempe soles indidem excerpens prophe-
tias, quę regem Iudæis venturum significa-
bant, quia ipsum putatis esse Iesum: & pauca
quędam disciplinę ciuilis pręcepta commu
nia, vt est, Non occides, Non mœchaberis,
cętera prętermittitis, & arbitramini esse non
minus atque eadem Paulus putauit, sterco-

ra. Quid ergo peregrinū hoc, aut quid mirū
Phil.3. est, si & ego de testō nouo purissima quæq;
legens, & meæ saluti conuenientia, ea præter
mitto quæ a vestris maioribus inducta falla-
citer, & maiestatem ipsius & gratiam deco-
p.2. lorant? An si patris testm̄ habet aliqua, in qui
M bus parū debeat audiri: patris.n. esse vultis Iu
daicam legē, cuius nouimus q̄ multa vobis
horrorē, q̄ multa pudorem faciant, vt quan-
tum ad animum iamdudū ipsi iudicaueritis
eam non esse sincerā: q̄uis partim pater ip-
se, vt creditis, digito suo eam vobis, partim
o.31. Moyses scripserit, fidelis & integer: solius fi-
u.9. lij putatis testm̄ non potuisse corrumpi: solū
non habere aliquid, ꝙ in se debeat improba
ri: præsertim ꝙ nec ab ipso scriptum cōstat,
nec ab eius Apostolis: sed longo post tēpo-
re, a quibusdam incerti nominis viris, qui ne
sibi non haberetur fides, scribentibus quę ne
scirent, partim Apostolorū nomina, partim
eorum, qui Apostolos secuti viderentur, scri
ptorum suorū frontibus indiderunt, asseue-
rantes secundū eos se scripsisse quæ scripse-
rint. Quo magis mihi videntur iniuria graui
affecisse discipulos Christi, quia quæ disso-
na ijdem & repugnantia sibi scriberent, ea re
ferrent ad ipsos, & secundū eos hæc scribere
se profiterentur euangelia, quæ tantis sint re-
ferta erroribus, tantis contrarietatib. narra-
tionū simul ac sententiarū, vt nec sibi pror-
sus, nec inter seipsa conueniant. Quid ergo
aliud est, quā calumniari bonos, & Christi
discipulorū concordem cętū in crimen de-
uocare discordiæ? Quæ quia nos legētes ani
maduertimus cordis obtutu sanissimo, æqis-
simum iudicauimus vtilibus acceptis ex ijs-
dem, i. ijs quæ & fidem nostram ædificent,
& Christi dn̄i atque eius patris omnipoten-
tis Dei propagent gloriam, cętera repudia-
re, quæ nec ipsorum maiestati, nec fidei no-
p.3. stræ conueniant. Proinde nec vos, vt dicere
n.17. cęperam de testō veteri, circuncisionem cre
ditis accipiendam carnaliter, quamuis ita sit
A scriptum, neq; sub otio ac vacatione colen-
dum sabbatum quāuis ita legatur: sed nec sa-
.31. crificij, vt Moysi vr̄, & immolationibus pla-
candū Deum: sed hæc quidem vt aliena pror
sus & procul a ritu Christiano posita, ac nul
la ex parte probabilia contempsistis. Quædā
vero eorū ēt diuisistis in duo, & partim qui-
dem amplectimini, partim vero respuitis, vt

Pascha ꝙ est & ipsum testamenti veteris an-
niuersale sacrum: cuius in celebratione cū Exo. 12.
sit scriptum vobis: non solum agnū mactare
edendū sub nocte, sed ēt diebus septē absti-
nere fermento, & esse cōtentos azymo cum
picridijs: vos Pascha quidem assumitis, præ-
termittitis vero ritum illum ac morem, quo B
cautum est idē debere seruari. Item septem
dierum hebdomadas, i. Pentecosten, quam
perinde Moyses certo quodā sacrificiorum Leuit. 3.
& genere & numero imbuēdam censet, vos
æque colitis: sed damnata parte eius, i. litatio
nibus ipsis & sacrificijs, quia hæc cum Chri
stiana fide non congruunt. De mandato ve-
ro abstinendi a cibis cōibus visum vobis est, Deu. 11.
& vehementer creditum, morticina quidem
& immolata esse sanè immunda: de porcina Deu. 14.
vero idem credere noluistis, nec de lepore
aut herinacio: neq; de mullis & lolliginibus
cęterisq;, quæ vobis assapuere generibus pi-
scium, quamuis eadem Moyses omnia im-
munda esse testetur. Illa vero iam ne audire Cap.3.
quidem vos velle credo ex testamento vete- Gen. 38.
ri, nedum admittere, i. soceros dormire cum Gen. 19.
nuribus tanquam Iudas: patres cum filiabus,
tanquam Loth: Prophetas cum fornicatrici-
bus, tanquam Osee: maritos vxorum suarum Osee.1.
noctes amatoribus vendere tanquam Abra- Gen. 12.
ham: duabus germanis sororibus vnum mi- & 20.
sceri maritum, tanquam Iacob: rectores po- Gen. 29.
puli, & quos maxime Entheos credas, mil- 1.Re.11.
lenis & centenis volutari cum scortis, tan-
quam Dauid & Salomon: aut illud, quod le-
ge vxoria cautum in Deuteronomio est, de- 3.Re.11.
bere vxorem defuncti fratris, si idem sine fi- Deu.25.
lijs obierit, superstiti fratri nubere, & eundē
sobolem ex eadem in locum suscitare fra-
tris: quod facere si noluerit vir, debere mu-
lierculam apud maiores natu deponere de
hac impietate cognati sui querelam, vt ijdē
accersitum eum cēsoria grauitate coerceāt:
qui si pernegauerit, & apud eos non fecerit,
non impune, sed excalciatus dextri pedis cal C
ciamento, a prædicta muliere cędatur in fa-
ciem: & consputus ac maledictus recedat,
habiturus hoc opprobriū sempiternum in
progeniē suā. Hæc igitur atq; alia huiusmo-
di sunt testamēti veteris & exempla & iura:
quæ si bona sunt, cur non imitamini? si mala,
cur non damnatis authorem, i. testamentum
ipsum uetus? Aut si falsa hæc ei, tanquam

nos de nouo credimus, ĕt vos putatis infer-
ta, pares ergo sumus. Definite iam proinde
id a nobis exigere in testō nouo, ꝙ vos nō
Cap. 5. cernatis in veteri. Equidem ego quantū arbi-
tror, quatenus id iā persuasum esse voluistis,
D vt sit ex Deo ĕt testm̄ vetus, commodius satis
atq; excusatius vobis est, non seruantib. eius
mandata, si fateamini incōgruis esse adiectio
nibus vitiatum, quam si inuiolatū idē sperna
tis & incorruptum. Proinde hanc de vobis
ego sententiā habui semper, & habeo, quo-
ties quæritur, cur præuaricemini testamenti
veteris iussa: ꝙ aut vt sapientes contemnitis
falsa, aut vt contumaces & indeuoti negligi-
tis vera. Interim quia me ad credenda oīa,
ꝗ noui testamenti monumentis inserta sunt,
cogis, si ipsum accipiā: scias & te, quantum
ad animū, multa non credere, quæ in veteri
sint testō, quamuis ipsum te profitearis acci-
Deu. 21. pere. Neque n. & illud in confessis ex eodē
habes, & credibilibus, esse maledictū omnē
qui pependerit in ligno, quia id vtiq; perti-
Deu. 7. neat & ad Iesum: aut eum quoq; in maledi-
ctis haberi, qui non suscitauerit semen in Is-
Gen. 17. rael: quia id virgines quoq; oēs cōprehen-
dat, & pueros Dei: aut funditus interiturum
eū de genere suo, qui non fuerit carnem prę
putij circuncisus, quia hoc quoq; ad omnē
Num. 15 pertineat Christianū, aut lapidibus extinguē
dum eum qui soluerit sabbatum, aut nō par-
cendū ei qui vnū quodlibet testamenti vete-
ris mandatum ruperit. Quæ omnia si tu cre-
das, firmumq; habeas, quia sint eadē a Deo
mandata, mihi crede, manus prior iniecisses
in Christum: nec nūc irasceretis Iudęis, qui
hunc animis ac uiribus persecuti, Dei sui mā
Cap. 6. data complerint. Equidē haud ignoro, quin
uos hæc non audeatis dicere falsa, sed quia
sunt eadē, pro tpe tunc mandata Iudęis, vsq;
ad aduentū, s. Iesu, qui qm̄ venerit ab eodem
prænunciatus, ut vultis veteri testō, ipse iam
doceat quid accipiendū nobis ex eodem sit,
& quid relinquēdū. Sed an Prophetæ Iesum
præsagiuerint, postea uidebimus: interim ad
hæc me nunc rn̄dere oportet, quia si Iesus
per testm̄ uetus annunciatus, nunc diiudicat
E & carminat, docetq; pauca eius accipienda
esse, repudianda uero quāplurima: & nobis
paracletus ex nouo testō promissus. perinde
docet, quid accipere ex eodem debeamus,
& quid repudiare, de quo ultro Iesus cum
eū promitteret, dicit in Euangelio, Ipse uos
inducet in omnē ueritatem & ipse uobis an-
nūciabit omnia, & cōmemorabit uos. Qua- Io. 16
propter liceat tantundē & nobis testō nouo
per paracletum, quantū uobis in ueteri lice-
re ostendistis per Iesum: nisi forte pluris uo-
bis testm̄ uidetur filij esse quam patris, si mo F
do patris est ut cum ex illo reprobentur tam
multa, huius solius nihil non debeat appro-
bari: præsertim ꝙ nec a Christo scriptū con C. 7
stat, ut diximus, nec ab eius Apostolis. Qua-
propter ut uos ex uetere testō solas admitti-
tis prophetias, & illa, quæ superius diximus,
ciuilia atque ad disciplinam uitæ cōis per-
tinentia præcepta: supersedistis uero perito-
men & sacrificia & sabbatum & obseruatio- Ga. 1
nem eius & azyma: quid ab re est, si & nos Ex. 2 & 3
de testō nouo sola accipientes ea, quæ in ho
norem & laudem filij maiestatis, uel ab ipso
dicta comperimus, uel ab eius Apostolis, sed
iā perfectis ac fidelibus, dissimulauimus cę-
tera, quæ aut simpliciter tunc & ignoranter
a rudibus dicta, aut oblique & maligne ab
inimicis obiecta, aut imprudenter a scripto- Luc
ribus affirmata sunt & posteris tradita: dico 3 & 4
aūt hoc ipsum natum ex fęmina turpiter, cir
cuncisum Iudaice, sacrificasse gentiliter, ba-
ptizatum humiliter, circunductum a diabo-
lo per deserta, & ab eo tentatum quam mi-
serrime. His igitur exceptis, & si quid ei ab
scriptoribus ex testamento ueteri falsa sub
testificatione iniectum est, credimus cętera,
præcipue crucis eius mysticam fixionē qua
nostræ animæ passionis monstrantur vulne-
ra, tum præcepta salutaria eius, tum parabo
las, cunctumq; sermonem deificum, qui ma
xime duarum præferens naturarum discre-
tionem, ipsius esse non uenit in dubium. Ni-
hil ergo est iam, cur me omnia credere exi-
stimes debere, quæ continent Euangelica, cū
tu, ut supra ostensum est, testamenti ueteris
supremum liquorem uix summis, ut aiunt,
labris attingas. Augustinus respondit, Nos C.
ueteris testamenti scripturas omnes, ut di-
gnum est, ueras diuinasq; laudamus: uos scri
pturas noui testamenti tanquam falsatas cor
ruptasque pulsatis. Nos ea quæ nunc de li-
bris testamenti ueteris non obseruamus, con
gruenter tamen illo tempore atque illi po-
pulo fuisse præcepta: nobisq; in eisipsis quæ
non obseruamus, significata ꝗ intelligamus

& ſpiritaliter teneamus, nō ſolum dicimus, ſed Apoſtolicis quoq; literis oſtendimus & docemus, Vos aũt omnia quę in libris noui teſtamenti nō accipitis,omnino reprehenditis:nec a Chriſto,nec ab Apoſtolis eius dicta vel cōſcripta aſſeueratis. Videtis ergo quãtũ inter nos & vos, ꝙ ad hanc rē attinet, diſtet. G Cũ itaq; a vobis quęritur, quare non omnia in libris noui teſtamenti accipitis, ſed & in eis libris,in quibus approbatis aliqua,multa reſpuitis,reprehenditis, accuſatis, à corruptoribus inſerta eſſe contenditis, nolite in exemplũ aſſumere diſtinctionē fidei vel obſeruationis noſtræ, ſed rationē reddite præſumptionis veſtræ.A nobis.n.ſi quæratur,cur nō eo ritu colamus Deũ,quo coluerunt Hebræi patres tpe veteris teſtamenti,Reſpondemus, aliud nobis Deũ præcepiſſe per patres noui teſtamēti: neq; hoc contra vetus teſtamentũ,cũ & in illo id ante ſit prædictũ.Si.n. hocipſum prænunciatum eſt per Prophetã, Ecce dies veniunt,dicit dñs, & cōſummabo ſuper domũ Iſrael,& ſuper domũ Iuda teſtamentũ nouum:non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum,in die qua apprehendi manum eorum,vt eijcerem eos de terra Aegypti.Ecce quia & hoc prophetatũ eſt, nō perſeueraturũ illud teſtamentũ, ſed futurũ nouũ.Hic ſi obiectũ fuerit,non nos pertinere ad domũ Iſrael & domũ Iuda, ex doctrina Apoſtolica nos defendimus: quia ſemen Abrahę Chriſtũ eſſe docet Apoſtolus, nobiſq; ad corpus eius pertinentib. dicit,Ergo Abrahæ ſemē eſtis. Porro ſi quęſitũ a nobis fuerit, cur illius teſtamenti authoritatem teneamus,cuius ritũ non obſeruamus, & ad hoc ex literis Apoſtolicis reſpōdemus:ait.n. Apoſtolus, Nemo ergo vos iudicet in cibo & potu,aut in patre diei feſti,aut neomenię, aut ſabbatorũ,quod eſt vmbra futurorũ. Ita ꝗppe & cur ea legi atq; accipi oporteat,oñdit,ideſt ne prophetiã extinguamus, quia in vmbra facta ſunt futurorũ: & curare nos nō debere eos,qui nos hinc iudicare voluerint, ꝙ corporaliter iã non obſeruemus: ſicut alibi H tale quiddã dixit,Hæc in figura contingebãt illis, ſcripta ſunt aũt ꝑꝑ correptionē noſtrã,in quos finis ſeculorũ obuenit. Cũ ergo tale aliqd legitur in inſtrõ veteris teſtamenti, quale a nobis obſeruari vel iuſſum nō eſt in nouo teſtamēto, vel ēt prohibitũ,quid ſignificet quęrendũ eſt, non reprehendendũ: quia eoipſo,quo iã nō obſeruatur, nō damnatũ,ſed īpletũ probatur:Vnde multa, vt ſępe iã diximus,velut hocipſum: quod modo non intelligens Fauſtus, in mandatis veteris teſtamenti pro crimine obiecit, ꝙ vxorē fratris ad hoc frater iuſſus eſt ducere,vt nō ſibi, ſed illi ſobolē ſuſcitaret, eiuſq; vocaret nomine,quod inde naſceretur: quid aliud in figura I pręmonſtrat,niſi quia vnuſquiſq; Euãgelij prędicator ita debet in eccleſia laborare, vt defuncto fratri, hoc eſt Chriſto,ſuſcitet ſemē, qui pro nobis mortuus eſt:& quod ſuſcitatũ fuerit,eius nomen accipiat? Deniq; hoc implens Apoſtolus,non iã carnaliter in pręmiſſa ſignificatione, ſed ſpiritaliter in cōpleta veritate,quos in Chriſto Ieſu per Euãgeliũ ſegenuiſſe cōmemorat, ſuccenſet eis, & eos increpãs corrigit, volentes eſſe Pauli, Nunquid Paulus, inquit, pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Tãq̃ diceret,Defuncto fratri vos genui,Chriſtiani vocamini,nō Pauliani. At vero qui electus ab Eccleſia miniſteriũ euangelizandi renuerit,ab ipſa Eccleſia merito digneq; contemnitur.Hoc eſt.n. quod in eius faciē iubetur expuere,nō ſanè ſine ſigno huius opprobrij, vt calciamento pedis vnius exuatur, ne ſit in eorũ ſorte,quibus ipſe Apoſtolus ait,Et calciati pedes in præparationem Euangelij pacis.Et de quibus commemorat Propheta, Quã ſpecioſi pedes eorũ,qui annunciant bona. Qui enim ſic Euangelicã fidē tenet,vt & ipſi profit,& Eccleſię prodeſſe non renuat, bene intelligitur vtroq; pede calciatus. Qui aũt ſibi putat quia credit, ſatis eſſe conſultũ: curã vero lucrãdorũ refugit aliorũ,ꝗ calciati illius non figuratũ ſignificauit, ſed in ſe impletũ portabit opprobrium. Quid ꝙ & Paſcha à nobis obijcit celebrari,nec ꝙ ita vt Iudæi cęlebramus inſultat,cũ ouem magis nos habeamus in repreſentis Euangelij nō in vmbra futuri eiuſq; occiſionē cum quotidie,tũ maxime anniuerſaria ſolennitate non venturam præſignemus,ſed factam commemoremus. Ideo ſanè dies Paſchę ſolennitatis noſtrę K ad diem celebrationis vmbraticę Iudęorum non occurrit, vt & dominicum diem, quo Chriſtus reſurrexit, complecteremur. Azyma vero,qui rectę fidei Chriſtiani ſunt, non in fermento veteris vitę, hoc eſt mali-

Margin notes: ...b 9. — ...er.31. ...b.8. — ...m.1. — ...la. 3. — ...l.2. — Co.10 — Cap. 10. — Deu. 25. — 1. Co.4. — 1. Cor.1. Deu.25. Ephes. 6. Esa.25. — Cap. 11. Exo. 12. — 1. Co.5.

tię, ſed in ipſius fidei veritate & ſynceritate
cuſtodiunt:nõ ſeptẽ diebus, ſed omni die:ꝙ
ſignificatũ eſt numero dierũ ſeptenario, quo
quotidie omnis voluitur dies. Quod & ſi ali
Mat.7. quantulũ laborioſum eſt in hoc ſeculo, quo-
niã auguſta & arcta via eſt quæ ducit ad vitã,
merces tñ certa ſeruatur: nã ipſe labor ſigni-
ficatus eſt illis picridijs, ꝙ aliquantulũ ſuba-
L mara ſint. Pentecoſten etiam, ideſt, a paſsio-
Cap.12. ſione & reſurrectione domini, quinquageſi-
mũ diem celebramus, quo nobis ſanctũſpiri
tũ, paracletũ quẽ promiſerat, miſit: quod fu-
Leuit.23 turũ etiã per Iudęorũ Paſcha ſignificatũ eſt,
Acto.2. cum quinquageſimo die poſt celebrationẽ
Exo.19. ouis occiſę, Moyſes digito Dei ſcriptã legẽ
Luc.11. accepit in monte: legite Euangeliũ, & aduer
tite ibi ſpiritũ ſanctũ appellatũ digitũ Dei. Et
quippe anniuerſarie in Eccleſia celebrantur,
quę inſigniter excellentia certis diebus facta
ſunt, vt eorũ neceſſariã ſalubremq; memo-
riam feſtiuitas concelebrata cuſtodiat. Si vul
tis ergo noſſe quare celebramus Paſcha, qa
tũc pro nobis immolatus eſt Chriſtus, ſi vul
tis noſſe quare non illud ritu Iudaico cele-
bremus, quia illa erat venturi veri præfigura
tio, hoc completi commemoratio. Futurũ
autem & præteritũ nec ipſis verbis noſtris
eodem modo enũciatur, vnde iã ſatis in hoc
Cap.13. opere locuti ſumus. Si autem & hoc quæri-
Leuit.11 tis, cur ex omnibus cibis, à quibus in vmbra
futurorũ populus eſt ille ꝓhibitus, non mor
ticino & immolatitio veſcimur: & hoc audi
te, & calumnijs vanitatis verũ aliqñ præpo-
nite. Cur enim nõ expediat ĩmolatitio veſci
1.Co.10. Chriſtano, Apoſtolus dicit, Nolo vos, in-
quit, ſocios fieri dęmoniorũ. Neq; enim ip-
ſam immolationem reprehendit, quam fa-
ciebant patres, pręfigurantes ſanguinẽ ſacri-
ficij, quo nos Chriſtus redemit: ſed quę im-
molant gentes, dęmonijs, inquit, immolant,
& non Deo. Deinde adiecit quod dixi, No-
lo vos ſocios fieri dęmoniorũ. Nã ſi natura
M ipſa immolatitię carnis eſſet immũda vtiq;
& neſcientẽ cõtaminaret. Neq; enim eo mi
nus ipſa eſſet, quo minus abſciente accipere
tur, ſed propter conſcientiam ne dęmoni-
bus communicaſſe videatur. Morticinum au
tem puto, quod ad eſcam vſus hominum nõ
admiſit, eo quod non occiſorum, ſed mor-
tuorum animalium morbida caro eſt, nec
ad ſalutem corporis, cuius cauſa ſumimus a-

limentum. Nam quod de effundendo ſanguĩ
ne antiquis in figura præceptum eſt, ideſt, ip
ſi Noe poſt diluuium, quod iam quid ſigni-
ficaret, oſtẽdimus, pleriq; intelligunt. Et in
Actib. Apoſtolorũ hoc lege præceptũ eſt ab
Apoſtolis vt abſtinerent gentes tantũ à for-
nicatione & ab immolatis & ſanguine, i. ne-
quaquã ederent carnem, cuius ſanguis nõ eſ
ſet effuſus. Quod alij non ſic intelligunt, ſed
à ſanguine pręceptũ eſſe abſtinendũ, ne quis
homicidio ſe contaminet. Hoc nunc diſcu-
tere longũ eſt, & nõ neceſſariũ: quia etſi hoc
tũc Apoſtoli pręceperunt, vt ab animalium
ſanguine abſtinerent Chriſtiani, ne præfoca
tis carnibus veſcerentur, elegiſſe mihi vidẽ-
tur pro tpe rẽ facilẽ, & nequaquã obſeruan-
tibus oneroſam, in qua cũ Iſraelitis etiã gẽ-
tes, ꝑꝑ angularẽ illum lapidẽ, duos parietes
in ſe cõdentẽ, aliquid cõiter obſeruarent: ſi-
mul & admonerẽt, in ipſa arca Noe, quãdo
Deus hoc iuſsit, eccleſiam omnium gentiũ
fuiſſe præfiguratã: cuius facti prophetia, iam
gentibus ad fidẽ accedentibus, incipiebat im
pleri. Trãſacto vero illo tẽpore quo illi duo
parietes, vnus ex circuncisione, alter ex prę-
putio venientes, quanuis in angulari lapide
cõcordarent, tñ ſuis quibuſdã proprietatib.
diſtinctius eminebant: & vbi eccleſia gentiũ
talis effecta eſt, vt in ea nullus Iſraelita carna
lis appareat, quia iam hoc Chriſtianus obſer
uat, vt turdos vel minutiores auiculas non at
tingat, niſi quarũ ſanguis effuſus eſt: aut lepo
rẽ non edat, ſi manu à ceruice percuſſus, nul
lo cruẽto vulnere occiſus eſt? Et q forte pau
ci adhuc tangere iſta formidant, a cęteris ir-
ridũtur. Ita omniũ animos in hac re tenuit il
la ſententia veritatis, Non ꝙ intrat in os ve-
ſtrũ, vos coinquinat, ſed quod exit, nullã ci-
bi naturã, quã ſocietas admittit humana, ſed
quæ iniquitas cõmittit, peccata condemnãs.
Iã vero de antiquorũ factis, & quę ſtultis at-
que ineruditis vident peccata dũ non ſunt,
& quę vere peccata ſunt, quę ob cauſam cõ
ſcripta ſint, ſeruata magiſq; cõmẽdata ſcri-
pturę ipſius veneratione, ſufficienti iã ſermo
ne mõſtrauimus. Necnõ de maledicto eius,
qui pendet in ligno: & eius qui non ſuſcita-
uerit ſemen in Iſrael, iã primũ ſuo loco re-
ſpondimus, cum hæc ante dilueremus obie-
cta: & prorſus oĩa, ſiue đ quib. ſingillatim iã
anterioribus huius operis partibus diſſer-
uimus,

uimus, siue quæ in isto, cui rñdemus, sermone suo Faustus similia posuit, vna firmissima veritatis rõne defendimus, quã de sanctarũ scripturarũ authoritate percipimus: & quæcunq; scripta sunt in illis libris veteris testi, C omnia verissime atq; vtilissime pro æterna vita scripta esse laudamus, accipimus, approbamus: sed quæ in his mãdata corporali operatione non obseruamus, & rectissime tunc mandata intelligimus, & vmbras futurorũ esse didicimus, & nunc iã impleri cognoscimus: ac per hoc quisquis illa tunc ẽt opera, q̃ ad significandũ agi iubebantur, non obseruabat, pęnas diuinitus cõstitutas, rectissimo iudicio persoluebat. Sicut nunc si quis sacra noui testi pro tpis ratione distincta, fuerit ausus sacrilega temeritate violare. Queadmodum.n.tunc iusti viri, qui pro illis sacris nec mortẽ recusauerunt, iure laudantur, ita nunc pro istis martyres Christi. Et sicut æger non debet reprehendere medicinalẽ doctrinã, si aliud illi hodie præceperit, aliud cras, prohibens ẽt ꝙ ante præceperat, sic.n. se habet sanandi eius corporis ratio, ita genus humanũ (Gen. 9) ab Adam vsq; in finẽ seculi, quãdiu corpus ꝙ corrũpitur, aggrauat animã, ægrum atq; sauciũ, non debet diuinã reprehendere medicinã, si in quibusdã hoc idem, in quibusdam vero aliud prius, aliud posterius obseruãdũ esse præcepit, præsertim quia sic aliud præ- (15.) ceptură esse promisit. Nulla ergo cõparatio est, quã Faustus obtendit, ita vobis paracletũ ex nouo testõ ꝙ credatis, elegisse, & ꝙ respuatis demonstrauisse, ipse nouo testõ fuerit prophetatus: sicut nobis Xp̃s fecit ex vetere, quo similiter prophetatus est. Hoc.n.aliqua verisimili ratione diceret, si esset aliquid in veteris testamenti libris, ꝙ nos diceremus non recte dictũ, non diuinitus iussum, nõ ve- D raciter scriptũ. Nihil horũ dicimus, sed accipimus omnia: siue quæ obseruamus, vt recte viuamus: siue q̃ non obseruamus, & tñ & ipsa tunc in prophetia iussa & obseruata nunc cõpleri videmus. Deinde paracletũ sicut promissum legimus in ijs libris, quorũ non omnia vultis accipere, ita & missum legimus in eo libro, quẽ noiare ẽt formidatis. In actibus (Act. 2.) quippe Apostolorũ, sicut sæpe pauloante cõmemoraui, apertissime legitur missus die Pẽtecostes spũssanctus, qui ẽt opere manifestauit quis esset. Linguis.n.omniũ locuti sunt, q̃ eũ primitus acceperũt: vt hoc ẽt signo promitteret in linguis omnib. hoc est in omnib. gentib. futurã ecclesiã, quę illũ sicut patrem & filiũ verissime prædicaret. Vos iã dicite, (Cap. 16.) quare non accipiatis oĩa ex libris noui testamenti, vtrũ quia non sunt Apostolorũ Xp̃i, an q̃a praui aliquid docuerũt Apostoli Xp̃i? Respondetis, quia nõ sunt Apostolorũ Xp̃i. E Nã illa vox altera Paganorum est, qui dicũt Apostolos Christi non recta docuisse. Vos ergo quid dicitis, vnde ostenditis, scripturas illas, non ab Apostolis ministratas? Respondetis, quia multa sunt in eis, & inter se, & sibi contraria. Omnino falsissimũ est, vos nõ intelligitis. Nã q̃dquid tale protulit Faustus, ꝙ ita vobis videretur, ita non esse monstratũ est: & quicquid tale a vobis prolatum fuerit, hoc docebimus. Quis aũt ferat, lectorem vel auditorẽ, scripturã tãtæ authoritatis, facilius q̃ vitium suæ tarditatis, audere culpare? An hoc dicitis vos paracletũ docuisse, scripturas istas Apostolorum non esse, sed sub eorũ nominibus ab alijs esse conscriptas? Hoc saltem docete, istũ ipsum paracletum esse, a quo didicistis hæc Apostolorum non esse. An dicetis, ipsum Christus promisit & misit? Rñdetur vobis, omnino istum Xp̃s nec promisit nec misit, & simul ostenditur qñ miserit quẽ promisit. Quod ergo eum Christus miserit, hoc probate: vnde asseritis personã vestri authoris vel potius deceptoris? Rñdetis ex Euãgelio vos probare. Ex quo Euangelio? Quod non totũ accipitis, ꝙ falsatum esse vos dicitis. Quis ergo testem suũ prius ipse dicat falsitate esse corruptũ, (Cap. 1.) & tunc producat ad testimoniũ? Si.n. ꝙ vultis, ei credimus: & ꝙ non vultis, ei non credimus, iam non illi, sed vobis credimus, Si aũt vobis credere vellemus, testem a vobis non exigeremus. Deinde paracletus (Ioan. 16.) sic est promissus, vt diceretur, Ipse vos inducet in omnem veritatem: quomodo autem ille inducet in veritatem, qui vos docet Christum esse fallacem? Huc accedit, F quia si omnia, q̃ de promissione paracleti in Euangelio leguntur, talia esse demonstraretis, vt omnino nisi de Manichęo vestro non possent intelligi: sicut ostẽduntur in Prophetis ea esse dicta de Christo, q̃ in aliũ cadere omnino non pñt: tñ cum ea de ijs codicibus proferretis, quos dicitis falsatos, hoc ipsum illic falsum, & a corruptorib. maiorib.

veſtris immiſſum eſſe diceremus, ꝙ illic de Manichęo ſic ſcriptum legeritis, vt de alio intelligere nõ poſſemus: quid faceretis dicite mihi, niſi clamaretis, nullo modo vos potuiſſe falſare codices, qui iã in manib. eſſent omnium Chriſtianorũ? Quia mox vt facere cępiſſetis, vetuſtiorũ exemplariũ veritate cõuinceremini. Qua igitur cauſa a vobis cor-
G rumpi non poſſent, hac cauſa a nemine potuerũt. Quiſquis.n.hoc primitus auſus eſſet, multorum codicũ vetuſtiorũ collatione cõfutaretur: maxime quia non vna lingua, ſed multis eadẽ ſcriptura contineretur. Nam ẽt nunc nonnullæ codicũ mendoſitates, vel de antiquioribus, vel de lingua præcedẽte emẽdantur. Ita ergo aut cogimini veraces illos codices confiteri, & continuo euertent hæreſim veſtrã: aut ſi fallaces eos dixeritis, eorũ authoritate paracletũ non poteritis afferere,
Cap.17. & vos euertiſtis hæreſim veſtrã. Huc accedit, quia ea dicta ſunt in promiſsione paracleti, vt Manichęũ poſt tã multos annos veniẽtẽ, ab iſta ſuſpitione prorſus excludãt. Quia.n. poſt reſurrectionẽ & aſcenſionẽ dñi continuo venturus erat ſpirituſſanctus, aper-
Ioan.7. tiſsime dictũ eſt a Ioanne, Spiritus.n.nondũ erat datus, quia Ieſus nondum fuerat clarificatus. Si hæc itaq; cauſa erat vt non daretur,
1.Tim.4. & 5. quia nondũ erat clarificatus Ieſus, proculdubio clarificato Ieſu, iam cauſa erat vt ſtatim daretur. Nam & Cataphryges ſe promiſſum paracletũ ſuſcepiſſe dixerunt, & hinc a fide catholica deuiarunt, conantes prohibere ꝙ Paulus conceſsit, & dãnare ſecũdas nuptias, quas ille permiſit: ſub his verbis inſidiantes,
Ioan.16. quia ſcriptũ eſt de paracleto, Ipſe vos inducet in omnẽ veritatẽ, quaſi videlicet non omnẽ veritatem Paulus & cęteri Apoſtoli do-
1.Co.13. cuiſſent, ac locũ Cataphrygarũ paracleto reſeruaſſent. Ad hoc & illud traxerunt, ꝙ Paulus ait, Ex parte.n.ſcimus, & ex parte prophetamus: cũ aũt venerit ꝙ perfectum eſt, ꝙ ex parte eſt, euacuabitur: vt, ſ.ex parte ſciens &
1.Cor.7. prophetans Apoſtolus dixerit, Quod vult faciat, non peccat ſi nubat: & imperfectum pa-
H racleti Phrygia ex hoc euacuauerit. Ad hæc cũ eis dictũ fuerit, ꝙ ſint eccleſiæ tanto ante promiſſæ, & toto orbe diffuſæ, authoritate damnati, reſpondent: hinc etiam in ſe illud eſſe cõpletum, ꝙ de paracleto dictum eſt, ꝙ mundus eum accipere non poteſt. Nõne iſta ſunt, quæ ẽt vos dicere ſoletis, Ipſe vos indu-
Ioa.1 cet in omnem veritatem: &, Cum venerit ꝙ
Ioa.1 perfectum eſt, ꝙ ex parte eſt, euacuabitur: &
1.C.1 Mundus eum accipere non poteſt: de veſtro Manichęo eſſe prædictum: & quæ tandẽ poterit hæreſis exoriri ſub paracleti nomine, q̃ non hæc omnia veriſimiliter ſibi audeat coaptare? Nunquid.n.eſt hæreſis, quæ non veritatem ſe nominet, & quanto eſt ſuperbior, tanto magis ſe etiam perfectam nominet veritatem: & in omnem veritatem ſe polliceatur inducere, & doctrinam Apoſtolorũ ſuo errori contrariam, quaſi per illam venerit,
I ꝙ perfectum eſt, euacuare conetur? Et qm̃ tenet eccleſia, ꝙ vehementius Apoſtolus cõmendauit, Si quis vobis euangelizauerit pręter quam ꝙ accepiſtis, anathema ſit: cũ cępe-
Gal. rit aliud annuncians ab vniuerſo orbe anathemari, continuo dicat, hoc eſt quod ſcri-
Ioa.1 ptũ eſt, Mundus eũ accipere nõ poteſt. Vn-
Col.1 de ergo probare poteritis, quod a vobis exigitur, paracletũ eſſe illũ a quo didiciſtis, qđ euangelica ſcripta non ſunt Apoſtolorum, quandoquidẽ ẽt noſtris probamus non eſſe paracletum ſpiritũſanctum, niſi qui Ieſu clarifico mox venit? Ideo.n.nondum erat
Ioa.7. datus, quia nondũ Ieſus fuerat clarificatus. Probamus etiam ipſum inducere in omnem
Ioa.1 veritatẽ, quia nõ intratur in veritatẽ niſi per
Ro.5 charitatem. Charitas autẽ Dei diffuſa eſt, ait Apoſtolus in cordibus nr̃is per ſpiritumſanctum, qui datus eſt nobis. Docemus etiam non dixiſſe Paulũ, Cum venerit quod perfectũ eſt: niſi de perfectione illa, quæ in perceptione vitæ æternæ futura eſt. Hoc.n.cũ lo-
1.C.1 queretur, Videmus.n.inquit, nunc per ſpeculũ in ænigmate, tũc autem facie ad faciẽ. Hic certe niſi aperte inſanire volueritis, fatemini non vos videre Deũ facie ad faciẽ. Nõ ergo ad vos venit illud quod perfectum eſt. Hoc.n. modo plane quid de hac re ſenſerit, ſatis Apoſtolus explicauit, nec futurum eſt hoc ſanctis, niſi cũ factũ fuerit, quod etiam Ioannes dicit, Filij Dei ſumus, & nondũ apparuit quid erimus: ſcimus aũt quia cũ ap-
K paruerit, ſimiles ei erimus, qm̃ videbimus eũ ſicuti eſt: tũc introducente in omnẽ veritatem ſpirituſancto, cuius nunc pignus acce-
2.C. pimus. Quod autẽ dictum eſt, Mundus eum
Ioa.1 accipere non põt: de ijs vtiq; dictũ eſt qui ſolent in ſcripturis mundi nomine appellari,
amato-

amatores mundi, vel impij, vel carnales: de qualibus dicit Apostolus, Animalis autẽ homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei. De *Cor. 2* hoc.n.mundo esse dicuntur, quãdiu non possunt sapere amplius, q̃ sunt ista corporea, q̃ in hoc mundo senserunt: sicut nec vos aliud sapitis, qui cũ lucem istã Solis & Lunæ miraremini, talia vobis omnia diuina finxistis, L authore illo vaniloquo, quẽ decepti & deceptores paracletum dicitis. Proinde nullo modo valentes ostendere, qũo sit ille paracletus, non est vnde doceatis firmissima aliqua authoritate vos cõperisse, quemadmodũ hæc scripta euangelica, ex quib. non omnia vultis accipere, non sint Apostolorũ Christi. Restat ergo vt dicatis, hoc vos ea ratione cõperisse, quia talia ibi sunt, q̃ Christi gloriã decolorent, s. quia natus ex virgine ibi narratur, quia circuncisus: quia pro illo oblatum sacrificium, ꝙ tunc offerebatur, quia baptizatus, quia tentatus a diabolo est. His aũt exceptis, & testimonijs ex veteri testõ, quæ illis inserta sunt literis, cętera vos secundum id, ꝙ Faustus loquitur, fatemini accipere, & ꝓcipue crucis eius mysticam fixionẽ, qua passionis animæ vestræ vulnera demonstrantur. Deinde, inquit, præcepta salutaria eius, & parabolas cũctumq; sermonem deificum, qui maxime duarum præferens naturarum discretionem, ipsius esse non venit in dubium. Videtis ergo id vos agere, vt omnis de medio scripturarũ auferatur authoritas, & suus cuiq; animus author sit, quid in quaq; scriptura probet, quid improbet, id est, vt non authoritati scripturarum subijciatur ad fidẽ, sed sibi scripturas ipse subijciat: non vt ideo illi placeat aliquid, quia hoc in sublimi authoritate scriptum legitur: sed ideo recte scriptum videatur, quia hoc illi placuit. Quo te cõmittis anima misera, infirma, carnalib. nebulis inuoluta, quo te cõmittis? Remoue er- M go authoritatem, videamus: remoue authoritatem, redde rationem. Eone ratio tua perducitur, vt nisi Dei natura violabilis corruptibilisq; credatur, exitum theatricum longa illa fabula vestra reperire non possit? Postremo vnde scis octo esse terras & decem cęlos ꝙ Atlas mundum ferat, splẽditenensq; suspendat, & innumerabilia talia, vnde scis hæc? Planè, inquis, Manichęus me docuit. Sed infęlix, credidisti, neque enim vidisti. Si ergo ad millia fabulosorum phantasmatum, quibus turpiter grauidata es, te authoritati ignotissimę & furiosissimę subdidisti, vt ideo hæc omnia crederes, quia in illis conscripta sunt libris, quibus miserabili errore credendum esse censuisti, cũ ibi nulla demonstrentur: cur potius Euangelicæ authoritati tam fundatæ, tã stabilitæ, tãta gloria diffamatæ, A atq; ab Apostolorũ temporib. vsq; ad nostra tẽpora per successiones certissimas cõmendatæ, non te subdis, vt credas, vt videas, vt discas ẽt omnia illa q̃ te offendunt, ex vna & peruersa opinione te offendere: potiusq; esse verum, naturam incõmutabilem Dei aliquid mortalis assumpsisse creaturę, in qua incõmutabiliter permanens, non fallaciter, sed veraciter faceret atq; pateretur, quicquid eãdem creaturam facere ac pati pro generis humani, vnde sumpta erat, salute congrueret, quam violabilem & corruptibilem credere Dei naturã: nec inquinatam atq; oppressam totam posse liberari atq; purgari, sed æterna globi pęna summa Dei necessitate damnari?

Cap. 20. Sed inquis, propterea credidi quæ non mihi ostendit: quia duas naturas boni, s. & mali mihi in hoc ipso mundo euidenter ostendit. At hoc ipsum est infoelix, vnde decepta es: quia sicut in illa scriptura Euangelica, ita in hoc mundo nihil mali putare potuisti, nisi quo tuus carnalis sensus offensus est: sicut serpentem ignem, venenum, & similia: nec aliquid boni, nisi quod eundem tuum carnalẽ sensum aliqua iucunditate permulsit: sicut saporum iucunditas, & odorũ suauitas, & lucis huius aspectus, & si quid aliud vel aurib. vel oculis tuis vel naribus vel palato vel palpatui similiter forte blanditum est. B At si vniuersam creaturam ita prius aspiceres, vt authori Deo tribueres, quasi legens magnum quendam librum naturæ rerum: atque ita si quid ibi te offenderet, causam te tanquam hominem latere posse tutius auderes: nũquã incidisses in sacrilegas nugas, & blasphema figmenta: quibus non intelligens vnde sit malum, Deum implere conareris omnibus malis.

Cap. 21. Hic iam si quæratis a nobis, nos vnde sciamus Apostolorum esse istas literas? Breuiter vobis respondemus, inde nos scire, vnde & vos scitis illas literas esse Manichęi, quas miserabiliter huic authoritati præponitis. Si enim & hinc vobis aliquis moueat quæstionem,

nem, & scrupulum contradictionis impingat, dicẽs, Libros quos profertis Manichęi, non esse Manichęi, quid facturi estis? Nonne potius eiusdem deliramenta ridebitis, qui contra rem tanta connexionis & successionis serie confirmatam, impudentiam huius vocis emittat? Sicut ergo certum est illos li-
C bros esse Manichęi, & omnino ridẽdus est, qui ex transuerso veniens tanto post natus, litem vobis huius contradictionis intenderit: ita certum est Manichęũ vel Manichęos esse ridendos, aut etiam dolendos, qui tam fundatæ authoritati, a temporibus Apostolorum vsq; ad hæc tempora certis successionibus custoditæ atq; perductæ, audeant tale aliquid dicere. Iam ergo authoritas Manichęi conferenda est authoritati Apostolorũ. Nam literas istorum istas esse tam certum est quam illas illius. Quis autem Manichœum Apostolis comparat, nisi quisquis se a Christo, qui misit Apostolos, separat? Aut duas naturas sibimet ex proprijs principijs aduersas, quis vnquam sapuit in verbis Christi, nisi qui non sapit verba Christi? Apostoli ergo tanquam discipuli veritatis, natiuitatẽ Chri-
Ioan. 16. sti prædicant, passionemque ueracem: Manichęus autem iactat se inducere in omnem ueritatem, & vult inducere in talem Chri-
Luc. 2. stum, in quo ipsius passionis prædicat falsitatem. Isti Christum in carne, quam de Abrahæ suscepit semine circuncisum: ille Deum in ipsa sua natura a tenebrarum gente concisum. Isti pro carne Christi litante sacrificiũ, quod tunc pie fiebat, oblatum: ille non carnis, sed ipsius diuinæ substantiæ membrorũ, omnibus dœmonibus immolandum, natu-
Luc. 3. ræ aduersę gentis illatum. Isti Christum exẽpli præbendi causa baptizatum in Iordane: ille Deum ipsum per se ipsum in tenebrarũ contaminatione submersum. Nec totum emersurum, sed quod eius mundari non potuerit, æterna damnatione puniendum: Isti
Luc. 4. carnem Christi a dęmonum duce tentatam: ille partem Dei a dęmonum gẽte possessam. Et isti quidem illam tentatam, ut doceret re-
D sistere tentatori: ille illam possessam, ut patri non possit restitui, nec uictori. Deniq; Manichęus ex doctrina dęmoniorũ aliud annunciat, ut quasi eminẽtior sit: Apostoli uero ex
Gala. 1. doctrina Christi commendant: ut quisquis aliud annunciauerit, anathema sit.

LIBER XXXIII.


Austus dixit, Scriptum est, in *Cap. I.*
Euangelio, Quia multi ueniẽt *Mat. 8.*
ab Oriente & Occidente, & recumbẽt cũ Abrahã & Isaac & Iacob in regno cęlorũ. Vos ergo quare non accipitis Patriarchas? Absit nos quidem cuiquam inuidere mortalium, E
quẽ Deus forte miseratione respiciens sua, de perditione unquam reduxerit ad salutem: Sed hoc sanè nos eius esse iã clementiæ ponimus, qui misertus sit, non illius meriti, cuius fuisse negare nõ possis improbabilẽ uitã: ac per hoc & Iudęorũ patres, Abraham, s. & Isaac & Iacob, si est hoc pro certo de ijsdẽ Xpi testimonium ꝙ affertis, quanquam fuerunt ipsi quidem flagitiosissimi, ut fere Moyses indicat eorũ pronepos, siue quis alius historiæ huius conditor est, quæ dr̃ Geneseos, qui eorum uitas nobis odio omni fastidioq; dignissimas scripsit, sint tñ & ipsi iam in regno cęlorũ, sint in loco quem nec crediderant unquam nec sperauerant, ut fere ex eorum liquido libris apparet: dũmodo tñ constet, uobis etiam confitentibus, longo interuallo de terra ac pęnali inferorum custodia, *Luc. 3.*
ubi se uitæ merita coercebant a Christo dño nostro liberatos, per eius, s. mysticam passionem, peruenire ad hoc ipsum potuisse, si peruenerunt, quod scriptum de eis est. Neq; .n. quia & latronem quendam de cruce liberauit idem noster dñs, & ipso eodem die secũ futurum dixit eũ in paradiso patris sui, quisquam inuiderit, aut inhumanus adeo esse potest, ut hoc ei displiceat tãtæ benignitatis officium: Sed non tñ idcirco dicemus & latronũ uitas ac mores nobis probabiles esse debere, quia Iesus latroni indulgentiam dederit: Aut quia publicanis & meretricib. igno- *Mat. 2*
uerit errata dixeritq; ꝙ etiam præcederent ipsi ad regnum cęlorum eos qui se superbe *Ioan. 8.*
gesserint. In iniustitia nanq; & in adulterio deprehensam mulierem quandã Iudęis accusantibus absoluit ipse, præcipiens ei ut iã F
peccare desineret. Quapropter si horũ tale quid & circa Abraham egit & Isaac & Iacob, ipsi gratias: decet.n. eum talia operari circa animas, qui Solẽ suum oriri facit super *Mat. 5.*
bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sed hoc tñ mihi vnũ in opinione hac

vestra

vestra molestũ est, cur id de Iudęorũ tantum
patribus sentiatis, ac non de cęteris quoque
Patriarchis gentiũ, ꝙ & ipsi senserint aliquã
do nostri liberatoris hanc gratiã: pręsertim
G cum de ipsorum filijs magis Christiana con
stet ecclesia, quã de semine Abraham Isaac
& Iacob. Sed ais vtiq; illos qdẽ idola coluis
se, hos vero omnipotentẽ Deũ, idcircoq; so
lam ipsorum curam habuisse Iesum. Ita Dei
omnipotentis cultura in tartara detrudit, &
Cap. 2. filij eget auxilio qui coluit patrem? Sed Iu-
dęis consentiam, vt inquã, hactenus in cęlũ
reductos eos, non quia mererentur, sed quia
vincat clemẽtia vim peccatorũ. Veruntamen
vtrum ex hoc à Christo dictũ sit, dubios etiã
Mat. 6. nos & incertos scribentiũ ipsa varietas facit.
Luc. 7. Nanq; cũ duo Euangelistę Matthæus & Lu-
cas de Centurione quodã pariter narrent: cu
ius puer tunc infirmaretur, & propter quẽ
visus fuerit hoc ipsum dixisse Iesus: quia, s. tã
tã fidẽ non inuenisset in Israel, quantã in il
lo homine, gentili quanuis: & Pagano: eo ꝙ
dixerit idem non se fuisse tã dignũ vt sub te
ctũ suũ intraret Iesus, sed id rogare tantũ vt
iuberet verbo & sanaretur puer suus: solus ta
men Matthæus hoc adijcit Iesum prosecutũ
esse, vt diceret, Amen dico vobis, quia multi
Mat. 8. veniẽt ab Oriente & Occidente, & recũbent
cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cęlo
rũ, filij aũt regni mittentur in tenebras exte-
riores. Multos quidẽ qui venturi forent Pa-
ganos significans, pp Centurionẽ, quia esset
& ipse gentilis, in quo tñ tãta fuisset fides in-
uenta: filios autẽ regni appellans Iudæos, in
quibus nulla est inuenta fides. At vero Lucas
quanquã & ipse necessariũ hoc & memora-
bile inter Christi mirabilia gesta inserendũ
putauerit euangelio suo, de Abraham tñ illic
de Isaac & Iacob nullã facit mentionẽ. Qđ
si quis dicat idcirco prætermisisse eum, quia
dictũ id iã satis fuisset, à Matthęo, cur ergo
gestũ ipsum commemorat erga Centurionẽ
& puerũ eius, quod æq; longũ satis insinua-
tũ iam fuisset nobis Matthæi solertia? sed fal-
sum est. Nãq; & de obsecratione ipsa adue-
H niendi ad Iesum Matthæus quidẽ dicit, ꝙ idẽ
per semetipsum Centurio venerit ad eũ roga
tur medelã: Lucas autẽ nõ sed quia maiores
natu ad eũ miserit Iudęorũ, qui ne forte sper
neretur ab eodẽ tanquam gentilis, quoniam
hi quidem Iesum volunt esse planè Iudæum,
persuadere ingressi sunt ei dicentes, dignum
esse cui id pręstaret: quoniã quidẽ diligeret
gẽtem suam, & synagogã ipse ædificasset si-
bi tanquam & hoc ad Dei filium pertineret,
si ædificationẽ synagogæ suæ Iudęi de Cen-
turione Pagano meruerint. Nec tñ omnifa- I
riã & Lucas hoc verbũ reticuit, puto reco-
gitans ne forte fuisset verũ: sed locum tamen
mutat applicatq; id alteræ cuidã causæ lon-
ge dissimili, i. vbi dicit Iesus ad discipulos
suos, Contẽdite intrare per angustũ ostium: Luc. 13.
multi enim venient quęrentes intrare & non
potuerunt. Cũ aũt intrauerit, inquit, paterfa-
milias, & clauserit ianuam, incipietis foris
stare & pulsare, dicentes Domine aperi no-
bis. Et respondẽs, dicet, Nescio vos. Tunc in-
cipietis dicere, Mãducauimus & bibimus co
ram te, in plateis nostris & synagogis docui-
sti. Et dicet vobis, Nescio vnde estis, discedi-
te à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit
fletus & stridor dentium, cũ videritis Abra-
ham & Isaac & Iacob & omnes prophetas
introeuntes in regnum Dei, vos autem expel
li foras: & venient ab Oriente & Occidente
& Austro & Aquilone & recumbent in re-
gno Dei. Hoc verum ipsum quidẽ, quia mul
ti excludentur à regno Dei, qui. s. nomẽ tan-
tummodo Christi portauerint, sed non fece-
rint opera eius, nec Matthæus scribere pręte-
rmisit, sed de Abraham illic & Isaac & Ia-
cob nullam facit omnino mentionem. Item
De Centurione & puero eius etiam Lucas Mat. 8.
quidem scripsit, sed neque ipse de Abraham Luc. 7.
illic & Isaac & Iacob nihil omnino testatur:
vt quia vbi nam dictũ sit, certo constare non
possit, nihil prohibeat etiam non credere,
quia sit dictum. Nec immerito nos ad huius Cap. 3.
modi scripturas tam insonantes & varias,
nunquam sanè sine indicio ac ratione aures
afferimus: sed contemplantes omnia & cum
alijs alia conferentes, perpendimus vtrũ eo-
rũ quidq; Christo dici potuerit necne: Mul-
ta. n. à maioribus vestris eloquij dñi nostri in
serta verba sunt, & quę noĩe signata ipsius,
cũ eius fide nõ congruant: præsertim, quia vt K
iã sępe probatum uobis est, nec ab ipso hęc
sunt, nec ab eis Apostolis scripta: sed mul-
ta post eorum assumptionem à nescio qui-
bus & ipsis inter se non concordantibus, se-
miiudęis per famas opinionesq; comperta
sunt: qui tñ omnia eadem in Apostolorum
domini

domini conferentes nomina, vel eorũ qui se cuti Apostolos viderentur errores ac mẽdacia sua secundum eos se scripsisse mẽtiti sunt Sed videris:de hoc interim,vt inquam,capitulo tecũ nõ nimiũ ego contenderim,cũ mihi illud satis ad pręsidium sit quod ante posui,& quod nec ipsis vobis negare licet,ante L domini nostri aduentum Patriarchas omnes Israel & Prophetas tartareis ĩ tenebris iacuisse pro meritis suis : Vnde si vnquã liberati à Christo ad lumen reducti sunt quid ho c ad odium attinet vitæ ipsorum? Odimus.n.nos & respuimus non quod fuerunt,i.homines, sed quales fuerunt, i.malos, nec quod nunc sunt,i.purgatos, sed quod fuerunt,idest, impuros aliquando : ac per hoc nobis interim vtcunq; vos id esse vultis,nihil obstat capitulũ hoc:cũ siue est verũ,Christi hic miseratio commendetur & bonitas, siue falsum scriptoribus eius crimen inhęreat : nos vtrouis modo in tuto sumus,vt semper. A V G. respondit,Quõ in tuto miser? Quomodo in tu

Cap.4. to qui tePatriarchas odisse dicis impuros,& Deum adhuc plangis impurũ? Certe illis Patriarchis post aduentũ saluatoris præstitam purgationẽ,& datã beatam requiem concessisti:Deus autem vester & post aduentũ saluatoris adhuc iacet ĩ tenebris,adhuc flagitijs oĩbus mergitur,adhuc in impuris omnibus volutatur:ita nõ solũ vita illorũ hominum melior erat Deo nostro, verumetiam mors ipsa fęlicior.In quibus autem sedibus erant iusti, qui exierant ex hac vita priusquam Christus in carne venisset, & vtrũ etiam ipsos ad aliquid melius passio Christi transtulerit, qui in eũ venturum,passurũ,resurrecturum,non tm̃ crediderant,vtrumetiam hocipsum sicut oportebat prophetico spiritu prænunciauerant,in scripturis sanctis indagãdũ est,si quõ ad liquidũ indagari potest,non hinc temeritates opinantium consectandæ quorumlibet hominũ nedum tã execrabilis hæresis peruersitate nimis longe a veritate aberrãtium:

M Frustra sibi sane per hanc obliquitatem pollicetur Faustus, aliquid post hanc vitam cuiquam posse præstari, quod sibi pręstandum in hac vita non comparauerit.Bonum est vobis vt dum hic viuitis, istũ relinquatis errorem, & veritatem catholicę fidei cognoscatis,atque teneatis, Alioquin longe a veritate aberit quod sibi pollicetur iniustus, cũ fieri cęperit, quod iniusto minatus est Deus. De

Cap.5. vita Patriarcharũ iam quantũ satis arbitratus sum homini maledico non pauca respondi, quibus nõ vtiq; in morte correctis, vel post passionẽ suã iustificatis, testimoniũ dominus perhibeat,cũ Iudęos admoneret,vt si Abrahæ filij essent, facta Abrahę facerẽt, & ꝙ Ioan.8. idẽ Abraham eiusdem diem videre concupi C uerit,gauisusq; fuerit, cũ vidisset: Et ꝙ in eius sinum, i. nescio cuius quietæ fœlicitatis Luc.16. magnũ abditumq; secretũ,abstulerint ange- A li pauperem illum erumnosum à diuite superbiẽtem contemptũ. Quid dicam de Apostolo Paulo? An forte & ipse, post mortem Gen.15. Rom.4. iustificatũ laudat Abrahã,quod priusquã circuncideretur credidit Deo,& deputatũ est illi ad iustitiam: quod tantipendit vt nos non ob aliud dicat filios eius esse effectos, qui eius carne propagati non sumus, nisi ꝙ eius fidei vestigia sequamur?Sed quid vobis faciã

Cap.6. quos contra testimonia scripturarum ita obsurdefecit iniquitas, vt quicquid aduersum vos inde prolatum fuerit, nec esse dictum ab Apostolo, sed a nescio quo falsario sub eius nomine scriptum esse dicere audeatis? Vsqueadeo à Christiana doctrina aperte aliena est quam prędicatis doctrina dęmoniorum, vt eam sub Christianæ doctrinæ nomine defendere nulla ex parte possitis,nisi dicatis falsas esse scripturas Apostolorũ, Infęlices inimici animę vestræ, quę vnquam literæ vllũ habebũt pondus authoritatis, si Euangelicę, si Apostolicę nõ habebunt?De quo libro certum erit cuius sit,si literæ quas Apostolorum dicit & tenet Ecclesia,ab ipsis Apostolis propagata, & per omnes gentes tanta eminentia declarata, vtrum Apostolorum sint incertum est:& hoc erit certum scripsisse Apostolos,quos huic ecclesiæ contrarij hęretici proferunt authorum suorum nominibus appellati, longe post Apostolos existentium? B Quasi vero & in literis secularibus non fuerint certissimi authores, sub quorum nominibus postea multa prolata sunt, & ideo repudiata,quia vel his quæ ipsorum esse cõstaret minime congruerunt, vel eo tẽpore quo illi scripserint, nequaquam innotescere, & per ipsos vel familiarissimos eorum in posteros prodi commendariq; meruerũt. Nõne vt alios omittam sub Hippocratis medici nobilissimi, nomine, quidã libri prolati, Hippocrates. in

in authoritatem à medicis non recepti sunt? Nec eos adiuuit nonnulla similitudo rerum atq; verborũ,qñ cõparati eis quos vere Hippocratis esse cõstaret,impares iudicati sunt, & ꝙ ab eo tpe quo & cętera scripta eius nõ innotuerũt,ꝙ vere eius essent. Hos aũt libros quib.illi qui de transuerso proferuntur cõparati respuũtur, vnde cõstat esse Hippocratis,
C vnde si quis hoc neget, nec saltẽ refellit sed ridetur, nisi quia sic eos ab ipso Hippocratis tpe vsq; ad hoc tẽs, & deinceps successionis series cõmẽdauit, vt hinc dubitare demẽ-
Plato. tis sit. Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varro-
Aristot. nis, aliorumq; eiusmodi authorũ libros, vn-
Cicero. de nouerunt homines ꝙ ipsorũ sint, nisi ea-
Varro. dẽ temporũ sibimet succedentiũ contestatione continua? Multi multa de literis ecclesiasticis conscripserunt, non quidẽ authoritate canonica, sed aliquo adiuuandi studio siue discendi. Vnde cõstat quid cuius sit, nisi quia his tẽporibus, quib. ea quisq; scripsit, quib. potuit insinuauit atq; ædidit, & inde in alios atq; alios continuata noticia latiusq; firmata ad posteros, ẽt vsq; ad nostra tẽpora peruenerũt, ita vt interrogati cuiusq; quisq; liber sit, nõ hæsitemus quid rñdere debeamus? Sed quid pergam in longe præterita? Ecce istas literas quas habemus in manibus, si post aliquantũ tps vitæ huius nostræ, vel illas cuiusquã Fausti esse, vel has neget esse meas, vnde conuincitur, nisi quia illi qui nunc ista nouerunt, notitiam suam ad longe ẽt post futuros cõtinuatis posterorũ successionib. traijciũt? Quæ cũ ita sint, quis tandẽ tanto furore cęcatur, nisi dęmoniorũ mendaciloquorũ malitia atq; fallacia cõsentiendo submersus sit, qui dicat hoc mereri non potuisse Apostolorũ ecclesiã, tam fidã, tam numerosam fratrũ cõcordiã, vt eorũ scripta fideliter ad posteros traijcerent, cũ eorũ cathedras vsq; ad
D præsentes ẽpos certissima successione seruaret, cũ hoc qualiũcunq; hominũ scriptis, siue extra Ecclesiã, siue in ipsa Ecclesia tãta fę-
Cap.9. licitate proueniat? Sed contraria inquit, inter se scripta eorum reperiuntur. Maligni, malo studio legitis, stulti non intelligitis, cęci nõ videtis. Quid.n. magnũ erat ista diligẽter inspicere, & eorundẽ scriptorũ magnã & salubrem inuenire congruentiã, si vos contẽtio non peruerteret, & si pietas vos adiuuaret? Quis.n. vnquã duos historicos legẽs, de vna re scribentes, vtrunq; vel vtrũlibet eorũ aut fallere aut falli arbitratus est, si vnus eorũ dixit ꝙ alius ꝑtermisit? Aut si alter aliquid breuius cõplexus est, eandẽ tñ sñiam saluam integramq; custodiens, alter aũt tanquã membratim cuncta digessit, vt non solũ quid factũ sit, verumẽt quemadmodũ factũ sit intimaret? Sicut Faustus hic Euangeliorũ verita- E
ti voluit calumniari, quia Mathęus aliquid dixit, ꝙ Lucas cũ idem narraret dicere prætermisit: quasi negauerit Lucas dixisse Christũ, ꝙ eũ scripsit dixisse Matthęus. Hinc omnino nulla vnquã quæstio fuit, neq; hoc obijci nisi ab omnino imprudentib. & nihil harum rerũ considerare volentibus seu valentibus potest. Illud sanè & requiri inter fideles, & obijci ab infidelib. solet, sed ẽt ipsis vel parũ eruditis, vel nimis contentiosis nisi admoniti resipuerint, ꝙ Matthęus dixit, Acces- Mat. 8.
sit ad eũ Centurio, rogans eũ, & dicens: Lucas aũt ꝙ miserit ad eũ seniores Iudęorum, Luc. 7.
hoc ipsum rogantes de puero eius, qui ægrotabat, vt eũ sanaret: & cũ appropinquaret domui, miserit alios per quos diceret, non esse se dignũ in cuius domum intraret Iesus, nec seipsum dignum, vt veniret ad Iesum. Qũo ergo secundũ Matthęũ, accessit ad eum rogans, & dicens, Puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur? Hoc ergo intelligitur, Matthęũ breuiter sñiam ipsam verã integramq; cõplexũ, dicentẽ ꝙ Centurio accesserit ad Iesum, & non dicentẽ vtrũ per se ipsum accesserit, an per alios: & ꝙ ei de puero suo illud dixit, non exprimentẽ vtrũ per seipsum dixerit, an per alios, Quid enim? Nõne talib. locutionibus humana plena est consuetudo, cũ dicimus aliquẽ ad aliquid multũ accessisse, ẽt quem nondũ dicimus peruenisse? Nõne & ipsam peruentionẽ, cui quasi F
vr̃ non esse ꝙ addi iam possit, ẽt per alios fieri vsitatissime loquimur sæpe dicendo. Egit ille causam suam, peruenit ad iudicem: aut peruenit ad illũ vel illum potentem: cũ plerunq; id faciat per amicos, non viso eo pror sus ad quem quisq; dr̃ peruenisse? Vnde etiã tales homines quicunq; ad potentiũ quodãmodo inaccessibiles animos, siue per seipsos, siue per alios ambitionis arte pertingũt, iam etiam vulgo peruẽtores vocantur. Quid ergo, cum legimus, obliuiscimur quemadmodũ loqui soleamus? An scriptura Dei aliter

ter nobiscum fuerat q̃ nostro more locutu-
Peruen-tores. ram? Et hæc quidem de cõi loquendi consue tudine, peruicacibus turbulentisq; responderim. Cęterum qui hæc non litigiose, sed
Cap. 8. placide ac fideliter quærunt, accedat ad Iesum, non carne, sed corde, non corporis præsentia sed fidei potentia, sicut ille Centurio, tũc
Mat. 8. *Psal. 33.* melius quid Matthęus dixerit sentient. Talibus.n. dr̃ in Psalmo. Accedite ad illum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Vnde Centurio ille ad Christum magis accesserat, cuius fidem ita laudauit, q̃ illi ipsi per quos verba sua misit. Huic rei simile est
G ẽt illud ꝙ dñs ait, Tetigit me aliquis, q̃n mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur tangens fimbriam vestimẽti eius, salua facta est. Hoc.n. mirabiliter discipulis suis, dicere videbatur,
Mar. 5. Quis me tetigit: &, Tetigit me aliquis: cum eũ turba cõprimeret. Deniq; hoc ei responderunt. Turbæ te comprimunt, & dicis, quis me tetigit? Quemadmodum ergo illi premebant, sed illa tetigit. sic illi missi erant ad Christum, sed Centurio magis accessit. Ita Matthęus & morem non vsqueadeo inusitatæ locutionis seruauit, & mystice aliquid intimauit: Lucas autem & hocipsum quemadmodũ gestum esset ostendit, vt hinc aduertere cogeremur, illud Matthęus quemadmodũ dixerit. Vellem sane ut aliquis istorum uanorum, qui hmõi quæstiúculas quasi magnas calũniose obijciunt Euangelio, narraret aliquid idem ipse bis numero, non falsum nec fallaciter, sed omnino id uolens intimare & exponere, & stylo exciperetur verba eius eiq; recitarentur: utrum non aliquid plus minusve diceret, aut præpostero ordine, non uerborum tantum, sed ẽt rerum: aut utrum non aliquid ex sua sentẽtia adijceret, tanquam alius dixerit, quod eum dixisse non audierit, sed uoluisse atque sensisse planẽ co
H gnouerit: aut utrum non alicuius breuiter cõplecteretur sentẽtiæ ueritatem, cuius rei antea quasi expressius articulos explicasset: & si quid est aliud ꝙ fortasse possit certis regulis cõprehendi, quomodo fiat, ut uel in duorum singulis eiusdem rei narrationibus, uel duabus unius ex una eademque re multa diuersa inueniantur, nulla tamen aduersa & multa uaria, nulla contraria: sic soluuntur omnia de quibus sibi isti miseri collum ligant, ut spiritum sui erroris intus teneant, & nullum extrinsecus salutis admittant. Quapropter post omnes Fausti calumnias refutatas, duntaxat horum eius capitulorum, quibus hoc opere quantum dominus adiuuare dignatus est, sufficienter, ut arbitror, prolixeq; respondi, breuiter uos admoneo, qui illo tam nephando & execrabili errore tenemini: ut si authoritatem scripturarum omnibus præferendã sequi vultis, eam sequamini quæ ab ipsius præsentiæ Christi temporibus per dispensationes Apostolorum, & cęteras ab eorum sedibus successiones episcoporũ, usque ad hæc tempora toto orbe terrarum custodita, commendata, clarificata peruenit. Ibi.n. uidebitis etiam ueteris testamenti, & obscura reuelari, & prædicta cõpleri. Si autem quasi ratione mouemini, primum cogitetis qui nam sitis, quam minus idonei ad cõprehendendum naturam, non dicam Dei, sed animæ uestræ: comprehendendam sanè quemadmodum uelle aut uoluisse uos dicitis certissima ratione, non uanissima credulitate, quod cum minime potueritis, sine dubio enim quamdiu tales estis, nullo modo poteritis, illam saltem, quod omni humanæ menti est naturaliter insitum, si modo id peruersę opinionis prauitate non turbetur, Dei naturam atq; substantiam incommutabilem omnino incorruptibilem cogitate, uel credite, & Manichęi continuo non eritis, ut aliquando & catholici esse possitis. Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

DE ACTIS CVM FELICE Manichęo.

K

LIBER PRIMVS.



Onorio Augusto septies consule, septimo iduum Decembriũ. AVG. Episcopus ecclesię catholicæ Hipponiregiẽsium regionũ dixit, Hesterna die scis te dixisse quod possis defendere scripturas Manichęi, & asserere ꝙ ueritatem habeant. Si hoc tibi placet & hodie facere, aut præsumis te posse dic. FELIX dixit, Non me nego dixisse defendere legem meam, si proferantur authores legis meæ in medio. Et eum

eum AVG. Episcopus epistolam Manichęi, quam fundamenti appellant, protulisset, dixit, Si legero ex hoc codice quem me vides ferre, epistolam Manichæi, quam fundamenti appellatis, potes agnoscere an ipsa sit? FEL. dixit, Agnosco. A V G. Accipe tuipse & tu lege. Et cum accepisset codicem, Felix legit, Manichæus Apostolus Iesu Christi prouidētia Dei patris. Hæc sunt salubria verba ex perenni ac viuo fonte, quę qui audierit, & ijsdem primum crediderit, deinde quę insinuata sunt custodierit, nunquam erit morti obnoxius, verum æterna & gloriosa uita fruetur. Nam profecto beatus est iudicādus, qui hac diuina instructus cognitione fuerit, per quam liberatus in sempiterna vita manebit.

trae- olam nichæi vocat damē .5. t.10. fo.1. t.

L AVG. Episcopus dixit, Agnouisti certe epistolam Manichęi vestri? F E L. dixit, Agnoui. A V G. dixit, Proba nobis ergo quomodo iste Manichęus sit Apostolus Iesu Christi. Non enim eum in euangelio aliquando inter Apostolus legimus, & quis fuerit ordinatus in locum Iudę traditoris, nouimus, idest, sanctus Matthias. Et quis postea domini voce de cœlo vocatus sit, hic est Paulus Apostolus, omnes recognoscunt. Istum ergo Manichęum proba nobis Apostolum esse Christi, quod in capite epistolę suæ ausus est ponere. F E L I X dixit, Et sanctitas tua mihi probet quod in Euangelio scriptum est, Christo dicente, Vado ad patrem, & mitto vobis spiritumsanctum paracletum, qui vos inducat in omnem veritatem: Hoc tu extra scripturam istam proba esse scripturam spiritussancti, quod Christus promisit vbi omnis veritas reperiatur. Et si inuenero veritatem in alijs codicibus, qui ad Manichęū non pertinent, & Christus illos tradidit, Sic enim dictum est a Christo, quia spiritussanctus paracletus ipse in omnem veritatem inducet, secundum Christi sermonem ego scripturam Manichęi recuso. A V G V S T I N V S. dixit, Quoniam ergo tu probare non potuisti, quomodo sit Manichæus Apostolus Christi, & exigis vt ego probem quomodo miserit spiritumsanctum paracletum quem promisit, vt tunc respuas scripturas Manichęi si inueneris impletam promissionem Christi præter scripturas Manichæi,

otesta Felici scriptu Mani- chęi res at. c. 2

M quanuis prior ad interrogata mea rñdere debueris, tamē ecce prior ipse rñdeo & ostendo tibi quando missus sit Spiritussanctus quē Christus promisit. Et accedit ad Euangelium & ad Actus Apostolorum. Et cum accepisset codicem Euangelij, recitauit, Dum autem hæc loquuntur, Iesus stetit in medio eorum & dixit eis, Pax vobis, ego sum, nolite timere. Et cum legeret, dixit, Hoc post resurrectionem. Et cum dixisset, legit. Conturbati vero & conterriti existimabant se spiritū videre, Et dixit eis, Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in corda vestra. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum, palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hæc dixisset, ostēdit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus prę gaudio dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis, & dixit ad eos, Hęc sunt verba quę locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere a mortuis die tertio & prędicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Vos autem estis testes horum. Et ego mitto promissum patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Et cum reddidisset codicem Euangelij, accepit Actus Apostolorum, & dixit, Audiuimus in Euangelio commemorasse Euangelistam sanctum promissionem Christi, quæ in Euangelio secundum Ioannem est, quem præsens Felix commemorauit. Vbi enim dixit dominus, Mitto vobis spiritumsanctum paracletum, Ioānes Euangelista scripsit. Hoc autem quod modo legi, Lucas Euangelista attestatus est, & consonuit veritati Ioannis Apostoli. Videamus etiam quomodo perfectum est quod promisit dominus, & quomodo impletum, vt cum fuerit ex canonicis libris sanctæ ecclesiæ expressa impletio promissionis domini, paracletum spiritumsanctum alterum non quæramus, ne in sedu-

M nueniē t Lucæ

& Ioannis de promissione spiritussā. ȼti. c. 3. Luc. 24.

A

Ioan. 1.

B

seductorũ laqueos incurramus. Et recitauit ex Actibus Apostolorũ, Primũ qdẽ sermonẽ feci de omnib. ô Theophile, quę cępit Iesus facere & docere, in die quo Apostolos elegit per spiritũsanctũ: & pręcepit pędicare Euangeliũ: qbus prębuit se viuũ post passionẽ in multis argumẽtis dierum, visus eis dies quadraginta & docens de regno Dei, & qũo conuersatus sit cũ illis. Et præcepit eis ne discederent ab Hierosolymis, sed sustinerent pollicitationẽ patris, quã audistis, inquit, ex ore meo, qm̃ Ioannes quidẽ baptizauit aqua vos aũt spiritusancto incipietis baptizari, quẽ accepturi estis nõ post multos hos dies, vsq; ad Pentecosten. Illi ergo conuenientes, interrogabant eũ, dicentes, Dñe, si in hoc tpe pręseruabis regnũ Israel? Ille aũt Dixit, Nemo põt cognoscere tẽpus quod pater posuit in in sua potestate, sed accipietis virtutẽ spiritussancti superueniẽtẽ in vos, & eritis mihi testes apud Hierosolymã, & in tota Iudæa & Samaria, & vsque in totam terram. Cum diceret, nubes suscepit eũ, & sublatus est ab ab eis. Et qũo contemplantes erant cũ iret in cęlũ, ecce duo viri astabant illis in veste alba, qui dixerunt ad eos, Viri Galilæi quid statis aspicientes in cęlũ: Iste Iesus qui assumptus est in cęlũ à vobis, sic veniet quemadmodũ vidistis eũ euntem in cęlũ. Tunc reuersi sunt Hierosolymam a monte qui vocatur Eleon, qui est iuxta Hierosolymam, sabbati habens iter. Et cum introissent, ãscẽderunt in superiora, vbi habitabant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartolomęus & Matthęus, Iacobus Alphęi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Et erant perseuerãtes omnes vnanimes in orationib. cum mulieribus, & Maria, quę fuerat mater Iesu & fratribus eius. Et in diebus illis surrexit Petrus in medio fratrũ, & dixit, Fuit autẽ turba in vno hominũ quasi centũ viginti: Viri fratres oportet adimpleri scripturam istã, quam prædixit spiritussanctus ore sancti Dauid de Iuda, qui fuit deductor illorũ, qui comprehenderunt Iesum, qui annumeratus erat inter nos, qui habuit sortẽ huius ministerij. Hic igitur possedit agrũ ex mercede iniustitiæ suę, & collũ sibi alligauit, & deiectus in faciem, diruptus est medius, & effusa sunt omnia viscera eius. Quod & cognitum factũ est omnibus qui habitabant Hierosolymam,

Act. 1. De promissione spiritusſancti per Christum ex libro Actorum Apostolorũ c. 4.

C

D

ita vt vocaretur ager ille ipsorum lingua, acheldemach. i. ager sanguinis. Sciptum est.n. in libro Psalmorũ, Fiat uilla eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & Episcopatum eius accipiat alter. Oportet itaq; ex his viris qui conuenerunt nobiscũ in omni tempore quo introiuit inter nos & excessit dñs Iesus Christus, incipiens à baptismo Ioannis vsq; in illũ diem quo assumptus est à nobis, testẽ resurrectionis eius nobiscum esse. Et statuit duos, Ioseph qui vocatur Barsabas, qui & iustus, & Matthiam, Et precatus dixit, Tu dñe cordium omniũ intellector ostende, ex his duobus quem elegisti, ad suscipiendũ locum huius ministerij & annunciationis, à quo excessit Iudas ambulare in locũ suum. Et dederunt sortes, & cecidit sors super Matthiam, & simul deputatus est cũ vndecim Apostolis duodecimus. Et cum legisset, dixit, Audiuimus quis ordinatus est in locum Iudæ traditoris, quod pauloante commemoraui, ne qs quam per fraudem irrepat in Apostolorum numerũ, & nomine Apostolatus fallat ignaros. Nunc videamus quod promisimus, quo modo impleta sit Christi promissio de spiritusancto. Et cum dixisset, legit, in loco Tempore quo suppletus est dies Pentecostes, fuerunt oẽs simul in vno. Et factus est subito de cęlo sonus quasi ferretur flatus vehemens, & impleuit totã illã domũ in qua erãt sedẽtes. Et visæ sunt illis lingue diuisæ quasi ignis, & qui insedit super vnũquemq; illorũ. Et impleti sunt oẽs spiritussancto, & cęperunt loqui varijs linguis, qũo spiritus dabat illis pronunciare. Hierosolymis autẽ fuerunt habitatores Iudæi homines ex omni natione quæ est sub cęlo. Et cũ facta esset vox collecta est turba & confusa est, quoniã audiebat vnusquisq; suo sermonẽ & suis linguis loquentes eos. Stupebant aũt & admirabantur, adinuicem dicentes, Nonne omnes qui loquuntur, natione sunt Galilæi? Et quomodo agnoscimus in illis sermonem in quo nati sumus? Parthi & Medi, Elamitę, & qui habitant Mesopotamiam, Armeniam & Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrigiamq; & Pamphyliã, Aegyptum & partes Libyę, quæ est circa Cyrenen, & qui aduenerant Romani, Iudęique & Proselyti, Cretenses & Arabes, audiebant loquentes illos suis linguis magnalia Dei. Et cum recitaret dixit, Audisti nunc

Psal. 68. Psal. 108. De ordinatione Matthiæ Apostoli ... Act. 6.

E

... Act. 5.

F

iam

iam spiritumsanctum, & quomodo sit missus? Qđ a me exegisti probaui, superest vt & tu facias qđ promisisti, quoniam inuenimus qñ misit spiritū suum * quē promisit, respuas illam scripturam, quę sub nomine spūssancti fraudare voluit vel lectorem vel auditorem. FEL. dixit, Ego non nego id quod dixi, quia cum probatum mihi fuerit qđ spūssanctus docuerit veritatem quam quęro illā respuo. Hoc.n. sanctitas tua mihi legit, vbi spiritumsanctum Apostoli acceperūt, & in ipsis Apostolis vnum quæro qui me doceat de initio, medio & fine. AVG. dixit, Si legeris hoc dixisse dñm, Mitto vobis spiritumsanctum, qui doceat vos initium, medium & finem, bene me astringis vt ostendam quos docuerit spiritussanctus. FEL. dixit, Quia sāctitas tua hoc dicit, quod Apostoli ipsi acceperunt spiritūsanctum paracletum, iterum dico, de ipsis Apostolis quē volueris doceat me, quod me Manichæus docuit, aut ipsius doctrinā euacuet de duodecim quē volueris. AVG. dixit, Absit longe a fide Apostolorū, vt doctrinam doceant sacrilegi Manichæi. Sed quoniam dicis vnum eorum euacuare debere doctrinā Manichæi, modo autem sancti Apostoli non sunt in corpore, ego minimus nō solum omnium Apostolorum, sed omnium Episcoporum: nā ad merita Apostolorum qñ aspiro, quantum mihi dominus de spiritu suo largiri dignat⁹ est, euacuo doctrinam Manichæi, cum cœperint legi sequentia illius epistolę, quam tuipse Manichæi esse non negas. FEL. dixit, Dixisti quia Apostoli de corpore recesserunt, scripturæ eorum valent vsque nunc, & quia dixit sanctitas tua, & quia dedisti potestatem dicendi quæ voluerimus, sine vlla formidine dixisti, euacuo legem Manichæi: Et ego dico, Oīs homo mendax, solus Deus verax, scripturæ Dei loquuntur. AVG. dixit, Tu qdem homo es, & sicut res ipsa modo indicatura est, mendax. Et quoniam locutus es quæ voluisti, nō de scriptura Dei, oportet & me loqui quod volo. Si enim veritas est Manichæi tui, nec a me destrui poterit, si falsitas est, quid interest a quo destruatur? Tamen qa de Apostolorum scriptura dixisti, ꝙ etsi illi non sint in corpore, sunt hic scripta eorum, ante assumpti sunt Apostoli quam error Manichæi natus in mundo fuerat, propterea nō inueniuntur scripturæ Apostolorum, euidenter contra Manichæū disserētes. Veruntñ quod Apostolus Paulus, in spiritu isto sācto paracleto quem acceperat, futurum pręuiderit de talib. qualis Manichæ⁹ fuit, quales estis & vos recito vt agnoscas. Et accepta epistola Pauli Apostoli ad Timothæū legit, Spūs aūt manifeste dicit, qa in nouissimis temporib. recedent quidam a fide, attendentes spiritib. seductorib. doctrinis dæmoniorum in hypochrisi mendaciloquorum, cauteriatam habētes conscientiam suam, prohibentes nubere, abstinere a cibis quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognouerunt veritatem: Quia oīs creatura Dei bona est, & nihil abiiciendum, quod cum gratiarum actione præcipit. Sanctificat enim per verbum Dei & orationem. Hæc præponens fratrib. bonus eris minister Iesu Christi. Et cum legeret, dixit, Ego hoc de vobis & de talib. qui dicūt aliquam creaturam Dei immundam esse, & qui dicūt omnem concubitum & qui fit cum vxore fornicationem esse, hoc est.n. quod ait, Prohibentes nuptias, per spiritum prophetiæ designatum esse dico: Tu autem si negas omnem cōcubitum fornicationem esse, aut si dicis, omnem cibum humanum licitum, & ad edendum concessum hominib. mundum esse, nō es de illis quos prophetauit Apostolus. Si autem inueneris in iis quæ dixi, ecce hēs Apostolum Paulum destruētem & euacuantem doctrinam Manichæi futuri. Itaque rñde ad id quod interrogo, Oīs concubitus fornicationis est, an concubitus cum vxore non est peccatum? FEL. dixit, Iterum mihi recitetur quod dixit Apostolus. Et recitatum est: Spūs aūt manifeste dicit, & cętera quæ supra sunt. FEL. dixit, Manichæus non a fide recessit, sicut dicit Paulus, sicut cæteri recesserunt a fide quasi in sectā suam: Manichæus aūt a nulla secta recessit, vt dicatur qa a fide recessit. AVG. dixit, Quoniam te video nolle rñdere ad quod interrogaris, ne inueniaris, vel non tenere spiritumsanctū, quem iā probauimus missum esse Apostolis, vel non esse in eorum numero quos futuros Paulus designauit, vbi & vosipsos prophetauit, breuiter respōdeo, Vt secūdum tuum intellectum accipiam qđ dixisti, Recedent a fide, quia non recedunt a fide, nisi illi qui fuerunt in aliqua fide, Manichæus autem nō fuit in aliqua fide a qua re-

Marginal notes: De sāctū. ... Manichei doctrina ... Ap[osto]lis eua[cua]tur p Apostolos ... tom. 6. — [Io]an. 16. — Io. 2. — G — [Psa]l. 115 — H — [S]olus ... uidit ... Mani[chæ]i erro[r] ... c. 7. — 1. Tim. 4. — I — Quod dæmoniorū doctrina in Manichæo fuerit. c. 8. — K

cesserit, sed in qua fuit in ea permāsit, hoc te interrogo, vtrum Manichæus, vel potius doctrinā dæmoniorū mendaciloquorum q̄ fuit in Manichæo, nullos Christianos catholicos seduxerit, vt recederēt a fide? Si.n. multi a vobis, & p̄ vos, & per illam doctrinā seducunt, vt recedant a fide, & intendant spiritib. seductorib. qualis in Manichæo fuit, & incipiant dicere oēm cōcubitum esse fornicationem, vnde Apostolus dicit, prohibētes nuptias, & incipiat dicere, carnes quas comedūt hoīes, nō esse Dei creaturā, sed dæmonū facturā, &
L esse immunditiā, manifestū est de his prædixisse spūm sanctum paracletū qui erat in Apostolo Paulo, q̄ recessuri erant a fide intendētes spiritib. seductoribus, qualis fuit in Manichæo. Iam ergo quia ego rn̄di, iustum est vt tu rn̄deas ad quod interrogaui, vtrum non dicas oēm concubitū esse fornicationē, aut si adhuc non vis rn̄dere ad id quod primo interrogaui, rn̄de vt probes Manichæum esse Apostolum Christi, aut si & hoc nō vis, permitte me euacuare doctrinā ipsius, qd̄ promisi cum legeret epistola eius, quam dicitis fundamēti. FEL. dixit, Et ego rn̄deo ad id qd̄ dicit sanctitas tua, quia in Paulo venit spūs sanctus paracletus. AVG. dixit, Non in solo. FEL. dixit, Ego de ipso ago, quia si in ipso, & in oēs. Et si in ipso, Paulus.n. in altera epistola dicit, Ex parte scimus, & ex parte prophetamus, cū aūt venerit qd̄ perfectum est, abolebunt ea quæ ex parte dicta sunt. Nos audiētes Paulum hoc dicere, venit Manichæus cū prædicatione sua, & suscepimus. Et secūdum q̄ Christus dixit, Mitto vobis spiritum sanctū, & Paulus venit, & dixit, quia & ipse vēturus est, & postea nemo venit, ideo suscepimus Manicheum. Et quia venit Manichæus, & per suam prædicationem docuit nos initium, medium & finem, docuit nos de fabrica mundi, quare facta est, & vnde facta est, et qui fecerunt, docuit nos quare dies, & quare nox, docuit nos de cursu solis & lunæ, quia
M hoc in Paulo non audiuimus, nec in cæterorum Apostolorum scripturis, hoc credimus, quia ipse est paracletus. Itaque illud iterum dico, quod superius dixi, Si audiero in altera scriptura, vbi paracletus loquitur, i. spiritussanctus, de quo voluero interrogare, & docueris me, credo & renuncio. AVG. dixit, Dicis te ideo non credere spiritumsanctum paracletum in Paulo Apostolo fuisse, q̄a Paulus dicit, Ex parte.n. scimus, & ex parte prophetamus, & inde putas Apostolum per hæc verba prædixisse, velut alium venturum post se, qui prædicaret oīa quæ ipse nō potuit, q̄a ex parte dicebat, & hunc tu credis esse Manichæū. Primo ergo ex ipsa lectione Apostoli ostendo, vnde dicebat hoc Apostolus. Deinde q̄a dixisti, q̄ Manichæus vos docuerit initium, medium & finem, & qūo vel quare factus sit mūdus, de cursu solis & lunæ, & aliis quæ commemorasti, non legit in euangelio dominum dixisse, Mitto vobis paracletum, qui vos doceat de cursu solis & lunæ, Christianos.n. facere volebat, nō Mathematicos.
A Sufficit autem vt homines de his reb. quantū in schola didicerunt, nouerint propter humanos vsus. Christus autem venturum paracletum dixit, qui inducat in oēm veritatē, sed non ibi ait, initium, medium & finem, non ait, solis & lunæ cursus. Aut si putas hanc doctrinam ad illam veritatem pertinere, quam per spiritum sanctū Christus promisit, interrogo te quot sunt stellæ? Si accepisti spiritum illum, de quo dicis ad quem pertinent docere ista, quæ ego dico ad disciplin[am], & ad doctrinam Christianam non pertinere, oportet vt renuncies & rn̄deas mihi. Debitorem.n. te fecisti, vt si quid de talib. interrogauero, si nō rn̄deris, non in te appareat spiritus ille de quo dictum est, inducet in omnem veritatē, si illa est veritas quo ista pertinent. Itaque elige tibi, vtrum velis, & paratus sis mihi de his rebus respondere tanquam homo, qui accepisti spiritum qui introducit in omnem veritatem, & dicis quia ad ipsam veritatem pertinet scire ista mundana. Itaque ego tibi possū dicere ea quæ pertinent ad doctrinam Christianam, tu autē qui putas ad eam pertinere quomodo factus sit mundus, & quæ agantur in mundo, ad omnia mihi necesse est rn̄deas. Sed planè cum responderis, probaturus es. Sed antequam incipias dicere, si forte habes quod ille cōfinxerit, quem secutus es, doceā prius ego qd̄ promisi, vnde dicebat Apostolus, Ex parte scimus, & ex parte p̄phetamus. Dicebat. n. sicut lectio ipsa mox indicatura est, quia in ista vita homo cum est, nō potest assequi omnia, sed ex parte assequit in hac vita. Ipse autē spiritus sanctus, qui ex parte docet in hac vita, post hāc vitam introducet in

Quare Felix nō crediderit in Paulo fuisse spiritū sanctum. Cap. 9. 1.Co. 13. Ioan. 16.

Quo spiritus sanctus Apostolo docuerit. Cap. 10. 1.Co. 13.

omnem

...n. 16. oẽm veritatem. Quod vt apertiſsime docea-
...Co. 13. tur, audi Apoſtolũ, Et cũ diceret, Ex Apoſto
lo legit, Si aũt ꝓphetiæ euacuabunt, ſiue lin-
guæ ceſſabunt, ſiue ſciẽtia euacuabit, ex par-
te. n. ſcimus, & ex parte prophetamus, cũ aũt
venerit qđ perfectum eſt, euacuabit quod ex
parte eſt. Cũ eſſem paruul⁹, loquebar vt par
uulus, ſciebã vt paruulus, cogitabam vt par-
uulus, cum aũt factus ſum vir, euacuaui ea q̃
paruuli erant. Videmus. n. nũc per ſpeculum
in ænigmate, tũc aũt facie ad faciem, Et cum
C legeret, dixit, Iam dic mihi tu, ſi tpa futura
Manichæi prædicat Apoſtolus, vtrum tu mo
do videas Deum facie ad faciem. FEL. dixit,
Non tm̃ ego poſſum contra tuam virtutem,
q̃a mira virtus eſt gradus epiſcopalis, deinde
cõtra leges Imperatorum, & ſuperius petiui
contendiuè vt me doceas quid eſt veritas, &
ſi docueris me quid eſt veritas, patebit quod
...o. 12. teneo mendacium eſſe. Auguſtinus dixit, Ap
...logus paruit te probare non potuiſſe Apoſtolum
...m præ Chriſti eſſe Manichæum, quare aũt non po-
...orum tueris; breuiter expono. Dixiſti inde te ꝓbare
Manichæum Apoſtolũ Chriſti, q̃a paracletũ
vẽturum promiſit Chriſtus ſpiritũſanctum:
& q̃a non inuenires qñ venerit quẽ Chriſtus
ꝓmiſit, hinc te credere ipsũ eſſe Manichæũ.
At vbi probaui per ſcripturas ſanctas eccle-
ſiaſticas, canonicas, qñ venerit apertiſsime
ſpũs ſanctus, quem venturum promiſit dñs
Chriſtus, conuertiſti te, vt diceres debere ti-
bi oſtendi q̃d docuerit, & vtrum Manichæi
doctrinam euacuauerit. Cum ego rñdiſſem
Manichæum poſt Apoſtolos fuiſſe in carne,
illorum aũt doctrinã antequam Manichæus
natus eſſet, ab ipſis fuiſſe prædicatam, dixi tñ
vnum ipſorũ apoſtolorum Paulum per ſpm̃
ſanctum, qui in omnes Apoſtolos venerat ꝓ
phetaſſe etiam de iſta veſtra doctrina, q̃a fu-
D tura erat, & eam appellaſſe doctrinã dęmo-
...im. 4. niorũ mendaciloquorum, vbi oſtẽdi ea, quę
dixit Paul⁹, futura in ipſa doctrina, ad veſtrã
profeſsionem pertinere, i. prohibitionem nu
ptiarum, q̃a omnem concubitum, & cũ vxo
re fornicationem eſſe dicitis, & abſtinẽtiam
a cibis quos Deus creauit, q̃a noui vos quoſ-
dam cibos dicere immũdos, cum ipſe ſequa
tur & dicat, Oĩs creatura Dei bona eſt. Cum
hic a te exigerem vt reſponderes, dixiſti Ma
nichæum vos docere initium, medium & fi-
nem, & curſus ſolis & lunæ & cætera talia, q̃
cum ego oſtenderem ad Chriſtianam doctri
nam non pertinere, reſpõdiſti ipſum apoſto
lum Paulum dixiſſe, quia ex parte ſcit & ex
parte prophetat. Dixi nos non poſſe ſcire di-
uina, cum ſumus in hac vita, & hic videre ꝑ 1. Co. 13.
ſpeculum & in ænigmate, tunc autem facie
ad faciem. Et quæſiui a te, Si hoc putas dixiſ-
ſe apoſtolum Paulum, qđ venturus eſſet Ma
nichæus, qui doceret quod non poterat Pau
lus, pertinere ad te, qui te dicis accepiſſe ip-
sũ ſanctũ * videre modo Deũ facie ad faciẽ. a. l. ſpũm. E
Quod q̃a nõ potes, manifeſtum eſt apoſtolũ
Paulũ de iſta vita dixiſſe, de qua dicit & Ioan 1. Ioan. 3.
nes, Dilectiſsimi filii Dei ſumus, & nondum
apparuit quid erimus, ſcimus autem, q̃a cũ
apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam vide-
bimus eũ ſicuti eſt. Hoc tu cum audiſſes, di-
xiſti te non valere contra meã virtutem, quæ
virtus mea non eſt, ſed ſi aliqua eſt, ab illo mi
hi data eſt ad redarguẽdos errores, qui virtus
eſt oĩum fidelium ſuorum: & pleno corde de
ſe præſumentium. Dixiſti ẽt ꝙ te ẽpalis ter-
reat authoritas, cum videas quãta pace inter
nos agamus, quãta trãquillitate diſputemus,
quemadmodum populus præsẽs nullam tibi
vim faciat, nec terrorem incutiat, ſed tran-
quilliſsimus audiat ſicut decet Chriſtianos.
Dixiſti etiam timere te leges imperatorum.
Hoc pro vera fide non timeret, quem ſpiri-
tus ſãctus impleret: nam & Petrus apoſtolus
ĩ paſsione domini timuit, & ter negauit, vbi Mat. 20.
autem eum paracletus, quem Chriſtus ꝓmi- Act. 9. 2.
ſerat, ſpiritus ſanctus impleuit, pro fide dñi
crucifixus eſt. Et ille qui primo habuit nega-
tionem timoris, poſtea impleuit glorioſiſsi-
mam paſsionem confeſſoris. Tu itaq; ex hoc
ipſo, quod timere te dixiſti leges Imperato-
rum, quanuis & de cæteris rebus ſatis appa-
ret, ꝙ non inueneris ſpiritum paracletum ve
ritatis, quia & non timeres, aliis rebus con- F
uincereris. FEL. dixit, Et Apoſtoli timuerũt.
AVG. dixit, Timuerunt vt cauerent, non vt fi
dem illam comprehenſi ediſcere dubitarẽt:
tu autem hinc timere debuiſti, vt non hic te
inueniremus. Iam in medio es, quare times,
niſi quia quod dicas non habes? nam & ſi im
peratores timuiſſes, ante tacuiſſes. Nunc ve-
ro cum heſterno die libellum curatori dede
ris, & publice clamitaueris, cum codicibus
tuis te paratum eſſe incendi, ſi aliquid mali
in eis fuerit inuentum, vnde heri leges fla-

gitabas quasi fortis, hodie veritatem fugis vt
timidus.FEL.dixit,Nō veritatē fugio. AVG.
dixit, Die ergo, si vides Deū facie ad faciem
ſm pollicitationem tuā, qa dixisti apostolū
Paulū de vobis dixisse, qa tam plenam veri-
tatē accepturi essetis, vt intelligamus vel cre
dam[9] Apostolū habuisse ex parte, & te totū.
FEL. dixit, Non veritatem fugio, sed quæro.
Quod tu dicis, qa non teneo, probeē mihi p
scripturas deificas, hoc quæro iam. AVG. di
xit. Petrus profitere te non potuisse probare
Manichæum Apostolum Iesu Christi, q̃tum
potuero cum extirpata fuerint oīa contraria

Quod Felix non potuerit probare Manichæum fuisse Apostolū Christi. Cap. 13.

G de corde tuo, per ministeriū meum donante
dño, infero tibi, quæ sit scientia veritas, quæ
perducat ad Deum initians a fide. FEL. dixit,
Quia hoc dicis tu, vt legem meam negem, &
alteram accipiā meliorem, duntaxat, qđ quę
ro ego: non hoc rñdeo, vt legem meam negē
antequam alteram accipiam. AVG. dixit, Sed
prius de vase fundit quod aduersum habet,
& sic impleē quod bonum, aut si adhuc du-
bitas fundere, defende quo plenus es: Osten
dam.n.tibi quantum dñs adiuuat, quanta im
munditia & blasphemiis plena sit doctrina
Manichæi si pmittas vt legatur illa epistola,
de cuius initio iam tractauimus, & nō potui
sti probare Apostolū Christi esse Manichęū.
Sed ideo moras innectis ne cętera legantur,
vbi aperte vestra sacrilegia deprehēduntur,
aut si permittis legantur. FEL. dixit, Permit-
to, quia dixisti omnia immunda fundi, & sic
bona immitti, hoc.n.dictū est sanctitatis tuæ.
Ad quod & ego dico: Nullus aquam fundit
nisi alter impleuerit. AVG. dixit, Hoc vides
q̃ inconsiderate dixeris, vt mitius loquar &
non dicam insane, vtiq; de vase tibi similitu
dinem posui. In vas plenum nemo pōt aliqd
mittere nisi fundatur illud quo plenum erat.
H FEL. dixit, Vnum dixisti, & ego dixi duo.
AVG. dixit, Si duo vasa dixisti, vis illum pa-
trem tuum fundimus & implemus illum, vt
posſis tu fundere quod habes? FEL. dixit, Am
bo vnam aquam habemus. AVG dixit, Cum
ergo ambo pleni sitis aqua vestra, quid im-
plebimus vt doceamus vos, nisi aliquis ve-
strum fuderit quod habet? Aut si bonum est,
& ideo debet teneri vt defendatur & legatur
illa epistola, videam[9] si vel cętera posſint de
fendi, si ipso initio defecisti, aut si dicis te in
illo non defecisse, proba nobis qūo sit Ma-
nichæus Apostolus Christi. FEL. dixit, Chri-
stus dixit spiritum sanctum missurum se, qui *Ca. 14.*
in omnem veritatem inducat. AVG. dixit. Si *Ioan. 16.*
habes illum attēde ad id quod te iamdudum
interrogaui: Dixisti. n. ad ipsius doctrinam
pertinere, etiam ista mundana cognoscere.
Dic mihi quot sunt stellæ, si introductus es
in omnem istam veritatem. FEL. dixit, Et ego
dico, quia si paracletus per Apostolos locu-
tus est & per Paulum, & ego peto sanctitatē
tuā, vt illa mihi ostendas quę iam dixi. AVG.
dixit, Confitere te non ostendere quod ego
interrogaui, & ostendam secundum scriptu-
ras: qđ pertineat ad fidem Christianam. FEL. I
dixit, Et ego si mihi attuleris scripturas Mani
chæi, quinq; authores quos tibi dixi, quicqd
me interrogaueris probo tibi. AVG. dixit,
De ipsis quinque authorib. est ista epistola,
cuius aperuimus principiū, & inuenimus ibi
scriptum: Manichęus apostolus Iesu Christi:
& video qa ipsum principium non mihi ex
ponis, quia non probas qūo sit Manichæus
apostol[9] Iesu Christi. FEL. dixit, Si in ista nō
probo, in secūdo probo. AVG. dixit, In quo
secundo? FEL. dixit, In thesauro. AVG. dixit,
Thesaurum istum quem ideo tali nomine ap
pellatis, vt miseros seducatis, quis scripsit?
FEL. dixit, Manichæus. AVG. dixit, Nolo mi
hi ab illo probes, quia Manichæus mentitur
dicendo se esse quod non est. FEL. dixit, Tu
mihi proba per alterum. AVG. dixit, Quod
vis tibi probem? FEL. dixit, Quia mentitur
Manichæus. AVG. dixit, Quia tu non po-
tes probare verum dicere Manichęū, opor-
tet vt ego probem mentitum esse Manichęū?
FEL. dixit, Quare non potui probare? Nun-
quid prolatæ sunt scripturæ quas petiui, &
non probaui? AVG. dixit, Sed scripturas Ma
nichæi petis, quib. fidem non habemus: Aliū
de proba Ego autem de ipsa scriptura Mani
chæi tibi probo mentitum esse Manichęū, &
blasphemasse Manichęum. FEL. dixit, Afferā
tur libri. AVG. dixit, Præsens est epistola Ma-
nichæi, quam dicitis fundamenti, initium in
ędificio nullum est nisi fundamentū. Si enim
ostendero in ipso fundamento ruinā fecisse,
cęteram eius constructionem vt quid quęri
mus. FEL. dixit, Hoc dicis ostendere in ipsa
ruinam esse. Et ego dico, da arbitros quantos *Ca.*
habes, & tibi probo q non mentitur. AVG.
dixit, Absit a nobis, & a genere humano,

vt

vt quãtos hic vides,tãtos videas Manichęos.
FEL. dixit,Da dixi quæ a te petiui. AVG. di-
xit, Quos vis ergo vt dem tibi? FEL. dixit,
Quos tu volueris. FEL. dixit, Ego istos do,si
hẽs meliores pete.FEL. dixit, Qũo istos das?
AVG.dixit,Præsentes qui nos audierũt.FEL.
dixit, Isti mihi non fauent.AVG. dixit,Ergo
tu tales quæris qui tibi faueant, non qui veri
tati?FEL. dixit,Qui me audiant,& non tantũ
me,sed & ipsam scripturam, vt probetur an
verum dicit an mentitur. AVG. dixit, Vides
ergo quia audiunt. Legamus cætera, quia tu
istam epistolam esse Manichæi confessus es.
L FEL. dixit,Non ego.AVG.dixit,Ergo legat.
Ep. 16. FEL. dixit, Arbitros non habeo. Et adiecit:
Legatur caput illius.Et cum legeretur,& vẽ-
tum esset ad locum vbi scriptum habet eadẽ
epistola:Pax Dei inuisibilis & veritatis noti-
tia,sit cum fratribus suis & charissimis, qui
mandatis cœlestibus credunt pariter & de-
seruiũt: Sed & dextera luminis tueatur & eri
piat vos ab omni incursione maligna,& a la
queo mundi: pietas vero sancti spiritus inti-
ma vestri pectoris adaperiat, vt ipsis oculis
videatis animas vestras.FEL.dixit,Da scriptu
ram quæ ista redarguat. AVG. dixit, Adhuc
nihil mali audiuimus, nisi qđ ausus est Mani
chæus se apostolum Christi nominare.Nam
quæ adhuc dixit,ad tectorium fallaciæ perti
nent,& ouinam pellem,quib. eis prius dicit
Mat. 7. verba bona vt possit introducere mala. Sed
quid velit per hæc verba introducere videa-
mus.Si enim aliqd mali introduxerit, & ista
verba mala erunt & seductoria: Si autem ali
quid boni & veri in posteriorib. dixerit,ne-
cessitate comprehendimus:Permitte ergo le
gantur sequentia. FEL. dixit, Si ergo asseris
M quia in primo bona ponuntur, postea mala
immittuntur, qũo ego possum tibi credere,
cum mihi primo bona dixeris? AVG. dixit,
Ego adhuc ista nec bona dixi nec mala:nihil
mali adhuc audiuimus,dixi, non dixi,iã ali-
qd boni audiuimus,malum enim illud solũ
dixi, ꝙ ausus est se dicere Apostolũ Christi.
Verba vero quæ dixit in consequentib. tunc
erunt mala,si mali aliquid introduxerint,tũc
erunt bona, si boni aliquid introduxerint.
Expositio catholica de formatione terræ. c. 17. Permitte ergo vt sequentia legantur quare ti
mes?FEL. dixit,Non timeo. AVG. dixit,Per
mitte ergo vt legantur. FEL. dixit,Legãtur.
Et cum ventum esset ad locum vbi scriptum
habet:Ita autem fundata sunt eiusdem splen-
didissima regna supra lucidã & beatam ter-
ram,vt a nullo vnquam aut moueri aut con-
cuti possint.AVG.dixit,Terram istam quam
dicit,vnde habebat? Fecit eam,an genuit eã,
an æqualis & coęterna illi erat? Istam dico
terrã lucidam & beatam,q̃ dixit. FEL. dixit, Gene. 1.
Qũo scriptum est: In principio fecit Deus
cœlum & terram, & terra erat inuisibilis &
coinquinabilis & incõposita?Ego ita intelli-
go:In principio fecit Deus cœlũ & terrã,&
terra erat, quasi duæ terræ mihi videntur es-
se,secundum quod Manichæus dicit duo re-
gna. AVG. dixit,Quia scripturam cõmemo A
rasti nostram q̃ soletis blasphemare, ad me
pertinet exponere illam, & ostendere tibi,si
ne blasphemia esse illud scriptum, & cũ veri
tate,& non secũdum Manichæum,vt deinde
tu vel in secundis mihi rñdeas quod interro-
gaui.FEL. dixit,Respondeo.AVG. dixit,Qđ
scriptum est, In principio fecit Deus cęlum
& terram, breuiter complexa est scriptura
quid fecerit Deus. Deinde quia nõdum appa
rebat hæc terra q̃ fecerat Deus antequam eã
distingueret & ornaret, qualem terram fece
rat Deꝰ,secuta scriptura exposuit, qualis ter
ra erat de qua dixerat,In principio fecit Deꝰ
cęlum & terram,tanquam cum audissemus,
in principio fecit Deus cœlum, & terram
quæreremus, qualem terram subiecit & ait:
Terra autem,i.illa q̃ fecerat Deus,inuisibilis
erat & incomposita.Non ergo duas terras di
xit,sed qualis illa fuerit exposuit. Tu itaque
responde nunc mihi quod breuiter interro-
gaui: Terra ista lucida & beata quam dicit
Manichęus,supra quam fundata erant regna
Dei, ab ipso Deo facta erat, an genita de illo
erat,an coęterna illi erat?Vnum de tribus ni- B
si molestum est,sine tergiuersatione respon-
de.FEL.dixit,Ipsa se scriptura interpretatur.
AVG.dixit,Si ergo nosti hic aliquem esse lo
cum,vbi hoc dicat ista scriptura, quia illam
terram,vel genuit Deus, vel fecit vel coæter
na illi erat,aperi ad locum quem nosti, & le
ge mihi. FEL. dixit, Non est in ista scriptura
sed in altera.AVG. dixit, Credo inquit,quia
si qua est illa scriptura, meministi quid ibi
dixerit. Itaque tu mihi responde, qui nosti
illam scripturam,& si dixero quia sic nõ ha-
bet,cõuinces me. Si autem sic cognouero,se
cundum hoc disputo quod tu ipse rñderis.

Dic ergo an fecerit terram iſtam Deus,an genuerit,an coæterna illi erat,qui legiſti,in veſtro quo libro, ibi eſſe hoc ſcriptum dicis. FEL. dixit,Quia modo ſanctitas tua interpretata eſt ſcripturam tuam quō voluiſti & acceptaui, & tu mihi ſic accepta quicqd dixero. AVG. dixit, Interim quod interrogaui,ſi nihil me cōtra mouerit accepto, ſi aūt aliquid mouerit,motū meū indico tibi, vt ad ipſum rñdeas.FEL. dixit, Ego nō rñdi ad tua dicta. AVG.dixit,Quia prius eſt vt mihi ad interrogata reſpondeas, mea tñ feci etiam vt prior tibi rñdeam. Forte non te mouit, ideo non rñdiſti, forte & me non mouebit cum rñderis:Rñde ergo ad quod interrogaui.FEL. dixit, Rñdeo. Et adiecit. Dixiſti ergo de terra illa in qua Deus habitat, an facta eſt ab illo, an generauit illā,an coęterna eſt illi, Et ego

Cōfutatio illius ubi Fælix aſſerit terrā illam non factā, nec genitām, ſed Deo coæternam. Cap. 18.

C

dico,quia quomodo Deus æternus eſt, & factura apud illum nulla eſt, totum æternum eſt. AVG. dixit, Non illam ergo genuit neque fecit?FEL. dixit,Non,ſed eſt illi coęterna. AVG.dixit,Si autem genuiſſet illam,non illi eſſet coæterna? FEL. dixit, Quod naſcit, finem habet,quod innatū eſt,finem non hēt. AVG.dixit,Quib.ergo erat ille pater,aut cuius erat pater,quoniam modo patre nominauit?Si enim nihil genuerat,pater eſſe non poterat.FEL. dixit,Sed ſunt alia quæ generauit. AVG. dixit, Illa ergo quæ generauit, non ſunt illi coæterna, an & ipſa ſunt coæterna? FEL.dixit,Coæterna ſunt illi quicquid Deus generauit.AVG. dixit,Ergo erraſti quod ſuperius dixiſti,omne,quod naſcit,finem hēt. FEL. dixit, Interim quia ſecundum generationē carnis locutus ſum,erraui.AVG. dixit, Modeſtiſsime confeſſus errorem, merearis

D

intelligere veritatem.FEL.dixit,Faciat Deus. AVG. dixit,Attende ergo iam,vt incipias cognoſcere errorem ſcripturæ huius.Si quæ genuit Deus,coæterna non ſunt illi, melior eſt terra illa quam non generauit Deus,vbi habitant omnia quæ generauit Deus, quam terrā dicis ab eo non generatam. FEL. dixit, Coæquantur ſibi omnia, & quæ generauit, & q̄ nō generauit,ideſt terra vbi commorabatur. AVG. dixit, Quid ipſe qui generauit, æqualis eſt illis omnibus,aut maior eſt illis?FEL. dixit,Et qui generauit,& quos generauit, & vbi poſita ſunt omnia æqualia ſunt.AVG.dixit, Vnius ergo ſubſtantiæ ſunt. FEL. dixit,

Vnius.AVG.dixit,Hoc quod eſt Deus pater, hoc ſunt filii ipſius,hoc & illa terra?FEL.dixit,Hoc vnum ſunt omnes.AVG. dixit, Huius ergo terrę non eſt pater, ſed inhabitator? FEL. dixit,Etiam. AVG. dixit, Si nec genuit nec fecit illam, quomodo ad eum pertineat niſi ſola vicinitate non video, quō ſi habeat aliquis vicinum bonum,& duæ erunt res ambæ ingenitæ,terra & pater.FEL. dixit,Immo tres ſūt,pater ingenitus, terra ingenita,& aer ingenitus.AVG dixit,Hoc totum vna ſubſtātia eſt?FEL. dixit, Vna.AVG. dixit,Et ita fundata vt a nullo vnquam moueri aut concuti poſsit?FEL. dixit, Motio & concuſsio habet diſtantiā.AVG. dixit,Habet.Sed tñ talia fuerunt,vt à nullo vnquam moueri aut concuti poſſent.FEL. dixit,Eſt diſtantia inter moueri & cōcuti.AVG.dixit,Nō inde te interrogo.

E

FEL.dixit,Sed īde me vis tenere.AVG.dixit, Quō vis accipe moueri,nō poterat moueri? FEL. dixit,Non dico, quia non poterat moueri,ſed motio diſtantia eſt. AVG. dixit, Sed ita dixi,nec moueri nec concuti. Non dixi, moueri qdem poteſt, ſed concuti nō,aut cōcuti qdem poteſt,moueri non poteſt,ſed ambas res dixi, non poſſe nec moueri nec cōcuti.FEL.dixit,De ambab. reb. diſtantia eſt inter moueri & concuti.AVG. dixit,Legamus ergo ſequētia, videamus ſi Deus iſte qui fundata habebat regna ſuper lucidā & beatam terram, quę a nullo vnquam moueri & concuti poſſent neminem timuit, ſicut oportebat vt neminem timeret, cuius regna ſic fundata erant,vt a nullo aut moueri aut concuti poſſent. Et legit ſequentia, Iuxta vnam vero partem ac latus illuſtris illius ac ſāctæ terræ. Et cum legeret interrogauit,quod latus,dextrum an ſiniſtrum? FEL. dixit, Hanc tibi ego non poſſum interpretari ſcripturam, & exponere qđ ibi non eſt, ipſa ſibi interpres eſt, ego non poſſum dicere, ne forte incurram in peccatum. AVG. dixit, Legatur ergo hoc

F

quod ſequitur. Et cum legeret, & ventum eſſet ad locum vbi habet, Lucis vero beatiſsimæ pater, ſciens labem magnam ac vaſtitatem,quæ ex tenebris ſurgeret, aduerſus ſua ſancta impendere ſecula,niſi quod eximium ac præclarum, & virtute potens numen opponat,quo ſuperet ſimul ac deſtruat ſtirpem tenebrarum, qua extincta perpetua quies lucis incolis pararetur.AVG.dixit,Nunc iam

quia

quia cœperunt aperte blasphemię, si defen-
dendas putas, dic quid ista gens tenebrarum
quam videtur Deus timuisse, ne magna labes
& vastitas ex tenebris in regna eius irruerét,
nocere poterat Deo, maxime cuius regna su
perius dixit ita fundata, vt a nullo vnquã mo
ueri aut cõcuti possent? Quid ergo illi factu-
ra erat gens ista? Poterat ei nocere, an nõ po
terat? Responde vnum è duobus. FEL. dixit,
Ego respondeo: nihil contra Deum est, secũ
dũ quod dicit scriptura Manichæi, quia est
alterum regnum, pro qua causa Christus mis
sus est, vt nos liberaret de laqueo mortis hu
ius, cuius est iste laqueus & mors? Si aduersa
rius nullus contra Deum est, vt quid baptiza
ti sumus? vt quid Eucharistia? vt q̃d Christia-
nitas, si contra Deum nihil est? AVG. dixit,
Quia video te nolle respondere ad id quod
te interrogo, & te interrogare vt tibi respon
G deam, & hoc non recuso, dum tamen memi
neris quia tibi interroganti ego respõdeo, tu
autem mihi interroganti respondere nolui-
sti. Sed qu a me interrogasti, audi quod inter
rogasti. Nos quidem dicimus liberatorem
Christũ venisse & a peccatis nostris dicimus
nos liberari, quia nos non sumus de substan-
tia Dei geniti, sed per eius verbũ facti a Deo.
Multum autem interest inter natum de sub-
stantia Dei, & factum a Deo quod non est de
substantia Dei. Quicquid ergo fecit Deus po
test esse mutabile, ipse autem Deus nõ est mu
tabilis, quia non possunt æquari opera artifi
ci & conditori. Tu autem qui pauloante ad
interrogationem meam dixisti, quia & pater
qui generauit ibi lucis filios, & aer & ipsa ter
ra, & filii vna substantia sunt, & æqualia sunt
omnia, oportet vt dicas mihi, huic substãtiæ
vtiq; incorruptibili, quomodo poterat noce
re gens tenebrarum? Si enim poterat nocere
ei, non erat natura incorruptibilis, si aũt non
Cap. 20. poterat, nulla causa erat quare prælium agita-
H ret, & illud numen quod dicis, huc mitteret.
FEL. dixit, Dilationem peto vt possim respõ
dere. AVG. dixit, Quando? Cras intermissus
sufficit? FEL. dixit, Intermitte mihi tres dies,
idest hodie & cras & perendie, aut vsque ad
diem qui post dominicum, idest pridie idus
decembris. AVG. dixit, Video te dilationem
ad respondendum petiisse, humanum est vt
concedatur tibi, sed si respõdere non potue-
ris ad præstitutum diem, quid fiet? FEL. dixit,
Ero victus. AVG. dixit, Quid si fugeris? FEL.
dixit, Reus ero ciuitatis huius & vbique &
legis meæ. AVG. dixit, Immo hoc dic, si fuge
ro sic habear tanquam si anathematizauero
Manichæum. FEL. dixit, Hoc dicere nõ pos-
sum. AVG. dixit, Ergo aperte nobis dic, quia
fugere cogites, & nemo te tenet. FEL. dixit,
Nõ fugio. AVG. dixit, Vt video non vis qua
si victus abscedere, sed saltem hoc dic, si fu-
gero victus sum. FEL. dixit, Dixi. AVG. dixit,
Et vnde apparebit te fugisse propter gesta?
FEL. dixit, Iube vt quẽ elegero cũ ipso sim.
AVG. dixit, Elige tibi aliquem de istis præ-
sentibus fratribus qui ad cancellum stant.
FEL. dixit, etiam & ego consentio, sed cum
illo qui est in medio. AVG. dixit, Sicut tibi
elegisti, vsque ad diem cum illo eris. BO-
NIFACIVS dixit, præstat Christus vt
si cum illo veniam Christianus est. Augu-
stinus Episcopus catholicæ Ecclesiæ Hippo-
niregiensis, his in Ecclesia coram populo
gestis subscripsi. Felix Christianus, cultor le-
gis Manichæi, his in Ecclesia coram populo I
gestis subscripsi.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, De actis cum Felice Manichæo.

LIBER SECVNDVS.


CVm ventum esset ad diẽ præsti- Cap. 1.
tutum, i. ad pridie iduũ decem
briũ, res sic agi cępit in Eccle
sia pacis. AVG. eps ecclesiæ ca
tholicę Hipponiregiensiũ re-
gionũ dixit, pridem cũ sermonem hñemus,
dilationẽ te petiisse meministi, cũ ad ea quæ
interrogaueram in præsenti rñdere nõ posses.
Si ergo tã lato tpis spatio, post diem, s. quin- K
tum aliqd excogitasti, rñde. Hoc.n. tunc in-
terrogaueram: Si Deo nocere nihil poterat,
quare bellũ gessit cum gente, q̃ dicitis tene-
brarũ, in quo bello naturę dęmonũ misce-
ret substantiã suã, quæ hoc est q̃d ipse, sicut
iam interrogatus dixisti? Si aũt ei nocere po-
terat, non incorruptibilẽ Deum colitis, qua-
lem veritas & doctrina Apostolica testatur:
FEL. dixit, Ex quo a sanctitate tua recessi, vt
ad diem constitutum reuersus essem, vt re-

ſpondere tuæ interrogationi, quæcunq; velles interrogare, ventũ eſt ad diẽ. Et quia nullam ſcripturam inter manus habui, q̃a nõ mihi ſunt redditæ vñ me inſtruere poſſem, nullus.n.ad certã exit, niſi prius munitus fuerit, & nullus litigator poteſt ſine ſuis chartis litigare, ſimiliter & ego ſine mea ſcriptura rñdere non poſſum. AVG. dixit, Iſtam tergiuerſationẽ tanto dierum ſpacio cogitaſti, quę te in cauſa perdita & errore ſacrilego, quid rñdeas nõ habẽtem, adiuuare nihil poterit. No-
A tum eſt.n.omnib. qui aderant, quos etiã nũc adeſſe video, te dierũ tãtam dilationẽ petiiſſe, debuiſſe aũt petere ẽt codices q̃n dilationem petiiſti ſi his te putabas inſtrui poſſe ad rñdendum, quod non feciſti. Noui te petiiſſe codices, non q̃dem ad inſtructionem inſpiciendos, verum hoc longe ante q̃ peteres dilationem. Cum vero dilationẽ petiſti: codicũ tibi reddendorum & inſpiciendornm vt eſſe poſſes inſtructior, nullã feciſti mentionem. FEL. dixit, Modo peto codices, reddantur mihi, & venio ad certamen poſt biduum, & ſi victus fuero, quod deliberaueris ſubeo. AVG. dixit, Rudẽ te in iſta ſcelerata ſecta nõ eſſe puto, q̃d & fateris. Non te aũt habere q̃d rñdeas, & ſi nõ fatearis oĩs homo iam videt. Sed q̃a codices tuos repetis, qui ſub ſigillo publico cuſtodiuntur, quib. inſpectis dicis te inſtructum venire poſſe poſt biduum, illud q̃d iam conſtat obiectis q̃onib. te rñdere nõ potuiſſe recole. Tolle aũt codices tuos & dic quid inde tibi velis proferri, quod modo inſpicias & rñdeas. FEL. dixit, Omnes ſcripturas quæ mihi ſublatæ ſunt. Iſta.n. epiſtola fundamẽti eſt, quod & ſanctitas tua bene ſcit, q̃d & dixi, quia ipſa continet initium, mediũ & finem. Ipſa legatur, & q̃cquid malum obiicitur legi meæ, probet, & nego illam, ſi proba-
B ta fuerint illa crimina quæ obiiciuntur legi meæ. AVG. dixit, Q̃m fateris hãc eſſe epiſtolam, vbi doctrinæ veſtræ initium, medium & finis continet, hoc initium q̃ ſit ſacrilegum, vbi Deum dicitis pugnaſſe contra gentem tenebrarũ, & miſcuiſſe naturæ dæmonum polluendam & ligandam partem, quæ hoc eſt quod ipſe, tam ſacrilegum eſt, vt ferri vix ab audientib. poſſit, hoc obiicit primo ſectæ veſtræ, ſiue initium hoc voces, ſiue medium, ſiue finem, non valde id curo, hoc tñ de hac epiſtola quam fateris eſſe Manichei, lectum

eſſe nõ negas: hoc vobis obiicitur, hoc defende ſi potes vt ad alia veniamus. Vnde iterum interrogo. Si Deũ incorruptibilẽ colitis, q̃d ei nocere potuit, neſcio quæ gens aduerſa q̃ fingitis? Si nihil ei nocere poterat, nulla cauſa fuit quare partẽ ſuam naturæ dęmonũ cõmiſceret. Si aũt nocere ei poterat, non Deum incorruptibilẽ colitis. FEL. dixit, Manichęus dicit duas eſſe naturas, & modo inde culpat̃, q̃a dixit duas eſſe, bonã & malam. Chriſtus in Euangelio dicis duas eſſe arbores. Arbor *Cap. 2. Mat. 7. & 2. Contra Adimant. Cap. 26 circa finem.*
L bona nunq̃ facit fructum malũ, & arbor mala nunq̃ facit fructum bonum. Ecce duas naturas. Deinde in euangelio ſcriptum eſt, Nunquid nõ bonũ ſemẽ ſeminaſti in agro, vnde apparuerunt zizania? Hoc inimicus fecit. Iſte inimicus ſi non eſt extraneus a Deo, probet mihi ſi ad Deum pertinet inimicus iſte, quale ſemẽ ſeminauit? Itẽ in euangelio ſcriptum eſt Chriſto dicente, q̃a in nouiſſimis temporib. thronum in medio ſeculo ponet, & mittet angelos ſuos in oriẽtem & occidentem, Septentrionem & meridiem, & congregabit omnes gentes ante ſe, & ſeparabit illos, ſicut paſtor ſeparat agnos ab hædis. Et vt compendiuẽ dicam, agnis dicet: Ite in regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Hædis dicet qui in ſiniſtra parte ſũt: Recedite à me qui operati eſtis iniquitatem: Nomen enim meum habuiſtis, ſed opera nõ feciſtis: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Qui ſunt qui nomen Chriſti habent, & mittent̃ in ignem æternum cum diabolo & angelis eius, & ad quam partem pertinent iſti quibus Chriſtus non permiſcetur & nomẽ eius portãt? Hoc enim Manichæus dicit, quia quos Chriſtus dãnauit, ipſius non ſunt. Nam Paulus Apoſtolus dicit: Prudentia carnis inimica eſt Deo, legi enim Dei nõ eſt ſubiecta, nec enim poteſt. Hoc manichęus *Mat. 13. Mat. 25. Mat. 25. Rom. 8.*
M dicit, quia quæ inimica eſt Deo, ad Deũ non pertinet, ſi autem ad Deum pertinet, ipſe ſibi inimicum fecit, hoc Manichæus non dicit. Iterum Paulus dicit: Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, ad non contemplãdum claritatem euãgelii Chriſti, qui eſt imago Dei. Ipſe Paulus iterum dicit: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanę q̃ me colaphizet die ac nocte, propter quod ter dominum rogaui vt diſcederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nã virtus *2. Cor. 4. 2. Cor. 12.*

in

in infirmitate probatur: Ecce quid Apostol⁹ dixit, ecce quid Euãgelista, cum Manichæus hæc afferat, quia est extraneus a Deo, qui contra Deum pugnauit, siue qa Christus crucifixus est, siue quia Apostoli omnes pp Dei mãdatum, iste qui eos crucifixit cui mandatum Dei non placet, hoc mihi dicat sanctitas tua, si ad Deum pertinet. Augustinus dixit, Scripturas sanctas quas non intelligendo à veritate lõge aberratis, commemorare voluisti, velut ex eis patrociniũ adhibens vaniloquiis vestris. Inter omnia tñ, quæ partim sicut vere scripta sunt, partim aliter q̃ scripta sunt commemorasti, nusquam ostẽdere potuisti, quia Deus regnis suis hostilem naturam imminentem repellere volens, vt habeat quietem, partẽ suam, quæ hoc est quod ipse, naturæ contrariæ dæmonum miscens, colligari ab eis & contaminari feceris. Hoc autem est quod vobis obiicitur, vnde quid rñdeas non inueniẽdo commemorasti diuinarum scripturarum capitula, vbi de peccatorib. dictum est, quia non pertinent ad beatam vitam, q̃ bonis & fidelib. donat Deus, & has velut duas naturas accipi voluisti, secundum deliramẽtum Manichæi. Veritas autem dicit, oĩa ista quæ videm⁹ & quæ non videmus, quæ naturaliter subsistũt, a Deo facta esse, in quib. etiam ipsam rõnalem creaturã factã, siue in angelis siue in hominib. accepisse liberũ arbitrium, quo libero arbitrio, si Deo seruire vellet, secundum voluntatem ac legem Dei, hr̃et apud eũ æternam fœlicitatẽ. Si aũt legi eius subdi noluisset, sed ptãte sua vsa contra eius fecisset imperium, s̃m eius iustitiã pęnæ debitę subiaceret. Hæc oĩpotentia Dei in creãdis hominib. hæc iustitia in remunerandis peccatorib. Esse autem liberum arbitrium, atq; inde peccare quẽq; si velit, nõ peccare si nolit, nõ solũ in diuinis scripturis quas non intelligitis, sed etiam in verbis ipsius Manichæi tibi probo. Circunclusus enim videt potentiam veritatis, contra quam conatus fuerat aliam naturam quam non fecit Deus, inducere cõtra Deũ, nõ solida veritate, sed inani phantasmate, tñ ad confitendum verum de libero arbitrio, plus valuit in eo natura humana, in qua eum Deus effecit, q̃ fabula sacrilega quã ipse sibi confinxit. Audi ergo de libero arbitrio, primo ipsum dominum, vbi duas arbores commemorat, quarum mentionem ipse fecisti, audi dicentem: Aut facite arborem bonam & fructum eius bonũ, aut facite arborẽ malam & fructũ eius malum. Cum ergo dicit, aut hoc facite, aut illud faciet, ptãtẽ indicat non naturam. Nemo enim nisi Deus facere arborẽ põt, sed habet vnusquisq; in voluntate, aut eligere quæ bona sunt, & esse arbor bona, aut eligere quæ mala, & esse arbor mala, non qa mala ipsa quæ eliguntur aliquam habeãt in seipsis substantiam, sed quia Deus omnia quæ condidit gradib. suis cõdidit, generibusq; distinxit, cœlestia, & terrena, immortalia atq; mortalia, & oĩa bona in suo genere condidit, aĩam habentem liberum arbitrium, sub seipso & supra cętera collocauit, vt si seruiret superiori, dominaret̃ inferiori, si autem offenderet superiorem, pœnam ex inferiore sentiret. Hoc ergo dominus dicẽs, aut facite illud, aut facite illud, ostendit esse in ptãte quod facerent, ipse securus & certus in se tanquam Deus, & quia si bonum eligerent, præmiũ eius acciperẽt, si malum eligerent, pęnã eius sentirent. Sẽper aũt ille iustus est aut remunerator, aut dãnator. Audi ergo iam quemadmodum Manichæus ipse tam peruersus, tam superb. vt aliam introducens naturam, se ęqualẽ Deo faceret, Deum ad se ipsum deponeret, confessus sit tñ esse liberũ arbitriũ, in thesauro vestro cui tale nomẽ ad decipiẽdos hoĩes indidistis, certe sic loquit̃, quod & tuipse cognoscis. Hi vero qui negligentia sua a labe prædictorũ spirituum purgari se minime permiserint, & mãdatis diuinis ex integro parũ obtẽperauerint, legemq; sibi a Deo liberatore datã plenius seruare noluerint, neque vt decebat sese gubernauerint &c. Vides in his verbis confirmatum esse, etiam à nesciente quid loqueretur, liberum arbitrium. Qui enim seruare legẽ non vult, in potestate eius est si velit. Non enim dixit, nõ potuerint, sed, noluerint, hoc certe quod nolunt seruare legem, non à gente tenebrarũ cogunt̃. Sed enim coguntur, non nolunt, sed non possunt. Si aũt nolunt, non vtiq; cogunt̃ vt non faciant, sed voluntate sua nolũt. Hoc ergo qđ in eorum volũtate est vt nolint, peccatum est certe sine aliqua necessitate gentis tenebrarum. Hoc agnosce esse peccatũ sine necessitate gentis tenebrarum. Et inde vides vnde veniant oẽs culpæ, vnde merita culparum, vnde distributiones pęnarum. Habetis etiam

Margin notes (left, partly cut off): …3. | C | …erum …itriũ. | D | …bene male …ere in …ero ar…rio ho…nis sit. …p. 4. …at. 12.

Margin notes (right): E | *Quod in creatura rõnali sit liberum arbitriũ.* Cap. 5. | F

Hoīem libertate, nō necessitatepeccare ostēdit Cap. 6.

etiam hoc in scripturis apocryphis, quas canon ꝗdem catholicus non admittit, vobis aūt tanto grauiores sunt, quanto à catholico canone secludunt. Aliquid etiam inde cōmemorē, cuius ego authoritate non teneor, sed tu conuinceris. In actib. conscriptis a Lenticio, quos tanquam actus Apostolorum scribit, habes ita positū: Etenim speciosa figmenta, & ostētatio simulata, & coactio visibiliū, nec ꝗdem ex propria natura procedunt, sed ex eo homine, qui per seipsū deterior factus est per seductionem. Vide quemadmodum hic, & per seipsum dicit, & per seductioné. Fuit enim seductor hoīs diabolus, non natura peccator, sed prior voluntate peccator. Sed quia erat in hominis potestate seductori
G non consentire, ideo positum est, & per seipsum, & per seductionem, vt in eo quod positum est, per seipsum, liberum arbitrium, in eo vero quod positum est, per seductionem: intelligas diabolum, nō oppressorem inuiti,

Qđ accedere ad Deū exdono Dei sit Cap. 7.

sed tentatorem volētis. Proinde ꝗa ego rñdi, & quantū potui probaui, ea quæ scripta sunt in libris sanctis de peccatorib. & de iustis, nō ad diuersitatem naturarum, sed ad distinctionem meritorum pertinere, in quib. meritis nō necessitaté natura facit, sed voluntas culpam: rñde tu ad illud quod iam interrogaui: Si Deo nocere nihil poterat, quare partem suam, substantiam suam, hoc quod ipse est, polluendam & ligandam dęmonib. miscuerit, quod in nulla diuina scriptura canonica potueris inuenire? Si aūt nocere ei potuerat, non Deum incorruptibilem colitis, de quo

1. Tim. 1

Apostolus dicit: Regi aūt seculorum immortali, inuisibili, incorruptibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorū. Deniq; item dr:

1. Tim. 6.

Deus habitat lucē inceſſabilem. Nunquid ad illam lucem non accedunt sancti, de quibus
H scriptum est: Accedite ad eum & illuminami

Psal. 33. Mat. 5.

ni: Et illud, Beati mundo corde, qm̄ ipsi Deū videbunt? Sed ꝗa non ad eam pōt accedere, nisi cui Deus ipse donauerit, vt accedat, ideo per seipsam inaccessibilis est. Nemo.n. ad eā pōt accedere, quem Deus noluerit vt accedat: cui autē donauerit, ipse accedet. Qūo ergo poterat illa gens tenebrarum accedere ad habitationem Dei, vbi est inacceſſabilis lux, quo non accedit nisi cui Deus donauerit? Aut si donum acceperat a Deo vt accederet, ad expugnandum regnum Dei non daret, & non timeret. Si autem donū tale non dederat vt posset accedere, securus in regno suo erat, habitās inaccessibilem lucem, quid poterat de tenebrarum gente me tuere, vt ei misceret partē suam, substātiam suā, hoc qđ ipse est, ligandam, premendam, contaminandam, vbi non solum miserabiliter teneretur, sed etiam turpiter purgaret. Vt enim purget inde, dicitis qđ nephas est audire, sed ad vos confundendos & forte saluandos, tacere nō possumus, vt purget inde pars Dei, dicitis in naue lucis, quam Solem appellatis, facientes iniuriam creatori Solis, & ipsi Soli quem sic dicitis factum, vbi tanta turpitudo celebret: I
Dicitis n. illic positum Deum, virtutes suas conuertere in masculos, ad irritandum concupiscentias dæmonum fœminarū, & eosdem rursus conuertere in fœminas, ad irritandum concupiscentias dæmonum masculorum, vt cum dęmoniis iniiciūt libidinem, accensis in formas confictas a Deo relaxent membra eorum, & sic euadat pars Dei quæ ibi fuerat colligata. Hoc tantum opprobriū, hoc tantum sacrilegium credere ausi estis, & prædicare non dubitatis. Hæc sunt media doctrinæ vestrę: Finis vero quis est? Quis, nisi quia non potuit Deus totum purgare? Et ꝗa non potuit, facturum inde dicitis velut tectorium genti tenebrarum, vt ibi in æternum damnetur quod purgari non potuit, & nihil sua sponte cōmisit. Ita fit vt Deus vester, non verus, sed fictus, non alicubi constitutus, sed in corde vestro imaginatus, partem suam miscean infœliciter, purget turpiter, dānet crudeliter. Ad hęc ergo respōde, & incipe ab illo quod dixi, quare Deus miscuit istam partem suam, cui nihil nocere poterat, aut si potuit: quomodo sit incorruptibilis. FEL. dixit, Crudelē asseritis Manichęū hæc dicentem: de Christo quid dicimus, qui dixit: Ite in ignem ęternum? AVG. dixit. Peccatorib. hoc dixit. FEL. dixit, Isti peccatores, quare non K
purgati sunt? AVG. dixit, Quia noluerunt. FELIX. dixit. Quia noluerunt, hoc dixisti? AVG. dixit, Hoc dixi, quia noluerunt. FEL. dixit, Quare noluerunt? Est qui non vult curari? Est qui non vult purgari? Est qui non vult illuminari? Quis infirmus est qui non vult ad salutem venire? Si crudele est quod Manichæus dixit, quia aliqua pars Dei quæ se purgare nō potuit in globo ligata est, hoc

Qu[...] salu[...] dam[...] ex l[...] arb[...] Ca[p.] 8.

cru-

crudele nō est, vt Christus qui dixit, Ego ꝑꝑ peccatores veni, modo ad ignem æternū illos mittat, cuius nomē portauerunt? Sed mādata credo non potuerunt complere. Si hoc crudele est, crudelius est & illud. Si illud crudelius est, quia illos non potuit purgare, & globo ligauit, & id crudelius videt̃ esse quos Christus non potuit purgare, ad ignē ęternū mittere, hoc mihi sanctitas tua exponat de ipsa crudelitate. AVG. dixit, Si ea quæ iam dixi, vel intellexisses, vel te intelligere fatereris, fortasis.n. non habendo q̃d dicas finxisti

L te non intelligere qđ apertum est, ista nō diceres. Iam.n. diximus & probauimus per diuinas scripturas, esse liberū arbitrium: Deū aūt esse liberi arbitrii iustū iudicem, remuneratorē fidelium, eiq; se subiicientium & volentiū se sanari, damnatorem aūt superborū & impiorū. Quia ergo ad peccatores sanandos venit, sanat vtiq; peccata cōfessos, sanat pœnitentes, neminem aūt pęnitet cum alius peccauit, sed si est pœnitentia iusta & verax, vñ & ipse dñs dicit, Non veni vocare iustos, sed peccatores in pęnitentiam, ipsa pęnitentia indicat nō alienæ esse naturę sed voluntatis nostrę, si quid forte peccauim⁹. Nam si alio peccante, alium pęnitet, non est ista prudens sed insana pœnitētia. Secundū aūt nulla peccata sunt. Gens.n. tenebrarum nō peccat, q̃a suam naturam facit. Natura lucis non peccat, quia qđ facit, facere cogit. Nullum ergo inuenis, peccatum quod dānet Deus, nullum inuenis peccatum qđ pœnitentia possit sanari. Si aūt pœnitentia est, & culpa est: Si culpa est, & voluntas est: Si voluntas est in peccando, natura non est quæ cogat: Sed si quid infirmitatis patiunt̃, qui non possunt implere quod volunt. Vnde apostolus Paulus dicit: video aliam legem in membris meis, repugnantē legi mentis meę, & captiuantē me in lege peccati, q̃ est in membris meis: manifestū est hoc venisse de traduce primi peccati Adā, & de consuetudine mala: Nā hodie libera volūtate faciunt hoīes cōsuetudinem, q̃

M cū fecerint, facile superare nō pñt. Ipsi ergo sibi de seipsis fecerunt, ꝙ contraria lex habitet in mēbris eorū. Sed qui concipiūt timorē Dei, & per liberū arbitriū subdūt se sanādos optimo medico, & sicut bono curatori, ita & misericordi creatori, ꝑ humilitatem confessionis & pñiæ sanant̃. Superbi vero dicētes se iustos, aut dicendo q̃a non peccāt ipsi, sed aliud in illis peccat, & alia natura de * illis peccat, *a.l. in.* per ipsam superbiā suā & insanabiles fiūt, & experiunt̃ iustum iudicium Dei, qui superbis resistit, humilib. aūt dat gratiā. Non est ergo indignum vt Deus dicat. Ite in *Iacob. 4* ignē ęternū: eis qui eius misericordiam per liberū arbitrium respuerūt, & dicat, Venite *1. Pet. 5* benedicti patris mei, percipite regnū, eis qui *Mat. 25* per liberū arbitrum fidē eius susceperūt, peccata sua confessi sunt, pœnitentiā egerūt, displicuerunt sibi quales fuerunt, & quales per A eū facti sunt, illi placuerunt. Tu ergo iam ad hoc qđ interrogaui rñde. Sed impetrem a te, ne moras superfluas faciamus: Si Deo nocere nihil potetat, quare huc nos misit? Si nocere poterat, nō est incorruptibilis Deus. FEL. dixit, Si Deo nocere nihil poterat, quare huc filium suum misit? AVG. dixit, Vide quemadmodum semꝑ interrogas, & ad interrogata rñdere non vis. Audi quod interrogasti, memento tñ te ad ea quæ dico non rñdere, me autem rñdere. Deo nocere nihil potest, sed filium suum misit vt carne indueret̃, & hominibus appareret, peccatores sanaret, in ipsa carne pateretur pro nobis, quam sumpsit ex nobis. In sua quippe natura pati nihil poterat, quia in principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbū. In hac natura quia Deus erat verbum, pati nihil ille *Ioan. 1.* poterat. Vt autem pati pro nobis posset, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum caro factum est, assumendo carnem, non mutatum in carnem. *Ioan. 1.* Assumpsit enim humanitatem, non amisit diuinitatem. Itaque idem Deus & idem homo, in natura Dei æqualis patri, in natura hominis factus mortalis, in nobis, pro nobis, de nobis, manens quod erat, suscipiens quod non erat, vt liberaret quod fecerat, non quod erat. Non est ergo passio Christi ex indigentia, sed ex misericordia. Præbuit enim exemplum patientiæ nobis de nobis, idest homini de homine, carni de carne, B non tamen in illa carne ipse deterior factus, sed caro in illo melior facta est. Pars vero Dei vestri nulla carne assumpta, non enim erat in gente tenebrarum pro qua pateretur, descendit vt teneretur, ligaretur pollueretur, & turpius quam ligabatur purgaretur. Iam enim de purgatione eius dixi. Hæc omnia quanto indigniora sunt,

Quare filius Dei incarnatus sit. Cap. 9.

ſunt, tanto vtiq; faciliora ad intelligendum,
qm̃ in naturam Dei iſta nõ cadunt: Et abſit a
pio aĩo atq; fideli talia de Deo credere, Deo
bono, Deo vero, qualia vos creditis, nõ quẽ
inueniſtis, ſed quẽ finxiſtis: Rñde iam nũc ſi
Deo nocere nihil poterat, pura illa ſubſtãtia
Chriſtus ipſius nulla carne aſſumpta, in ſe paſſura, ſi
cur fuerit quid paſſura erat, non in carne q̃ ſuſceperat,
crucifixus quare huc miſſa eſt ẜm veſtra vaniloquia?
cap. 10. FEL. dixit, Si nihil poterat noceri Deo a par
te aduerſa: & Chriſto nihil noceri poterat ab
aduerſa natura, ad q̃ venit Chriſtus vt eam li
beraret, quia vt dicis ꝑꝑ libertatem noſtram
venit, ergo in captiuitate fuimus. Si in capti-
uitate tenebamur, & ꝑꝑea Chriſtus venit, vt
nos liberaret de captiuitate, qui nos tenebat
C extraneus à Deo erat, aut virtus Dei. Si virtus
Dei erat qui nos tenebat, vt ꝗd Chriſtũ mit-
tebat, ille qui nos tenebat? Si in ipſi⁹ arbitrio
erat qñ vellet dimittere, vt ꝗd Chriſtus cruci
figiẽ? Neminẽ aũt latet Chriſtum crucifixũ:
Quid illũ crucifixerunt? Si Dei virtus eſt, ni-
hil nobis nocebat: Si Dei virtus erat, nõ fui-
mus capti apud illum, ſed quaſi nos cum no
ſtro principe, quaſi filius cum parentib. non
aũt Romani cum Barbaris. Non oportebat
ergo, ꝗa cum virtute Dei conſtituti eramus,
Deum filium ſuum mittere, vt dicatur, quia
liberator noſter venit. Si paret ergo cũ virtu
te Dei nos cõſtitutos eſſe vt Apoſtolus dixit
Chriſtus nos liberauit de maledicto legis, ꝗa
Galat. 3. ſcriptum eſt: Maledictus oĩs qui pendet in li
Deu. 21. gno: Hoc.n. Apoſtolus dicit, Si iſte qui male
dicit oẽs qui pendẽt in ligno, Dei virtus eſt:
Chriſtus.n. pẽdet in ligno, & Apoſtoli ipſius
oẽs qui addicti ſunt pro ipſius præcepto, ꝗs
ergo iſte eſt qui maledicit omnem qui pen-
det in ligno? AVG. dixit, Quos Chriſtus re-
demit a diabolo per conſenſionem ſuam te
nebantur a diabolo & in eius conditione cõ
D ſtituti erant per iuſtum Dei iudicium, cui ſe
ducenti conſenſerant per liberum arbitriũ.
Cap. 2. Sicut autem in poteſtate hoĩs fuit diabolo
conſentire, vt captiuareẽ, ſic in ipſius diaboli
poteſtate fuit, cum angelus eſſet peccare, vt
in deterius mutaretur. Peccator ergo ange-
lus per liberum arbitrium, ſuaſit peccatum
homini habenti liberum arbitrium, vt dia-
bolus ſi noluiſſet non peccaſſet, & homo ſi
noluiſſet non conſenſiſſet. Cum autem iã ab
illo cui conſenſerat teneretẽ, non quia diabo
lus aliquid potuit, ſed quia iuſtum Dei iudi-
cium fuit, & eius legi obtemperare noluit.
Quia ergo ſic inuenit Chrs peccatores ſub
peccato, redemĩt confitentes a ſuperbiente.
Quod aũt in lege poſitũ eſt: Maledictus oĩs
qui pẽdet in ligno. Vñ Apoſtolus dicit: Chri
ſtus nos redemit de de maledicto legis, fact⁹
pro nobis maledictũ: Scriptũ eſt.n. Maledi-
ctus oĩs qui pendet in ligno, nõ legem repre
hendit, ſed miſericordiã cõmendauit. Quia
enim Adam peccauerat, & oĩs illa maſſa &
propago peccati maledicta erat, dñs aũt car
nẽ de illa maſſa ſuſcipere voluit vt ſuſcipien
do mortalitatem q̃ de pęna venerat, ſolueret
mortẽ, qđ de gratia veniebat, ideo dicit lex, E
Maledictus oĩs qui pendet in ligno. Mors.n.
ipſa pendebat in ligno, q̃ mors de maledicto
veniebat. Qũo ergo ſuſcipiendo mortem in
terfecit mortem, ſic ſuſcipiendo maledictũ
ſoluit maledictum. Vnde & Apoſtolus dicit:
Scientes, quia vetus homo noſter ſimul con
fixus eſt cruci cum illo, ꝗa de veteri hoĩe no
ſtro, i. de ſorte mortis, quæ veniebat ex meri
to peccati, ſuſcipere dignatus eſt carnẽ mor
talem de virgine Maria, in qua nobis & paſ-
ſionis & reſurrectionis præberet exemplũ:
paſsionis, adfirmandã pęnitentiam, reſurre-
ctionis ad excitandã ſpem, vt duas vitas no-
bis oſtẽderet in carne, q̃ ſuſcepit de vita no-
ſtra mortali, vnã laborioſam, alterã beatam:
laborioſam, q̃ tolerare debemus: beatam, q̃
ſperare debem⁹. Toleramus aũt laborioſam
merito peccati noſtri: Ille aũt oſtẽdit eam in
carne ſua, non merito iniquitatis ſuæ, ſed of-
cio miſericordiæ ſuæ. Nam vt noueris bo-
nam eſſe legem quam tu reprehendere vo-
luiſti, ipſe Apoſtolus Paulus quodam loco
dixit: Lex ſubintrauit vt abundaret delictũ:
Adhuc videtur illam reprehendere. Sed au- F
di quod ſequitur: Vbi autem, inquit, abun-
dauit delictum, ſuperabundauit & gratia.
Data eſt enim lex ſuperbis hominibus, & vi-
ribus ſuis totum tribuentibus, vt cum im-
plere non poſſent legem datam, præuarica-
tores inuenirentur, & facti rei ſub lege, pe-
terent miſericordiam à legis conditore. Pro
inde paulopoſt dicit idem Apoſtolus, itaque
lex quidem ſancta, & mandatum iuſtum, &
ſanctum, & bonũ. Sed ne dicas, quia de alio
mandato dicat, vt oſtendat quia de illo dicit,
de quo pauloante dixerat, Lex ſubintraui

m.7. vt abundaret delictum, statim sibi opposuit quęstionem, Quod ergo bonū, mihi sanctū est mors? Absit, Sed pctm̄ vt appareat pctm̄, per bonū mihi operatū est mortem. Erit. n. pctm̄, sed non apparebat pctm̄, data est lex superbo, fecit contra legē, & apparuit pctm̄, quod erat sed non apparebat. Apparens autē peccatū humiliauit superbū, humiliatus superb. factus est pœnitens, de pęnitentia impetrata est misericordia. Audisti ergo quod interrogasti, rn̄de, quod interrogo. Nihil nocere poterat gens tenebrarū Deo, quare huc misit partem suam miscēdam, & polluendā a natura Dæmonū? FEL. dixit, Si in arbitrio nostro sum⁹, nemo neminē cogat. Qn̄ volue-
p. 11.
G ro, ero Christianus: Volūtas nobis subiacet, aut esse Christianum, aut nō esse. AVG. dixit, Quia volūtas nobis adiacet, manifestū est, & hoc de diuinis scripturis docui, qđ coactus est ēt inuitus dicere, ēt ille qui vos in istum induxit errorem. Qđ aūt dicis, nemo cogat, qn̄ voluero ero Christianus, nemo plane te cogit: Qn̄ volueris esto, qa ex voluntate tua huc venisti, & ex volūtate tua ista disputasti: Et væ voluntati malæ si mala est, pax bonæ voluntati si bona est. Siue aūt mala sit, siue bona sit, voluntas est. Bonam voluntatem sequit corona, malam sequit pęna. Deus iudex voluntatum est, creator aūt naturarum. Si ergo putas cogi te vt sis Christianus, audi a nobis oīno te non cogi: Cogita potius quæ audis, perpende, in tua volūtate es, examina vt prudens, si tn̄ est in te vlla prudentia vel humana, vtrū ea quæ dicta sunt veritate fulta sint, vtrū tuipse in Manichæi vestri defensione defeceris, sicut apparet, & qn̄ volueris esto qđ nōdum es, & desine esse quod es. FEL. dixit, Ecce iam compendiue, vt dixit sanctitas tua,
H ne chartas cumulemus si tibi placet quod petiui pridem huc veni, ostendi mihi veritatem, vt illud quod teneo pateat, quia veritas nō est, & habes paratum ad credendum.
ap. 13. AVG. dixit, Iā quidem quod tenes satis apparet, quia veritas non est. Absit. n. a cordib. veritatem quærentium vel tenentiū, vt credant Deum substantiam suam necessitate coactū mersisse dæmonum naturæ ligandam atque polluēdam. Absit a fidelib. credere Deum ad liberādum substantiam suam cōuertere se in masculos contra fœminas, & in fœminas cōtra masculos ad eorum concupiscentiam tu-

tandam.* Absit a fidelib. credere Deum substātiam suam ipsis dæmonib. mersam postea in æternā damnare. Hoc ergo qa veritas non est, manifestum est. Sed quia vis tibi pro ista falsitate expulsa atq; conuicta, patefieri veritatem, si quid de cognoscenda fide catholica adhuc mouet, ab initio fidei poteris erudiri. Etenim aptum perceptioni veritatis incommutabilis facit pia fides a qua fide quisquis incipere noluerit, superb. foris remanebit, & ad id quò tendit vel quo vult, peruenire nō poterit. Sed qa illa falsitas manifesta est, anathema falsitatem, vt possis incipere aptus esse ad cognoscendum veritatem. FEL. dixit, I
Cum apparuerit mihi, quia mihi non apparet, quia altera mihi ostensa non est, non possum anathematizare. AVG. dixit, Anathematizandus est error qui dicit corruptibilem Deum, an non est anathematizandus? FEL. dixit, Iterum dic. AVG. dixit, Anathematizandus est error qui dicit corruptibilem Deum, an non est anathematizandus? FELIX. dixit, Quęratur si dicit. AVG. dixit, Ego hoc interrogaui, qui dicit corruptibilem Deum, anathematizandus est, an non? FEL. dixit, Qui dicit corruptibilem Deum anathematizandus est, hoc mihi obiicis? AVG. dixit, Hoc interrogo. FEL. dixit, Corruptibilem Deum dicis, non autem quod primo dixisti, quia partem suam dedit aduersariis. AVG. dixit, Interim quod interrogo responde. Qui dicit corruptibilem Deum esse, anathematizandus est, an non? FEL. dixit, Valde. AVG. dixit, Qui dicit corruptibilem esse naturam & substantiam Dei, anathematizandus est, an non? FEL. dixit, Non intellexi quod dixisti. AVG. dixit, Hoc dico quod omnis homo intelligit, nisi qui se fingit non intelligere, naturam & substantiam Dei, idest, illud ipsum quicquid est Deus, qui dicit esse corruptibilem, K
anathematizandus est, an non est? FEL. dixit, Etiam anathematizādus est, si probatum fuerit esse verum. AVG. dixit, Nondum tibi dixi, quia Manichæus dicit corruptibilem naturam Dei, sed hoc tibi dixi, quia quicunq; hoc dicit, anathematizandus est. FEL. dixit, Et ego respondi, quicunque hoc dicit etiam. AVG. dixit, Pars illa quæ mixta est genti tenebrarū, de Dei natura est, an de aliqua alia natura? FEL. dixit, De Dei. AVG. dixit, Quod de Dei natura est, hoc est quod Deus, an

a.l. irritā dam.

An Manichæi articuli sint anathematizādi Cap. 14.

Manichæū esse anathe-

matizandum.

an aliud quid quod non est Deus? FEL. dixit, Ita est, quod de Deo est Deus est, secundum

Cap. 15.

quod & scriptum est: Lex lucet in tenebris,

Ioan. 1.

& tenebræ eā non cōprehenderunt. Deus.n.

1. Ioan. 1.

lumen est, & tenebræ in eo nō sunt. AVG. dixit, Bene rñdisti, q̃a & quicquid de Dei natura est, Deus est, & lux est, & tenebræ in eo nō sunt, & talis lux luxit in tenebris, & tenebræ eā non comprehenderunt. Videamus ergo vtrum Manichæus partem Dei nō dicat esse comprehensam a tenebris, non etiam teneri ligatam, non etiam & maculatā, & pollutā, sic vt idigeat misericordia liberatoris & pur-

L

gatoris. Si aūt hæc dicit, secundum te etiam, & secundum veras cōfeßiones tuas, anathematizandus est, quia partem Dei & naturam Dei quod est ipse Deus, dicit comprehensā a tenebris & ligatam & pollutam, quod tuipse secundum Euangelium loquens non potuisti dicere. Sed verū dixisti, quia lux lucet in tenebris, & tenebrę eam non comprehenderūt. Manicheus ergo anathematizandus q̃ dixit, q̃a lux tenebrata est in tenebris, & tenebrę eā comprehenderunt. FEL. dixit, Sed & qui polluitur, & qui tenet, liberatur, & nos si polluti sumus, mundamur. AVG. dixit, Sed hoc de Dei natura non recte dr̃ sed de illa q̃ pollui potest recte dr̃ quia polluitur & mundatur. De illa vero quæ pollui non potest, vides cum quanto sacrilegio dicatur, polluitur & mundatur maxime q̃a sic dicitis quandam Dei partem esse pollutam, vt propterea ligetur in æternum globo tenebrarum, quia non potuit mundari. Hoc qui nō anathematizat, falsum pauloante rñdit, quia omnis qui dicit corruptibilē Deum, anathemandus est. FEL. dixit, Hoc qđ dixit sanctitas tua, quia

M

pars, quæ se non mundauit ab cōquinatione gentis tenebrarū, & sic dicit Manichæus, q̃a non sunt missi in regnum Dei, hoc enim asseris tu q̃a damnati sunt. Sed Manichæus non hoc dicit, q̃a damnati sunt, sed ad custodiam positi sunt illius gentis tenebrarum. AVG. dixit, De ista parte tecum ago, quam dicis pollutam, purgari, postea si opus fuerit, de illa quę figitur in globo eius. Interim quę purgatur, polluta erat. FEL. dixit, Quę polluitur & mundatur. AVG. dixit, Qui ergo dicit naturam Dei & substantiam Dei & id qđ Deus est, posse pollui, ligari inquinari a gēte tenebrarū, non est anathemādus. FEL. dixit, Christus vnde nos mundauit, vnde nos liberauit? AVG. dixit, Christus non partem Dei, nō naturam Dei liberauit, sed facturam quā fecit, in peccatum cadētem per liberum arbitriū, sua misericordia liberauit. Eam rem mundauit quæ pollui poterat, eam rē liberauit quæ captiuari poterat, eā rem sanauit q̃ infirmari poterat, Modo aūt de Deo, de natura Dei, & de substātia Dei, de eo qđ Deus est loq̃mur, poterat pollui, an non poterat? FEL. dixit, Aīa nostra ex Deo est quæ polluta est, si non ex Deo vt q̃d pro illa Christus crucifixus est? Si ergo patet quia Christus p̄ animam no-

Quō illud qđ pollui poterat, mundatū. Cap. 16.

Qđ ... Ch... redi... ex D... p crea... nem... per ... ratio... Cap. 1[7]

A

stram crucifixus est, patet quia ex Deo est, & polluta erat, & ipse eam mundauit. AVG. dixit, Ego non solum aīam, sed corpus nostrū & oēm creaturam & spiritalem & corporalem ex Deo esse dico, quia hoc habet catholica fides. Sed aliud est quod de se Deus genuit, quod est, quod ipse, aliud aūt quod fecit Deus. Quod Deus genuit, æquale est patri, qđ Deus fecit, nō est ęquale conditū conditori. Aliud autem dicimus ex Deo esse, qđ melius dicimus de Deo esse, quia hoc est qđ ipse, sicut vnigenitus filius, sicut verbum eius per quod facta sunt oīa: Alia vero sic dicim⁹ ex Deo, quia dixit & facta sunt, mandauit & constituta sunt. Hinc est anima ex his quæ fecit Deus nō illud quod de se genuit Deus:

Ex Deo, de Deo.

Psal. 32.

Ideo verbum quod de se genuit, pollui non potuit, nec poterit. Aīa vero quā fecit rectricē corporis, vt seruiret superiori, dominaret inferiori, i. seruiret Deo, dominaretur corpori, contempta Dei lege per peccatum polluta est. Deus autem misericordiam pręstans his quæ fecit, misit filium per quem fecit, & per illum refecit. Qñ condendum erat quod non erat per verbum conditum est, quando

B

reficiendum erat quod deprauatum fuerat, suscepta est inde creatura de virgine Maria, vt per id qđ erat homo demonstraretur homini, & quid sustinendum & quid sperandū esset: Itaque natura verbi substantia vnigeniti filii Dei nihil passa est a persecutoribus Iudæis, vel a diabolo, angelo malo persequente: Sed quia induit se carne, induit se re mortali, re paßibili, re mutabili, in eo quod se induit, passus est quicquid voluit ad exemplū patientiæ, & reformauit hoc ad exemplum iustitiæ. Tu modo dic mihi de Dei parte qđ Deus est, vtrum pollui poßit, an non? Si pōt,

non

non est incommutabilis Deus, & qui hoc dicit, anathemandus est. Si autem nõ potest, vides anathemandum Manichæũ, qui dicit partem Dei naturã Dei, q̃ est Deus, venisse huc purã ad gentẽ tenebrarũ ligatã atq; pollutã, vt indigeat solui ac mundari. FEL. dixit, Hoc tu dixisti de anima, quia ex Deo nõ est. AVG. dixit, Non dixi, sed dixi quia ex Deo est tanquam a Deo facta, non tanquam a Deo nata. FEL. dixit, Dixisti de anima quia non est ex Deo, sed factura Dei, q̃a sine Deo nihil est, hoc .n. dicis tu, & non vis asseuerare, quia ex Deo est anima. AVG. dixit, Adeo est, sed facta est a Deo. FEL. dixit, Aut facta est, aut missa est, aut data ex Deo est. Ergo si ex Deo est, C polluta est, & venit Chr̃s eã liberare de pollutione, q̃d culpas Manichæum? AVG. dixit, Quia ego dico aĩam nõ naturã Dei, sed factã a Deo, ꝑ liberũ arbitriũ peccasse, & peccato esse pollutã, & per Dei misericordiã in pęnitentia liberatam, tu aũt ipsam naturã Dei q̃d Deus est, Deũ de Deo dicis in gẽte tenebrarum captũ atq; pollutũ, & multum interest inter id q̃d de se Deus genuit, & q̃d fecit nõ de se, sed ex nihilo, i. cum omnino nõ esset, a Deo accepit vt esset, i. vt institueretur. FEL. dixit, Ego pars Dei est. AVG. dixit, Iã tibi dictum est, non est pars Dei, & accipe q̃uo intelligas Deum omnipotẽtem factorem. Oĩa q̃ fiunt, & quod quisq; facit, aut de se est, aut ex aliquo, aut ex nihilo, homo q̃a nõ est omnipotens, de se filium facit, ex aliquo, sicut artifex ex ligno arcã, & ex argẽto vasculum. Potuit enim facere vasculum, sed nõ potuit facere argentum: Potuit facere arcam, sed nõ potuit facere lignum. Ex nihilo aũt ex eo q̃d prorsus nõ est, facere vt sit, nullus hoĩum potest. Deus aũt quia omnipotens est, & de se fi- D lium genuit, & ex nihilo mũdum fecit, & ex limo hoĩem formauit, vt per istas tres potentias ostenderet effectionem suam in omnib. valentem, quia de se q̃d fecit, nec fecisse dicẽdus est, sed genuisse. Quod aũt ex aliquo, sicut de terra hoĩem, nõ sic fecit hoĩem de terra, vt alius ei fecerit ipsam terrã vnde fecerit hominem, q̃uo fecit Deus argentum argentario vnde faceret vasculũ, sed ipse fecit, & q̃d non erat vt esset, & q̃d inde rursus esset, q̃d iam ipse ex nihilo creauerat vt esset. Sic ergo corpus, sic anima, sic intelligit vniuersa creatura facta a Deo, non genita de Deo,

q̃ Deus ... fecerit nihilo, q̃ differentia est ĩ facere & creare. Cap. 18.

vt hoc sit q̃d Deus. Proinde modo forte eliges quid teneas, & quid respuas. Elige quid sit melius, q̃m videmus multa mutabilia, & ipsa tñ bona quamuis mutabilia, multa mortalia, & ipsa tñ bona quãuis mortalia. Bonũ autẽ omnino incommutabile ipse Deus est. Quid melius sit tibi tenere, elige, Deum mutabilem esse, an, q̃d Deus fecit mutabile esse, q̃a necesse est vt vnũ ẽ duob. dicas. Si nolueris admittere id quod Deus fecit esse mutabile, restat vt dicas ipsum Deum mutabilem. Vt aũt ab hoc sacrilegio te purges, & ab hac blasphemia, ne dicas substantiam Dei esse mutabilẽ: quare non concedis Deũ qui vere est, & incõmutabilis est, quia ipse etiam dixit, Ego *Exo. 3.* E sum qui sum, fecisse omnia bona, sed non sibi paria? Proinde quia ipse incommutabilis est, nõ est mirum si quod fecit, quia ei ęquale non est, non est incommutabile, sed mutabile. Ideo & per liberum arbitrium peccare & pollui potuit, & per eius misericordiam liberari. FEL. dixit, Dixisti hominem fecisse sibi filiũ. Nihil interest inter patrem & filiũ. Quia ergo hoc protulit sanctitas tua, & ego rñdeo, quia Deus & q̃ fecit ęqualia sunt sibi. AVG. dixit, Quod intelligere noluisti, quia homo cum filium fecit, non facere proprie dicitur, sed proprie generare dicitur, sic & Deus filiũ vnicum genuit, dixi tibi, nõ fecit. Fecit autem illud quod ęquale non est ei: q̃d autem genuit, ęquale est illi. Itaque elige tibi vtrum velis dicere mutabilem Dei facturam, an mutabilem Dei naturam? FEL. dixit, Quomodo Deus immutabilis est, similiter quem genuit immutabilis est, & quod fecit, si de ipsius natura est, non mutatur, sed de nihilo fecit, quia opus nõ mutatur. AVG. dixit, Sed iam tibi dictum est, quia quod fecit, non de ipsius natura est, sed ex nihilo fecit, quia F omnipotens est. Non erat, & fecit, non de se, non de aliqua re quam ipse non fecerat, sed ex nihilo. FEL. dixit, Ego non hoc dixi, sed dixi quia Deus immutabilis est, & quod genuit immutabile est, & quod fecit immutabile est. Non dixi, vnde illud fecit. Non hoc q̃siui, vnde fecerit. AVG. dixit, Sed a me audisti quod non quæsisti, vt iam desineres stulta loqui. Omnipotẽs Deus & de se potuit generare, & de nihilo facere, & ex eo quod iã fecerat aliquid formare. De se, filium ęqualem sibi, de nihilo, mundum & vniuersam creaturam,

Q̃d Dei filius ex Deo sit genitus creatura autem ex nihilo facta. Cap. 19.

turam,

turam, ex aliquo, de terra hominem, quia oĩpotens est. Quod ergo de seipso est pollui nunquam potest, quõ nec ipse. Quod aũt ab illo factum est, non de illo, & pollui potest per liberum arbitrium, & mũdari per ipsius misericordiã, condemnãdo quod peccauit, & agnoscendo qui eũ creauit. Tu vero qui paulò antè dixisti, q̃a qui Dei partem corruptibilem & cõtaminabilem dicit, anathemãdus est, negare aũt non potes Manichæum dixisse, ꝙ pars Dei in gente tenebrarum comprehensa atq; polluta est, & his eum verbis blasphemasse apparet, ita vt pei⁹ blasphemare forte non posset, aut anathema illum talia dicentem, aut tu cum illo anathemãdus es & obiiciẽdus. FEL. dixit, Manichæus dicit, quia polluta est pars Dei, & Christ⁹ dicit, qua polluta est aĩa, & venit liberare illam de pollutione. AVG. dixit, Sed aĩa non est pars Dei,

Quod aĩa nõ sit pars Dei, sed facta a Deo & per Christũ redẽpta Cap. 20.

G

Nam iam tu confessus es, q̃a Manichæus dixit pollutam partem Dei, nos autem pollutã dicimus animam ex voluntate peccati, non autem esse animam partem Dei, non de Deo genitam, sed a Deo factam. Sic ergo dicitur anima ex Deo, quomodo dicit aliquid opus fabri ex artificio eius, vel ex ipso factum, nõ tamen de ipso genitum sicut filius eius. Tu ergo quia iam confessus es Manichæum dixisse, pollui partem Dei, & iamdudum dixisti anathemandum, qui dicit corruptibilem vel contaminabilem Deum vel naturam eius, iã anathematizasti, quod non vis fateri. Hoc enim quod dixisti, quia polluit̃ & quia mundatur, hoc ipsum quod dicis, mundatur, expressisti, quia polluitur, & non habes vnde euadat Manichæus, & tu dixisti quia polluitur pars Dei. Anathema ergo Manichæũ aut anathematizandus es cum Manichæo. FEL. dixit, Ego non a Manichæo didici, quia polluta est pars Dei, sed a Christo didici, quia propter animã venit quę polluta erat. AVG.

H

dixit, A Christo non didicisti, quia anima pars Dei est. FEL. dixit, A Christo didici, q̃a anima ex Deo est. AVG. dixit, Et nos didicimus, quia anima ex Deo est, sed non est pars Dei. Sic est enim anima ex Deo quomodo factura ex artifice, nõ de Deo sicut filius de patre. FEL. De pollutione agimus, Si polluta est anima quæ ex Deo est, & potest purgari a Christo qui pro illa venit, & illa pars Dei q̃ Manichæus dicit, pollui potest & mundari per mandatum ipsius Dei. AVG. dixit, Ecce iterum dicis partem Dei pollutam purgari, & pauloante dixeras anathematizandum esse, qui illam dicit corruptibilem, modo dicis quia pollui potuit, & dicis quia mundari potest, vt confirmes quia pollui potuit. Hoc nos de parte Dei non dicimus, sed de anima dicimus, q̃a tãquam opus eius ex ipso est, nõ tanquam proles de ipso. Redi ergo ad id q̃d dicis, & discerne quod dicimus, Anima nec Deus est, nec pars Dei, Tu autem Manichæũ dicis dixisse pollui partem Dei, quam dicit purgari, vt confirmet, quia polluitur. Restat ergo, vt eum anathematizes, aut ista sentiens anathematizeris. FEL. dixit, Pertinet ad Deũ anima quæ per peccatum coinquinata est, an non? AVG. dixit, Pertinet, sed non est pars eius. FEL. dixit, Non hoc interrogaui. AVG. dixit, Et quid interrogasti? FEL. dixit, Pertinet ad Deum, an non pertinet? AVG. dixit, Iam dixi, & quia pertinet & quomodo pertinet. FEL. dixit, Ego quæro vtrum vere ex Deo est. AVG. dixit, Ex Deo, non de Deo.

I

FEL. dixit, Si nihil peccatum est, & anima ex Deo est, & polluta est, & venit Christus liberare eam, & eam liberauit a peccato, quid culpamus Manichęum, qui dixit, partem Dei pollutam esse, & iterum mũdari? AVG. dixit, Quia iam confessus es Manichæum dixisse partem Dei esse pollutam, & dicis non esse peccatum talem blasphemiã in Deum effundere. Nos autem dicimus peccasse quidem aĩam per liberum arbitrium, & pœnitendo purgari per misericordiam creatoris sui, q̃a non est ex Deo tanquam pars eius, vel tanq̃ proles eius, sed ex Deo vel a Deo facta est tãquam opus eius. Quid intersit inter nostram

K

fidem & vestram perfidiam, omnibus manifestum est. Itaque secundum verba tua superiora, q̃a concessisti anathematizandum eũ qui dicit corruptibilem naturam Dei, quod & Manichæum dicere manifestum est, quia noluisti vt esset a te anathematizatus, eris cum illo anathematizatus. Post hæc cum multis verbis inter se agerent. FEL. dixit, Dic iam, quid vis faciam. AVG. dixit, Vt anathematizes Manichæum, cuius sunt tantæ istæ blasphemiæ. Sed si ex animo facis, tunc fac, nemo enim te cogit inuitum: FEL. dixit, Deus videt si ex animo facio, non enim homo potest videre, sed hoc peto vt confirmes.

firmes me. AVG. dixit, In quo vis vt te con-
firmem. FEL. dixit, Prior tu anathematiza, vt
ego postea anathematizem. AVG. dixit, Ec-
ce enim manu mea scribo, volo enim vt &
tu manu tua scribas. FEL. dixit, Sed si anathe-
matizā, vt spiritum ipsum qui in Manicheo
L fuit, & per eum ista locutus est, anathemati-
zes. Augustinus accepta charta scripsit hæc
verba. Augustinus Episcopus Ecclesiæ catho
cē iam anathematizo Manicheum & doctri
nam eius, & spm̄ qui per eū tam execrabi-
les blasphemias locutus est, quia spiritus se-
ductor erat, non veritatis, sed nefandi erro-
ris: Et nunc anathematizo supradictū Mani-
chæum & spiritum eroris ipsius. Et cum eā-
dē chartam Felici dedisset, etiam ille manu
sua hæc verba scripsit. Ego Felix qui Mani-
cheo credideram, nunc anathematizo eum,
& doctrinam ipsius, & spiritum seductorem
qui in illo fuit, qui dixit Deum partem suam
genti tenebrarum miscuisse, & eam tam tur
piter liberare vt virtutes suas transfiguraret
in fœminas contra masculina, & ipsas ite-
rū in masculos contra fœminina dęmonia,
ita vt postea reliquias ipsius suæ partis con-
figat in ęternum globo tenebrarum. Has om
nes & cęteras blasphemias Manichæi ana-
thematizo. Augustinus Episcopus, his in Ec-
clesia coram populo gestis subscripsi. Felix
his gestis subscripsi.

EPISTOLA SECVNDINI Manichæi ad sanctum Augustinum.

LIBER VNVS.



Omino merito honorabili at-
que laudabili & vnice per co-
lendo, Augustino, Secundus.
Habeo & ago gratias ineffabi-
M li ac sacratissimæ maiestati, e-
iusq; primogenito omnium luminum regi,
Iesu Christo. Habeo gratias & supplex san-
cto refero spiritui, quod dederunt prębue-
runtq; occasionem qua ego securus saluta-
rem tuam egregiam sanctitatem, domine me
rito laudabilis & vnice percolende. Nec mi
rum. Sunt enim ad omnia bona præstanda, &
ad omnia mala arcenda satis apertissimi, qui
que tuam beneuolentiam suis defundāt pro-
pugnaculis, eripiantq; ab illo malo, non qđ
nihil est, ac quod factione passioneq; mor-
talium gignitur, sed quod paratum est vt ve-
niat: Vę aūt illi qui se eidē prębuerit occasio
nē. Nā dignus es qui ab ijsdē talia munera cō
sequaris, ijdēq; veritatis tuæ nutritores affi-
ciantur vere lucerna, quam in cordis tui cā-
delabro dextera posuit veritatis, ne furis ad- A
uentu thesauri tui dilapidetur patrimonium:
iubeātq; sine lapsu illam manere domū, quā Matt. 5.
tu non super erroris arenam, sed super scien
tiæ lapidem collocasti: illumq; à nobis repel
lant atrocē spiritum, qui hominibus timorē
immittit & perfidiam, vt animas auertat ab Matt. 7.
angusto tramite Saluatoris, cuius oēs impe-
tus per illos Principes fundūtur, cōtra quos
se Apostolus in Ephesiorum epistola certa-
men subire fatetur. Dicit.n. se nō contra car- Ephe. 6.
nem & sanguinē habere certamen, sed aduer
sus Principes & potestates, aduersus spirita-
lia nequitiæ quę sunt in cęlestibus Et reuera,
quis.n. cōtra arma habeat, nisi cōtra armatū,
aduersus illum qui mouetur? Vt enim homi
num corpora arma peccati sunt, ita salutaria
pręcepta arma iustitię. Hoc Paulus. hoc ipse Rom. 6.
testatur Manichæus. Nō ergo armorū pugna
est, sed spirituū, quibus vtuntur. Pugnant au-
tē animarū gratia. Horum in medio posita
est anima, cui a principio natura sua dedit vi
ctoriā. Hęc si vna cum spiritu virtutē fecerit,
habebit cum eo vitam perpetuā, illudq; pos-
sidebit, ad quod dominus noster inuitat. Si
vero ab spiritu vitiorū incipiat trahi & con-
sentiat, ac per cō sensum pęnitudinem gerat,
habebit harum sordiū indulgentię fontem.
Carnis enim commixtione ducitur non pro
pria voluntate. At si cū seipsam cognouerit, Mat. 25.
consentiat malo, & non se armet contra ini Mat. 22.
micum, voluntate sua peccauit. Quam si ite-
rum pudeat errasse, paratum inueniret mise-
ricordiarū authorem. Nō punitur quia pec-
cauit, sed quia de peccato non doluit. At si
cum eo peccato sine venia recedat, tunc ex-
cludetur, tunc virgini stultæ comparabitur,
tunc hęres erit sinistræ manus, tūc à dño pel B
letur ex conuiuio nuptiarū, nigrarum causa
vestium vbi fletus erit & stridor dentium,
ibiq; cum diabolo ad ignem originis ipsius,
quem tua mira prudentia, aut ex archangelo
factum, memorat, aut nihil esse fatetur. Cur
ergo regnabunt iusti, cur Apostoli & marty-

res coronabuntur?Totum propterea quia vicerunt,nihil? O quantum frustratur vincentis potentia,cum aduersarius nullius virtutis esse prędicatur. Muta quęso sententiam, depone Punicę gentis perfidiam,& recessionē tuam ad veritatem, quę per timorem facta est,conuerte. Noli his mēdacijs te excusare. C Legit.n.aliquanta exile meum & qualecunque est Romani hominis ingenium,reuerende tuæ dignationis scripta,in quib. sic irascerис veritati vt philosophiæ Hortensius. Hęc itaq; cum suspenso animo agiliq; oculo iterum iterumq; reperissem, summum inueni vbiq; oratorē & Deum pene totius eloquentię, nusquam vero comperi Christianum:& armatum,quidem contra omnia, affirmantem vero nihil, cū te magis scientia peritum debueris ostendere,non sermone.Illud vero tacere non possum tuæ patientissimæ factitati,Visus enim mihi es, procerto sic est,& nūquam fuisse Manichæū, nec eius te potuisse arcana incognita secreta cognoscere, at qđ sub Manichæi nomine persequi te humilem atq; Mithridatem.Ego nanq; fateor non tali diligentia nec tanta industria Anicianæ domus micare marmora quanta tua scripta perlucent eloquentia. Hanc si voluisses veritati concordare, magnū vtiq; nobis extitisse ornamentum. Ioan. 19. Noli rogo cōtra tuam venire naturam,noli esse erroris lancea, qua latus percutitur Saluatoris. Vides enim illum & in oī mundo, & in omni anima esse crucifixum, quę anima nunq̄ habuit causam succensendi. Et tu igitur qui ex ipsa es, dimitte quęso iam vanas incusationes, superfluas relinque controuersias. Tanto tempore cum parente tuo in medio tenebrarum constitutus, nusquam subsannasti. In medium Solis ac Lunę inuentus est accusator.Quis igitur tibi patronus erit ante iustum tribunal iudicis,cum & de sermone, & de opere cęperis te teste conuinci? Persa quem incusasti non aderit. Hoc excepto,quis te flentem consolabitur? Quis Punicum saluabit? An emendatum in Euangelio est, quod spatiosa via non deducit in D interitum? Matt. 4. An falsum in Paulo est,quod operum singuli suorum non erunt reddituri Rom. 14. rationem? O vtinā a Manichæo recedens, Academiam petisses,aut Romanorum bella,qui omnia superarunt, interpretatus fuisses: quā magna ibi,quam egregia comperisses, & nō castus homo vtique totius pudicitiæ & paupertatis, isses ad Iudæorum gentes Barbaras Osee. moribus:cum pręceptis inferis fabulas,& adducis vxorem fornicariam, & facies filios fornicariæ, & fornicando fornicabitur terra a domino,& non lauabis manus post coitum coniugis, & mitte manus super femur meum, & macta & manduca, & crescite & E multiplicamini. An tibi leones in lacu placuerunt, quia caueę non erant? Gen. An tibi sterilitas Sarę doluit,cuius pudoris distrator maritus sororē fingens extiterat? Act. Gen. Sed forte post Daretis & Entelli certamen, Iacob & ipsius Gen. panmachiā expectare voluerit? 12. Aen. An numerū Amoreorum:an pancarpum in arca Noe cōspicere Gen. 3 Gen. 7 disposueras? Noui ego te hęc semper odio habuisse, noui ego te semper magna amauisse,quæ terras deserant, quę cęlos peterent,quæ corpora mortificarent,quæ animas viuificarent. Quis igit ille est qui te repente mutauit, quanquam hęc tuæ sanctitati dicere nimis absurdum sit? Ipse enim non ignoras quam pessimus sit, quamque malignus, quiq; etiam tanta caliditate aduersus fideles & summos viros militat, vt & Petrū coegerit sub vna nocte tertio dominum negare, Mat. 6 & idem resurgenti Thomam non permiserit credere: Ioan. quæ tamen vulnera curata sunt indulgentię medicina. Illud vero quam audacter molitus sit,vt domino optimum Mat. semen seminanti,ille zizania miscuerit,& tanto Ioan. pastori Scariotem rapuerit: & vt ad vltimum crucis supplicium veniretur, Mat. in perniciem ipsius Scribas Pharisæosq; accenderit, vt Barabam dimittere clamarent, & Iesum crucifigerent. Euasimus igitur, quia spiritalem secuti sumus Saluatorem. Nam illius tātum eruperit audacia, vt si noster dominus carnalis foret,omnis nostra fuisset spes amputata & tamen ne ipso quidem crucis opprobrio potuit satiari: quinimo insaniens: hinc egit spinis coronari, illinc aceto potari hinc militum lancea percuti, illic sinistri latronis ore blasphemari. Ac postea tantum eius creuit iniquitas, vt & ipso & Apostolis eius illuc ascendētibus diuersas componere F quęstiones, sub eorum, ꝙ peius est,nomine superstitiosis omnibus.i.catholici vocabuli diuidens dignitatē. Omitto nanq; quatenus vnumquemque discipulorū aduersus magistros armauerit, quatenus Hymenæum, quatenus

tenus

tenus Alexandrum deceperit, quæ apud An-
tiochiam, quæ apud Smyrnã, quæ apud Ico
nium cõmiserit: illa nunc addo quæ præsens
actitat multitudo, a qua tantum virtus pro-
cul est, quantũ populo clausa est. Nec.n.vir-
G tus est ad quam turba peruenit, & turba quã
maxime fęminarum. Sed vereor clandestina
eorum publicare, ne ab alijs ordita crimina
geminentur: quanquam sapientum est vtrun
que ferre, vtrunque ridere, & ad illud tantũ,
niti quod beatitudinem conciliat, quod par
turit vitam. Et tamen iterum atque iterũ sup-
plex deprecor, oro etiam atque etiam obse-
cro, primum quidem veniam largiri digne-
ris, si quo sermone fuerit tuum titillatum au
reum pectus: ardore enim hoc nimio feci,
quia nolo te a nostro grege diuelli, a quo ēt
egoipse aberrans penè perirem, nisi cito me
de iniqua cõmunionis tulissem natura. De-
inde vt concilies te illi, quæ in te nihil deli-
quit: redeas ad illam quæ tibi & in dierum
culpam, non erit succensura. Nec enim spe-
cies tantum nouit ignoscere, quinimo habet
18. & ligandi & soluendi potestatem. Noli te fin
gere palpare qui dudum vidisti: noli velle di
scere qui potes docere. Dimitte hominum
gloriam, si vis Christo placere. Temporibus
13. nostris renoua Paulum, qui cum legis Iudai
cæ doctor esset, consecutus a dño Apostola-
tus gratiam, quæ putabat cõmoda, contem-
psit vt stercora, vt Christũ lucrifaceret. Sub-
ueni animæ tuæ tã lucidæ, quia ignoras qua-
li sit fur hora venturus. Noli ornare mor-
24. tuos, quia viuorum es ornamentum. Noli co
mes esse lati itineris, quia Amorręum expe-
ctat, sed ad arctam festina viam, vt consequa
7. ris vitam æternam. Desine quæso vtero esclu
dere Christum, ne ipse rursum vtero conclu
daris. Desine duas naturas facere vnam, quia
1. appropinquat domini iudicium. Vę qui ac-
cipient, qui quod dulce est, in amaritudinem
trãsferunt. Sed si dubitas de principio, si am
bigis de pugnæ exordio, poterit diurno tra-
H ctatu pacificoq; colloquio reddi ratio. Illud
tamen notum facio tuæ sagacissimæ bonita-
ti, quia sunt quædam res quæ exponi sic non
possunt vt intelligantur. Excedit enim diuina
ratio mortalium pectora. Vt puta hoc ipsum
cum sint duæ naturæ: aut quare pugnauerit
qui nihil poterat pati: nec non etiam de secu
lo nouo, quod idem memorat, quia præteri-
tis maxime illius terręmotibus hoc ædifice-
tur. Quis autem admittat inter diuina præci-
di, scilicet nisi figuram facias interpretantis
ad auditorem, quia ad hoc verba præcidun-
tur, & in illo componuntur. Et quamuis tra-
ctator multa dixerit quæ teneat apud se au- I
ditor, tamen a tractatore non recesserunt: ni
si taliter & de illo sentias seculo, & id quod
dicitur stultum satis & ineptum. Ita quoque
& de pugna, quod nisi primo conijcias, quia
Deus totus iustitia est, vltimum autem faci-
nus est inuadere aliena: ad hoc vero cum ve-
nerit contraria natura, ille quidem nihil po-
terat pati, quia præscius erat: visus fuisset fa-
cinori consensisse nisi pugnasset: & ideo ma-
gnam opposuit venienti virtutem, vti iustitia
ipsius nulla pollueretur sacrilegij consen-
sione. Ita enim homo iustus finitus est, vt nec
ipse peccet aliquando, nec aliquando con-
sentiat peccatori. Illud etiam quia dicitur,
in suo regno potens erat in natura, vt omni-
potens esset iudex. Hæc si quidem ita dicta
sunt, non vt ille factus est, sed vt assequi ego
non valui: adhuc non satisfaciunt perfidiæ,
nec cęcis Sol exortus est, nec surdis vox au-
dita est, nec dapes mortuis præparatæ. Quod
autem loca naturis assignari non possunt,
hoc est quod conditio humana inenarrabi-
le vocat atque ineffabile. Saluator autem cui
totum facile est, duo hæc dextrum vocat ac
lęuum, intus ac foris. Venite, ac recedite. Tu
autem conuersum facis & pedem ponis, vt
est orbis, vita, salus, lumen, lex, ordo, pote-
stas: si vocalem dicis & mutam, longam vo-
cas, breuem, quæ naturæ hæc nõ sonant, duo
pro certo significant, & abinuicem separa-
ta. Sed tuæ admirandæ sublimiq; prudentiæ
cum talia a me exponuntur, tale est quale si
Iordanis Oceano aquam commodet, aut So
li lucerna lucem, aut populus Episcopo san
ctitatem. Quam ob rem ferre oportet quic-
quid hæc Epistola continet. Nam & ego nisi
tuam diuinam nossem patientiam, quæ faci- K
le cuique condonat, nunquam taliter scri-
psissem: quamuis cernas eximios me sensus
summatim tetigisse plurimumque cauisse,
ne tibi multus viderer. Quocirca hæc fidem
penes tuam repererint sanctitatem, qualiter-
que saluemur: alioquin similia voluminum
exinde poteris generare. Domine merito lau
dabilis & vnice percolende vale.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

Contra Secundinum Manichęum, Liber vnus.

L

Refellit Aug. sinistrũ sentire Secũdini, licet bonum & verũ admittat, et malã intentionẽ excuset. Cap. 1.



Va in me beneuolentia, quæ apparet in literis tuis, grata mihi est: sed quàm te redamari a me oportet amantem me, tam tristis sum ꝙ tenaciter inhæsisti suspitionibus falsis, partim aduersus me, partim aduersus ipsam quæ mutari non potest ueritatem. Sed ꝙ de animo meo uerum non sentis, facile contemno. Hoc. n. sentis, ꝙ & si in me nõ agnosco, fieri tñ potest ut sit in homine, Ergo ẽt si erras in me, non tñ ita erras, ut me de hominum numero eximat tua opinio. quia id de me credis ꝙ fieri potest in animo humano, etiã si non sit factum in animo meo. Nec igitur opus est, ut tibi hanc suspi-

11. q. 3. c. Senti.

tionem magnopere coner auferre. Nõ enim spes tua pendet ex me, aut bonus esse non poteris, nisi ego fuero. Senti de Augustino quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia

1. Cor. 4

non accuset. Quod. n. ait Apostolus, Mihi minimum est ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Ego autem uicem tibi non rependã, ut de tua mente aliquid existimare in malam partem audeam, quod intueri nõ ualeo. Nec dico quod me subdole lacerare uolueris: sed tantum de te opinor, quantum de te indicas uerbis. Quamobrem & si non bona de me suspicatus sis, quod carnali timore alicuius incommoditatis, quæ de uestra societate mihi accidere poterat, hæresim Manichęorum relinquerem, uel cupiditate honoris quem in catholica adeptus sum: tñ non de te uicissim male sentiens, credo esse beneuolam suspitionem tuam, & hoc non criminandi causa, sed corrigendi studio scripsisse te existimo. Si autem mihi accommodares credendi

M

beneuolentiam, qm̃ latebras animi mei arguis, quas utiq; promerę ad oculos tuos & demonstrare non possim, facile de ipso mutares sententiam, & nolles amplius temere af-

Quare reliquerit Aug. Manichæos, & ꝙ de-

firmare ꝙ nescis. Ego. n. fateor, timore Manichęos deserui, sed timore illorum uerborũ quæ per Apostolum Paulum prolata sunt, Spiritus, inquit, manifeste dicit, ꝙ in nouissimis temporibus recedẽt quidam a fide, attendentes spiritibus seductorijs & dęmoniorum in hypocrisi mendaciloquorum, cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibentes nubere, abstinẽtes a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarũ actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatẽ. Omnis. n. creatura Dei bona est, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Quibus uerbis & si alios fortasse hæreticos, tñ maxime Manichęos breuiter aperteque descripsit. Hoc ergo timore cũ in pue-

A

rili ingenio saperem, me ab illa societate diuulsi. Amore quoque honoris arsisse me fateor, ut inde discederem: sed illius honoris de quo idem dicit Apostolus. Gloria autem

Rom.

& honor & pax omni operãti bonum. Quis autem operari bonum conabitur, qui non in uoluntate mutabili, sed in natura incommutabili malum esse putauerit? Vnde & ipse dominus, eis qui bona se loqui arbitrabantur cum essent mali, Aut facite inquit, arborem

Mat.

bonam & fructum eius bonum: aut facite arborem malam & fructum eius malum. Malus uero iam mutatus in bonum, Apostolus

Eph.

ait, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Sed si non uis mihi de animo credere, existima ut libet tantum de

1. Co.

ipsa ueritate caue quid sentias. Tentatio te nõ apprehẽdat nisi humana. Humanus enim error est, ut id factum in anima mea credas, ꝙ fieri potuit, etiam si non est factum. Cum uero sacrilegam, & non solum falsissimam, sed fallacissimam fabulam Persicã, non de quolibet homine, sed de summo Deo mendacijs contaminatissimis contextam atque confictam putas esse ueritatem, non est hoc modo prætereundum, neque tanta mors animæ contemnenda. Est enim quod tecum agi possit: quia sicut de animo meo nihil amplius possum dicere, nisi ut credas mihi, quod si nolueris, non inuenio quid faciam. Ita etiam cũ de ipsa luce animorum, quam rationales mentes quanto puriores, tanto tranquillius intuentur, falsum aliquid existimas, tibi pôt

B

si patienter audias demonstrari, q̃ sit remotissimum a ueritate ꝙ sentis. Sicut. n. sensum oculi tui sentire non possum, nec tu mei, sed tantummodo nobis de hac credere uel non credere possumus, illam uero speciem quæ nostris oculis uisibilis subiacet, inuicem nobis ualemus ostendere. Sic de affectionibus

animorum

animorum nostrorum, quas proprias habemus, credamus nobis si placet: si autē nō placet, non credamus. Rationē autē veritatis, q̄ nec mea nec tua est, sed vtriq; nostrū ad cōtemplandū proposita, sine peruicaciȩ caligine, serenitatis mentibus pariter attendamus. C Nec alia documenta tibi proferā, quibus Manichȩi error apparet, quam ex epistola tua. Scribis.n. habere te & agere gratias ineffabili ac sacratissimæ maiestati, eiusq; primogenito omniū luminū regi, Iesu Christo. Dic mihi quorū luminum sit rex Iesus Christus? Eorumne quȩ fecit, an eorum quȩ genuit? Nos enim dicimus Deum patrē genuisse filium æqualem sibi, creasse autem per eū, hoc est condidisse ac fecisse craturā inferiorem, quæ vtiq; non est quod est ille qui fecit & ꝑ quē fecit. Itaq; quoniā per eū fecit secula, recte ab Apostolo dictus est, rex seculorum, tanquam superior inferiorū, & regendi potens, regens ea quȩ regimine indigent. Tu autem cum Iesum Christū regem luminū appellas, si genuit ea, cur non sunt æqualia generanti? Si autem dicis ȩqualia, quomodo rex eorum est, cum regem necesse sit regere, nec vllo pacto fieri possit, vt sint ea quæ reguntur ei à quo regūtur similia? Quod si nō genuit, sed fecit hȩc lumina, quæro vnde fecerit? Si de seipso propagauit, cur ergo inferiora sunt? Si autem non de seipso, dic vnde? An forte nec fecit nec genuit lumina quibus regnat? Habent ergo originē propriā atq; naturā, sed profecto inualidiorē, vt a potētiore vicino vel patiātur se regi vel cupiant. Nōne cognoscis, si ita est, excepta gente tenebrarū iam duas esse naturas, alteram alterius egere auxilio, sed neutram ex alterius pendere principio? Hanc profecto opinionem tu repudias, quoniā Manichæo maxime aduersa est, qui non duas naturas, regē luminū & lumina quæ reguntur, sed duas naturas regnum luminū & regnū tenebrarū persuadere conatur. Refugies igitur ad id, vt genita dicas hæc lumina: vbi cum quȩsiero, cur infirmiora sint, contēdere fortasse tentabis ȩqualia. Sed cum retulero, quæ causa est, vt regātur: negabis regi. Hinc respondebo, cur habeut regem? Vbi non video quid restat C ingenuitati tuæ, nisi vt te pȩniteat tale ostium posuisse in epistola tua, per quod tuipse exire non possis. Sed etiam cum te poenituerit & dixeris, non ideo Manichȩum victum putari oportere, quod tu aliquid in literis tuis incautius posuisti, innumerabilibus locis de libris Manichȩi recitabo, Regnum lucis ab eo vocari, quod regno tenebrarū naturaliter costituit esse contrarium: nec regnum, sed regna. E Quandoquidē in ipsa epistola ruinosi fundamenti cum de Deo patre loqueretur, Nullo, inquit, in regnis eius, aut indigente, aut infirmo cōstituto. Vbi autem regna sunt, quis tam cȩcus est, qui non intelligat ȩquales reges ijs quibus regnant omnino esse nō posse? Quid igitur tam vicinū si velis aduertere, & tā conueniens honestati pectoris tui, quā vt te pȩniteat illud in epistola posuisse? Est enim verissime Iesus Christus rex luminum, nullo modo sibi æqualium, sed subiectorū, & eorū rector beatorum. Pȩniteat aūt te potius fuisse Manichȩum, cuius omnes deceptorias machinationes veridica frons epistolȩ tuæ vno ictu arietāte subuerterit. Quia enim Chrs luminū rex est, nec de seipso genuit inferiora quibus rex esset, nec ea vicina sibi quib. regnaret assumpsit, quȩ nec genuerit ipse nec fecerit: ne sint duo genera boni, quorū neutrū sit ex altero, sed nec vnū indigēs altero, quod a tramite veritatis alienū est: restat vt ea lumina quibus regnat, quæ vtique bona sunt, quia inferiora sunt nō genuerit: quia propria sunt, non vsurpauerit, sed fecerit & cōdiderit Deus: Si volueris quȩrere vnde fecerit, & imaginari cȩperis adiutoria materiæ quā ipse nō fecit vt ibi nō videatur omnipotēs facere ꝙ vellet, nisi cū aliqua res q̄ nō fecerat ad iuuaret, rursus inexplicabiles caligines erroris patieris. Sed dicta prophetica sobrio captu intelligentiȩ sublimi atq; ineffabili Maiestati apertissime adiūgunt. Ipse dixit, inquiūt, & facta sunt, ipse mādauit & creata sunt. Ita videbis quō dicatur in catholica fide, quod Deus de nihilo fecerit oīa bona valde: Si enim de aliquo fecit, vtiq; aut de seipso, aut non de seipso. Sed si de seipso, nō ergo fecit, sed genuit: cur igitur inferiora genuit? Nā eorū nisi inferiora essent, rex esse nō posset. Si non de seipso, non vtiq; de aliquo quod ipse non fecit: alioquin de alieno fecit: & erat iā bonū quod ipse non fecerat, vnde sibi regnum statuerat. Quod si ita est, incipit non esse bonorum operum creator, quia erit bonū quod ipse non creauerat. Non enim

Quod Secundinus pro... vincit Augu...o. — *Rom. 3.* — *Ti. 1.*

Quod Deus omnia de nihilo, & non aliquo præiacenti fecerit. c. 4. — *Psal. 32.* — *Gen. 1.* — F

demalo alieno lumina quibus regnaret effi-
ceret. Relinquitur itaq;, vt si de re aliqua fe-
Quare Christus dicatur vnigenitus & primogenitus, & nos secundum adoptionē primogeniti. c. 5. cit, de illa fecerit quā ipse iam fecerat. Ita fit
vt primas origines condendarū rerum de ni
hilo Deū fecisse fateamur, nisi quia forte in-
effabilis ac sacratissimę maiestatis primoge
nitū Iesum Christū esse dixisti: non secundū
susceptionē hominis, qua per adoptionē vo
catos, sicut Apostolus dicit, & sicut catholi-
ca credit fides, habere dignatus est, quibus
esset primogenitus: sed potius secundum ip-
sam diuinitatis excellentiā vis eū primoge-
F nitū intelligi, vt illa lumina in quibus regnat
semper eius sint: non facti a patre per ipsum,
sed geniti à patre post ipsum: vt sint ipsi post
geniti, ille primogenitus, omnes tñ de pro-
pria patris eademque substantia. Quod si ita
credis, primū contradicis Euangelio, vbi ēt
Ioan. 1. vnigenitus dictus est, Et vidimus, inquit, glo
riam eius tanquam vnigeniti a patre. Quo-
niam nullo modo verum diceretur, si sempi
terna quoq; virtus eius ac diuinitas, qua cō
substantialis est patri, & est ante omnē crea-
turā: nisi ex eadē substantia semper haberet.
Itaq; cū & vnigenitū & primogenitū eū di-
uina testentur eloquia. Vnigenitū, quia sine
Christus vnigenitus & primogenitus quō. Ioan. 1. Col. 1. fratribus: Primogenitū, quia cū fratribus, nō
inuenies quomodo vtrunq; de illo secundū
eandem naturam diuinitatis intelligas, Fides
vero catholica, quæ inter creatorē creaturā-
que distinguit, nullam patitur in his duobus
nominibus intelligendi difficultatem, vnige
nitum eum accipiens secundum id quod scri
ptum est, In principio erat verbum, & verbū
erat apud Deū, & Deus erat verbū: Primoge
nitum autem vniuersę creaturę, secundum
id quod Apostolus ait. Vt sit ipse primogeni
tus in multis fratribus, quos ei pater ad frater
nam societatem, non ęqualitate substantiæ,
sed adoptione gratię generauit. Lege itaque
Rom. 8. scripturas, nusquam inuenies de Christo di-
G ctū, quod adoptione sit filius Dei. De nobis
autem sępissime legitur, Accepistis spiritum
Rom. 8. adoptionis filiorum: adoptionem expectan-
Galat. 4. tes redemptionem corporis nostri: vt ado-
Ephe. 1. ptionem filiorum recipiamus: prædestinauit
1. Pet. 2. nos in adoptionem filiorum. Gens sancta,
2. The. 2. populus in adoptionem, vocauit vos per
Euangelium nostrum in adoptionem gloriæ
domini nostri Iesu Christi. Et si qua talia re-
cordanti vel legenti occurrerint. Aliud est e-
nim per patris excellentiā esse vnicum filiū
Dei, aliud per misericordem gratiam accipe
re potestatem filios Dei fieri credentes in eū.
Dedit eis, inquit, potestatem filios Dei fieri. *Ioa. 1.*
Non ergo erant natura, cum potestatem vt
fierent acceperunt credendo in ipsum, Cui *Rom. 8.*
vnico non pepercit, sed pro nobis omnibus
tradidit eum, vt apud se vnigenitum, ad nos H
primogenitū faceret. Ex illo igitur quod vni
genitus est, non ex carne, non ex sanguine,
non ex voluntate viri, neq; ex voluntate car
nis, sed ex Deo natus est. Ex illo aūt quod pri
mogenitus in Ecclesia fratribus factus est, ver
bū caro factū est, & habitauit in nobis. Nos *Eph.*
quoq; inquātum naturaliter filij iræ fuimus,
hoc est vindictæ filij, vinculo mortalitatis
obstricti, quanuis illo creante atq; instruen-
te, qui proculdubio à summis vsq; ad ima,
omnia in mēsura & numero & pondere di-
sponit & format, tamen ex carne & sangui- *Sap.*
ne, & ex voluntate carnis nati sumus. Inquā-
tū autem accepimus potestatē filij Dei fieri,
nec nos ex carne, & sanguine, aut ex volun-
tate viri, aut ex voluntate carnis, sed ex Deo,
non quidē coęquante natura, sed adoptante
gratia nascimur. Deinde si iam concederem
non esse Christū secūdum eiusdē substantię *Pr[...]*
diuinitatem, sed habere semper post se natos *niti a[...]*
quibus esset primogenitus quomodo rex eo *sit [...]*
rum esse posset? Quando te: an auderes dice- *du[...]*
re eo fortiorem natum esse, quo priorē? Pu- *vel [...]*
deret certe ita sentire. Nō aūt ita sentis, quid *alic[...]*
igitur sentis? Leni animum tuū, & placabilē *Ca[...]*
te redde considerandę sine pertinacia verita
ti. Hoc enim etiam abs te requiram, quomo-
do intelligas primogenitū Iesum Christum
in illa diuina atq; optima æternaq; substantia:
vtrū tpe est primus est genitus, vt posteriores
natos in illo regno intelligamus, quibus est
primogenitus? Neq; possumus dicere quot
horis vel diebus, mensibus aut annis maior
sit qui ortus est prior, sed tamen aliquo inter
uallo atque spatio temporaliter has genera- I
tiones discretas esse cogitemus. An vero nō
tempore, sed ipsa excellentia sublimioris v-
tique maiestatis, qua etiam rex esse fratribus
luminibus meruit, primogenitū accipimus,
tanquam in aliquo gentium principatu? Si re
sponderis cum tempore fratribus priorem
esse atque maioiem, vt iam ex hoc & re-
gnum insuper delatum esse contendas, quod

eos

eos naſcendos præceſſerint, & aliqñ ipſe fuerit cũ illi nondũ eſſent, quid dicis frater? Itane præcipitabis cor tuũ in hoc impietatis abruptũ, vt exiſtimes in illã diuinam ſummãq; naturam mutabilitatẽ tẽporis cadere, & credas ibi aliquid exiſtere, ꝙ ante non fuerit? An forte oportebat inde aduerſus tenebrarũ gẽtem lumina progredi: progreſsiones ipſas generationes vocas, quas tẽporaliter factas putas, vt temporaliter pugnaretur? Nõ ergo poterat vnũ lumen ſufficere, ꝙ totum illud bellicum negociũ diuina virtute perageret. Aut ſi multis opus erat, hoc nũc ſpiritalius ſentiendũ eſt, vt anguſtũ arbitremur aditũ fuiſſe, qua ſimul exire non poſſent, vt ex eo ꝙ vnus è fratribus prior exiret, & primogenitus dici, & rex fieri cęteris mereretur. Nolo minutatim ſingula perſequi, ne ingenio tuo, valenti ex paucis cuncta conſpicere, nimis oneroſus ſim. Erige igitur aciẽ mentis, nebulas contentionis abſterge. Video profecto neq; ſecundũ loca, neq; ſecundũ tpa, motus, progreſſus, exortus, occaſus, vllaſve conuerſiones fieri poſſe, niſi in creatura mutabili, q̃ tñ niſi eſſet ex artifice & cõditore Deo, non dixiſſet Apoſtolus, Et ſeruierunt creaturæ potius quã creatori, qui eſt benedictus in ſecula. In hac.n. ſñia maxime duo ſunt neceſſaria quæ mecũ intuearis, peto. Vnũ, quia ſi creatura aliena eſſet a Deo, nõ eius creator Deus ab Apoſtolo diceretur. Alterũ quia ſi vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ creator & creatura eſſent, non reprehenderentur, quia ſeruierunt creaturæ potius q̃ creatori, qm̃ cuicunq; ſeruiſſent, ab eadẽ natura atq; ſubſtantia non receſsiſſent. Qũo.n. nemo põt ſeruire filio qui non ſeruiat & patri, quia vtriuſq; eſt vna ſubſtantia, ſic nemo põt ſeruire creaturę, niſi ſeruiens creatori, ſi eſſet vtriuſq; vna ſubſtantia. Vnde ſi iã diſcernis, & ſapis, plurimũ attenderes eſſe inter creatorẽ & creaturam: atque oportet intelligas prolem creatoris non eſſe creaturã, nec ſibi eſſe inferiorẽ, ſed æqualem eiuſdemq; ſubſtantiæ. Ac per hoc ſiquis coleret eiq; ſeruiret, ſimul ẽt creatori eius & patri cultũ ſeruitutemq; præberet. Cũ vero reprehenduntur ab Apoſtolo, & deteſtabiles habentur qui coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quã creatori, ſatis oſtenditur illius & huius diuerſas eſſe ſubſtantias. Sicut.n. nõ poteſt videri, hoc eſt intelligi filius, niſi in ipſo intelligatur & pater, ipſe.n. dicit, Qui me videt, videt & patrẽ: ſic nõ poteſt coli filius, niſi in eo colatur & pater. Et ideo ſi creatura filius eſſet, non coleretur ſine creatore, neq; damnarentur qui creaturã potius quam creatorem coluerunt. Perſpicis itaq; iã, vt arbitror, non tibi congruere vt dicas primogenitũ ſecretiſsimę atq; ineffabilis maieſtatis, & omniũ luminũ regem Ieſum Chriſtum, niſi Manichæus eſſe deſtiteris, vt creaturã a creatore diſcernas: vt Ieſus Chriſtus & vnigenitus ſit ſecundum id ꝙ verbum Dei eſt, Deus apud Deum pariter incõmutabilis & pariter æternus, non rapinam arbitrans eſſe æqualis Deo: & primogenitus omnis creaturæ, ſecũdum id ꝙ in ipſo condita ſunt omnia, in cęlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia. Agnoſcis.n. vt opinor, verba Apoſtoli ad Coloſſenſes. Quapropter cũ abs te quæro, vnde ſit facta vniuerſa creatura, quãuis in ſuo genere bona, creatore tñ inferior, atq; illo incõmutabili permanente, ipſa mutabilis, nõ inuenies quid rñdeas, niſi de nihilo factam eſſe fatearis. Et ideo põt vergere ad nihilum, qñ peccat illa creatura, & portio quæ põt peccare: non vt nihil ſit, ſed vt minus vigeat, minuſq; firma ſit. Nam minus vigere & minus valere, ſi oĩno perducas ad vltimũ, remanet nihil. Diligit ergo ſponte vanitatẽ, cũ deſerta ſoliditate veritatis, opinabilia ſequitur, i. mutabilia. Cũ aũt inde meritas pœnas luit, ſubijcitur non ſponte vanitati, ſicut ſubiecta eſt in homine peccante. Hinc.n. ait Apoſtolus, Omnis creatura vanitati ſubiecta eſt, nõ ſponte, quia & in homine omnis eſt, Ineſt quippe homini & inuiſibile quid ſecundum animam, & viſibile ſecundũ corpus. Omnis aũt creatura partim eſt viſibilis, partim inuiſibilis: nec tñ omnis in pecore cui mens intellectualis non eſt. In ſpẽ ſanè ſubiectam eſſe dicit, propter miſericordiã liberantis per remiſsionem peccatorũ & adoptionem gratiæ. Tu vero ſi fateri nolueris a patre per filiũ in bonitate ſpirituſſancti, quæ Trinitas conſubſtantialis, & æterna, & incommutabilis ſemper manet, de nihilo factam eſſe creaturam, bonam quidem, ſed tñ imparem creatori atque mutabilem, cogeris vtiq; ſacrilegia dicere, vt aliqd Deus de ſeipſo genuerit, ꝙ non ſit æquale gignenti, & poſsit ſubijci vanitati: aut ſi æquale dixeris, erit vtrunque

Ioan. 14. — Ioan. 1. Phil. 2. Coloſ. 1. — Deũ mutabilẽ vel creaturã immutabilem dicere, impium eſt. Cap. 8. — Rom. 8

mutabile. Quæ maior impietas q̃ ista credere ac dicere,& male peruersa opinione Deũ in deterius, q̃ correcta ratione seipsũ in melius cõmutare? Si aũt timueris dicere mutabilem Deũ, quia reuera magna est & apertissima impietas:dixeris ẽt creaturam esse incõmutabilẽ, vt eã parẽ facias creatori, & vnius eiusdemq; substantiæ:rursus tibi tua Epistola respondebit. Vnde.n.est anima illa, quam ponis in medio spirituũ, cui a principio dicis naturã suam dedisse victoriam:eiq; legẽ conditionemq; proponis, quia si vna cũ spiritu virtutẽ fecerit, habebit cũ eo vitã perpetuã, illudq; possidebit regnũ ad ꝗ dñs noster inuitat: Si vero ab spiritu vitiorũ incipiat trahi, ac post consensum pœnitudinẽ gerat, habebit harũ sordiũ indulgentiæ fontẽ? His certe verbis ex Epistola tua recognitis, simul ẽt recognoscis mutabilem te animæ constituisse naturã. Aliqñ.n. consentire spiritui vitiorũ,ac rursus pœnitudinẽ gerere, q̃d est aliud quam nunc in melius, nunc in deterius commutari? Et hoc te manifestissima veritas cõpulit dicere. Ipsa.n.anima tua, nisi dissimulare velles, vrgeret te attendere mutabilitatem suã,& totiens ex quo natus es, per varias volũtates, doctrinas, obliuiones, cõfessionesq; mutata, testis sibi fieret, ac nulla extrinsecus documenta q̃ritaret. Nisi forte hoc te adiuuari putas, vt dicas incõmutabilem esse animã, quia subiunxisti dicens, Non.n.propria voluntate peccauit, sed alterius ductu:carnis.n. cõmixtione ducitur, non propria voluntate. In qua snĩa forte hoc vis intelligi, ut, s.anima in natura propria sit incõmutabilis, in alterius uero naturæ commixtione mutabilis: quasi uero q̃ratur, cur ita sit, & non quia ita est. Iã hoc modo ẽt Hectoris & Aiacis imo uerius cunctorũ hominum atq; animãtium corpora inuulnerabilia dicerentur, si abesset ictus & casus, quib. ei vulnus possit infligi. Sed nimirum propterea solius Achillis corpus, siue poetico figmento, siue aliqua occultiore vi in rerũ natura, inuulnerabile dictũ est, ꝗ ẽt tela cũ ingruerent non penetrabant:& ex qua parte penetrari potuit, ex hac utiq; inuulnerabilis non fuit. Sic anima si esset incõmutabilis, ita nullius rei permixtione cõmutaretur, sicut corpus ꝗ est inuulnerabile, nullius rei cõtactu aut impetu vulneratur. Itaq; nos quia Dei uerbũ incontaminabile dicimus, ẽt carne mortali & vulnerabili assumpta, ut nos & mortẽ & quælibet incõmoda corporis contẽnere doceret, natũ de virgine recipere non timemus. Vos aũt quia impia peruersitate contaminabilẽ filiũ Dei creditis, carni eũ permittere formidatis: cuius tñ substantiã animæ naturã esse perhibentes, ita cõmixtam carni asseueratis, ut ẽt in deterius cõmutatũ non dubitetis opinari. Elige igitur quid uelis, utrũ Deũ cõmutabilem dicere uel credere, ut de cõmutabili patris substantia cõmutabilẽ prolem genitam esse pariter credas, quæ quanta sit impietas, profecto sentis. An incõmutabilem Deũ dices, sed tñ de substantia sua prolem genuisse mutabilem, ꝗ nihilominus uides quã impie absurdeq; dicatur. An uero ita Deum incõmutabilem confiteris, ut ẽt ꝗ de substantia sua genuit æqualiter nõ mutetur, pariterq; sit summum ac præstantissimum bonum, ipsumq; summe esse ad eundem modũ permansione inuiolabili obtineat: cœtera uero inferiora bona quæ creaturã uocamus, non de ipso, nã essent ęqualia, sed tñ quia bona, ipse, quia nõ æqualia, de nihilo fecerit: ꝗ si credis, impius nõ eris, & obliuisceris Persas & noster eris. At.n.ait Apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates, quę ad amorem proprij fastus & honoris, uoluntate impia declinando, animis pijs reditũ inuideãt. Sed hoc interest inter uestrã opinionẽ & nostram fidẽ, quia uos eosdẽ principes, ex sua propria quadã natura exortos, quam Deus nec genuerit nec fecerit, sed habuerit æterna uicinitate contiguã, aduersus Deũ belligerasse arbitramini, eiq; intulisse arte cõmixtionẽ boni & mali. Magnũ primo necessitatis malũ, ꝗ illis substantiã suam affligendam perturbandamq; in errore cõmutãdam atq; obliuionẽ sui penitus demergendam cõmiscere cogeretur, ut liberatore, correctore, emẽdatore, præceptore indigeret. Quod cernis q̃ stulte fabuloseq; dicatur, quanto scelere impietatis obstringat. Nobis aũt per Christianam fidem persuasum est, non esse contrarium Deo qui summe est, nisi ꝗ omnino non est. Quicquid aũt aliquo modo est, ab illo qui summe est habet, ut quoquo modo sit, atq; in suo genere bonũ esse, sed alia magis esse, alia minus: atq; ista omnia bona quę à con-

Margin notes: B — *Supra in epistola Secũdini.* — *Dei filius propter aßumptã carnem nõ est mutabilis.* — C — D — *Q. luctati aduersus carnem sanguinẽ.* Ephe. 6. — E

à cõditore Deo facta sunt, certis ac distributis gradibus ordinata, partim locorũ interuallis ac sedib. sicut omnia corporalia: partim meritis naturalibus, sicut anima præponitur corpori: partim meritis præmiorũ atq; pęnarũ, sicut anima vel attollitur ad quietem, vel dolorib. subditur: ac per hoc illi principes,
F contra quos habere nos colluctationẽ dicit
Ephes. 6. Apostolus, pęnã pctorum suorũ priores patiuntur q̃ noceant. Nullus.n.inuidus vt alterũ lędat, non sibi prior tormento est. Nocẽt aũt infirmioribus fortiores: nam nullus alterũ superat, nisi quo est potentior: sed tñ ipsi infirmiores sunt principes iniqui in pręsenti, q̃ si in statu pristino atq; iustitia permanerent. Interest aũt vnde sit quisq; alio fortior: vtrũ corpore, vt equi hominibus: an animæ natura, vt rationale irrationali: an affectione animi, vt virtuosus iniusto: an ordine ptãtis, vt Imperator milite aut prouinciali. Potestas aũt a summa Dei potestate omnino dari creditur: sæpe ẽt deteriorib. in meliores, i. iniqs in eos qui vel iam tenent iustitiã, vel ad eam
Co. 11 tenendam peruenire nituntur: ad hoc.n. datur, vt probati per patientiã manifesti fiant, vel sibi ad spem, vel alijs ad imitationẽ. Scien
Rom. 5. tes, inquit, Apostolus, qm̃ tribulatio patientiã operatur, patientia probationẽ, probatio spem. Ex quo genere certaminis est, cũ ho
Ephes. 6. mo fidelis aduersus principes & potestates præuaricatorũ angelorũ, & aduersus spiritalia nequitiæ colluctatur: cũ illi accipiunt tentandi potestatẽ, ille præcepta tolerandi: quo fit, vt in re inferiori superent, in potentiore superentur: superatur plerunq; corpus infirmius, & tenente firmiore superatur. Contra vim quippe eorũ patientia pugnatur: contra insidias prudentia: vt ad pernitiosam cõsensionẽ nec cogendo nos flectant, nec fallendo decipiant: qm̃ iure virtus & sapientia Dei
Psal. 103. est, per quã facta sunt omnia. Propterea nihil fiunt q̃ facta sunt, cũ superiora ad inferio
G ra declinant, vbi est omne pctm̃, & omne ꝙ dr̃ malũ, vis imitatur virtutẽ, & fallacia sapiẽtiam. Cũ vero ea quę declinauerant recurrũt & redeunt: magnanimitas virtutẽ, doctrina sapientiã imitatur. Ipsum ẽt Deũ patrem peccantes imitantur impia superbia, iusti pia liberalitate: spm̃ deniq; sanctũ iniquorũ cupiditas, rectorum charitas imitatur: vtiq; tñ ab imitatione Dei a quo & per quem & in quo

naturæ ipsæ factæ sunt, credere, sed illi vitiosa, illi laudabilis. Nec mirũ si qñ proficientes q̃ confligunt, imitatio deficientiũ a proficientiũ imitatione superatur. Illi.n. elatione præcipitantur, isti humilitate consurgunt. Si aũt mouet, cur mente fortiores infirmiores sint corpore, nõ est mirũ vt peccatorũ remissione liberati, mortalitate corporis exerceãtur,
cuius immortalitate coronabuntur. Non.n. Rom. 8.
facile suppliciũ deuitat, nisi ille qui eos sol
uit meritis vicerit. Vnde Apostolus, Si autem H
Christus in vobis est, corpus quidẽ mortuũ est pp pctm̃, spiritus aũt vita est pp iustitiã. Si aũt spiritus eius, qui suscitauit Iesum Christum ex mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christũ ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantẽ spiritũ eius in vobis. Animus igitur mortalẽ pp suppliciũ peccati carnem gerens, si cõmutatus in melius, non secundũ mortalẽ carnem vixerit, & ipsam in melius cõmutat, & immortale corpus habere merebitur: sed hoc
î fine, quo nouissima inimica destruet mors, 1. Co. 15.
cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ: non fabuloso illo globo vestro, sed ea mutatione de qua dicit, O ẽs resurgemus, sed non omnes immutabimur. Cum.n. expressisset dicens, Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: tunc contexendo subiunxit, ostendens qualẽ dixerit immutationem, ait, Oportet.n. corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Quæstionẽ quippe tractabat de corpore resurgentiũ, quã sic posuerat. Sed dicet aliquis, Qũo resurgent mortui, quo aũt corpore venient? Lege itaq; totũ ipsum locũ pia cura intentus, non pertinaci cõtentione turbatus, & ingeniũ tuum Deo adiuuãte, nullo explanatore desiderato, nihil aliud q̃ id ꝙ
dico reperies: & tunc ad id ꝙ tractare insti- I
tueramus animũ reuoca, & vide iã si potes, non hoc me dicere ꝙ iusti contra nihil pugnant, sed contra eas substantias quæ defecerunt nõ stando in veritate. Deficere aũt non iam nihil est, sed ad nihilũ tendere. Cum.n. ea quæ magis sunt, declinant ad ea quæ minus sunt, non illa in quæ declinant, sed illa, q̃ declinant deficiunt, & minus esse incipiunt q̃ erant: non quidem vt ea sint ad quæ declinauerunt, sed pro suo genere minus. Non.n. cum animus ad corpus declinat corpus efficitur,

Qualiter anima per peccatum ad nihilũ tendat. Cap. 11.

citur, sed tñ defectiuo appetitu quodãmodo corporascit. Ita & angelica quædã sublimitas, cũ magis delectata est suo dñatu in seipsa, ad id ꝙ minus est inclinauit affectum, & minus esse cępit q̃ erat, & pro suo gradũ tetendit ad nihilũ. Quanto.n.quæq; res minus est, tanto vicinior nihilo est. Cum aũt isti de-
K fectus voluntarie fiunt, recte reprehendũtur & pctã nominantur, cum aũt sequuntur istas volũtarias defectiones incõmoda, molestiæ, dolores, aduersitates, quæ omnia contra voluntatem patimur. Recte itaq; pctã vel supplicijs puniuntur, vel exercitationib. diluuntur. Quæ si animo sereno intueri velis, profecto desines accusare naturas, atq; ipsas in crimen uocare substãtias. Si quid aũt de hac re copiosius explicaciusque desideras, lege tres libros nostros qui inscribũtur de libero arbitrio, quos in Cãpania Nolę poteris inuenire apud Paulinum nobilẽ Dei famulum.

In quo differant manichæi & catholicæ fidei assertores Cap. 12.

Nunc vero meminisse debeo, epistolæ me tuæ, quamuis multo longiore, tñ epistola, respondere. Ideo quippe in alijs non tacui, ne vbiq; cogar eadem dicere. Sed promiseram ex literis tuis tibi persuadere, q̃ falsa credideris, & q̃ vera sit fidei catholicæ assertio. Certe.n. omnis inter nos discretio est, ꝙ uos substantiam quandam malũ esse dicitis: nos uero non substantiã, sed inclinationem ab eo ꝙ magis est, ad id ꝙ minus est, malum esse dicimus. Audi igitur idipsum. Ponis.n. in epistola & dicis de anima, ꝙ carnis permixtione ducatur ad pctm̃ non propria uoluntate: atq; ibi statim, credo cũ uideres, si ita est, subueniendũ esse ab omnipotente Deo prorsus omni animæ, nullamq; omnino debere damnari, qm̃ non uoluntate peccaret, quo constituto euerteretur snĩa quam Manichęus de supplicijs animarum ẽt de lucis parte veniẽtium terribiliter personat: uigilãtissime subiecisti dicens, At si cũ seipsam cognouerit, consentiat malo, & non se armet contra ini-
L micũ, uoluntate sua peccauit. Bene quidem ꝙ aliqñ confiteris fieri posse ut sua uoluntate anima peccet. Sed cui tandẽ malo si consentiat, uoluntate sua peccat? Ei certe ꝙ substantiã dicis esse. At ego iam tria quædam uideo, tu quoq;, ut opinor, mecũ uides. Anima enim consentiens malo, & ipsum malũ cui consentitur, duo sunt: tertia est aũt ipsa consensio. Non.n. & hanc esse animã dicis, sed

Tria inesse animæ peccanti ostendit, & quæ sint,

animæ. Horũ igitur triũ, ecce anima substantia est malum ẽt illud, cui anima consentiendo, uoluntarie peccat, ex uestra opinatione substantia est. Quæro igitur quid sit ipsa consensio? Vtrũ ipsam substantiã, an in substantia esse dicatis? Si.n. substantiam esse dixeris, non iam duas substãtias, sed tres opinaberis. An ppea ꝙ animæ consensio, qua consentit malo, eiusdem substantiæ est cuius ipsa ani- M ma? Iam ergo quæro, mala ne an bona sit ista consensio? Si bona est, non utiq; peccat anima, cũ consentiat malo. Non solum aũt ueritas clamat, sed tu quoq; scribis, tunc eam uoluntate peccare. Mala est igitur ista consensio, ac per hoc ẽt animæ substantia: si & animæ substantia est, & utrunq; una substantia. Videsne quo actus es, ut animam, & illud malum, non iam unam substantiã bonam, alteram malam, sed duas malas esse perhibeas? Hic fortasse conaberis consensionẽ culpabilem, non animæ tribuere quæ consentit malo, sed ipsi malo cui consentit: ut hoc modo possint esse duæ substantiæ, una bona, altera mala cũ anima de parte boni esse dr̃, consensio uero eius qua consentit malo, & malum ipsum cui consentit, simul ex alia parte constituitur: & anima malæ substantiæ utrunque deputatur. Quis absurdius delirauerit? Nõ.n. anima consentit, si non est eius consensio, ipsa aũt consentit, eius est igitur. Porro si eius est cõsensio, & mala est ista consensio, eius est hoc malũ. Nam si & hoc malũ illius mali est cui anima consentit, non habebat necesse hoc malum, priusquã ei consentiret anima. Quale igitur bonum est anima, cuius aduentu uel duplicatur illud malum, uel ut mitius dicamus, augetur? Deinde si substãtia est ista A consensio, quam malam esse constat, inuenimus esse in animæ potestate, ut aliqua substantia mala uel sit uel non sit, qñquidem ista consensio in animæ ptãte est. Nam si nõ est, non ergo sua uoluntate consentit. Tu autem pro hac consensione, uoluntate sua peccare dixisti. Habet ergo anima, ut dixi in potestate, ut quædam mala substantia uel sit uel nõ sit. Quid est aũt aliud substantia quam natura? Erit ergo aliqua natura, quæ nec animæ naturalis sit, quoniam si nolit, non erit, nec illi malo cui anima uoluntate consentit. Nõ enim potestis dicere naturale malum esse gẽtis tenebrarum, ꝙ ibi aliena uoluntate instituitur,

& quia … Cap. …

Quod bono malo … cipijs … tium duci possit alterum ostenditur exem… Cap. …

mirur, hoc est, animę volũtate. Cui ergo naturę deputabitur ista natura, i. ista consensio, si natura est, quæ neq; animę neq; tenebrarũ genti naturalis est, nisi vt contra Manichęum disputes, non duas, sed tres esse naturas? Quę & si aliqñ non fuerunt, nũc tñ iã postea quã B exorta est ista consensio, tres vtiq; factæ sunt, quã sanè tertiã q̃ nata est ex anima consentiẽte, ex malo cui consentit, quasi vtriusq; filiã cogeris dicere. Sed cũ ex duabus naturis nata sit, quarũ altera bona est, altera mala, quæro cur non aliquid neutrũ natum sit? Sicut.n. ex equo & asino quod nascitur, nec equus nec asinus est: ita quod de bona natura & mala natũ est, si & ipsa natura est, nec bona nec mala esse debebat. Tu aũt consensionem malam esse confiteris. Dicis.n. tũc animam voluntate sua peccare, dum consentit malo. An forte naturã bonã & naturã malã quasi duos sexus masculinũ & fęmininũ esse arbitraris? Vt quemadmodũ ex masculo & fęmina nõ aliquid neutrum, sed aut masculus aut fęmina gignitur, sic ex bono & malo, nõ aliquid tertium, ꝙ nec bonum esset nec malũ, sed alterũ malũ esse contendas natum? Quod si ita est, vbi est illa victrix animę natura? Itane separata est vt non alterum bonũ potius nasceretur? Deinde non vides te sexus diuersos iã dicere non naturas? Nã si inter bonum & malum naturarũ esset diuersitas, non orietur ex vtroq; nisi aliquid tertiũ ꝙ nec bonũ possit esse nec malũ. Aut certe sterilis esset ipsa cõmixtio, nec inde tertia substantia pareretur. Si.n. ex illis animalibus quæ supra commemoraui, cum sibi miscerentur, nihil aliud q̃ mulus vel mula gignitur, quod neq; hoc neque illud sit: quanto magis ita fieri opportuit in tam magna & summa diuersitate boni & mali: aut si nulla ex eorum commixtione noua natura existerat, mala non esset, etiã si bona esse non possit. Restat igitur vt tam incredibilia deliramenta vitare nequeamus, nisi illam consensionem, quã constat malam esse atq; culpabilẽ, fateamur non esse substãC tiam, sed in aliqua substantia esse dicamus. Deinde in qua substantia sit diligentissime requiramus: quanquam cui non manifestum sit, sicut suasio nec sit nisi in suadente, ita consensionem non esse nisi in consentiente natura? Anima ergo cum consentit mala ipsa substantia est, consensio vero eius non est substãtia. Iã cernis, vt arbitror, in qua substantia sit idest in anima esse istam consensionẽ profecto vides, quã cõsensionẽ peccatum esse, ac per hoc malũ esse non dubitas. Ex quo iã intelligis fieri posse, vt in bona substantia sicuti est anima, sit aliquid malũ ꝙ nõ est substantia, sicuti est consensio, ex quo malo appelletur ẽt anima mala. Peccatrix.n. vtiq; mala est. Peccat aũt cũ cõsentit malo. Vna igitur eadẽq; res, i. anima, inquantũ substantia est, bona est: inquantũ aũt habet aliquid mali ꝙ nõ est substantia, i. consensionẽ istã, intantũ mala est. Non enim ex profectu, sed ex defectu D habet hãc consensionẽ. Deficit quippe cum consentit malo, minusq; iã esse, ac propterea minus valere incipit, quã valebat dũ nulli consentiens in virtute consisteret, tãto vtiq; deterior, quãto ab eo quod summe est ad id quod minus est vergit, vt etiam ipsa minus sit. Quanto autẽ minus est, tanto vtiq; sit propinquior nihilo. Quod enim minus quoque sit, eo tendit vt non sit omnino: quo quanuis non perueniat vt penitus pereundo nihil sit, manifestum est tamen quemlibet defectum exordium esse pereũdi. Aperi ergo iam cordis oculos, & intuere si potes, bonũ aliquid esse quamlibet substantiã, & ideo malum esse defectum substantię, quia bonum est esse substantiam. Nec tamen omnem defectũ esse culpabilem, sed solum voluntarium, quo anima rationalis ad ea quæ infra illa sunt condita, conditore suo deserto declinat affectum: hoc est enim quod peccatũ vocatur. Cęteri aũt defectus qui nõ sunt voluntarij, vel pęnales sunt, vt peccata puniantur moderatrice summa atq; ordinatrice iustitia: vel mensuris rerũ infimarũ interueniunt, vt præcedentia succedentibus cedant, atq; ita omnis temporalis pulchritudo vicibus suis atq; suo genere peragatur. Sicut.n. sermo peragitur, quasi morientibus atq; orientibus syllabis, quę E per morarũ certa interualla tẽduntur, & spatijs suis impletis ordinata consequẽtium successione decedunt, donec ad finem suum tota perducatur oratio: nec in ipsis decurẽtib. sonis, sed in loquentis moderatione positũ est quantum producatur, corripiaturve sylla ba, vel qua specie literarum singulæ suorum locorum momenta custodiant: cum ars ipsa quæ sermonẽ facit, nec sonis perstrepat, nec peruoluatur varieturq; temporibus: Sic or-

tu

bilis, & quis non, ostendit exemplo. Cap. 15.

...od anima peccã deficit, quis ...ectus culpa

tu & occasu, decessu atq; successu rerum tẽporaliũ, certis ac definitis tractibus donec recurrat ad terminũ præstitutum, temporalis pulchritudo contexitur. Quę nõ ideo mala est, quia in spiritalibus creaturis possumus intelligere mirariq; meliora: sed habet propriũ in suo genere decus, atq; insinuat bene viuẽtibus summã Dei sapientiã in alto secretam,
L supra omnes temporũ metas fabricatricem ac moderatricẽ suam. Age, nunc attende illud ꝙ dicebas malũ, cui anima consentiẽdo voluntarie peccat, vtrũ substantia sit aliqua, an vero nec ibi posis accusare substantiã. Quęro.n.q̃d alliciat animæ consensionẽ, ne irruat illa cassatim, & propterea consentire dicatur, quia eius aliqua delectatione mouetur ad fruendũ. Quod si ita est, non est cõsequens vt propterea malũ dicatur, quia nõ recte diligitur. Si.n. ostendero amari aliquem male, vbi nõ amati, sed amantis culpa teneatur, profecto fateberis cuiusq; rei speciẽ nõ esse continuo vitiosam, quia vitiose in eã cõsensio cupientis illabitur. Quod quantũ mẽ adiuuet, post apparebit. Sed vt ostendã quod pollicitus sum, quid potius eligam, cum me rerũ copiã circũfluat? Quid inquam potius eligã, q̃ id ꝙ nos creaturã laudamus cęlestẽ vos aũt vt portione ipsius creatoris adoratis? Quid enim inter cuncta visibilia isto Sole præclarius? At si quisquã eius lucẽ immoderatius cõcupiscat, infert suis oculis bella iurgiorum, si aliquam potestatem nactus qua posit implere quod appetit, domos eorum oppositas suis fenestris apertis intuetur, quo minus Sol penetralia eius cęlo apertiore perfundat. Nunquid ergo Sol est vitiũ, quia ille lucẽ istam sic dilexit, vt eã luci iustitię pręponere auderet, & volens luminis oculorũ carnalium abundantiam excipere in habitaculum corporis,
M ianuam cordis & aciẽ mentis contra lumen claudere ęquitatis? Vides ergo amari posse rem bonam, amore nõ bono. Quapropter cũ tu malũ dicas cui consentiendo anima peccat, ego bonum dico in genere suo, sed tale bonũ cui animam quæ est melior consentire non deceat. Cum enim sit ipsa corpore superior, deniq; habeat se superiorem, quamuis in ordine suo natura corporis bona sit, peccat tamen anima, & peccãdo fit mala, si consensionẽ dilectionis quã superiori Deo debet, iferiori corpori adiũgat.

Quod amor Deo debitus non dẽat impendi creaturæ Cap.16.

Q̃d si dicis nõ eã vocare te cõsensionẽ culpabilẽ, cũ res illa diligitur, quæ non agit vt sibi cõsentiatur: sed tunc cõsentire animã, cũ illũ cui consentit aliquid suadet aut aliquid cogit: & propterea malũ esse quia vt aliquid mali cõmittat, suadet aut vrget, secunda quę stio est, & ordine suo iã iamq; ẽt ipsa tractãda. Sed meminerimus hic primũ peccati, de quo satis, vt arbitror, disputatũ est, claruitq; fieri posse, vt res aliqua in suo genere bona male diligatur, & dilectione culpata, ipsa nõ reprehendatur. Quid enim si tali dilectione peccatrix aĩa atque vitiosa idem pc̃m̃ alteri persuadeat? Nonne & illa quæ persuadẽti cõsentit, tali vitio deprauata, quali vitio deprauata illa quã sequit? A Primũ ergo pc̃m̃ est, q̃uis bonã creaturã creatori in dilectione pręponere: scd̃m aũt alterum quoq; vt id faciat vel suadẽdo vel cogendo tentare. Nemo.n. ad prauitatẽ vult aliũ perducere, q̃ nõ prior ipse deprauatus est. Voluntate aũt peccãt qui alios ad pc̃m̃ perducere cupiunt, vel stulta beneuolentia, vel malitiosa inuidẽtia. Qui.n. filios suos nisi peruerse amãdo monet, vt nullũ lucrũ turpe existimẽt, sed vndecunq; acq̃rãt amplã pecuniã, vtiq; non odit eos & tñ perniciose persuadet: Taliũ q̃ppe dilectione iam ipse corruptus est, cum aurũ & argentũ malũ nõ sit, quemadmodũ & ille Sol de quo superius egimus, sed tamẽ rei bonę dilector inordinatus in culpa sit. Inuidẽtia vero cum alium vult quisq; peccare, honorem diligit immoderata superbia: & in eo cupit excellere, quẽ quidẽ videt amplius & verius deferri virtutibus: ne in eo superetur, cupit aliquos ad iniquitatis voraginẽ ex ęquitatis arce deponi. Hoc modo diabolus suadere aut cogere ad peccata conatur. Sed nunquid ipse honor in culpa est, q̃a eum diabolus peruerse atq; impie diligẽdo impius factus est? Aut ipsa eiusdem diaboli angelica substantia quã Deus creauit, ideo mala est, quia substantia B est? Sed cum eius deferens dilectionem, & ad suam nimis conuersus, eidem esse cupit æqualis, superbiæ tumore deiectus est. Non ergo inquantum substantia est, quoniam substantia facta est, sed inquantum seipsum amplius dilexit quam eum à quo factus est, malus est. Et ideo malus, quia minus est quam esset, si id quod summe est dilexisset: defectus ergo malus est. Omnis ergo defectus

Duo mo[illegible] di sun[illegible] hoĩe ad pecc[illegible] indu[illegible] tur. C[illegible]7

defectus ab eo ꝙ est tendit vt non sit: sicut omnis profectus ab eo ꝙ minus est, tendit vt magis sit. Honor quippe summus, qualẽ pietas religiosorum exhibet, vtique Deo debetur. Qui ergo amat honorem, Deum imitatur. Sed humiles animæ in illo se honorari volunt, superbi præ illo. Ad Deum aũt humi-
K les, excelsiores fiunt iniustis: contra Deũ vero excelsi, humiliores fiunt iustis: ea, s. dispẽsatione præmiorũ atque pęnarum, quia illi Deũ amauerunt supra se, illi pro Deo amauerunt se. Iam, vt arbitror, facile est tibi intelligere ex ipsius verbis epistolæ tuæ, quib. dixisti, animã cũ cõsentit malo, voluntate peccare, nullum malũ esse, naturã malam, vel dilectionẽ naturæ malæ. Sed cũ omnes naturæ in suo genere bonæ sint, malũ esse pctm̃, ꝙ fit voluntate animæ, cũ diligit pro ipso creatore creaturã: siue suo nutu, cũ sit mala: siue alterius persuasu, cũ consentit malo. Et nihilominus sic quoq; fit mala cõsequentib. supplicijs, vt pro meritis omnia disponantur a creatore summe bono in creatura bona, sed non summe bona, quia non eã genuit de seipso, sed fecit ex nihilo. Tu aũt constituisti duas naturas, quarũ vnam vis bonã esse, alteram malã: vel potius vnã boni, alterã mali: nam mala natura, ex bona ẽt, peccando fit. Fateris tñ eam naturã quã bonam esse dicis, malo consentiendo male facere, hoc est, voluntate peccare. At ego ambas bona esse assero, sed vnã earũ male facere suadendo, aliã male facere consentiẽdo. Sicut aũt alterius consensio non est natura, sic nec huius suasio. Et sicut ista si non consentiat, bona permanebit, integritatẽ naturæ suæ custodiens: sic illa si non suadeat, emendatior erit. Si vero ẽt pctm̃ ꝙ non suadet, nec ipsa cõmittat, pariter erunt integræ, atq; in suo genere laudabiles. Et si. n. bis illa peccat q̃ & cõmittit & suadet: illa aũt semel si tantũmodo ad male faciendũ consentiat: tñ peccatis fiunt malæ, nõ
L natura sunt malę. Aut si ꝑꝑ suasionem natura ista mala est, sit & illa ꝑꝑ consensionẽ. Sed si peius tibi vr̃ esse suadere quam consentire, sit ista mala, ista peior: non tñ tanta sit acceptio personarũ, & tam iniqua in iudicando gratificatio, vt cũ ambæ peccant, quãuis vna grauius, altera leuius, vna dicatur natura mali, altera boni: ac nõ potius aut ambæ bonæ, sed illa melior q̃ peccat minus: aut ambæ malæ, sed illa peior, q̃ peccat amplius. At. n. vnde est malũ ꝙ pctm̃ vocatur, si nulla est mali natura? Dic mihi vnde sit illa cõsensio mala in ea natura quã bonã esse concedis & ꝓdicas? Quicquid. n. patitur vt consentiat malo, non vtique pateretur nisi pati posset. Quæro ergo vnde habeat ipsũ pati posse? Melior. n. esset si nõ haberet. Nõ ergo natura sũmi boni, qua posset esse aliquid melius. Deinde si habet in ptãte vel cõsentire vel nõ cõsentire, non ergo victa consentit. Quęro igitur vnde habeat istã consensionẽ malã, nulla contraria cogente natura? Si aũt cogitur consentire, ita vt nõ sit in eius ptãte aliter facere, nõ ergo vt dicebas voluntate peccat, qñ non voluntate consentit. Sed ego adhuc quæro, vnde in illa sit posse decipi si decipitur? M Anteq̃. n. deciperetur, nisi esset in ea vt hoc pati posset, nũquã vtiq; pateretur, q̃q̃ nullo modo nisi voluntate consentit. Si aũt cogitur, cedere potius q̃ cõsentire dicenda est. Sed quoquolibet noĩe istud appelles, quæro abs te acuto & solerti viro, & a tuo Romano vt gloriaris ĩgenio, vnde habeat ista boni natura pati posse ꝙ patitur, vt consentiat malo? Sicut. n. in ligno anteq̃ frangatur inest fragilitas, quæ nisi inesset, frangi omnino non posset: nec ideo non est fragile lignũ, si nullus fractor accedat: sic quæro in ista natura, vnde sit quædam fragilitas vel flexibilitas, anteq̃ ad malã consensionẽ vel vi frangatur, vel suasione flectatur. Aut si mali vicinitate iam fragilitas erat, sicut solent corpora vicinæ paludis exhalatione corrũpi: iam ergo corruptibilis erat, si potuit eã vicinitatis illius contagio pestilentiosa corrũpere. Quæro igitur vnde illa corruptibilitas: quæso attende quid loquar, & cede perspicuę veritati: non. n. quæro vnde corruptio, respondebis. n. a corruptore, eundemque corruptorem nescio quem Principem gentis tenebrarum esse contendis, vt etiam fabulosis tegminibus inuolutum euoluere, ac teneri vix possit: sed q̃ro vnde corruptibilitas etiam antequam corruptor acce- A
deret: quæ nisi esset, aut nullus existeret, aut nihil noceret cuiuslibet corruptoris accessio. Cum ergo tu inueneris vnde in bona natura ista corruptibilitas, antequam natura cõtraria corrumpatur: aut si non vis eam dicere corrumpi, vnde certe ista mutabilitas, antequam hostili aduersitate mutaretur. Non enim

Vnde natura bona habeat posse peccare, & decipi, & ad malũ flexibilitatẽ. c. 19

enim non mutatur natura in deterius, q̃ fit ex sapiente stulta, & q̃ obliuiscitur sui. Tu.n. ista verba apposuisti, dicẽs, Si cũ seipsam cognouerit, consentiat malo. Mutatur ergo in deterius cũ obliuiscitur, sic vt seipsã rursus commemoratã cognoscat. Nullo aũt pacto mutari potuisset, nisi anteq̃ mutaretur esse mutabilis. C Cũ ergo tu inueneris vnde ista mutabilitas in substantia summi boni, anteq̃ esset vlla boni & mali facta cõmixtio, profecto desines a me quærere vnde sit malũ. Quanquã in natura summi boni, si eã recte cogites, nullã prorsus mutabilitatẽ tẽporis inueniri, nec a seipsa, nec alterius cuiuslibet accessu possit, sicut in ea natura quam Manichęus fingit, & summe bonã esse arbitratur, vel ẽt sibi credẽtibus persuadet. Quære, atq; responde si potes, vnde ista mutabilitas, q̃ non inuenta sed prodita est, cũ mora accederet? Mutari.n. nec ab hoste posset, si mutari omnino nõ posset. Cum aũt potuerit, nõ fuisse incõmutabilem demonstrauit. Hæc ergo mutabilitas cũ esse in substantia summi boni, hoc est, in substantia Dei credit, si cõtentiosus nõ es, vides quãta insipientia blasphemat. Cũ vero de creatura tale aliquid dr̃, quã Deus nec genuit, nec protulit de substantia sua, sed fecit ex nihilo: non de summo bono agitur, sed tñ de tali bono, ꝙ nisi a summo, qui Deus est, non posset institui. Deus quippe summe bonus atq; incõmutabiliter, horũ omnia nõ summe nec incõmutabiliter bona, sed tñ bona fecit, ab angelis cęlorũ vsq; ad extremas bestias, herbasq; terrarũ, pro sua cuiusq; dignitate naturæ, omnia locis congruis ordinata. Verũ in his rõnalis creatura, cũ creatori, hoc est factori & institutori suo Deo, dilectionis obediẽtia cohæret, naturã suã in illius ęternitate, veritate, charitate custodit: cũ vero eũ contumaci inobedientia deserit, & per suũ liberũ arbitriũ peccatis se inuoluit, per illius iustũ D iudiciũ, supplicio misera afficitur. Et hoc est totũ malũ, partim ꝙ iniuste facit, partim ꝙ iuste patitur. Hoc tu a me non q̃ras vnde sit, cũ tibi iã ipse r̃nderis: qui dixisti ꝙ cũ seipsam cognouerit aĩa, si malo consenserit, voluntate sua peccat, Ecce vnde est malũ, a propria, s. voluntate. Non aũt ista natura sed culpa est, ac per hoc ẽt cõtraria naturæ, cui vtique nocet priuãdo eã bono, quo beata esse posset, si peccare noluisset. Hanc tu peccati

Contra blasphemias Ma

voluntatẽ moueri non putas in anima, nisi ex alio malo ꝙ credis esse naturã, quam non fecerit Deus, eamq; animã naturam Dei esse contendis: ac per hoc ista mali, nescio q̃ natura, si hanc in anima peccati suadẽdo facit, in pctm̃ victus deijcitur Deus. Ecce quanta impietate, q̃ nepharijs horrendisq; blasphemijs te non vis exuere, ponendo in natura q̃ non fecit Deus, vitam, sensum, sermonem, modum, speciem, ordinẽ & alia innumerabilia bona. E & ponendo in ipsa Dei natura ante vllam cõmixtionẽ mali, ipsam mutabilitatẽ qua capi poterat, & cui timere cogebatur, videns magnã labem ac vastitatẽ aduersus sua sancta impẽdere secula, nisi aliquod eximiũ ac præclarũ, & veritate potens numen opponeret. Et vt quid hoc totũ, nisi vt illa Dei natura atque substantia sic implicatum teneat hostem subiectum, vt peccans perferat & ligatum, nec totum euadat purgata iam victum, & vt dãnata seruet inclusum? Præclarã vero exclusionẽ bellicę necessitatis in Deo vestro inuenistis, contra illud ꝙ vobis, proponitur, vt respondeatis quid factura erat in Deo gẽs tenebrarum, si cum ea pugnare noluisset: q̃ si dixeritis aliquid fuisse nocituram, fatebimini corruptibilem & violabilem Deum: si autem dixeritis, ꝙ ei nocere nõ posset, quæretur a uobis, Cur ergo pugnauit? Cur substãtiam suam corrũpendam atq; violandam, & ad peccata omnia cogendam hostibus tradidit? Contra istã ergo cõplexionem nunquã exire potuistis. Magnum aliquid vobis & tutum inuenisse videmini, vt respondeatis dicentes. Magna est iniquitas appetere aliena, cui Deus iniquitati præbuisset assensum, si eã gentem quæ hoc ausa fuerat, expugnare noluisset. Haberet ista responsio qualẽcunq; iustitiæ colorem, si saltem in ipso bello natura Dei vestri se integrã impollutamq; seruasset, & permixta hostilibus mẽbris, nihil iniquitatis vel coacta vel seducta fecisset, Cum vero tantis facinoribus & flagitijs eam captiuam consentire dicatis, F cum deniq; ab illa impietate tam immani, qua etiam lumini sancto, cuius portio est, extitit inimica, nec totã perhibeatis posse purgari, vnde illi merito retribuere creditis horrendi illius globi æterna supplicia: quãto satius erat inimicũ hostẽ in sua iniquitate relinquere inania molientem, quam tradere partem Dei, cuius uires hau-

riret

riret, cuius decorē corruptū suę iniquitati so
ciaret, quis nō videat? Quis tanta obstinatio-
ne cęcetur, vt nō sentiat, non attendat quāto
minore iniquitate gens tenebrarū frustra na
turā inuadere conaretur alienā, quā Deus in
uadendā, & ad iniquitatē cogendā, & ad pe-
nā, ex aliqua ēt parte damnandā traderet suā?
Hòccine tādē est iniquitati cōsentire noluis
F se, & tā ingentē iniquitatē sine vlla necessita
te fecisse? An erat necessitas, ꝙ ipsum Mani-
chæū dicere nō puduit & vos pudet? Ille ꝗp
pe ait, vidisse Deū magnā labē ac vastitatem
aduersus sua sancta impendere secula, nisi a-
liquid eximiū & virtute potēs numen oppo
neret. Vos aūt acutius videlicet ratiocinami
ni, quā si Deū dixeritis ea necessitate pugnas
se, ne noceret ei gens tenebrarū, violabilē &
corruptibilē dicens Deū, cui nocere aliquid
posset, si pugnare noluisset. Abigite ergo &
expellite à cordibus vestris, & a fide vestra ēt
ipsam pugnā: totāq; illā fabulā, impiarū &
immundissimarū blasphemiarū horrore cō-
textam, tandē aliquo modo anathematizate
atq; damnate. Nā quale est, obsecro te, ꝙ vt
antè dictū est, violabilē illā naturā & corru-
ptibilē Deū dicere nō timetis vt natura Dei
vestri, si fortitudinē qua non caperetur non
potuit exercere, nō potuerit saltē iustitiā ca-
ptiua seruare, ꝙ Daniel potuit, qui leges om
nes ausus est irridere eorū, à quibus captiuus
ductus fuerat: iniquitati etiā pietate sua nullo
cōpulsus terrore cōsensit, nec in conditione
corporalis seruitutis æquitatē ac libertatem
animi patientis & sapientis amisit. Natura ve
ro Dei captiua ducta est, iniqua facta est, nō
pōt tota purgari, cogitur in fine dānari. Qđ
malū sibi futurum si sciebat ex æternitate, illi
nulla diuinitas de se debebatur: si aūt vel ter-
ris vel regionibus sibimet in ciuitate conti-
guis regni loci & gentis tenebrarum, quę ab
hominibus prudenter intelligentibus riden-
da Manichæus narrat, inenarabilia esse dixi-
sti, hęc à Chr̄o appellari dexterā & sinistrā,
nouimus sic appellare Christū dexterā & si-
G nistrā, vt non corporalia loca, sed beatitudi
nē miseriamq; sui cuiusq; meriti velit intelli
gi. Sed carnalis vestra cogitatio adeo a locis
corporalibus non recedit, vt Solē istum visi-
bilē ac per hoc corporeū, qui contineri, nisi
corporali loco non potest, & Deum & par
tē Dei esse dicatis. Verū de his vobiscum age
re stultū est. Quid enim incorporeum intelli
gere poteritis, qui Deū incorruptibilē non- *Ex ponitur scripturam Manichæo, Secundino videtur ludibriosa.*
dum creditis? Sed velut bonus amicus beni-
gne me obiurgas, ꝙ Manichæos reliquerim
& me ad Iudęorum libros contulerim. Ipsi
sunt qui vestrum errorem fallaciamq; suffo-
cant. In eis quippe prophetatus est Christus,
qualē Dei veritas reddidit nō qualem Mani-
chæi vanitas finxit. Sed hō vrbanissimus exa *Cap. 21.*
gitas antequā scripturā, eo ꝙ scriptum sit in *Osee. 1.*
Propheta, Et fac filios de fornicatione, q̄m *Mat. 21.*
fornicabitur terra a dn̄o: cū audias in Euan- H
gelio, Meretrices & publicani præcedēt vos
in regnū cęlorū. Noui vnde veniat indigna-
tio tua. Non enim tibi tam fornicari displicet
in fornicatione, quā ꝙ in matrimoniū com-
mutata est, & conuersa ad pudicitiam coniu
galē, vbi Deū sicut creditis vestrum in pro-
creando filios arctoribus carnis vinculis col
ligari, cui putatis paræire meretrices, quia
dant opera ne concipiant, vt ab officio pariē
di liberæ, libidini seruiant. Fęminæ quippe
conceptus, apud vos carcer est & vinculum
Dei. Hinc tibi etiā illud displicet, Erunt duo *Gene. 2.*
in carne vna, cum hoc in Christo atq; Eccle- *Ephes. 5.*
sia sancta magnū mysterium cōmendet Apo *Gen. 1.*
stolus. Hinc displicet, Crescite & multipli-
camini: ne Dei vestri multiplicentur ergastu-
la. Me aūt fateor in Ecclesia catholica didi-
cisse, sicut anima, ita & corpus, quorū alterū
præditū, alterū subditum est, ita bonū animę
ad bona corporis nō esse, nisi a summo bo-
no: a quo sunt omnia bona, siue magna, siue
parua, siue cęlestia, siue terrestria, siue spiri-
talia, siue corporalia, siue tēporalia, siue sem
piterna. Nec ideo ista reprehendenda, quia
illa pręferenda. Illud vero quod inter culpan *Manichæi quare nō mā ducēt carnes, & sancti viri & fœminæ cōtinēter viuāt. c. 22*
da ponis, Macta & manduca: etiā in Actibus
Apostolorum spiritaliter positū est. Veruntn̄
& corporaliter, nō est cibus in vituperatio-
ne, sed luxus: pręcipue vobis, etiā carnaliter
accepta, hęc sententia placere debuit, vt ma-
ctaretis carne, ac sic carceribus fractis de mi
sera custodia Deus vester aufugeret, & si q̄
eius ibi reliquię remansissent, manducando
eas in officina aqualiculi purgaretis. Insul-
tas, ꝙ mihi doluerit sterilitas Sarę. Non pla- I
nè hoc ego dolui, quia & ipsa prophetia
fuit. Vestris autem sacrilegijs fabulosis con-
gruit, non sterilitatem Sarę, sed fœcundita-
tē dolere, quia oīs fęminę fęcunditas, dura
est

est Dei calamitas: vñ nõ mirũ est, quia in vobis maxime implet, ꝙ de talibus prędictum est, Prohibentes nuptias. Neq;.n.tã concubitũ, q̃ nuptias detestamini: qm̃ in eis, cõcubitus causa propagãdi, nõ vitiũ sed officiũ est, à quo immunis est cõtinentia virorũ fęminarũq; sanctarũ? non quia sicut malũ illud deuitauerunt, sed quia melius elegerunt. Quanquam patrum & matrũ, quales Abrahã & Sara extiterunt, ipsum officiũ coniugale, non ex humana societate, sed ex diuina dispensatione pensandũ est. Nã quia Christũ in carne venire oportebat, ei carni propagãdæ famulatũ est coniugiũ Sarę, cui virginitas Mariæ præfertur. Vnde & illud quod imperitia laudabili deridendo commemorasti, Pone manũ sub femore meo, Abraham seruo dixit, postulans iurisiurandũ fidem, Pone, inquit, manũ sub femore meo, & iura per Deũ cęli. Seruus quidẽ ille obediendo iurabat, sed & Abrahã iubendo prophetabat, Deum, s. cęli in ea carnẽ esse venturum, quę fuisset ex illo femore propagata. Vos, hoc aspernamini, detestamini, abominamini, casti & mundi homines: qui filio Dei quem nullus contactus carnis: mutare potuisset, vnũ virginis vterum formidatis: & Dei viui naturã mutatam atq; pollutã, omnium fęminarum, non hominũ tantum, sed bestiarũ quoq; vteris implicatis? ac per hoc qui vnũ Patriarchæ femur horretis, quę tandẽ femora, nõ dico Prophetarum sed quarumlibet prostitutarum inuenitis, vbi nõ Deũ vestrũ illic tam turpiter compeditũ vitare debeatis: nisi forte non quidẽ castè tangere humani corporis mẽbrum, sed pudet iurare per Deũ turpiter vinctum. Tanta illic deformitate captiuo nomine pãcarpi, qui in ludicris muneribus ædi solet, propter omnium generũ quæ inerant bestias, exagitatis, arcã Noe, quę per omne genus animalium futurã ex omnibus gentibus figurabat ecclesiã. Vbi te vel nõ aduertentẽ vel ignorantem gratulor congruũ posuisse vocabulũ: Pãcarpos enim omnis est fructus, quod in ecclesia spiritaliter visum est, & non attendis Noe cũ suis, inter illas feras quo illæsus ingressus est, vnde illęsus egressus est, quam fęlicior fuerit Deo vestro, quia ferina rabie gentis tenebrarũ dilaniatus & deuoratus est. Itaq; ille non pancarpus, sed planè compartus factus * est, qui omni feritate discerptus est. Luctã Iacob cum angelo irrides, vbi futura cũ carne Christi lucta populi Israel propheticè figurata est. Sed quõlibet intelligas, Quãto melius Deus vester cũ homine luctaretur, quã victus atq; captiuus à dęmonũ gente diriperetur. Falso. Abrahã ꝙ pudicitiã coniugis vẽdiderit criminaris, vbi non est mentitus sororẽ, sed cautela humana tacuit vxorẽ, Deo suo committens eius pudicitiã conseruãdã: qui nisi facere posset, non in Deũ fidere, sed Deũ tẽtare iudicaretur. Nec tñ respicis Deũ vestrũ, qui nõ vxorẽ, sed membra sua hostibus polluenda, corrumpenda, turpanda, non vendidit, sed gratis dedit? Ad quem, si posset certe optaretis, vt tam illibata rediret ab inimicis suis Dei vestri præclara natura, quam illibata viro reddita est Sara. Laudas mores & studia quondã mea, & quęris quis me repẽte mutauerit. Deinde circunloquẽdo commemoras antiquũ hostẽ omniũ fideliũ atq; sanctorũ, & ipsius domini Iesu Christi, quẽ vis vtiq; diabolũ intelligi. Quid ego tibi de mea mutatione respondeam? quam nisi eo modo in melius fieri crederem, non vtique me, vestro errore detestato atq; damnato, ad catholicam Ecclesiam fidemq; conferrem. Quod vtrũ fecerim, idest, à malo in bonum mutatus sim, tu mihi ipse soluis quæstionẽ in eodẽ verbo quod posuisti mutationis meæ. Anima enim mea si quemadmodum dicitis: Dei natura esset, siue in melius, sicut confido: siue in deterius, sicut arguis, mutari omnino non posset: nec a seipsa, nec a cuiusquã vel alterius impulsu. Vnde cum errorem istũ reliqui, & elegi eã fidẽ, vbi Dei natura prorsus incommutabilis pietas creditur, vt sapiẽter intelligatur non displicet mutatio mea, nisi quibus displicet incõmutabilis Deus. Est autem diabolus sanctorũ aduersarius, non ꝙ aduersus eos ex eo alterius naturę contrario principio consurgat inimicus, sed quia eis inuidet honorem cęlestẽ, vnde est ipse deiectus. Mutatus enim ipse, alios mutare molitur. Nã sicut à vobis Persicę illius fabulę prolixitate describitur, si non mutatus alios mutat, profecto maior & victor est: Si autem sicut affirmatis, sanctę lucis non inimicus Dei est, sed amicus, & illis melior quos decipit, qui eos lumini sancto inimicos, cui est ipse amicus, effecit? Ideo q̃ppe dicit Manichęus, æterno supplicio animas in illo horribili

globo

1. Tim.4

L

Positio manus sub femore Abrahæ, arca Noe & lucta Iacob cum angelo, et quod Abrahã dixit Sarã sororem suã. c.23.

M

Al. forte concer

A

22 c.

B

globo damnādas, quod errare se a priori lucida sua natura passę sunt, & inimicę luminis tūc extiterunt cū ipsam mentē gentis tenebrarum, tenendæ apud se lucis amore flagrantē, animaliū corpora creare contendat.

B Ab his ergo vanissimis sacrilegisq; figmentis te cura vt eripias, mutādus illius adiutorio, qui nec in melius nec in deterius commutatur. Euasimus, inquis, quia spiritalē secuti sumus Saluatorē. Nā illius tantum erupit audacia, vt si noster dn̄s carnalis foret, omnis nostra fuisset spes amputata. Si hoc propterea dicis, quia Christū carnem habuisse non creditis, in Manichæo spē ponere non debetis, quē de masculo & fęmina procreatum, sicut cęteros homines carnē fuisse cōceditis. Cur ergo in illo tantā spē ponitis? Nā in hac ipsa epistola tua cū me terreres, ipse dixisti. Quis ergo tibi patronus erit ante iustū tribunal iudicis, cū & de sermone & de opere cęperis te teste conuinci? Persa quē incusasti non aderit. Hoc excepto, quis te flentē consolabitur? Quis Punicū saluabit? Cōsolatorē igitur & Saluatorē Manichæo excepto nullum esse posse dixisti. Qūo ergo cū de Christi passionibus ageres, euasisse vos dixisti quod spiritalē secuti estis Saluatorē, ne scilicet eū posset in carne constitutū inimicus occidere? Ergo Manichæū vestitū sic occidit inimicus, i quo carnē inuenit, vt iā vester eē Saluator posset: & quomodo dicis, hoc excepto quis te flentē consolabitur? Quis Punicū saluabit? Vides quid sit, in hæresi & doctrinis demoniorum in hypocripsi mendaciloquorū. Veracem Manichæū de Xpo vis esse fallaci, vt sit Christus in ostendenda carne, morte, resurrectione, locis deniq: vulnerū atq; clauorū quę dubitantibus discipulis demonstrauit; totū fallaciter ac mēdaciter gessit, tūc Manichæus de Christo verum dixerit. Si autem Christus veram carnem, & ideo mortē, veram resurrectionem, veras cicatrices ostendit, tunc Manichæus de Christo mentitus sit. Ac per hoc interest in hac causa inter me atq; te, ꝙ tu elegisti veracē credere Manichæum, Christum

C credēdo fallacē: ego autem Manichęum potius, sicut de alijs rebus, ita de Christo, quam Christum de aliena re. Quanto magis de illa vbi spē credentium maxime posuit, hoc est de sua passione & resurrectione, mentitum? Nam in dicit quando Christus post illam, quę mors eius putata est, apparuit discipulis hæsitantibus, & spiritum se videre putantib. *Lucæ. 14* quando dixit. Tangite manus meas & pedes, & videte, quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere: quādo vni eorū minime credenti, Mitte, inquit, digitos in latus meū, & noli esse incredulus, sed fidelis: D *Ioan. 20.* totū hoc non veraciter ostendebat, sed mendaciter. Qui hoc, inquam dicit, nō prædicator, sed accusator est Christi. Sed inquis. Christū prędicat Manichæus, eiusq; se dicit Apostolum. Hinc potius detestandus atq; fugiendus est. Nam cū hęc accusando diceret, se saltem iactaret amatorē veritatis, arguendo alterius falsitatem. Nunc vero nesciens incautusq; se prodit, satisq; demōstrat diligenter intuentibus, quid agat ipse, quid diligat, laudando ac prędicando mentientem. Fuge itaq; amice tantam pestē, ne te, quod fieri non potest, fallendo velit fidelē fecere Manichæus: qualem vult videri à Christo esse factum illum discipulum cui dixit, Mitte digitos in latus meum, ac noli esse incredulus, sed fidelis. Sicut.n. sapit dulcissima veritas, quid aliud discipulo Christus dixit, nisi tange quod gesto, tange ꝙ gessi, tange veram carnem, tange verorū vestigia vulnerum, tāge vera loca clauorū, & credendo noueris, noli esse incredulus, sed fidelis: Sicut autem desipit Manichæi sacrilega vanitas, quid aliud dixit discipulo Christus, nisi tange quod simulo, tange quod fallo, nisi tange falsam carnem, tange falsorū fallacia vulnerum loca, & noli esse incredulus meis mendacibus membris, vt credendo falsis possis esse fidelis. Tales fideles habet Manicheus, omnis doctrinę dęmoniorum mendaciloquorū. *1. Tim. 4* Fuge ista obsecro nō decipiat species paucitatis, quoniam ipse dn̄s dixit angustam viam esse paucorū. *Paucitas saluādorū quæ sit. c. 26.* Inter paucos vis esse sed pessimos. Nam verum est quod pauci sint omnino innocentes, sed in ipsis nocentibus pauciores sunt homicidæ, quam fures, pauciores sunt intestatores quā adulteri. Denique etiam ipse antiquorum uel fabulę vel historię pauciores habent Medeas & Phędras, quam facinorum aliorū flagitiorumq; mulieres, pauciores Ochos & E & Busirides, quam impietatum aliarum & scelerū viros. Vide ergo, ne forte apud vos nimius horror impietatis, faciat meritum paucitatis. Talia quippe ibi leguntur, dn̄r, credū-

tur, vt in illũ errorem magis aliquos quam paucos irruere, vel illic remanere mirandũ sit. Sanctorũ autẽ paucitas quorum angusta via est, in cõparatione ponitur multitudinis peccatorum: quę quidem paucitas in multo maiore numero palearum latet: vel ipsa area *Mat.3.* catholicę ecclesię est nunc congreganda & trituranda, in fine autem ventilanda atq; pur F ganda: ad quã te oportet conferat, si fideliter fidelis esse desideras, ne fidendo falsis, sicut scriptũ est ventos pascas, i. immũdis spiritibus esca fias. Si.n. Paulus Apostolus, quẽ cõ *Osee.12.* memoras nõ sapientũ veteris testamenti scripturas totãq; illam propheticam dispensationẽ dictorũ atq; factorũ, sed carnalẽ Iudaicę propaginis excellentiam, & pro synagogis paternę gentis errantibus & Christũ nõ agnoscentibus, zelum persequendi Christianos quo quam laudabili accendebatur, & iustitiã quę ex lege est qua Iudei non ibi intellecta Dei gratia superbe gloriantur, damna & *Phil.3.* stercora deputauit, vt Christũ lucrifaceret: quanto magis tu scripturas illas nephandarũ blesphemiarũ plenissimas, vbi natura veritatis natura summi boni, natura Dei, toties mutabilis, toties corrupta, & ex parte inexplicabiliter inquinata, atq; ab ipsa veritate in fine damnanda describitur, non sicut stercora, sed sicut, venena debes abijcere, & ad ecclesiam catholicã fidemq; sicut tanto ante prophetata, ita suo tempore reuelata est, finita contentione transire? Quod ideo tibi loquor quia mens tua nec natura mali est, quæ omnino nulla est: nec natura Dei, alioquin incõmutabili frustra loquerer: sed quoniam mutata est deserendo Deum, & ipsa mutatio tio eius malum est, mutetur conuersa ad incõmutabile bonũ, in adiutorio ipsius incõmutabilis boni: & talis eius mutatio erit a malo liberatio. Hanc admonitionem si spernis, G duas adhuc credens esse naturas: vnam mutabilem boni, quæ malo permixta potuit iniustitię consentire: alteram incommutabilem *1.Tim.4.* mali, quæ nec bono mixta potuit consentire iustitię: proximam illam pudendam fabulam garris, execrabiles turpesq; blasphemias in fornicatione pruriẽtium aurium seminantem, vt sis in eorum grege, de quibus prędictum est: quod erit tempus, quando sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriententes auribus, & à veritate quidẽ auditum suũ auertentes, ad fabulas autẽ conuertentur. Si autem hanc admonitionem prudenter accipis, conuersus ad incommutabilem Deum mutatione laudabili fies in eis, de quibus dicit Apostolus, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quod nec Dei naturæ dici posset, quia nunquam fuit mala H & digna isto nomine tenebrarum: nec naturę mali, quæ si esset, nunquam posset mutari, nec lux fieri. Sed recte ac veraciter hoc dictũ est ei naturę, quę incõmutabilis nõ est, sed deserto incõmutabili lumine, à quo facta est, obtenebratur in se: ad illud aut cõuersa fit lux, non in se sed in domino. Non enim a seipsa, quoniam non est lumen verum, sed illuminata lucet ab illo, de quo dictum est, erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum. Hoc crede, hoc intellige, hoc tene, si vis esse bonus participatione incommutabilis boni, ꝙ non potest esse per te: quod nec amittere si incommutabiliter hoc esses, nec recipere posses si incommutabiliter hoc non esses.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

DE NATVRA BONI CONTRA Manicheos.

LIBER VNVS.


Vmmũ bonũ quo superius non est, Deus est: ac ꝑ hoc incõmutabile bonũ est, & ideo vere ęternũ, & vere immortale. Cętera oĩa bona nõ nisi ab illo sũt, sed nõ de illo. De illo.n. qđ est, hoc est ꝙ ipse est: ab illo aũt quæ facta sunt, nõ sunt qđ ipse. Ac per hoc si solus ipse incõmutabilis, oĩa quæ fecit, quia ex nihilo fecit, mutabilia sunt. Tã.n. oĩpotẽs est, vt possit ẽt de nihilo, i. ex eo ꝙ oĩno nõ est bona facere, & magna, & parua, & cęlestia, & terrena, & spiritalia, & corporalia. Quia vero & iustus est, ei ꝙ de I se genuit, ea quæ de nihilo fecit nõ æquauit. Quia ergo bona oĩa, siue magna, siue parua, ꝑ quoslibet rerũ gradus, nõ possunt eẽ nisi a Deo: oĩs aũt natura, in quãtũ natura est, bonũ est: oĩs natura nõ põt esse nisi a summo & ve

rō Deo: quia omnia ēt non summa bona, sed propinqua summo bono, rursus omnia etiā nouissima bona, quæ lōge sunt a summo bono, nō possunt esse nisi ab ipso sūmo bono. Omnis ergo spiritus ēt mutabilis, & omne K corpus a Deo, & hoc est oīs facta natura. Omnis q̃ppe natura aut spūs, aut corpus est. Spiritus incōmutabilis Deus est: spūs mutabilis facta natura est sed corpore melior: Corpus aūt spiritus non est, nisi cū ventus, quia nobis inuisibilis est, & tñ vis eius non parua sentitur, alio quodāmodo spiritus dr̃. Propter eos aūt qui cum intelligere non possunt omnem naturam, i. omnē spm̃ & omne corpus naturaliter bonū esse, mouentur spiritus iniquitate & corporis mortalitate: & ob hoc aliam naturam maligni spiritus, & mortalis corporis, quā Deus nō fecerit, conantur inducere: sic arbitramur ad eorum intellectū, ꝙ dicimus posse perduci. Fatentur.n. omne bonum non esse posse, nisi a summo & vero bono. Quod & verum est, & ad eos corrigendos si velint aduertere sufficit. Nos.n. catholici Christiani Deum colimus, a quo omnia bona sunt, siue magna, siue parua: a quo omnis modus, siue magnus siue paruus: a quo omnis species, siue magna siue parua: a quo omnis ordo, siue magnus siue paruus. Omnia.n. quanto magis moderata, speciosa, ordinata sunt, tanto magis, vtiq; bona sunt: quāto aūt minus moderata, minus speciosa, minus ordinata sunt, minus bona sunt. Hæc itaque tria; modus, species, ordo, vt de innumerabilibus taceam, quæ ad ista tria pertinere monstrātur: hęc ergo tria, modus, species, ordo, tanquam generalia bona sunt, in rebus a Deo factis, siue in spiritu, siue in corpore. Deus itaq; supra omnē creaturę modum est, supra omnem speciem, supra omnē ordinē: nec spatijs locorū supra est, sed ineffabili & singulari potentia, a quo omnis modus, omnis species, omnis ordo: Hæc ergo tria vbi magna sunt, magna bona sunt: vbi parua, parua bona sunt: vbi nulla sunt, nullum bonum L est. Et rursus vbi hæc tria magna sunt, magnę naturæ sunt: vbi parua sūt, paruæ naturæ sūt: vbi nulla sunt, nulla natura est. Omnis ergo natura bona est. Proinde cū quæritur, vnde sit malum: prius quærendum est quid sit malum: ꝙ nihil aliud est quam corruptio, vel modi, vel speciei, vel ordinis naturalis. Mala itaq; natura dr̃ q̃n corrupta est, nam incorrupta vtique bona est. Sed ēt ipsa corrupta, inquantum natura est, bona est, inquantum corrupta est, mala est. Fieri aūt potest vt q̃dam natura quæ modo & specie naturali excellentius ordinata est, ēt corrupta melior sit adhuc quam est incorrupta altera, quæ minore modo & specie naturali inferius ordinata est, sicut in hominū æstimatione secundum æqualitatē, quæ aspectibus adiacet. Melius est itaq; corruptum aurū quam incorruptum argentum: & melius est corruptum argentum quam plumbū incorruptum. Sic & in naturis potentioribus atque spiritalibus. Melior est.n. corruptus per malam voluntatem spiritus rationalis, quam irrationalis incorruptus. Et melior est quilibet spiritus etiā corruptus quam corpus quodlibet incorruptum. Melior est.n. natura quæ cum præsto est corpori præbet ei vitam, quam illa cui vita præbetur. Quantumlibet autem corruptus sit spiritus vitæ, qui factus est, vitam præbere corpori potest, ac per hoc melior illo est, quamuis incorrupto corruptus. Corruptio autem si omnem modum, omnem speciem, omnem ordinem rebus corruptibilibus auferat, nulla natura remanebit, ac per hoc omnis natura, quæ corrumpi non potest, summum bonum est, sicut Deus est. Omnis autē natura quæ corrumpi potest, etiam ipsa aliquod bonū est. Non.n. posset ei nocere corruptio, nisi adimendo & minuēdo quod bonum est. Creaturis autē præstantissimis, hoc est rationalib. spiritibus, hæc præstitit Deus, vt si nolint, corrumpi non possint, idest, si obedientiam conseruauerint sub dño Deo suo, ac sic incorruptibili pulchritudini eius adhæserint: si autem obedientiam conseruare noluerint, quoniam volentes corrumpuntur in peccatis, nolentes corrumpuntur in pœnis. Tale quippe bonum est Deus, vt nemini eum deserēti bene sit: & in rebus a Deo factis tam magnum bonum est natura rationalis, vt nullum sit bonum quo beata sit, nisi Deus. Peccantes igitur in supplicijs ordinantur, quæ ordinatio quia eorum naturæ non competit, ideo pœna est, sed quia culpę competit, ideo iustitia est. Cętera vero quæ sunt facta de nihilo, quę vtiq; inferiora sunt, quā spiritus rationalis, nec beata possunt esse nec misera. Sed quia pro modo & specie

Quod ex aliqua natura etiā corrupta, melior est alia natura alterius generis ēt incorrupta. Cap. 5. M

Quod nō omnis species modus & ordo in reb. corrūpantur. c. 6.

Quod ordinatio ad pœnā competat culpæ, nō naturæ. c. 7

A

De bonitate & ordine

creaturarum inferiorũ ad quas non spectat beatitudo vel miseria. c. 8.

sua ẽt ipsa bona sunt, nec esse quãuis minora & minima bona, nisi a sũmo bono Deo poterunt, sic ordinati sunt, vt cedant infirmiora firmioribus, & inualidiora fortiorib. & impotentiora potentiorib. atq; ita cęlestib. terrena concordent tanq̃ præcellentib. subdita. Fit aũt decedentib. & succedentibus rebus, tẽporalis quædã in suo genere pulchritudo, vt nec ipsa quæ moriuntur, vel ꝙ erant esse desinant, turpent aut turbent modũ, & speciẽ, & ordinem vniuersæ creaturæ: sicut ser-
B mo bene cõpositus vtiq; pulcher est, quãuis in eo syllabæ atq; omnes soni tanquã nascen do & moriendo transcurrant. Qualis aũt & quanta pęna cuiq; culpæ debeatur, diuini iudicij est, non humani: quæ vtiq; & cũ cõuersis remittitur, magna est bonitas apud Deũ: & cũ debita reddit, nulla est iniquitas apud Deum: quia melius ordinatur natura vt iuste doleat in supplicio, q̃ vt impune gaudeat in pc̃tõ. Quæ tñ ẽt sic habens nonnullũ modũ, & speciẽ, & ordinẽ, in quacunq; extremitate adhuc aliquid bonũ est: quæ si omnino detrahantur, & penitus consumantur, ideo nullũ bonum erit, quia nulla natura remanebit.

Quod ad Deũ pertinet quãtitatẽ pœnæ infligere, & ꝙ hoc iustũ sit. cap. 9.

Quare creaturæ sint cõmutabiles. Cap. 10.

Oẽs igitur naturæ corruptibiles, omnino naturæ non essent, nisi a Deo essent: nec corruptibiles essent, si de illo essent, quia hoc ꝙ ipse est, essent. Ideo ergo quocũq; modo, quacunq; specie, quocunque ordine sunt, quia Deus est a quo factæ sunt. Ideo aũt non incõmutabiles sunt, quia nihil est vnde factæ sũt. Sacrilega autẽ audacia coæquantur nihil & Deus: si quale est illud ꝙ de Deo natum est, tale velimus esse illud ꝙ ab eo de nihilo factũ est. Quapp nec naturæ Dei noceri omnino potest, nec alicui naturæ sub Deo noceri iniuste potest: quia cũ peccando iniuste aliq̃ nocent, & si voluntas iniusta eis imputatur, potestas tñ qua nocere permittuntur, non est nisi a Deo, qui & ipsis nocentib. nouit, quid
C illi pati debeant, quib. eos nocere permittit. Hæc omnia tam perspicua, tã certa, si vellẽt aduertere qui aliã naturã inducũt, quã non fecit Deus, nõ tãtis blasphemijs implerent, vt in summo malo tanta bona ponerẽt, & in Deo tãta mala. Sufficit. n. vt supra dixi, ad eorũ correctionẽ, si velint attendere, ꝙ eos ẽt inuitos cogit veritas confiteri, omnia prorsus bona non esse nisi a Deo. Non ergo ab alio sunt magna bona, & ab alio parua bona,

Quibus nocere possit iuste malũ & quib. non. Cap. 11.

Quod oĩa bona sint a Deo, & de blasphemijs Manichæorũ. Cap. 12.

sed & magna, & parua bona non sunt nisi a summo bono ꝙ Deus est. Commemoremus ergo bona quantũ potuerimus, quæ dignum est, vt Deo authori tribuamus, & his sublatis videamus vtrũ aliqua natura remanebit. Oĩs vita & magna & parua, omnis potentia & magna & parua, omnis salus & magna & parua, omnis memoria & magna & parua, omnis virtus & magna & parua, omnis intellectus & magnus & paruus, omnis tranquil- D litas & magna & parua, omnis copia & magna & parua, omnis sensus & magnus & paruus, omne lumen & magnũ & paruũ, omnis sanitas & magna & parua, omnis mensura & magna & parua, omnis pax & magna & parua, oĩs pulchritudo & magna & parua, & si qua similia occurrere poterunt, maximeq; illa quæ per omnia reperiuntur, siue spiritalia siue corporalia, omnis modus, oĩs species, oĩs ordo, & magnus & paruus, a dño Deo sunt. Quibus bonis omnib. qui male vti voluerit, diuino iudicio pęnas luet: vbi aũt nullũ horũ omnino fuerit, nulla natura remanebit. Sed in his omnib. quæcunq; parua sunt, in malorũ cõparatione contrarijs nominib. appellãtur: sicut in hominis forma, quia maior est eius pulchritudo in eius cõparatione & simiæ, simiæ pulchritudo deformitas dr̃: & fallit imprudentes tanq̃ illud sit bonum, & hoc malũ: nec intendunt in corpore simię modũ propriũ, parilitatem ex vtroq; latere membrorũ, cõcordiã partiũ, incolumitatis custodiã, & cętera quæ persequi longũ est. Sed vt ꝙ dicimus intelligatur, & nimiũ tardis satisfiat, vel ẽt pertinaces & apertissimæ veritati repugnantes, cogantur ꝙ verum est confiteri, interrogentur, vtrũ corpori simiæ possit nocere corruptio. Quod si põt vt fœdius fiat, quid minuit nisi pulchritudinis bonum? Vnde tamdiu aliquid remanebit, quam diu corporis natura subsistit. Proinde si consumpto bono natura cõsumitur, bona ergo est natura. Sic & tardum dicimus veloci con E trarium, sed tamen qui se omnino non mouet, nec tardus dici potest. Sic acutę voci cõtrariam vocem dicimus grauẽ, vel canoræ asperã, sed si omnẽ speciẽ vocis penitus adimas, silentium est vbi vox nulla est: ꝙ tamen silentium eoipso quod vox nulla est, tanquã contrarium voci solet opponi. Sic & lucida & obscura tanquam duo contraria dicũtur:

habent

habent tamen & obscura aliquid lucis, quo si penitus careãt, ita sunt tenebrę lucis absentia, sicut silentiũ vocis absentia: Quę tñ etiã priuationes rerũ sic ordinãtur in vniuersitate naturę, vt sapienter considerantibus nõ indecenter vices suas habeant: Nam & Deus certa loca & tempora non illuminando, tenebras fecit tam decẽter quam dies. Si.n.nos continendo vocẽ decenter interponimus in loquendo silentium, quanto magis ille quarundã rerum priuationes decẽter facit, sicut rerum omnium perfectus artifex? Vnde & in hymno trium puerorũ, ẽt lux & tenebrę laudant Deũ, i. eius laudẽ in bene considerantiũ cordibus pariunt. Non ergo mala est, in quãtũ natura est, vlla natura, sed cuiq; naturę nõ est malum nisi minui bono, quod si minuendo absumeretur, sicut nullũ bonum, ita nulla natura relinqueretur: non solũ qualem inducunt Manichęi vbi tanta bona inueniunt, vt nimia eorũ cęcitas mira sit, sed qualem potest quilibet inducere. Neq; enim vel illa materies quã antiqui hylem dixerunt, malũ dicenda est. Nõ eã dico quã Manichęus hylem appellãt dementissimus vanitate, nesciẽs qd loquatur, formatricẽ corporũ: vnde recte illi dictũ est, quod alterum Deũ inducat. Nemo.n.formare & creare corpora nisi Deus potest. Neq;.n.creantur nisi cũ eis modus & species & ordo subsistit, quę bona esse, nec esse posse nisi à Deo puto, quod iam ẽt ipsi confitentur. Sed hylen dico quandam penitur informẽ & sine qualitate materiã, vnde istę quas sentimus qualitates formãtur, vt antiqui dixerũt. Hinc.n.& sylua Gręce dicitur hyle, quod operantibus apta sit, non vt aliqd ipsa faciat, sed vnde aliquid fiat. Nec ista ergo hyle malũ dicẽda est, quę nõ per aliquam speciem sentiri, sed per omnimodam speciei priuationẽ cogitari vix potest. Habet.n.& ipsa capacitatẽ formarũ: nam si capere impositã ab artifice formã nõ posset, nec materies vtique diceretur. Porro si bonũ aliquod est forma, vnde qui ea pręualẽt, formosi appellantur, sicut a specie speciosi, proculdubio bonum aliquod est ẽt capacitas formę. Sicut quia bonum est sapientia, nemo dubitat qđ bonũ sit capacem esse sapientię. Et quia omne bonũ a Deo neminem oportet dubitare, etiam istã si qua est materiem non esse nisi à Deo. Magnifice igitur & diuine Deus noster

[Margin: ...od pri ...iones ...niuer ...ut or- ...tæ et ...tre te ...æ di- ...ir lau ...Deũ . 16. F — ...3. ...d nul ...tura ...t sit, eius ...non ...bo- ...rru- ...17 — ...eries ...a an Hy ...lixe- ...ma- non ...icen ...18. G]

famulo suo dixit: Ego sum qui sum: Et dices filijs Israel: Qui est misit me ad vos. Vere enim ipse est, quia incõmutabilis est. Omnis enim mutatio facit non esse quod erat, vere ergo ille est qui incõmutabilis est: Cętera q̃ ab illo facta sunt, ab illo pro suo modo esse acceperunt. Ei ergo qui summe est, nõ potest esse contrariũ nisi quod non est, ac per hoc sicut ab illo est omne quod bonũ est, sic ab illo oẽ ꝙ naturaliter est, qñ omne quod naturaliter est, bonũ est: Omnis itaq; natura bona est, & oẽ bonũ à Deo est, omnis ergo natura a Deo est. Dolor aũt quod pręcipue malũ nõnulli arbitrantur, siue in aĩo siue in corpore sit, nec ipse potest esse nisi in naturis bonis. Hoc.n. ipsũ quod resistit vt doleat, quodãmodo recusat non esse quod erat quia bonũ aliquod erat: sed cũ ad melius cogitur, vtilis dolor est, cũ ad deterius inutilis est. In aĩo ergo dolorẽ facit voluntas, resistẽs potestati maiori, in corpore dolorem facit sensus, resistens corpori potentiori. Sunt aũt mala sine dolore peiora: peius est enim gaudere de iniquitate, quam dolere de corruptione: verum tamen tale gaudiũ nõ potest nisi ex adoptione bonorũ inferiorũ, sed iniquitas est desertio meliorũ. Item in corpore melius est vulnus cũ dolore, quam putredo sine dolore, quæ specialiter corruptio dicitur quã nõ vidit, idest, non passa est mortua caro domini, sicut in prophetia prædictũ erat. Nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionem. Nam vulneratũ esse confixione clauorum, & percussum de lancea quis negat? Sed etiã ipsa quæ proprie ab hominibus corruptio corporis dicitur, i. ipsa putredo, si adhuc habet aliqd quod alte consumat bonũ minuendo, crescit corruptio. Quod si penitus absũpserit, sicut nullũ bonũ, ita nulla natura remanebit, quia iã corruptio ꝙ corrumpat non erit, & ideo nec ipsa putredo erit, quia vbi sit oĩno non erit. Ideo quippe & parua atq; exigua iam cõmuni loquẽdi vsu modica dicuntur, quia modus eis aliquis resistit, sine quo non iam modica, sed omnino nulla sunt. Illa autẽ quę propter nimiũ progressum dñr immodica, ipsa nimietate culpantur: sed tñ ipsa etiã sub Deo qui omnia in mensura, in numero & põdere disposuit, necesse est vt aliquo mõ cohibeatur. Deus aũt habere modum dicẽdus non est, ne finis eius dici putetur. Nec ideo

[Margin: Qđ Deus solus esse dicatur, quia incõmutabilis. c. 19. — H — Quid sit dolor animæ et corporis & ꝙ Christus non sit putrefactus. Cap. 20. — Psal. 15. Acto. 2. Ioan. 19. — I — Quare paruæ res dicantur modica. Cap. 21. Sapien. 11. — Qđ Deus modũ nõ]

habẽs, nõ dicatˉ immoderatus. c. 22.

tamen immoderatus eſt, a quo modus omni
bus tribuitur rebus, vt aliquo modo eſſe poſ
ſint. Nec rurſus moderatũ oportet dici Deũ,
tanquã ab aliquo modũ acceperit. Si aũt di-
camus eũ ſummũ modũ, forte aliquid dici-
mus, ſi tñ in eo quod dicimus ſummũ modũ
intelligamus ſummũ bonũ. Omnis enim mo
dus inquãtũ modus eſt, bonus eſt: vnde om-
nia moderata, modeſta, modificata dici ſine
K laude non poſſunt, quanquã ſub alio intelle-
ctu modũ pro fine ponamus, & nullũ modũ
dicamus, vbi nullus eſt finis, quod aliqñ cũ
laude dicitur, ſicut dictũ eſt, Et regni eius nõ
erit finis. Poſſet.n. dici etiã: Nõ erit modus, vt
modus pro fine dictus intelligeretur: nã qui
nullo modo regnat, nõ vtiq; regnat, Malus er
go modus vel mala ſpecies, vel malus ordo,
aut ideo dicuntur, quia minora ſunt quã eſſe
debuerunt, aut quia non his rebus accõmo-
dãtur, quibus accommodanda ſunt: aut ideo
dicũtur mala quia ſunt aliena & incongrua:
Tanquã ſi dicatur aliquis nõ bono mõ egiſ-
ſe, quia minus egit quã debuit: quia ita egit
ſicut in re tali nõ debuit, vel amplius quã o-
portebat, vel nõ cõuenienter: vt hoc ipſum ꝙ
reprehenditur, malo mõ actũ: non ob aliud
iuſtè reprehendatur, niſi quia nõ eſt ibi ſerua
tus modus. Itẽ ſpecies mala vel in cõparatio
ne dicitur formoſioris atq; pulchrioris, qđ
iſta ſit minor ſpecies, illa maior, nõ mole ſed
decore: aut quia non cõgruit huic rei, adhibi
ta eſt, vt aliena, & inconueniens videatˉ. Tan-
quã ſi nudus homo in foro deambulet, ꝙ nõ
offendit ſi in balneo videatur. Similiter & or
do malus tunc dicitur, cũ ipſe minus ſeruatˉ:
vnde non ibi ordo, ſed potius inordinatio,
mala eſt, cũ aut minus ordinatũ eſt quã de-
buit, aut non ſicut debuit. Tñ vbi eſt aliquis
modus, aliqua ſpecies, aliquis ordo, eſt ali-
quod bonũ, & aliqua natura eſt: vbi aũt nul-
lus modus, nulla ſpecies, nullus ordo eſt, nul
lum bonũ & nulla natura. Hæc quæ fides no
ſtra habet, vtcunq; ratio inueſtigauit, diuina-
rũ ſcripturarũ teſtimonijs munienda ſunt, &
qui ea minore intellectu aſſequi nõ poſſunt,
diuinæ authoritati credant & ob hoc intelli-
L gere mereantur. Qui aũt intelligũt, ſed Eccle
ſiaſticis literis minus inſtructi ſunt, magis ea
nos ex noſtro intellectu proferre, q̃ in illis
libris eſſe, nõ arbitrẽtur. Itaq; Deũ eſſe incõ-
mutabilẽ, ſic ſcriptũ eſt in Pſalmis, Mutabis

Lucæ. 1.

Quare malus ordo modus & ſpecies dicatur. Cap. 23.

Immutabilitas Dei probatur. Cap. 24.

ea & mutabuntur, tu aũt idẽ ipſe es. Et in li-
bro ſapientię de ipſa ſapiẽtia, In ipſa manẽs,
innouat omnia. Et Paulus Apoſtolus: Inuiſi-
bili & incorruptibili ſoli Deo. Et Apoſtolus
Iacobus. Omne datũ optimũ, & omne do-
nũ perfectũ deſurſum eſt deſcendens a patre
luminũ, apud quẽ nõ eſt cõmutatio, nec mo M
menti obũbratio. Itẽ quia id quod de ſe ge-
nuit, hoc eſt ꝙ ipſe eſt ab ipſo filio breuiter
dicitur: Ego & pater vnũ ſumus. Quia aũt nõ
eſt factus filius, quippe cũ per illũ facta ſint
omnia, ſicut ſcriptũ eſt, In principio erat ver
bũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat ver
bũ, hoc erat in principio apud Deũ, Omnia
per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt ni
hil, ideſt, non eſt factũ ſine ipſo aliquid. Ne-
que enim audienda ſunt deliramenta homi-
nũ, qui nihil hoc loco aliquid intelligendũ
putant, quod nihil non aliquid ſignificat: &
ad huiuſmodi vanitatẽ propterea putant co
gi poſſe aliquẽ, quia ipſum, nihil, in fine po
ſitum eſt ſententiæ. Ergo, inquiũt, factũ eſt, &
ideo quia factũ eſt, ipſum nihil aliquid eſt. Sẽ
ſum enim perdiderunt ſtudio contradicẽdi,
nec intelligunt nihil intereſſe vtrũ dicatur,
Sine ipſo factũ eſt nihil: an, ſine illo nihil fa-
ctũ eſt: quia & ſi illo ordine diceretur, ſine il
lo nihil factũ eſt: poſſent nihilominus dice-
re ipſum nihil aliquid eſſe, quia factũ eſt: Qđ
enim reuera eſt aliquid, quid intereſt vtrum
ita dicatur: Sine illo facta eſt domus: an, ſi-
ne illo domus eſt facta, dũ intelligatur ali-
quid factum ſine illo, quod aliquid do-
mus eſt. Ita quia dictũ eſt, Sine illo factum
eſt nihil: qm̃ nihil vtiq; nõ eſt aliquid, qñ ve-
re & proprie dicitur, ſiue dicatur, ſine illo fa
ctũ eſt nihil: ſiue, ſine illo nihil factũ eſt: vel
nihil eſt factũ: nihil intereſt. Quis autem ve-
lit loqui cum hominibus hoc ipſum quod
dixi, nihil intereſt, poſſunt dicere: ergo inte-
reſt aliquid quia ipſum nihil aliquid eſt? Hi
autem qui ſanũ habent cerebrũ, rem manife-
ſtiſsimã vident, hoc idẽ intelligi cũ dixi, ni-
hil intereſt, quod intelligeretur, ſi dicerẽ, in- A
tereſt nihil: at iſti ſi alicui dicãt, quid feciſti:
& ille reſpondeat, nihil ſe feciſſe, conſequẽs
eſt vt ei calumnientur dicentes, feciſti ergo
aliquid, quia nihil feciſti ipſum enim nihil
aliquid eſt. Habent autẽ & ipſum dominũ in
fine ſententię ponẽtem hoc verbum, vbi ait:
Et in occulto locutus ſum nihil. Ergo legant

Pſ.

Sap. 7.

1.

Iac.

Ioa.

Ioa.

Qu… ma… tel… ill… ptu… ne… Et… nih… Ca…

Ioa.

Io

&

& taceant. Quia ergo Deus omnia quæ de se non genuit, sed per verbum suum fecit, non de his rebus quæ iã erant, sed de his quæ omnino non erant, hoc est de nihilo fecit, ita dicit Apostolus: Qui vocat ea quæ non sunt tã quam ea quæ sunt. Apertius autem in libro Machabęorum scriptum est: Oro te fili, respice ad cęlum & terram, & omnia quæ in eis sunt: vide & scito quia non erant, ex quibus nos fecit dñs Deus: Et illud ꝙ in Psalmo scriptum est: Ipse dixit & facta sunt: manifestis-

B simum est, ꝙ non de se ista genuerit, sed in verbo atq; imperio fecerit. Quod autem nõ de se, vtiq; de nihilo. Non enim erat aliquid vnde faceret, de quo apertissime Apostolus dicit: Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso autem non hoc significat, quod de ipso: Quod enim de ipso est, potest dici ex ipso, non autem omne ꝙ ex ipso est recte dicitur de ipso. Ex ipso enim cęlum & terra, quia ipse fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si gignat filium, & faciat domũ, ex ipso filius, ex ipso domus, sed filius de ipso, domus de terra & ligno. Sed hoc quia homo est, qui non potest aliquid de nihilo facere: Deus autem ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, non opus habebat aliqua materia, quam ipse non fecerat adiuuari omnipotẽtiam suam. Cum autem audimus, Omnia ex ipso & per ipsum & in ipso: omnes vtique naturas intelligere debemus quæ naturaliter sunt. Neq;. n. ex ipso sunt peccata, quæ naturam non seruant sed vitiant, quæ peccata ex voluntate esse peccantium multis modis sancta scriptura testatur, præcipue illo loco quo dicit Apostolus: Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniam tu effugies iudiciũ Dei? An diuitias benignitatis & patientiæ eius & longanimitatis contẽnis? Ignoras quoniam patientia Dei ad pęnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem cordis tui, &

C cor impęnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. Nec tamẽ cum in Deo sint vniuersa quæ condidit, inquinant eum qui peccant, de cuius sapientia dicitur, Attingit autem omnia per suam mũditiam & nihil inquinatum in eam incurrit. Oportet. n. vt sicut Deum incorruptibilẽ & incõmutabilem, ita consequenter etiam incoinquinabilem credamus. Quia vero & minima bona, hoc est terrena atq; mortalia ipse fecit, illo Apostoli loco sine dubitatione intelligitur, vbi loquens de membris carnis nostræ, quia si glorificatur vnũ membrum, congaudent omnia membra, & si patiatur vnum membrum, compatiũtur omnia membra, etiam hoc ibi ait: Deus posuit omnia membra singulum quodq; in corpore prout voluit: Et Deus temperauit corpus ei cui deerat maiorem honorem dans, vt non essent scissuræ in corpore, sed ipsum idem vt

D pro inuicem solicita sint membra. Hoc autem quod sic in modo & in specie & ordine membrorum carnis laudat Apostolus, in omnium animalium carne inuenis, & maximorum & minimorum cum omnis caro in bonis terrenis, ac per hoc minimis deputetur. Item quia cuique culpæ qualis & quanta debeatur pœna, diuini iudicij est non humani, sic scriptum est: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Item quia bonitate Dei donantur peccata conuersis, hoc ipsum quod Christus missus est, satis ostendit, qui non in sua natura qua Deus est, sed in nostra quam de fœmina assumpsit pro nobis mortuus est, quam Dei bonitatem circa nos & dilectionem sic prædicauit Apostolus: Commendat, inquit, suam charitatem Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Quia vero etiam cum peccatoribus pœna debita redditur, non est iniquitas apud Deum, sic dicit, Quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? Absit. Vno autem loco & bonitatem & seueritatem ab illo esse breuiter admonuit, dicens: Vides ergo bonitatem & se-

E ueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si permãseris in bonitate. Item quia etiam nocentiũ potestas non est nisi a Deo, sicut scriptum est, loquẽte sapientia: Per me reges regnant, & tiranni per me tenent terram. Dicit

1. sen. di. 27. c. solet etiam. Sapien. 7 Qđ Deus illa bona fecit, quæ dicuntur minima, idest corporalia.

Quod diuina iudicia nõ ab hoĩe sint inuestigãda, & Christi charitas per scripturas ostenditur Cap. 31. Rom. 5.

Rom. 5.

Rom 11. Quare mali prælati dicentur hoĩb. & ad qđ. Cap. 32.

& Apoſtolus: Nō eſt ptās niſi data a Deo. Digne aūt fieri in libro Iob ſcriptū eſt: Qui regnare facit, inquit, hypocritā hominem, pp peruerſitatē populi. Et de populo Iſrael dicit Deus: Dedi eis regē in ira mea: Iniuſtū.n.nō
2. ſen. di. 44. c. ſed pluribus. Oſee 13. eſt vt improbis accipientib. nocendi poteſtatē, & bonorū patientia probetur, & malorū iniquitas puniatur. Nā per poteſtatē diabolo
Iob. 1. datā, & Iob probatus eſt vt iuſtus appareret
Mat. 26. & Petrus tentatus eſt, vt non de ſe præſumeret,
2. Co. 12 & Paulus colaphizatus ne ſe extolleret,
Mat. 27. & Iudas dānatus vt ſe ſuſpenderet. Cū ergo per poteſtatē quā diabolo dedit, oīa iuſte ip
F ſe Deus fecerit, nō tñ pro his iuſte factis, ſed pro iniqua nocendi volūtate, quæ ipſius diaboli fuit, ei reddetur in fine ſuppliciū, cum dicetur impijs, qui eius nequitiæ conſentire
Mat. 25. perſeruauerint: Ite in ignem æternum, quem parauit pater meus diabolo & angelis eius.
Qūo angeli mali fuerint facti mali. Cap. 33. Quia vero & ipſi mali angeli non a Deo mali ſunt conditi, ſed peccando facti ſunt mali, ſic Petrus in epiſtola ſua dicit: Si.n. Deus
2. Pet. 2. angelis peccantib. nō pepercit, ſed carcerib.
Mat. 25. caliginis inferi detrudens tradidit in iudicio puniendos ſeruari. Hinc Petrus oſtendit adhuc eis vltimi iudicij pęnam deberi, de qua dñs dicit: Ite in ignē æternū, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Quamuis iā pęnaliter hunc infernū, hoc eſt inferiorē caliginoſum aerē tanquam carcerē acceperint: qui tñ aer qñq; & cœlum dr̄, non illud in quo ſunt ſydera, ſed hoc inferius, cuius caligine nubila conglobantur, & vbi aues volitant: nā & cęlū nubilum dr̄ & volatilia cęli ap-
Epheſ. 6. pellantur. Secundum hoc Apoſtolus Paulus eoſdē iniquos angelos cōtra quos nobis inuidos, pie viuendo pugnamus, ſpiritalia ne-
Epheſ. 2. quitiæ in cęleſtib. nominauit. Quod ne de illis ſuperiorib. cęlis intelligatur, aperte alibi dicit. Secundū Principē ptātis aeris huius,
Peccatū q̄d. c. 34. qui nunc operatur in filios diffidentiæ. Item
1. Tim. 4 quia pctm̄ vel iniquitas nō eſt appetitio naturarū malarū, ſed deſertio meliorum, ſic in
Gen. 2. & 3. ſcripturis inuenitur ſcriptū: Omnis creatura Dei bona eſt: ac per hoc & omne lignum ꝙ
G in paradiſo Deus plantauit, vtiq; bonum eſt. Non ergo malā naturam homo appetijt, cū arborem vetitam tetigit, ſed id ꝙ melius erat deſerendo, factū malum ipſe cōmiſit, Melior quippe creator quā vlla creatura quā condidit: cuius imperium non erat deſerendum vt tangeretur prohibitū, quamuis bonū: quo deſerto meliore, bonū creaturæ appetebatur, ꝙ contra imperiū creatoris tangebatur: Nō itaq; Deus arborē malā in paradiſo plantauerat, ſed ipſe erat melior, qui eā tangi prohibebat. Ad hoc.n. prohibuerat, vt oſtēderet naturā animę rōnalis, non in ſua poteſtate, ſed Deo ſubditā eſſe debere, & ordinē ſuę ſalutis per obedientiā cuſtodire, per inobediētiam corrūpere: hinc & arborem quā tangi voluit ſic appellauit, dignoſcentiæ boni & mali. Qui cū eam contra vetitū tetigiſſet, experiretur pęnam peccati, & eo modo digno H
ſceret, quid intereſſet inter obediētiæ bonū, & inter inobedientię malū. Nam quis ita deſipiat vt Dei creaturam maxime in paradiſo plantatam, vituperandā putet, qñquidē nec ipſæ ſpinæ ac tribuli, quos peccatori in labore conterendos, ſecundū Dei iudiciariam voluntatē terra peperit, recte vituperentur? Habent.n. & tales herbæ modum & ſpeciem & ordinē ſuum, quæ ſi quis ſobrie cōſiderauerit, laudanda reperiet, ſed ei naturæ iſta mala ſunt, quā peccati merito ſic coerceri oportebat. Non eſt ergo vt dixi pctm̄ malæ naturæ appetitio, ſed melioris deſertio, & ideo factū eſt ipſum malū, non illa natura qua male vtitur peccans. Malum eſt.n. male vti bono. Vnde Apoſtolus dānatos quoſdā diuino iudicio reprehendit, qui coluerūt & ſeruierūt creaturæ potius q̄ creatori. Neq;.n. creaturas reprehendit: ꝙ qui fecerit, creatori facit in- I
iuriam, ſed eos qui male vſi ſunt bono, meliore deſerto. Proinde ſi cuſtodiant oēs naturæ modū & ſpeciē & ordinē propriū, nullū erit malū: ſi aūt his bonis quiſq; malè vti voluerit, nec ſic vicerit Dei voluntatē, qui etiā iniuſtos iuſte ordinare nouit: vt ſi ipſi per iniquitatē voluntatis ſuæ malę vſi fuerint bonis illius, ille per iuſtitiā ptātis ſuæ bene vtatur malis ipſorū: recte ordinans in pęnis, qui ſe peruerſe ordinauerūt in peccatis. Nā nec ipſe ignis æternus, q̄ cruciaturus eſt impios, mala natura eſt, habens modū & ſpeciē & ordinē ſuū, nulla iniquitate deprauatū: ſed cruciatus eſt dānatis malus, quorū peccatis eſt debitus. Neq;.n. & lux iſta quia lippos cruciat oculos, mala natura eſt. Aeternus autem ignis, nō ſicut Deus æternus dr̄ proprie, q̄a propterea ignis æternus eſt, ꝙ ſine fine ſit: nō eſt tñ ſine initio, Deus aūt ēt ſine initio eſt.

Deinde

Deinde quia licet perpetuis peccatorũ supplicijs adhibeatur, mutabilis tñ natura est. Illa aũt vera est æternitas, quæ est vera immortalitas: hæc est illa summa incõmutabilitas, q̃ solus Deus habet, qui mutari oĩno non põt. Aliud est.n. non mutari, cum tñ possit mutari, aliud aũt prorsus non posse mutari. Sicut K ergo dr̃ homo bonus, non tñ sicut Deus, de quo dictũ est: Nemo bonus nisi solus Deus. (...10.) Et sicut dr̃ anima immortalis: non tñ sicut (...im.6) Deus, de quo dictũ est: Qui solus habet immortalitatẽ. Et sicut dr̃ homo sapiens non tñ sicut Deus, de quo dictũ est, Soli sapiẽti Deo. Sic dr̃ ignis æternus, non tñ sicut Deus, cuius solius immortalitas ipsa est vera æternitas. (...16. ...d di-na- ...ni- ...possit ...re.) Quæ cũ ita sint secundũ catholicã fidẽ & sanam doctrinã, & intelligentib. perspicuã veritatẽ, nec naturæ Dei nocere põt quisquam, nec natura Dei nocere iniuste cuiquam, vel nocere impune patitur quenq̃. Qui.n. nocet, (...40.) ait Apostolus, recipiet illud quo nocuit: & nõ est personarũ acceptio apud Deũ. (...3. ...Mani-...orum ...prin-...c.41) Quod si Manichæi vellent sine pernitioso studio defendendi erroris sui, & cũ Dei timore cogitare, non scelestissime blasphemarent, inducendo duas naturas, vnam bonã quã dicunt Deum, alterã malam quam nõ fecerit Deus: ita errantes, ita delirantes, imo vero ita insanientes, vt non videant in eo ꝙ dicunt naturam summi mali, ponere se tanta bona, vbi ponant vitã, potentiam, salutem, memoriã, intellectũ, tẽperiem, virtutẽ, copiã, sensum, lumen, suauitatẽ, mensuras, numeros, pacẽ, modũ, speciem, ordinem. In eo aũt ꝙ dicũt summũ bonũ tanta mala, mortem, ægritudinem, obliuionem, insipientiam, perturbationẽ, impotentiã, egestatem, stoliditatem, cæcitatem, dolorem, iniquitatẽ, dedecus, bellum, immoderationem, deformitatẽ, peruersitatẽ. Principes.n. tenebrarum & vixisse in sua natura dicunt, & in suo regno saluos fuisse, & L meminisse & intellexisse. Sic.n. cõcionatum illic dicunt Principem tenebrarũ, vt neq; ipse talia cernere, neq; ab eis quib. dicebat, audiri sine memoria & intellectu potuisset: & habuisse tẽperiem animo & corpori suo congruam, & virtute potentiæ negasse, & copias elementorum suorũ ac fœcunditates habuisse, & sensisse se inuicẽ, ac sibi vicinũ lumẽ & oculos habuisse, quibus illud longe cõspicerent: qui vtiq; oculi sine aliquo lumine lumẽ videre nõ poterant, vnde recte ẽt lumina nominantur: & suauitate suæ voluptatis esse perfruitos, & dimensis mẽbris atq; habitationibus determinatos fuisse: Nisi aũt ẽt qualiscunque pulchritudo ibi fuisset, nec amarent cõiugia sua, nec partiũ cõgruentia corpora eorũ constarent: Quod vbi non fuerit, nõ põt M ea fieri q̃ ibi facta esse delirant: & nisi pax aliqua ibi fuisset, Principi suo non obedirent: nisi modus ibi fuisset, nihil aliud agerent, q̃ comederent, aut biberent, aut sæuirent, aut quodlibet aliud sine aliqua societate: q̃q̃ nec ipsi qui hoc agebant, formis suis determinati essent, nisi modus ibi fuisset. Nunc vero talia dicunt eos egisse, vt in omnibus actionib. suis modos sibi cõgruos habuisse negare nõ possint. Si aũt species ibi nõ fuisset, nulla ibi qualitas naturalis subsisteret. Si nullus ordo ibi fuisset, non alij dñarentur & alij subderentur, non in suis elementis congruenter viuerent, non deniq; suis locis haberent membra disposita, vt illa omnia quæ vana isti fabulantur agere possent. Dei aũt naturã si nõ mortuam dicunt, quid secundũ eorũ vanitatem suscitat Christus? si non dicunt ægram, quid curat? Si non dicunt oblitam, quid cõmemorat? Si nõ dicunt insipientẽ, quid docet? Si nõ dicunt perturbatã, quid redintegrat? Si non victa & capta est, quid liberat? Si nõ eget, cui subuenit? Si non amisit sensum, quid vegetat? Si non est excæcata, quid illuminat? Si nõ est in dolore, quid recreat? Si non est iniqua, q̃d per præcepta corrigit? Si non est dedecorata, quid mundat? Si non est in bello, cui promittit pacem? Si non est immoderata, cui modũ legis imponit? Si non est deformis, quid reformat? Si nõn est peruersa, quid emendat? Omnia.n. hæc a Christo, non illi rei præstari dicunt, quæ facta est a Deo, & arbitrio proprio peccando deprauata, sed ipsi naturæ, ipsi substantiæ Dei, quæ hoc est, ꝙ Deus. A Quid istis blasphemijs cõparari potest? Nihil omnino si aliarum peruersarũ sectarũ considerentur errores. Si aũt iste error ex parte altera de qua nondũ diximus cõparetur, adhuc ẽt multo peius & execrabilius in Dei naturã blasphemare cõuincitur. Dicunt.n. ẽt nõnullas animas, quas volunt esse de substãtia Dei, & eiusdem omnino naturæ, q̃ nõ sponte peccauerint, sed a gente tenebrarum, quam mali naturam dicunt, ad quam debellandam non

Quod absurda Manichæi senserint de Deo. c. 42

vltro,

vltro, sed patris imperio descenderunt, superatæ & oppressæ sint, affigi in æternũ globo horribili tenebrarũ. Ita secundũ eorũ sacrilega vaniloquia, Deus seipsum in quadã parte a magno malo liberauit, & rursus seipsum in quadã parte dãnauit, quam liberare ab hoste non potuit, & tanquã de hoste ipso deuicto insuper triũphauit. B O scelestam & incredibilem audaciã, talia de Deo credendi, talia loquendi, talia prædicandi. Quod cũ defendere conantur, ne in peiora irruãt, clausis oculis dicunt, malæ naturæ cõmixtionem facere ista, vt bona Dei natura tanta mala patiatur. Nã ipsam apud seipsam nihil horũ pati potuisse vel posse: quasi inde laudanda sit natura incorruptibilis, quia ipsa sibi non nocet, & non quia nihil ei noceri ab aliquo possit. Deinde si natura tenebrarum nocuit naturæ Dei, & natura Dei nocuit naturæ tenebrarũ, duo ergo mala sunt quę sibi inuicẽ nocuerũt & meliore animo fuit gens tenebrarũ, quia & si nocuit, nolens nocuit. Neque.n. nocere, sed frui voluit bono Dei. Deus aũt illam extinguere voluit, sicut Manichęus apertissime in epistola ruinosi sui fundamẽti delirat. Oblitus.n. ꝙ pauloante dixerat, Ita aũt fundata sunt eiusdem splẽdidissima regna supra lucidã & beatam terrã, vt a nullo vnquã aut moueri, aut concuti possint: Postea dixit, Lucis vero beatissimę pater, sciens labem magnã ac vastitatem, quæ ex tenebris surgeret, aduersus sua sancta impendere secula, nisi aliquod eximium ac præclarũ & virtute potẽs numen opponat, quo superet simul ac destruat stirpem tenebrarũ, qua extincta perpetua quies lucis incolis pararetur. Ecce timuit labem ac vastitatem impendentẽ seculis suis. Certe sic erant fundata super lucidã & beatam terram, vt a nullo vnquã moueri aut cõcuti possent. Ecce a timore nocere voluit vicinæ genti, quam destruere & extinguere conatus est, vt perpetua quies lucis incolis pararet. Quare non addidit, & perpetuũ vinculum? An illę animæ, quas in globo tenebrarũ in æternũ configit, non erant incolæ lucis: C de quibus aperte dicit, ꝙ errare se priore lucida sua natura passæ sint: vbi & nolẽs coactus est dicere, libera eas voluntate peccasse, qui non vult pctm̃ ponere nisi in necessitate naturæ contrariæ: vbiq; nesciens quid loquatur, & tãquam ipse iam inclusus sit in tenebrarum globo quem finxit, quærens qua exeat, & non inueniens. Sed dicat ꝙ vult, seductis & miseris, a quibus multo amplius q̃ Christus honoratur, vt pretio tam longas & tam sacrilegas eis fabulas vẽdat, Dicat quod vult, includat in globo tanquam in carcere gentem tenebrarum, & forinsecus affigat naturam lucis, D cui de hoste extincto quietem perpetuam promittebat, ecce peior est pęna lucis quam tenebrarum, peior est pęna diuinæ naturæ quam gentis aduersæ. Illa quippe & si in tenebris intus est, ad naturam eius pertinet in tenebris habitare: Animæ autem quæ hoc sunt quod Deus, non poterunt recipi sicut dicit, in regna illa pacifica, & a vita ac libertate sanctæ lucis alienabũtur & cõfigentur in prædicto horribili globo, vnde & adhærebunt, inquit, ijs rebus animæ eędem quas dilexerunt, relictæ in eodem tenebrarum globo, suis meritis id sibi conquirentes. Certe non est liberum voluntatis arbitrium: videte quomodo insaniens quid dicat ignorat, & contraria sibi loquendo peius bellum contra se gerit, quam cõtra Deũ ipsius gentis tenebrarum. Deinde si propterea damnantur animæ lucis, quia dilexerunt tenebras, iniuste damnatur gens tenebrarum quæ lucem dilexit, quã & si violenter, tamen possidere voluit, non extinguere: lucis autem natura in bello tenebras extinguere voluit, eas ergo victa dilexit. Quod vultis eligite: vtrum necessitate compulsa vt diligeret, tenebras, an voluntate seducta? Si necessitate, quare damnatur? Si voluntate, quare Dei natura in tanta iniquitate deprehenditur? Si necessitate Dei natura coacta est diligere tenebras, victa est ergo, non vicit. Si voluntate, quid iam miseri dubitant peccandi voluntatem tribuere naturæ, quam Deus ex nihilo fecit, E ne tribuant eam luci quã genuit? Quid si etiam ostendamus, ante cõmixtionem mali, quam fabulose confictam, dementissime crediderunt, in ipsa lucis natura, quam dicũt magna mala fuisse, quid ad istas blasphemias addi posse videbitur? Illic enim fuit antequam pugnaretur, dura & ineuitabilis pugnandi necessitas. Ecce iam magnũ malum antequã bono misceretur malũ. Dicant hoc vnde, cum adhuc nulla esset facta cõmixtio. Si aũt necessitas nõ erat, voluntas ergo erat: vnde & hoc tam magnũ malum, vt Deus ipse

Imp… Au… mali in D… neba… nich… Cap…

se

se naturæ suæ nocere vellet, cui noceri ab hoste non poterat, mittendo eā crudeliter miscendā, turpiter purgandā, inique damnandā? Ecce quātū malū perniciosæ & noxię & immanissimę voluntatis antequā vllū malū de genere cōtrario misceretur. An forte nesciebat hoc euenturū membris suis, vt diligerent tenebras, & inimicæ existerent sanctę luci, sicut ipse dicit: hoc est, nō tm̄ Deo suo, sed etiā patri de quo erant? Vnde ergo hoc in Deo tam magnū ignorantiæ malū, antequam vllū de gente cōtraria misceretur malum? Si autē hoc futurū sciebat, aut sempiterna in eo fuit crudelitas, si de suæ naturæ futura contaminatione & damnatione nihil dolebat: aut sempiterna miseria, si dolebat: vnde & hoc tantū malū summi boni vestri, ante vllā commixtionem summi mali vestri? Ipsa certa particula naturę ipsius, quę in illius globi æterno vinculo configitur, si hoc sibi imminere nesciebat, etiam sic erat in natura Dei sempiterna igorantia: si autē sciebat, sempiterna miseria: vnde hoc tantū malū, antequā vllum de gente contraria misceretur malū? An forte magna charitate gaudebat? quia per eius pęnam, perpetua quies cęteris locis incolis parabatur? Hoc quā nefas sit dicere, naturæ Dei sic subueniri, quicunq; audit, anathematizaret. Sed si hoc saltē faceret, vt ipsi luci inimica non fieret, posset fortasse non tanquam Dei natura, sed tanqum aliquis homo laudari: qui pro patria sua vellet mali aliquid pati, quod quidē ad tempus posset esse, non in æternū: Nunc vero & illā in globo tenebrarū confixionē dicunt æternam, & non cuiusq; rei, sed naturę Dei, & vtiq; iniquissimū & execrabile & ineffabiliter sacrilegum gaudiū erat, si Dei natura gaudebat se tenebras dilecturam, & luci sanctę inimicam futuram. Vnde hoc tam immane & scelestum malum, antequā vllū ex gente contraria misceretur malū? Quis tā peruersam, & tam impiam ferat insaniam, summo malo tribuere tanta bona, & summo bono, quod Deus est, tanta mala? Iam vero quod ipsam partē naturæ Dei dicunt vbiq; permixtam, in cęlis, in terris, sub terris, in omnibus corporibus, siccis & humidis, in omnibus carnibus, in omnibus seminibus arborum, herbarum, hominum, animalium: non potentia diuinitatis sine vllo nexu, icoinquinabiliter, inuiolabiliter, incorruptibiliter, omnibus rebus administrandis, regēdisq; præsentē, quod nos de Deo dicimus: sed ligatam, oppressam, pollutam, quā solui, liberari, purgariq; dicūt, non solū per discursus Solis & Lunę, & virtutes lucis verumetiā per electos suos: hoc genus nefandissimi erroris, quam sacrilegas & incredibiles turpitudines eis suadeat, etiam si nō persuadeat, horribile est dicere. Dicūt.n. virtutes lucis transfigurari in masculos pulchros, & opponi fęminis gentis tenebrarū: & easdē rursus virtutes lucis tranfigurari in fęminas pulchras, & opponi masculis gētis tenebrarū, vt per pulchritudinem suam inflamment spurcissimā libidinē Principum tenebrarū, & eo modo vitalis substātia, hoc est Dei natura, quam dicunt in eorū corporibus ligatā teneri, ex eorū membris ꝑ ipsam cōcupiscentiam relaxatis, soluta fugiat & suscepta vel purgata liberetur. Hoc infęlices legunt, hoc dicūt, hoc audiūt, hoc credūt, hoc in libro septimo thesauri eorū, sic.n. appellant scripturam quandam Manichęi, vbi istę blasphemiæ cōscriptę sunt ita positū est: Tūc beatus ille pater, qui lucidas naues habet diuersoria & habitacula scd̄m magnitudines, pro insita sibi clementia fert opem, qua exuitur & liberatur ab impijs retinaculis & angustijs atq; angoribus suæ vitalis substantiæ. Itaque inuisibili suo nutu illas suas virtutes, quę in clarissima hac naui habentur, tranfigurat, easq; pręesse facit aduersis potestatibus, quę in singulis cęlorum tractibus ordinatæ sunt. Quę quoniam ex vtroq; sexu masculorū ac fęminarū cōsistunt, ideo prædictas virtutes, partim species puerorū inuestium parere iubet generi aduerso fęminarum, partim virginum lucidarum forma generi contrario masculorum: sciens eas omnes hostiles potestates, ꝑꝑ ingenitā sibi letalē & spurcissimā cōcupiscentiā facillime capi, atq; in hisdē speciebus pulcherrimis quę apparent mācipari hocq; modo dissolui. Sciatis aūt hunc eundē nostrū beatū patrē hoc idē esse quod etiā suę virtutes, quas ob necessariā causam transformat in puerorū & virginū intemeratā similitudinē. Vtitur autē his tanquā proprijs armis, atq; per eas suā complet voluntatē. Harū vero virtutum diuinarum, quæ ad instar coniugij contra inferna genera statuuntur, quęq; alacritate ac facilitate id quod cogitauerint

Marginal letters: D (beside "sciebat hoc euenturū"), F (beside "gerent tenebras"), G (beside "bras dilecturam"), H (beside "nefandissimi erroris"), I (beside "hocq; modo dissolui").

Marginal notes: *…d par ei Ma… æi po… unt tā eē… mni- corpo &c.* .44. — *Verba Manichæi.* — *Al. l. parere.*

tauerint momento efficiunt eodē, plenę ſunt lucidæ naues. Itaq; cum ratio popoſcerit vt maſculis appareant eędē ſanctę virtutes, ilico ēt ſuā effigiē virginū pulcherrimarū habitu demonſtrant. Rurſus cū ad fęminas ventū fuerit poſtponētes ſpecies virginū, puerorū inueſtiū ſpeciē oſtēdunt. Hoc aūt viſo decoro aliarū ardor & concupiſcentia creſcit, atque hoc modo vinculum peſsimarum cogitationum earum ſoluitur, viuaq; anima quæ
K eorundē membris tenebatur, hac occaſione laxata euaneſcit, & ſuo puriſsimo aeri miſcetur: vbi penitus ablatæ animæ aſcēdunt ad lucidas naues, quæ ſibi ad vectationem, atq; ad ſuę patrię transfretatione ſunt pręparatæ. Id vero quod adhuc generis maculas portant, per æſtus atq; colores particulatim deſcendit, atq; arboribus cęterisq; plantationibus ac ſatis omnibus miſcetur, & coloribus diuerſis inficitur. Quo pacto ex iſta magna & & clariſsima naui, figurę puerorū ac virginū contrarijs apparent poteſtatibus quæ in cęlis degunt, quæq; igneā habent naturam, atq; ex iſto aſpectu decoro, vitę pars quę in earundē membris habetur laxata, deducitur per colores in terrā: eodē modo ēt illa altiſſima virtus quæ in naui vitaliū aquarū habitat in ſimilitudine puerorū ac virginū ſanctarū, per ſuos angelos apparet his poteſtibus, quarum natura frigida eſt atq; humida, quęque in cęlis ordinatæ ſunt: equidem his quæ fęminę ſunt, in ipſis forma puerorum apparet, maſculis vero virginū. Hac vero mutatione & diuerſitate diuinarū perſonarū ac pulcherrimarū, humidæ, frigidęq; ſtirpis Principes maſculi ſiue fęminę ſoluuntur, atq; id quod in ipſis eſt vitale fugit, quod vero reſederit, laxatū deducitur in terrā per frigora,* & cunctis terrę generibus admiſcetur. Quis hoc ferat? Quis hoc credat, nō dico ita eſſe, ſed vel dici potuiſſe? Ecce qui docentem timent anathematizare Manichęum, & non timent credere hoc facientem, & hoc patientem Deū. Per electos aūt ſuos purgari dicūt eandem ipſam commixtam partem ac naturam Dei, manducando, ſcilicet & bibendo, qui eā in alimentis omnibus dicunt ligatā teneri: quæ cum ab electis velut ſanctis in refectione corporis manducando & bibendo aſſumūtur, per eorum ſanctitatem ſolui, ſignari & liberari. Nec attendunt miſeri, quā non

Al. l. præ frigore.

L

Naturam Dei liberari per cibos electorū ſuorū dicebāt Manichæi.

Cap. 45.

incongrue de illis creditum eſt quod fruſtrà negāt, niſi eoſdē libros anathematizauerint, & Manichęi eſſe deſtiterint. Si .n. ſicut dicūt, in omnibus ſeminibus eſt ligata pars Dei, & ab electis manducando purgatur, quis non digne credat eos facere, quod inter virtutes cęlorū & Principes tenebrarū fieri in theſauro ſuo legunt: quandoquidē & carnes ſuas de gente tenebrarū eſſe dicunt, & in eis ligatam teneri vitalē illam ſubſtantiam, partem Dei, credere atq; affirmare non dubitant? Quę vtiq; ſi ſoluenda eſt & manducando purgāda, ſicut eos fateri cogit funeſtus error ipſorum, quis non videat, quis non exhorreat, quanta turpitudo & quam nefaria cōſequantur. Nā & à quibuſdā principibus gētis tenebrarum ſic dicūt Adā primū hominē creatū, vt lumē ab eis ne fugeret teneretur. In epiſtola .n. quā fundamentū appellant, quomodo Principes tenebrarū quē patrē primi hominis inducūt ad cęteros ſocios ſuos tenebrarū Principes locutus fuerit & egerit, ita ſcripſit Manichęus. Iniquis igitur cōmentis ad eos qui aderāt, ait: Quid vobis videtur maximum hoc lumen q; oritur? Intuemini quēadmodū polū moueat, cōcutit plurimas poteſtates. Quapropter mihi vobis opus eſt, Aequū eſt, qđ in veſtris viribus habetis luminis prærogare: ſic quippe illius magni qui glorioſus apparuit, imaginē fingā, per quam regnare poterimus, tenebrarū aliqn̄ cōuerſatione liberati. Hoc audientes, ac diu ſecū deliberantes, iuſtiſsimū putarunt id quod poſtulabātur præbere. Nec enim fidebant ſe idem lumen iugiter retenturos: vnde melius rati ſunt Principi ſuo id offerre, nequaquā deſperantes eodē ſe pacto regnaturos. Quo igitur modo lumen illud quod habebāt prębuerint, conſiderandū eſt: Nā hoc ēt omnibus diuinis ſcripturis arcaniſq; cęleſtibus aſperſum eſt: ſapientibus vero quō ſit datū ſcire, minime eſt difficile: Nā corā aperteq; cognoſcit ab eo q; vere ac fideliter itueri voluerit. Qm̄ eorū q; cōuenerāt erat frequentia promiſcua, ſ. fęminarū ac maſculorū, impulit eos, vt inter ſe coirent: in quo coitu alij ſeminarūt, alię grauidę effectę ſunt. Erant aūt partus ijs qui genuerāt ſimiles, vires plurimas parentū vti primi obtinentes. Hoc ſumens eorum princeps vti pręcipuum donum, gauiſus eſt. Et ſicuti etiam nunc fieri videmus, corporum forma-

M

Ho[mo] ... cr[e]atu[s] ſit p[rin]cipibu[s te]nebrar[um] ſec[un]du[m] Mani chæ[os]. Ca. Verba Mani chæi.

A

tricem

tricem naturam, mali inde vires sumentem
figurare: ita ẽt antedictus Princeps sodalium
prolẽ accipiens, habentẽ parentũ sensus, pru
dentiã, lucẽ simul se cũ in generatione pro-
creatã, comedit, ac plerisq; viribus sumptis
ex istiusmodi esca, in qua non modo inerat
fortitudo, sed multo magis astutiæ & patrij
B sensus ex fera genitorũ gente, propriam ad se
coniugẽ euocauit, ex ea qua ipse erat stirpe
manantem: & facto cũ ea coitu seminauit vt
cęteri, abundantiã malorum quæ deuoraue-
rat: non nihil ẽt ipse adijciens ex sua cogita-
tione ac virtute, vt esset sensus eius omnium
eorũ quæ profuderat formator atq; descri-
ptor: cuius cõpar excipiebat hoc, vt semen
cõsueuit culta optime terra percipere. In ea-
dem.n. construebantur & cõtexebantur om-
niũ imagines, cęlestiũ ac terrenarum virtutũ
vt pleni videlicet orbis id ꝙ formabat simi-
litudinẽ obtineret. O monstrum scelestum,
execranda perditio & labes deceptarum ani
marũ. Omitto quid sit de natura Dei ꝙ sic le
gitur, hoc dicere: Hoc saltẽ attendant miseri
decepti, & errore mortifero venenati, ꝙ si
per coitũ masculorum & fęminarũ ligatur
pars Dei, quã se manducando soluere & pur
gare profitentur, cogit eos huius tã nephan-
di erroris necessitas, vt non solũ de pane &
oleribus & pomis, quæ sola videntur in ma-
nifesto accipere, sed inde ẽt soluant & pur-
gent partẽ Dei, vnde per concubitũ põt, si fę
minæ vtero concepta fuerit, colligari. Hoc
se facere quidã confessi esse in publico iudi-
cio perhibentur: non tñ in Paphlagonia, sed
ẽt in Gallia, sicut a quodã Romæ Christiano
catholico audiui. Et cũ interrogarentur, cu-
ius authoritate scripturæ ista facerẽt, hoc de
thesauro suo prodijsse, ꝙ pauloante cõme-
moraui. Isti aũt cũ hoc eis obijcitur, solent
respondere, nescio quem inimicũ suum de
numero suo, hoc est electorũ suorũ desciuis
se, & schisma fecisse, atq; hmõi spurcissimã
hæresim condidisse: Vnde manifestũ est, quia
hoc ẽt si isti non faciũt, de ipsorũ libris hoc
faciunt, quotcunq; faciunt. Abijciant ergo li
bros si crimen exhorrent, ꝙ cõmittere cogũ
C tur si libros tenent: aut si non cõmittunt, mũ-
dius viuere contra suos libros conantur. Sed
quid agunt cũ eis dr̃, aut purgate lumen, de
quib. potueritis seminibus, vt nec illud recu-
setis ꝙ vos nõ facere asseritis: aut Manichęũ
anathematizate, qui cũ dicit in omnibus se-
minib. esse partẽ Dei, & concũbendo ligari:
quicquid aũt luminis, hoc est eiusdem partis
Dei ad escas electorũ peruenerit, manducan
do purgari: quid vobis suadeat videtis, & eũ
adhuc anathematizare dubitatis? Quid agũt,
inquam, cum hoc eis dr̃, ad quas tergiuersa- D
tiones se conuertunt, cum aut tam nepharia
doctrina sit anathematizanda, aut tã nepha-
ria turpitudo facienda: in cuius cõparatione
iam illa omnia mala quæ intolerabilia pau-
loante cõmemorabam eos de natura Dei di
cere, ꝙ necessitate oppressa sit vt bellum ge-
reret, ꝙ aut sempiterna ignorãtia secura erat
aut sempiterno dolore & timore solicita qñ
sibi veniret corruptio cõmixtionis, & vincu
lũ æternæ dãnationis, ꝙ deniq; gesto bello
sic fuerit captiuata, oppressa, polluta, ꝙ post
falsam victoriã sic futura sit in horribili glo-
bo in æternũ confixa, & ab originis suæ fœ-
licitate separata, tolerabilia videantur, cum
per se ipsa si considerentur, sustineri nõ pos-
sunt. O magna patientia tua dñe, misericors

De patiẽtia Dei in peccatores. c. 48.

& miserator, longanimis & multum miseri-
cors & verax, qui facis oriri Solem tuum su-
per bonos & malos, & pluis super iustos &
iniustos, qui non vis mortẽ peccatoris, sed
vis vt reuertatur & viuat, qui parcis corri-
piens, dans locũ pniæ, vt relicta malitia cre-
dat in te dñe, qui patientia tua ad pniam ad-
ducis, quanuis multi secundũ duritiam cor-
dis sui, & cor impęnitens, thesaurizant sibi
irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij tui,
qui reddis vnicuiq; secundũ opera sua. Qui
in quacunq; die conuersus fuerit homo a ne
quitia sua ad misericordiam tuã, omnes ini-
qtates eius obliuisceris: Præsta nobis, da no-
bis, vt per nostrũ ministerium quo execrabi
lem & nimis horribilem hunc errorẽ redar-
gui voluisti, sicut iam multi liberati sunt, &
alij liberentur, & siue per sacrm̃ sancti ba-
ptismi tui, siue per sacrificium contribulati
spiritus, & cordis cõtriti & humiliati, in do-
lore pniæ, remissionem peccatorum & bla-
sphemiarum suarum, quib. per ignorantiam
suam te offenderunt, accipere mereantur. Tã E
tum enim valet impellens misericordia &
potestas tua & veritas baptismi tui, clauesq;
regni cęlorum in sancta ecclesia tua, vt nec
de illis desperandum sit, quamdiu in hac ter-
ra per tuam patientiã viuunt, qui etiam scien

Mat. 5. Ezec. 33. Sap. 12. Rom. 2. Ezec. 18.

Per quid datur remissio peccatorum. Ps. 50.

tes

tes quantum malum sit talia de te sentire vel dicere propter aliquam temporalis & terrenæ commoditatis consuetudinem vel adoptionem in illa maligna professione detinentur, si ad tuam ineffabilem bonitatem saltem increpati tuis correptionibus fugiant, & omnibus carnalibus vitæ illecebris, cœlestem
E vitam æternamq; præponant.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

DE FIDE CONTRA Manicheos.

LIBER VNVS.

Cap.1. Nus Deus pater & filius & spiritussanctus, inuisibilis, incomprehensibilis, inenarrabilis, inuiolabilis, incoinquinabilis, q solus habet immortalitatẽ, &
1. Ti. 6. lucẽ habitat inaccessibilẽ: ipse lumen verũ,
Ioan. 14. vita & veritas, bonus summus, & quæcunq; de illo humanus sermo poterit enunciare, q̃ tñ ab illo dãtur vt aliquo modo dici possint:
Col. 1. Ex quo omnia, per quem omnia, siue sedes, siue dñationes, siue principatus, siue potestates, & omnia per ipsum & in ipso creata sũt, sicut in vtroq; testõ humilibus & pie quærẽtibus manifestatur: Ipsi gloria honor & po-
Rom. 11. testas in secula seculorum, Amen. Huic Ma-
Cap. 2. nicheus aduersariũ esse dicit, nescio quẽ gentis Principem tenebrarũ, quem ẽt asserit ingenitum, nec habere authorem a quo creatus sit. Et vtiq; si ingenitus & non creatus est, per seipsum est immortalis: Et si per se immortalis est, non erit Deus qui habet solus immortalitatẽ: Et erit iam mẽdax Apostolus qui dicit de Deo, ꝙ solus habet immortalita
1. Tim. 6 tem: Sed quia Apostolus mendax non est, Deus solus habet immortalitatẽ: Et ideo solus põt & animis & quib. vult corporibus p̃stare immortalitatẽ. Falsum est ergo ꝙ Mani
Cap. 3. cheus asserit, nescio quam mali naturam cũ
F principe suo non habere authorẽ, sed esse ingenitam. Deinde si ingenitus Deus, ingenita ẽt nunc gens tenebrarũ, nõ erit contrarium ingenitũ & ingenitum, videns & videns, regnans & regnans, viuens & viuens, æternum & æternũ. Et si contrarium est bonũ malo, ex aliqua ergo parte discordabit bonũ a malo: ex multa vero coniunctũ & concordans, non iam erit merũ malũ, habendo tanta cõia bona cũ Deo. Si vero dicũt ingenitum est in suo, nihil dicunt: Nam ingenitum & ingenitum, æternũ & æternum, in quantũ ingenita & æterna sunt, nunquã erunt contraria. Non G
enim qa Imperator in sua potestate magnus est, & mediastinus in operatione sua contẽptibilis est, ideo mediastinus non erit homo, quia homo est Imperator. Sed si quisquam quærit quid sit malũ, audiat Apostolũ dicen Cap.
tem: Radix omnium malorũ est cupiditas. 1 Tim
Quam quidam appetentes a fide aberrauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Cupiditas aũt in vnoquoque homine est, non Cap.
naturalis, sed voluntaria, ideoq; dixit: Quam quidam appetentes. Quod.n. appetendo habetur, si non appeteretur, non haberetur. Nã & dñs ostendens quod in hominis potestate sit, ait: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. In actibus etiã conscriptis a Leontio, quos ipsi accipiunt, sic scriptum est: Etenim speciosa figmenta & ostentatio simulata & coactio visibilium, ne quidem ex propria natura procedit, sed ex eo homine, qui per seipsum deterior effectus est per seductionem. Ipse etiam Manicheus non potuit nisi fateri animas, etiam quas dicit ad Dei substantiam pertinere, propria voluntate peccare. Nam sic in secundo thesauri libro dicit: si vero qui negligentia sua a labe prædictornm spirituum purgari I
se minime permiserint, mandatisq; diuinis ex integro parum obtemperauerint, legemque sibi a suo liberatore datam, seruare plenius noluerint, neque vt decebat sese gubernauerint, &c. Item in epistola fundamenti sic dicit de illis animabus, quæ mundi errore errare se a priore lucida sua natura passæ sunt, atque inimicæ lumini sancto extite- H
runt aperteque in perniciem sanctorum elementorum se armarunt, & igneo spiritui obsecutæ sunt. Infesta etiam persecutione sua sanctam Ecclesiam atque electos in eadem constitutos cęlestium præceptorum obseruatores afflixerũt, & a beatitudine & gloria terræ sanctæ arcentur. Et quia a malo se superari passæ sunt, in eadem mali stirpe perseuerabunt, pacifica illa terra & regionibus im-

mortalibus

mortalibus sibimet interdictis: Quod ideo il lis eueniet, quia ita iniquis operib. se obstrinxerunt, vt à vita & libertate sanctæ lucis alienarentur. Nō igitur poterunt recipi in regna illa pacifica, sed configentur in prędicto horribili globo, cui ēt necesse est custodiam adhiberi: Vnde adhærebūt his rebus animę eadē quas dilexerūt, relictæ in eodē tenebrarū globo, suis meritis id sibi coinquirentes. Neque.n. futura hæc cognoscere studuerūt, atq; ab hisdē cū tēpus dabatur se segregarūt. Rogo vos vbi audiūtur hæc verba, dubitatis adhuc Manichæū coactū esse confiteri, esse peccatū propriæ voluntatis. Nō.n. vnū verbū indedixit, sed tā multa, vt quemuis graui somno mersum excitaret. Dixit, negligentia sua: dixit, minime permiserint: dixit, parum obtēperauerint: dixit, seruare noluerint. Itē dixit, obscuræ sunt: dixit, se superari passę sunt: dixit, se obstrinxerūt: dixit, suis meritis id sibi coninquirentes: dixit, neq;.n. futura hæc cognoscere studuerunt, atq; ad hisdē cū tēpus dabat se segregauerunt, & vos dubitatis dicere propria voluntate peccari? Iterū ipse dicit in eadē epistola: Lucis aūt successiuā partē hoc est animas peccatrices: Et vos non dicitis peccare, nisi gentē tenebrarū. Sed quid de isto loquar, qui quanuis erraret, tñ euidētissima veritate hoc coactus est dicere, cum ipsum dominum nostrū Iesum Christū nolitis intelligere dicentem, ignē prępáratū esse peccatoribus, diabolo & angelis eius: quos omnes voluit intelligi peccatores? Nō.n. iniustitia est apud Deū, vt damnet eos qui omnino nihil peccauerūt. Peccare.n. quid aliud est, nisi in veritatis pręceptis, vel in ipsa errare veritate? Quod si non voluntate faciūt peccatores, iniuste iudicantur. Pertinere autē & angelos ad iudicium, Apostolus ostendit dicens: Nescitis, quoniā angelos iudicabimus? Nō aūt pertinerēt ad iudiciū quo iudicātur, si nō pertinerent ad peccatū quo rei fiūt, nec possent merito iudicari. Non.n. homines iusti de iustis angelis iudicaturi sunt, quibus similes erūt, sed vtiq; de peccatorib. Malefacti sui ergo per cupiditatē quisq; author est. Est ergo in potestate vt sit cupiditas: & ideo etiam malum in potestate est. In potestate ergo est, quod in voluntate esse non deberet: Malū.n. non potest esse natura, nec substantia, nec vita, quia hęc bona sunt, inquantum sunt: Sed & si aliquos naturaliter dicimus malos: propter originē veteris peccati dicimus, in quo iā nostra mortalitas nascitur. Totum itaq; quod vocatur malū in hominibus, peccatū est pęna. Peccatū fit ab anima rationali, cui liberū voluntatis arbitriū est. Et pęna infligitur iustitia Dei, quæ nihil fecit iniuste. Aduersus hæc solita cęcitate Manichęi latrāt & cū conuincuntur naturā non esse malam, sed in potestate esse hominis facere bene aut male, dicunt non esse animę liberā voluntatē, & non vident cęcitatē suam. Quis.n. non clamet stultum esse, præcepta dare ei, cui liberū nō est quod pręcipit facere: & iniquū esse eū damnare, cui non fuit potestas iussa complere? Et has iniustitias & iniquitates miseri nō intelligunt Deo se adscribere. Sed qd verū est, nisi & dominū dare præcepta, & animas liberę esse voluntatis, & malū naturā non esse, sed esse auersionē à Dei pręceptis, & esse iustū iudiciū Dei quo dānet peccātes?

Cap. 10.

Interea cū dicat idē Manichęus, Deū omnibus bonis abundantē, nullo in regnis eius insignibus indigente, aut infirmo cōstituto, ita etiam fundata eiusdē splendidissima secula, vt à nullo vnquā cōcuti vel moueri possint, in alio loco paulopost subiūgit & ait: Lucis vero beatissimę pater sciens labē magnā ac vastitatē, quæ ex tenebris surgeret, aduersus sua sancta impendere secula, nisi aliquid eximiū ac præclarū virtute potens numen opponat, quo superet simul ac destruat stirpē tenebrarū qua extincta quies lucis incolis pararetur. Certe ergo a nullo vnquam concuti vel moueri potuerūt regna Dei ò Manichęi. Si.n. potuerūt, mentitus est dicendo, nō posse regna illa ab aliquo concuti. Et si concussa sunt necessitate, aut timore, non erit Deus, q. sic concuti potuit. Nam videmus Deū Manichęi secundū eandem Manichęū malo necessitatis pressum cū labes ac vastitas aduersus secula impenderet, aliudq; quod faceret nō haberet, partē suā ad pugnam dedisse, vt vel hoc modo quietem lucis incolis compararet. Ipsa vero pars eius, hoc est de lumine lumen de bono bonum, de sancto sanctum, de ęterno ęternum, de Deo Deus, de omnipotēte oīpotēs, corrupta sit, mortificata sit, cōmixta sit p oīa mūdi corpora a summo vsque ad imū, à cęlo vsq; ad stercora, vt & meretrices in theatris & in locis turpioribus

Cap. 11.

Cap. 12.

turpiores

turpiores haberent in se oppressum Deum,
qui liberari forte non posit. Dicit.n. in fine
ipsius epistolę, vnde vnum capitulū iam po-
Cap. 13. suimus ipsam Dei partem quę cōmixta est,
non totā posse reuocari ad pristinam liberta
tem. Ecce victoria, ecce triūphus, qualē fecit
Manichęi Deus: Nam post amissam partem
suam in luctu est, sicut Manichæus idē dicit.
Velū contra se habet, quod dolorē eius tem-
A peret, ne corruptionem partis suę videat. Ho
die enim diuina quam cōmemorat substan-
tia, subiacet genti tenebrarum, vt lutū figulo.
Cap. 14. Hoc in primo libro thesauri eorum scriptū
est. Qualis interea turpitudo, quā in eodem
thesauro inter cętera septimo libro scripsit,
sic dicens. Tunc beatus ille pater, qui lucidas
naues habet diuersoria & habitacula secūdū
magnitudines, pro insita sibi clementia fert
opē, quę exuitur & liberatur ex impijs reti-
naculis & angustijs atq; angoribus suæ vita-
lis substantię. Itaque inuisibili suo nutu illas
virtutes suas, quæ in clarissima hac naui ha-
bentur, transfigurat, easq; parere facit aduer-
sis potestatibus, quæ in singulis cęlorū tra-
ctibus ordinatæ sunt: Quę quoniā ex vtroq;
sexu masculorū ac fęminarum cōsistat, ideo
prædictas partim specie puerorum inuestiū
parere iubet generi aduerso fęminarum, par
tim virginum lucidarum forma generi con-
trario masculorum: Sciens eas omnes hosti-
les potestates, propter ingenitā sibi letalem
& spurcissimā concupiscentiā facillime ca-
pi, atq; hisdē speciebus pulcherrimis quę pa
rent mancipari, hoc quoq; modo dissolui.
Sciatis aūt hunc eundē nostrum beatum pa-
trem hoc idem esse, quod etiam suę virtutes,
quas ob necessariam causam transformat in
puerorum & virginū intemeratā similitudi-
nem: Vtitur autem his tanquam proprijs ar-
mis, atq; per eas suam complet voluntatem.
Cap. 15. Harū vero virtutum diuinarū quæ ad instar
cōiugij cōtra inferna gnā statuunt, quęq; ala
critate ac facilitate id ꝙ cogitauerint, momē
to eodem efficiunt, plenę sunt lucidę naues.
Itaq; cum ratio poposcerit, vt masculi appa
reant eędē sanctę virtutes, ilico etiam suam
B effigiem virginū pulcherrimarū habitu de-
monstrant. Rursum cū ad fęminas ventum
fuerit, postponentes speciē virginū, puerorū
inuestium speciē ostendunt. Hoc autē visu
decoro illarum ardor ad concupiscētiā cre-
scit, atq; hoc modo vinculū pessimarū cogi
tationum earum soluitur, viuaq; anima quæ
eorundē membris tenebatur hac occasione
laxata euadit, & suo purissimo aeri miscet:
vbi penitus ablutæ animę ascendūt ad luci-
das naues, quæ sibi euectionē, atq; ad suę pa
triæ transfretationē sunt præparatæ. Id vero C
quod adhuc aduersi generis maculas portat,
per æstū atq; colores particulatim descendit
atq; arboribus cęterisq; plantationibus, ac sa
tis omnibus miscetur, & coloribus diuersis
inficitur. Et quo pacto ex ista magna & cla-
rissima naui figuræ puerorum & virginum
parent contrarijs potestatibus quæ in cęlis
degunt quæq; igneā habēt naturam, atq; ex
isto aspectu decoro vitæ pars quæ in eorun-
dē mēbris habetur, laxata deducitur per calo
res in terrram: eodē modo etiā illa altissima
virtus, quę in naui vitaliū aquarū habitat, si-
militudines puerorū ac virginium sanctarū
per suos angelos apparet his potestatibus,
quarū natura frigida est atq; humida, quęq;
in cęlis ordinatæ sunt: Et quidē ijs quæ fęmi
nę sunt, in ipsis forma puerorū apparet, ma-
sculis vero virginū. Hac vero mutatione &
& diuersitate personarū diuinarū ac pulcher
rimarū, humidę frigidæq; stirpis Principes
masculi seu fęminę soluūtur, atq; id quod in
ipsis est vitale, fugit: Quod vero resederit, la
xatū deducitur ad terrā per frigora, & cun-
ctis terrę generibus admiscet. Quis non ri-
deat, vel potius doleat & detestetur istum ho
minē, tā horrēda & execrabilia đ diuina sub
stantia dicentē? Ergo substantia lucis æternę
parti Dei, in captiuitate, in calamitatibus se-
cundum vestrum errorem, vestrā constitu-
tionē non poterat aliter quotidie subueniri,
nisi beatus pater, qui naues lucidas habet di-
uersoria, quem tertium legatum appellatis,
& virtus altissima virtutes suas in diuersi se-
xus naturā commutet: quas quidē intemera- D
tas dicitis, sed tamen vt meretricū more, pul
chritudine sua Principū tenebrarū letalē &
spurcissimam concupiscentiam confusæ &
inuitę accendant. Nō.n. inuenitis verū, quo
tandē pulchritudinem aliquando honestius
doceretis. Et qua causa hoc faciunt? Vt eis in
libidinē concitatis, occasionem liberationis
reperiat substantia diuina? Quid aliud sonat,
nisi vt etiā per genitalia dęmonum vias eua-
dēdi iuueniat diuina maiestas? Deus magne,

p. 18. subueni animis ista turpia credentibus, ista-
nephanda sectantib. Quis hæc nõ exhorreat,
rogo vos, q̃s tam cæcꝰ est vt ista credat, rogo
vos? Sed certe r̃ndeatur mihi ab iis qui ipsũ
Manichæum sequunt̃: Si Deꝰ incorruptibilis
est, vel oĩs natura summi boni inuiolabilis,
immaculabilis, inadibilis, incoinquinabilis,
incõprehensibilis, quid poterat facere mali
natura huic tãtæ naturę, si nollet cum illa pu
gnare, ne ad tm̃ dedecus deduceret? Hoc di-
xi: Quid factura erat Deo gẽs tenebrarum, si
nollet cum illa pugnare? Si mihi dr̃, Nihil, q̃-
ro cur hodie eius pars hoc est Dei Deus, in
calamitatib. in pressuris, in captiuitate in su-
E biectione sit constituta, vt tam turpiter etiam
liberet̃, & nec sic liberari tota possit, vel ipse
pater luctum hẽat memoratæ partis suæ cã,
quem luctum Manichæus in suis libris aper-
19. tissime prædicat? Ait quidẽ. Nihil ei fieri po-
terat, sed vt ostenderet præsciẽtiam se hr̃e co
gitationũ principum tenebrarum, & vt mõ-
straret nihil se timere propterea pugnauit.
Cui ego dixi: Qui potuit cogitationes princi
pum tenebrarum videre, ac neminem time-
re quare non vidit luctum sibi imminentem
de partis suæ infęlicitate, quam hodie patit̃?
Quã partẽ suã nunq̃ recipiet integram, quia
remanet inde aliquid, sicut ipse dicit, quod
purgari nõ poterit & globo tenebrarum in
æternum damnabit̃. Magna præsciẽtia vel po
tius inscientia, & misera infirmitas, hoc est
totum ꝙ neminem timebat. Certe si se tueri
aliquo modo nõ poterat, rogaret vt sibi par-
ceret̃, ne ad tm̃ dedecus integritas illa & de-
20. cus omnium ornamẽtorum perduceret̃. Itẽ
dictum est a quodam, Nihil ei poterat facere
gẽs tenebrarũ, sed ipse voluit pati rẽ malam
circa fines suos, & misit qui eam debellaret.
F Cui ego dixi: Si ita est vt dicis, ipse potius in
uenitur malus, q̃ rem vicinã nihil ei nocentẽ
delere voluit: Et sicut malus in illã, sic crude
lis in suã, aut ignarus futuræ calamitatis eius.
Cum.n. putat rẽ bonã se posse ꝓficere, vt in
regno mali qđ ei nõ nocebat, regionẽ suã ex
tẽderet, prius nõ præuidit infelicitatem, quæ
memoratã partẽ eius quotidie ꝑmit. Deinde
21. ꝙ eam totam nunq̃ in pristinam libertatem
recipere poterit. Et cum huic obiectioni r̃n-
deri minime possit, solitam imperitiam op-
ponũt, quid facturi erãt Iudæi Christo si nol
let ab eis pati? O vtinam videre possent, qđ fa
cile viderent. nisi per nebulas cõtentionis ex
cęcarent̃, quid sit imminẽtis mali ꝑmi neces-
sitate, q̃ Deum suũ passum asseuerãt, & q̃d sit
misericordię benignissimũ officium, q̃ sapiẽ
tia & virtus Dei dñs Iesus Christus volũtate
& ineffabili ptãte, per hoĩem quem suscepit 1.Co.1.
ex virgine generi humano exhibere dignatꝰ
est, vt hoĩbus per hoĩem patiẽtiæ demõstra-
ret exemplum. Oportebat.n. & hoc iustum
erat, vt hoĩes per patientiam humilitatis vin
cerẽt difficultatem infirmitatis carnis suę: q̃a
in eam per elationẽ superbię ceciderãt, sicut
in Adã primo hoĩe nostra scriptura indicat.
Nunq̃d & vos potestis dicere, q̃a erãt aliqui
hoĩes, quos Deus volebat docere patientiã,
propterea voluit a gẽte tenebrarũ tãta mala G
pati, quemadmodum dñs a Iudæis? Aut nun-
quid potestis dicere, q̃a suscepit aliq̃ naturã
passibilẽ Deus in qua pateret̃, a gẽte tenebra
rum quicquid ei facere potuit, cũ ipse in sua
substãtia nulla ex parte mutaret̃, sicut verbũ
Dei, qui est filius Dei, etiã ipse sicut pater in-
commutabilis suscepit hoĩem mortalem, vt
integra & inuiolata deitate, in carne mortali
doceret mortales per patiẽtiam mortem vin
cere, & ipsius infirmæ carnis futuram in me
lius commutationem resurrectione mõstra-
ret. Cum ergo esset per seipsum inuisibilis, vi
sibilis in homine apparuit, quem de fœmi- Cap. 22.
na suscipere dignatus est, vt in euangelio le-
gimus, Dicit & Apostolus, factum de mulie
re. Et isti dicunt, quare nõ ait ex virgine? non Lucæ. 1.
intelligẽtes quod consuete dictum sit secun- Galat. 4.
dum proprietatem linguæ scripturarum, si-
cut de Eua dictum est, formauit eã in mulie- Gene. 2.
rem, antequam vel ostenderet̃ viro: Quanuis
Maria nõ incongrue ꝑꝑ partum dr̃ mulier, Lucæ. 2.
virgo vero, qđ virilem nescierit conuentio-
nem neq; pariendo virginitas eius corrupta H
sit. Quod aũt angelus & Elisabet dixerũt Ma-
riæ, Benedicta tu ĩter mulieres nulla quęstio
est, q̃a reuera benedicta est virgo inter mulie
res. Sed ne dicatis, sicut angeli apparuerunt,
sic haberet corpus, ne de fęmina nasceretur:
quid si vobis dicatur, Vbi legistis Christum
venisse? Nonne dicturi estis, In Euangelio?
R̃ndetur ergo vobis, vbi scriptum est, Chri-
stum natũ de virgine? Sed solita fœditate di-
cetis scripturam ipsam falsam esse: Nec vi-
detis aliquem similem vobis cęcum hoc pos-
se facere, vt ea quæ vos dixeritis vera, illa

falsa esse dicat, & q̄ dicitis falsa, illa vera esse
dicat: Ac sic aperiatis ianuas omni homini,
errori vel sceleri, vt vnusquisq; prout volue-
rit vel delectatus fuerit, ipsas diuinas scriptu
ras accipiat, respuat vero quæ nō intelligens
& offensus putauerit mala, & nō iam inuenia
Cap. 23. tur hac regula erroris vestri, vnde tales corri
gant. Accipite integre canonicas scripturas,
2. Co. 11. si integri esse desideratis. Si .n. intelligeretis
vel crederetis, certe Apostolus dixit, per fœ-
minam genus nostrum fuisse deceptum, Ait
enim, Timeo sicut serpens Euā seduxit astu-
tia sua, sic & vestræ mētes corrumpant: pos-
setis intelligere per fœminam nostrū genus
oportuisse liberari, vt qm̄ per fœminā mors
facta est, per feminam vita recuperaret, atq;
ita demonstraret non ipsam creaturam femi
neam esse culpādam, cuius est Deus cōditor,
I sed volūtatem qua Eua peccauit. Sed timent
maiestatis illam incoinquinabilem & ineffa
bilem potentiam in virginis vtero credere
fuisse, ne sanguine eius pollueret, cum & in
Apostolis & multis dignis fœminis & habi-
tauerit & nūc habitet, qui vtiq; corpora ha-
bent, & sanguinem habent. Si enim in Maria
coinquinari potuit, & in omnibus potuit: Si
aūt non potuit in illis, vtiq; nec in Maria po
tuit, in cuius viscerib. susceptionem corpo-
Cap. 24. ris operata est Dei sapiētia. Certe ipsum Ma-
nichæū de patre atq; matre natum fuisse non
negabūt, cuius aīam secundum suum errorē
Deum esse oīpotentem similiter nō negabūt:
qui se mira superbia assumptum a genio suo:
hoc est a spūsancto esse gloriat. Et vtiq; si ge
nius est spūssancti, & ipse spūssanctus, & ipse
Deus oīpotens, vt spūssanctus, qui tñ Mani-
chæus carnē habuit, in qua si coinquinatus
K est spūssanctus, aut eius aīa genia spūssancti,
coinquinabilem Deū colunt. Si vero nusquā
Deus coinquinat, cum etiam lux corporum
celestiū vsq; ad terras perueniat & nō coin-
quinet, cum manifestū sit solem istū, cui ge-
nuflectunt, in oībus stercorib. & putorib. ra-
dios suos expādere, & eis nusquam coinqui
nari, desināt blasphemare & rogēt Deum vt
ab errore liberent. Incoinquinabilis .n. substā
tia nō ideo nō coinquinatur, quia nihil attin
git, sed qa permanet in sua munditia, quale-
cunq; sit quicquid attigerit: Sicut corpus in
vulnerabile aut impenetrabile, nūquid illud
dicimus quod non percutitur ferro, sed po-
tius, quod etiam cū percutitur non penetrat?
& ideo magis probat filius Dei nō posse de
sanguine feminæ coinquinari, quia per fœ-
minam natus est, q̄ si nō per feminam nasce
ret, & membra illa deuitasset, videret enim
posse se inde pollui, & minus a nobis fidēter
incoinquinabilis diceret. Cōsecrauit autem
virginitatem, qa de virgine nasci voluit, &
sola illa mater in terris eligēda erat ad susci-
piēdum hoiem, quia iam Patrem habebat in
cœlis. Sed dicūt, quare ergo negauit matrem Cap. 25.
suā qñ ei dixit, Quid mihi & tibi est mulier? Ioa. 2.
& qñ cum ei nunciasset, q eum vellet vide
re, rñdit: Quæ est mater mea, aut qui sunt fra Mat. 12.
tres mei? ac hos potius in hunc affectum co-
optauit, qui facerent volūtatem patris eius?
Quia exemplo suo iā docebat negandos esse
terrenos parentes p p Deum. Opera enim di L
uina faciēti, terrenos affectus obstrepere nō
debebat: Nam si propterea non habebat ma-
trem, qa negauit matrē, nec Petrus & cæteri
Apostoli habebant patres, quia monuit eos
dicens: Et patrem ne vocaueritis vobis super
terrā, vnus est pater vester qui in cœlis est. Mat. 23.
Qđ ergo eos monuit de patre terreno, hoc
de matre prior fecit. Hoc ergo dicimus, sa-
pientiam Dei suscipiendo hominem non es-
se coinquinatam, sed misericorditer ob ho-
minum salutem hominem suscepisse, vt fie-
ret sicut Apostol9 dicit, mediator Dei & ho 1. Tim. 2.
minum homo Christus Iesus: Non enim du-
bitanti discipulo suo mentiri potuit qui di-
xit: Ego sum veritas, quando cicatrices vul-
nerum suorum, vt etiam manu tangeret, præ Ioa. 14.
buit. Quomodo enim huic in aliquo securi Ioa. 20.
fidem haberemus, si discipulo suo sic menti-
tus esset? Absit talis blasphemia. Nec eos ip-
sos in sempiternum reos teneat, qui hoc au- M
dent asserere aut credere, sed euigilent ali-
quando & intelligāt quam nepharia peruer
sitate ista credantur. Nos autem Dominum Cap. 26.
verum hominem suscepisse credimus, & in
ipso visibiliter inuisibilem hominibus appa
ruisse, in ipso inter homines conuersatum
fuisse, in ipso ab hominibus humana pertu-
lisse, in ipso homines docuisse à quibus esset
recedendum, quid esset perferendum, quo
esset tendendum. Totum autem hoc nulla fe
cit necessitate. Vnde ipse dicit: Propter hoc
me Pater diligit, quia ego pono aīam meā,
& iterū sumam illam. Nemo tollit eā a me, Ioa. 10.
sed

ſed ego pono eam a meipſo: Poteſtatē habeo
ponendi eam, & ptãtem habeo iterum ſumē
di eã. Non ergo mali neceſsitate amiſit eam:
Voluit.n. vt illa q̃ in paſsione eius facta ſunt,
oĩa fierent ad humanã naturã docendam, nõ
ad ſuam tuendã. Sicut.n. nos qui ex anima &
corpore cõſtamus, cum ſim⁹ inuiſibiles ẽm
aĩam, viſibiles aũt ẽm corpus, oĩa quæ viſibi
liter ſiue honoris & beneficiorũ accipimus,
ſiue cõtumeliæ vel iniuriæ patimur, ad aĩam
quæ inuiſibilis eſt, tanq̃ ad principem neceſ-
ſe eſt, vt referamus, quia ipſa corpori princi
pat: Nam & cum ſumus ẽm animam immor
tales, cũ mortui corpore fuerimus, nos mor
A tui dicimur: Ita & dñs ſecũdum carnem, qđ
eſt formam ſerui, q̃ ſuſcipere dignatus eſt, &
contumelias paſſus, & vincula & flagella, &
mortuus eſſe manifeſtat, vt omnia veridice
veritas, & nihil falſo feciſſe credat, quia po-
teſtate ac voluntate verbum caro factum eſt,
& natus, & paſſus, & mortuus, & reſurrexit,
nulla ſua neceſsitate, ſed voluntate & ptãte,
cuius nulla pars aliqñ deprædata, nulla nunc
vſq; captiua eſt, nõ ſolum diuinæ, ſed nec ip
ſius mortalis quam ſuſcepit: Sed nec vnq̃ ca-
pi poterit, niſi ab iis qui ei fide voluerũt mũ-
do corde cõiungi: Nõ ſicut Deus Manichæi,
qui neceſsitatis malo preſſus, hodie ex par-
te, quod negare non põt, in miſeriis & cala-
mitatib. volutat. Intelligite ſanè ſi poteſtis, ẽt
inter ipſos hoĩes, quantum diſtet inter neceſ
ſitatem & voluntatem. Si quis verbi gratia,
merito peccati ſui in carcerem iubente iuſti
tia mittat, alius aſsit vir ſanctus, qui eundem
carcerem ingrediat, propter illius conſola-
tionem aut liberationem, nunquid ambo in
carcere ex vna cauſa conſtituti ſunt? Ille miſ-
ſus eſt, ille ingreſſus: Ille pœnam patitur, ille
B miſericordiam facit. Ille ingreſſus eſt cũ vo-
luit, egreſſus eſt qñ voluit: Ille niſi interue-
niente indulgentia, nullo iure poterit libera
ri. Et hoc hoĩes facere poſſunt, & præſtant li
bere beneficium, cum aliqñ ſibi nihil cupiãt
præſtari. Cogitate ergo iam ſi Deus poteſt pa
ti aliquam neceſsitatem, cum poſsint hoĩes
bene facere voluntate, nulla mercede cõdu-
cti, nulla neceſsitate compulſi. Nullam ergo
neceſsitatem patitur Deus, neq; neceſsitate
facit quæ facit, ſed ſumma & ineffabili volũ
tate ac poteſtate: Et tñ vos maxime ſecũdum
errorẽ veſtrum, nõ debuiſtis opponere iſtã

contradictionem, quam dicitis: Quid facturi
erãt Iudæi Chriſto, ſi nollet ab eis pati? quia
ẽm eiuſdem Manichæi blaſphemias, Chriſt⁹
carnẽ non habuit, nec aliqđ a Iudęis paſſus
eſt. Sic.n. in epiſtola fundamenti dicit: Inimi-
cus quippe, eundem Saluatorẽ iuſtorum pa
trem crucifixiſſe ſe ſperauit, ipſe eſt crucifi
xus, quo tpe aliud actũ eſt, atq; aliud oſten-
ſum. Princeps itaq; tenebrarũ affixus eſt cru
ci, idemq; ſpineam coronã portauit cũ ſuis
ſociis, & veſtem coccineam habuit, acetum
etiam & fel bibit, quod quidam dñm potaſſe
arbitrati ſunt, atq; omnia quæ hic ſuſtinere
viſus eſt, tenebrarum ducib. irrogata ſũt, qui
clauis etiam & lancea vulnerati ſunt. Et quid
ergo opponitis dicẽtes: Quid facturi erãt Iu- C
dæi Chriſto ſi nollet ab eis pati, cum de paſ- Cap. 29.
ſione ipſius ita ſentiatis, vt non ipſum Deum
paſſum aliquid in corpore ſuo, ſed principẽ
tenebrarum illa omnia paſſum putetis? Con
tra fidem autem veſtram qũo iſta opponitis?
Nos.n. credimus, vt in Euangelio ſcriptum Cap. 40.
eſt, qa Chriſtus voluit pati, & qñ voluit paſ-
ſus eſt. Non.n. qñ voluerunt Iudæi, paſsionẽ
ipſam fecerũt. Volebant quidam tenere eum
& occidere, & ſecundum voluntatem ſuam
iam perfecerant ſcelus, quod conabantur, &
iam rei erant immaniſsimi peccati qui vole-
bant, etiã ſi nihil feciſſent: Tñ ille qui ptãtem
habuit ponendi aĩam ſuam, qñ voluit eos fa
cere permiſit, qui legionibus angelorum po
tuit iubere vt Iudæi perirent, vel vno verbo Ioan. 10.
ſuo omnes interimere. Dñs ergo Chriſtus ſe Mat. 26.
cũdum hominem quem ſuſcepit, paſſus eſt: Cap. 31.
Et nullum membrum eius hodie tenetur a Iu
dæis, vel mortalis corporis ꝙ ſuſceperat, ſi-
cut ſupra diximus: Nam Deus veſter ô Mani
chæi, labe ac vaſtitate impẽdente preſſus eſt,
nõ libera volũtate proceſsit ad pugnam, ſed D
neceſsitate compulſus eſt. Nec præſtare ali-
quid voluit, ſed reſiſtere conabat. Qui etiam
in ſua ſubſtantia, nõ in ſuſcepto mortali cor
pore deuoratus atque commixtus eſt: Qui
ex parte hodie tenetur, ex parte in globo ſem
per tenebitur: Et tñ quis ferat tam incredibi-
les blaſphemias, quas iſti de ipſa paſsione do
mini proferre nõ dubitãt? Omnes Apoſtoli,
omnes linguæ rationales dñm Chriſtum paſ Cap. 32.
ſum eſſe clamant. Omnis ſana fides Chriſtũ
pro nobis paſſum confitetur: Et Manichæus
iniquus dæmones omnes illas paſsiones aſ-

ſerit pertuliſſe. Nõ enim propterea dicit eos
paſſos, qa de ipſis dñs triũphauit, & de ipſis
nos per patientiam triumphare docuit, ſed
qa dñm Chriſtum negãt habuiſſe carnẽ mor
talem. Quib. dicimus: Si non habebat carnem
mortalem, qd erat ꝙ tenuerunt Iudæi? quid
erat qđ in cruce pẽdebat? quid cõfixum erat
clauis in ligno? qd eſt percuſſum lancea, vñ
ſanguis & aqua profluxit? Si. n. viſa ſunt tm̃
fieri? & facta nõ ſunt, phantaſmata erant, qđ
Cap. 33. nephas eſt credere. Si aũt vere facta ſunt, nõ
tñ in carne mortali, ſed in ipſa diuina ſubſtã
tia facta eſſe dicitis, mutabilem eſſe dicitis di
E uinam ſubſtãtiam, & viſibilem carneis ocu-
lis, & palpabilem carneis manib. & vulnera-
bilem ferro, q̃ ruſus nephas eſt credere. Et iõ
dum timet dicere Manichæus, quia iſta facta
nõ ſunt, & iterum timet dicere, qa in diuina
ſubſtantia facta ſunt, & non vult confiteri, qa
nec intelligere potuit, qũo filius Dei per quẽ
facta ſunt omnia, ſine aliqua mutatione vel
coinquinatione diuinæ ſubſtantię ſuę, homi
nem cum carne ſuſcepit, coactus eſt dicere,
qa nõ Chriſtus, ſed princeps tenebrarũ cum
ſuis ſociis illa omnia paſſus eſt: Miſeri non
timetis vt dicaẽ vobis in iudicio: Ego eos li-
beraui pro quib. paſſus ſum: Ite, ille vos libe
ret, cui meas adſcribitis paſsiones? Dicitis
Cap. 35. magno errore, ſed tñ dicitis Chriſtum quoti
die naſci quotidie pati, quotidie mori: Nun
quid forte in iis qui credunt, & pro nomine
ipſius tribulationes mortemque patiuntur?
Non, inquiũt, ſed in cucurbitis, & in porris,
& portulaca, & in cęteris hmõi reb. Magna
ridicula, magna cæcitas: Superius paſsionib.
dæmonum, hic paſsionibus olerũ homines
Cap. 35. liberantur a peccatis. Item cum eis dicimus:
Quid factura erat Deo gens tenebrarum, ſi
F nollet cũ illa pugnare? Dicunt, Nihil fieri po
tuit Deo incorruptibili. Non. n. ſiquis, verbi
gratia, ſphæram vitream ſolidam vnguib. la-
cerare voluerit, aliqd ei vnquam faciet ſæui-
tia vnguium ſuorum. Sed ſi vel talem ſubſtã-
tiam diuinam iſti eſſe fingerent, vt oĩs ſęuitia
gentis tenebrarum talis ad illam eſſet, quales
ſunt vngues lacerantis ad ſphęram vitream,
non Deus Manichæi hodie luctum patereẽ
de partis ſuæ obſciſione vel amiſsione, quã
partem dicunt, cum in fructibus vel in her-
bis fuerit, ideſt, in melone vel beta vel ta-
lib. reb. & principium ſuum & medietatem

& finem noſſe. Cum autem ad carnem vene
rit, omnem intelligẽtiam amittere, vt ꝓpter- Ca
ea magiſter hominib. miſſus ſit, quia ſtulta in
illis facta eſt pars Dei, & propterea non ſit
miſſus melonib. quia ſapientem habent ani-
mam. Quis iſta credat vel hominibus aliqñ,
vel inter homines poſſe dici? Sed tñ quomo-
do nihil mali patiẽ ſubſtãtia Dei veſtri, cum
& in pomis ligaẽ, & in carne excæcatur, vel
cum volens redire, deiicitur ad terras à gẽte
tenebrarum? Sed ſi nihil ei mali contigit vel
contingit, falſa omnia ſunt, quæ Manichæus
dixit in epiſtola fundamenti, quæ caput eſt
omnium vanarum fabularum, vel in theſau- G
ro, qui theſaurus eſt omnium turpitudinum
& blaſphemiarum vel in cęteris omnibus li
bris, in qb. tanta loquacitate nihil aliud quã
infęlicitatem ſubſtantiæ Dei, quam commix-
tam dicit principibus tenebrarum, & in diui
nis virtutibus triſtitiam, & propter illam ma
gnam ſolicitudinem vt liberaretur, affirmat.
Nam reuera nihil mali, aut potuit, aut pote-
terit pati ſubſtantia Dei, nec aliquem habet
inimicum, qui eius partem ingenitam cor-
rumpat, ſed homines ſunt Deo vel potius ſi-
bi inimici, nõ obtemperando pręceptis Dei,
& cupiditatibus ſe potius corrumpendo, nõ
Deum. Duum vero teſtamentorum concor- Cap
diam ſimplici oculo intendere ſi velletis ò
Manichæi, facillime videretis. Rabide enim
ferimini in id quod ſcriptum eſt, Spũs Dei Ge.
ferebaẽ ſuper aquam. Et vidit Deus qa bonũ Ge.
eſt: Et, Adam vbi es? Et, Deus zelans, & ignis Ex.
edax, & gladius meus, & cętera talia, non cõ De.
ſiderantes, quia ſi alius ita cæcus ſit, vt repre
hẽdere velit illud dñi, quod in euangelio di- M.
ctum eſt, Nõ iurabis per cęlum, qm̃ ſedes eſt Iac.
Dei, neq; per terram, qm̃ ſcabellum eſt pedũ H
eius, & hoc dicat quod vos mira dementia
dicere ſoletis, vbi erat Deus antequam eſſet
cœlum & terra? aut quod ſcriptum eſt, Et mi Lu.
ratus eſt Ieſus, cũ mirari nemo ſolet, niſi de
re quæ illi erat incognita, videre autem qa
bonum eſt, nõ ſit ignorantis, ſed qa placuit
ei quod fecit. Aut illud quod ſcriptum eſt di Lu.
cẽte dño, Quis me tetigit? Et de Lazaro, Vbi Io.
poſuiſtis eum? Et, Ego veni non pacem mit- M.
tere ſuper terram, ſed gladium. Et, Ignem ve Lu.
ni mittere in mundum. Et, Veni vt qui non Io.
vident videant, & qui vident cæci fiant. Et, Lo.
Vendite res veſtras, & emite vobis gladios. Ro.

Et

Et Apostolus, Zelo Dei vos zelo: Et, Reuelabit ira Dei de cęlo super oẽm impietatẽ: & cætera inumerabilia ab ipso dño, vel ab Apostolis dicta vel facta, q̃ insanissime potuerũt hoĩes accusare nõ intelligẽtes. Nam & auari
at. 19. vel flagitiosi pñt aliter accipere, quod dñs ait, vt si q̃s dimiserit q̃ habet, septuplum, aut ẽt centuplum in hoc seculo accipiat, vt si aliquis vxorem, ancillã vel ẽt meretrices dimittere propter dñm velit, ipse illius multiplicationis faciat, non amore iustitiæ. Pñt etiam
an. 6. horrere male intelligentes quod ait, Si quis
I non manducauerit carnem meam, & biberit
at. 5. sanguinem meum, non habebit in se vitam. Nam q̃d ait, Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis, si dicant stulti, Ecce pro conuitio gehẽnam minatᷣ, quẽ dicitis miseri cordem ignoscere peccata, nonne ignorant vbi caput habeant, & tñ aliquid sibi videntur
ucæ. 8. dicere? Aut quo tã multas aĩas necandas dæmonib. in porcis tradidit, cum tales aĩas dicatis esse porcorum quales sunt hoĩum? Aut
arc. 11 quo arborem, in qua fructus, q̃a nõ erat tp̃s, non inuenit, verbo aridam fecit, quam aĩam intelligentem dicitis habere? Ecce quãta ini-
p. 38. q̃ssimi & cæci hoĩes de diuinis eloquiis pñt dicere, sicut in ea q̃ mistice facta sunt vel dicta in veterib. libris ignorantes ferimini, vt temere accusetis quod non intelligitis. Hæc autem cum de nouo testamento vobis obiecta fuerint, dicitis diuina & spiritalia significare: Veteris autem testamenti sanctas literas figurate posse accipi negatis, Cũ & ipse dñs
Co. 10 figurate inde quædam dixerit, & Apostolus Paulus, illo populo in figura contigisse scribat, Nã & ipse regulam monstrans, multa in de exposuit. Sed forte dicitis, solita vanitate
K & obtuso corde contra Deũ vel Apostoli au thoritatem loquentes, veteris testamenti dicta exponi prorsus non posse, solum aũt nouum in talib. exponi posse. Et non considera tis non vos habere quid dicere, si ab aliis impiis vobis dicaᷣ, vetus potius exponi posse, nouum non posse. Mens aũt sana vtrunq; testamentũ considerans, quæcunq; in vno inuenerit expositionem admittere, sine dubio in altera declarabit. Multum apparet imperitia vestra vel potius audacia. Attẽdite in actibus Leucii, quos sub nomine Apostolorum scribit, qualiá sint quæ accipitis de Maximilla vxore Egetis: quæ cum nollet marito debitum reddere, cum Apostolus dixerit, Vxori
vir debitum reddat, similiter & vxor viro, il- 1. Co. 7.
la supposuerit marito suo ancillam suã Ecliam nomine, exornans eam, sicut ibi scriptũ est, aduersariis lenociniis & fucationib. & eam nocte pro se vicariam supponens, vt ille nesciens, cum ea tanquam cum vxore cõcumberet. Ibi etiam scriptum est, q̃ cum eadem Maximilla & Iphidamia simul issent ad audiẽdum apostolũ Andreã, puerulus q̃dam speciosus, quem vult Leucius vel Deum vel certe angelũ intelligi, cõmendauerit eas Andreæ apostolo, & perrexit ad prætoriũ Ege-
tis, & ingressus cubiculum eorũ finxerit vo- L
cem muliebrem quasi Maxillæ murmurãtis, de dolorib. sexus fœminei, & Iphidamiæ rñdentis. Quæ colloquia cum audisset Egetes, credens eas ibi esse, discesserit: Quid ad hoc dicitis rogo vos? Quare non timuit Maximilla per turpissimum lenocinium ancillæ suæ, ligare aĩas in carne? Cum autem illum puerulum tam turpiter credatis esse mentitum, quis vobis credat loquentib. cum si mentiamini, dñm vos dicitis imitari? Sed vos temeritate pleni adhuc irruite in veteres libros, vt quæ nescitis, potius accusare, q̃ dicere laboretis. Cõsiderate quæ ibi miracula sint. Si miraculis noui testamenti delectamini: ibi mortui primo suscitati, ibi leprosi primo mũdati, & alia multa quæ diligenter & pie quęrẽtib. ad ædificandam fidẽ innotescunt. Si autẽ bonis præceptis delectamini, ibi primitꝰ scripta sunt illa duo p̃cepta, quæ sublimiter dñs
laudat de diligendo Deo & proximo, ibi di Mat. 22.
mittenda domus, parentes, filii, & cętera p̃- Mat. 19.
pter dominum, ibi non reddendum malum Rom. 12.
pro malo, ibi orandum pro inimicis, ibi ini- Mat. 5.
mico ignoscendum, ibi tradenda maxilla ad M
accipiendam alapam. Et quęcunque in nouo testamento præcepta sunt, non solum ibi mãdata, sed etiam à sanctis viris omni vigilantia completa. Nunquid & hoc poterit dice-
re malitia vestra, quæcunque bona, & ma- Cap. 39.
gnifica ibi scripta sunt, falsa esse & apposita, illa vero quæ non intelligentes putatis mala, ea tantummodo vera esse? Debetis enim aduertere aliquos similiter impios, ita de nouo testamento facere posse, vt quæcũque ibi sunt quæ non intelligentes putauerunt mala, ea reprehendant, & dicant ipsa ibi esse sola vera, illa aũt omnia quæ ibi magnifica sunt,

dicant esse falsa, atq; ab amatoribus domini
apposita, ne oĩa iudicarentur fugienda, vt &
vos & illi tali cæcitate percussi, iam iudicati
& damnati fugiamini. Tandem vigilate, & à
blasphemiis conquiescite, atq; omnium san-
ctarum canonicarũ scripturarũ, si Christiani
esse cogitatis, authoritatem recipite, & quæ
nõ intelligitis accusare nolite, sed potius eo-
Cap. 40. rum intellectum desiderate. Nam quale est
etiam illud, quod resurrectionem carnis ne-
1. Co. 15. gatis? Paulus Apostolus clamat, Seminatur
A in corruptione, resurget in incorruptione,
seminatur in contumelia, surget in gloria, se-
minatur in infirmitate, surget in virtute, se-
minatur corpus aĩale, surget corpus spirita-
le. Et vos cõtra reclamatis, carnem hoĩs non
posse resurgere, & eam tenebrarum princi-
pem hr̃e authorem, cum eandem Apostolus
1. Cor. 5. membra Christi & templum spũsſancti esse
dicat. Nescitis, inquit, q̃a corpora vestra mẽ-
bra sunt Christi? Quod non vtiq; secundum
infirmitatem, presentis corruptionis, quę de
peccati originalis pęna descẽdit, sed ẜm ado
ptionem futuræ resurrectionis dicit, sicut ali
Rom. 8. bi ait, Et ipsi in nobis ingemiscim⁹, adoptio
nem expectãtes resurrectionem corporis no
stri. Alibi etiam eandem carnem ecclesię cõ
parauit, cum de coniugio loqueret̃ dicens,
Nemo.n. vnquã carnẽ suam odio habet, sed
nutrit & fouet eam, sicut Christus Ecclesiã.
Ephe. 5. Quod ergo alio loco dicit, Caro concupi-
Gala. 5. scit aduersus spiritum, spũs autem aduersus
carnem, non carnem damnat, vt eam tanquã
inimicam existimemus, sed admonet potius,
vt subiugemus nobis eam ad bona opera cõ
cipienda, vt velut coniunx spiritui seruiat,
qđ dicit non posse fieri, nisi gratia Dei per Ie
sum Christum dñm nostrum. Non.n. natura
carnis sed pœna eius nobis reluctatur, quia
B peccato meruimus esse mortales. Nam iterũ
dicit, Corpus vestrum templum est in vobis
spũsſancti, & tamen cum ipsa caro ꝑꝑ præ-
sentem infirmitatem fęnum appelletur, cre-
Esa 40. ditis Ioannem de fęno aurum fecisse, & non
creditis Deum omnipotentem de corpore
animali spiritale corpus facere posse? Nam
ꝑꝑ ipsam cõmutationem carnis, quæ futura
est, qm̃ de ista carne cœleste corpus Deus fa-
cturus est, qñ erimus æquales angelis Dei, ꝓ
Matt. 22. pterea verissime dicit idem Apostolus, Caro
1. Co. 15. & sanguis regnum Dei non possidebunt. Sed
non mirum quod ita cæci estis, vt non posse
ab omnipotẽte Deo ista fieri dicatis, cum et̃
dicatis mundum, vel oĩa quæ facta sunt, non
potuisse aliter facere Deũ, nisi magna & mi-
serabili necessitate, & nisi esset materia quæ
illum ad operationẽ mundi adiuuaret, vt in-
de posset partem suam liberare. Eligite ergo Cap. 41.
nunc quid sequi velitis, Deum minus poten-
tem & infirmũ, qui necessitate partis suæ in
miseria constitutæ, materia q̃ ipse non fece-
rat, vt mundum faceret adiutus est, an Deum C
oĩpotentem qui nulla necessitate, sed ꝓpria
voluntate & summa potestate, dixit & facta Psal. 32.
sunt, mandauit & creata sunt, qui vocat ea q̃ Rom. 4.
non sunt, tanq̃ quæ sunt. Vos ergo homines, Cap. 42.
qui ista impietate Manichæi estis decepti, fu
gite, festinate dum licet, ne damnationẽ ęter
nam ab illo iudice mereamini. Pœniteat vos
peccatorum vestrorum, si cupitis liberari, &
nolite audire Manichæos dicentes, Nõ pec-
camus nos, hoc est, animæ lucis, sed peccat
gẽs tenebrarum. Si.n. ita est, quare vos terret̃
vt eis credamus? Nõ enim possunt dicere, q̃a
infidelitas non est peccatum, cum scriptum
sit, Qui non credit iam iudicatus est. Si ergo Iob. 3.
infidelitas peccatum est, & non peccat nisi Cap. 43.
gens tenebrarum, restat vt ab omni peccato
pars lucis immunis inueniat̃. Omnes ergo ad
regnum redeunt, quia ipsi non peccant, &
nihil timendum est alicui animæ, quia nihil
peccat, & falsa sũt quæ Manichæus dicit, suc
cessiuam lucis partem, hoc est animas pecca-
trices damnari in custodiam globi, vt aliqua
securitas diuinis regnis in periculo constitu-
tis, tandem aliquando comparetur. Necesse
est ergo vt aut pars lucis peccet, aut pars te-
nebrarum. Sed si pars lucis peccat, Deus pec
cat, quod nefas est dicere: Si autem pars tene
brarum peccat, ipsa vocatur ad regnum per Mat. 9.
eum qui dixit, Non veni vocare iustos, sed
peccatores, quia nõ est opus sanis medicus, D
sed male habentib. Illa autem diuinitas de di
uinitate, & lux de lumine, tenebrarum gene-
ri degenerans in ęternum sociatur. O detestã Cap. 44.
dum mentis errorem talia credentium, vellẽ
tamen vt attenderetis, & videre velletis, eum
quem naturaliter summum malum esse dici-
tis, non posse fieri vt malus sit: Quoniam si
quicquid facit, sic facit vt à natura sua rece-
dere & aliter facere non possit, prorsus nihil
peccat. Si autem nihil peccat, nihil mali fa-
cit.

cit. Et ideo ſi nihil mali facit, non eſt vtique
malus. Reſtat itaq; vt pars Dei quę Deus in-
telligit, quam aĩam dicitis, ſola ſit rea oĩum
peccatorum, & oĩa illa quę accuſando inſa-
niſsime putatis, in Deum veſtrũ refundatis.
Sed quid veritas clamat? Corpus cum exani-
me eſt peccare non poſſe, ſed ꝑ ipſum poſſe
peccari: Animam veros irrationalem q̃dem
peccare non poſſe, q̃a nec præcepta rationis
põt accipere, neq; ad beatitudinem perueni
re, ſed in ſuo gradu ſeruare ordinem naturæ
quem acceperit. Rõnalem autem, q̃a põt, re
cte factorum rõnabilia præcepta percipere,
& recte factis ad ęternam beatitudinẽ perue
nire, ſi hoc peccando noluerit, iuſte ad infe-
riora dãnari, quia inter ipſam & Deum non
Cap. 45. ſeparat niſi volũtas praua. Legite Manichęi,
& omni vigilantia iſta diſcutite, & magis ma
gisq; legite atq; diſcutite, ſed aĩo ęquo non
aĩo inimico. Legite illud attendentes, q̃a erit
vobis in futuro iudicio iſta ſcriptura teſtis, ſi
agnoſcentes vera eſſe quæ dicta ſunt, ad ſinũ
E matris Eccleſiæ catholicæ, quæ ſola veritatẽ
docet, omni curſu non feſtinaueritis. Iudica
Cap. 46. te tandem aut eligite Manichæi, quem ſequi
vultis, patrem ingenitum, filium vnigenitũ,
ſpm̃ ſanctum in patris & filii vnitate cõem,
vnum Deum omnipotẽtem, incorruptibilẽ,
inadibilem, incommutabilẽ, verum bonum,
ſanctũ, clemẽtem, iuſtum, qui nõ habet par-
tes, q̃a vnus eſt: Neq; eius particula ſeparari
ab eo põt, quia inſeparabilis eſt: Neq; aliq̃d
eius immutari põt, quia totus incommutabi
lis eſt: Neq; vel leuiter quodlibet eius ſubſtã
tiæ corrũpi põt, q̃a totus incorruptibilis eſt.
Qui voluit, & facta ſunt omnia quæcunque
ſunt, quęcũque viuũt, quæcũque intelligũt.
Ipſe.n. ſumma ſubſtantia, ſumma vita, ſum-
ma veritas eſt: Qui præcepit & ordinata sũt
omnia ſuis locis & temporibus bona: Qui
rationalem creaturam omni cætere creaturę
F præferre dignatus eſt: Qui ei per ſuperbiam
a ſuis legib. volũtate lapſæ, & viſibilia ſequẽ
ti miſericorditer per ſuos miniſtros ac per ſe
ſeipſum ſignis quibuſdam viſibiliter & exẽ-
plis & præceptis demonſtratis, quibus con-
ſurgere valeret, atq; ad æternam vitam reno
uaret, loqui dignatus eſt, quem prædicat ca-
Cap. 47. Pendet [...]mo ex [...]imo c. tholica fides. An illum Deum qui falſo dr̃ in
corruptus, q̃a poſtea inuenit malo neceſsita
tis oppreſſus: Timidum, q̃a imminẽte labe &
vaſtitate compulſus ad bellũ eſt: Ignorantiæ
plenũ, ſi ſuæ parti quid cõtingere poſſet, vi-
dere nõ potuit: Crudelẽ, ſi præuidẽs miſeriã
futuram partis ſuæ, etſi cũ ea ſecurus poſſet
quieſcere, tñ eã miſit ad mirabilẽ pugnam:
malũ, ſi cũ ſibi fieri a mali natura nihil poſ-
ſet, tñ conatus eſt eã ipſe delere: Temerariũ,
qui auſus eſt congredi cũ ea, qua eius pars &
captiua teneret, & in ſempiternũ macularet:
Commutabilẽ, q̃a iam ex parte mutatus eſt:
Corruptibilem, q̃a iam ex parte meretricã-
tẽ, ex parte mẽtientem, ex parte blaſpheman-
tem, ſcelera oĩa ex parte faciẽtem, q̃a his om
nib. ex parte commixtus eſt: Lugẽtem, velo
luctuoſo tectũ: Subiacẽtem demoniis vt lu-
tum figulo, & vſq; ad turpem perſonam ne-
ceſsitate perductum, vt in pueros & virgines
transfiguratus dæmonum libidinem accẽde-
ret, quẽ prædicat Manichæus. Aut certe ſi po
teſt, neget conſciẽtia veſtra, teſte vobis vero
Deo æterno, qui oẽs iudicaturus eſt, vnum Cap. 48.
iſtorum vobiſipſis negate. Si autẽ vera ſunt,
quæ dicimus, tandem reſpicite, tandem vide G
te, in qua eſtis morte cõſtituti. Humiles eſto
te, ſi optatis liberari, & nolite ſuperbe & im
pie dicere, voſipſos eſſe Deum oĩpotentem.
Hoc enim dicitis, cũ aĩas veſtras partes eius
eſſe aſſeueratis: Nõ enim Deus in parte ma-
ior, in parte minor eſt. Sed potius dicite vo-
bis, Deus incommutabilis eſt, nos cõmutabi
les ſumus. Deus incorruptibilis eſt, nos cupi
ditatib. noſtris corrumpimur: Deus incoin-
quinabilis eſt, nos peccatis noſtris coinqui-
namur. Deus ipſa ſapientia eſt, nos ſtulti ad
ſapiẽtiam peruenire conamur: Deꝰ ipſa æter
na & beata vita eſt, nos peccatis noſtris miſe
ri ſumus, & optamus fieri beati: Non ergo ſu
mus pars ſubſtãtiæ eius. Si.n. partes eius eſtis,
& hæc tãta patimini, reſtat vt & ipſe iam ex
parte hęc omnia patiatᷣ, & amplius pati po-
tuerit, quod eius contingit parti, niſi per ve- H
ſtram miſeriã ſibi prouideret: Videte vos er-
go q̃d eſtis, ſi partes eiꝰ Deus eſtis, ſi geniti ab
illo eſtis, ſimiliter Deus eſtis. Quid tanta pec
catorum corruptione turpamini? Si aũt facti
ab illo eſtis, hoc confitemini, & non iam eri
tis Manichæi. Manichæus enim duas dicit eſ- Cap. 49.
ſe naturas, vnam bonam, & altera malã: Bo-
nam, quæ fecit mundum: malam, de qua fa-
ctus eſt mundus. Si autẽ vos Deus fecit, non
inuenit Manichæus vnde vos Deus fecerit.

Si.n.de seipso vos fecit, hoc estis quod ipse:
Non ergo debuistis tanta peccatorũ corru-
ptione turpari, sicut iã dictum est. Si auté de
alieno vos fecit, nõ ad illum pertinetis, q̃a sic
vos fecit q̃uo mũdũ. Si aũt nec de seipso, nec
de alieno vos fecit, sed tm̃ oĩpotentia sua vo
luit, & facti estis, hoc dicite Manichæo, & re
nunciate eius errori. Sic decet.n. omnipoten
tem facere q̃ voluerit, sicut catholica dicit:
Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & crea
Psal. 32. ta sunt. Dicite vobis, nõ sum⁹ partes eius, sed
sumus opera eius. Dicite vobis, si Deus neces
sitate passus est, & euadere aliter non potuit,
nisi partis suæ pateret̃ detrimentum, quis ali
qñ poterit de talib. necessitatib. liberari, aut
quis erit qui protegat Deum non valentẽ se-
ipsum protegere? Aut qñ me de hac necessi-
tate captiuitatis poterit liberare, qui in inte-
gris regnis custodire nõ potuit? Non.n. pec-
cantẽ me inde dimisit, sed ad peccata ipse me
misit. Aut qñ mihi in alienis miserabiliter cõ
I stituto prodesse poterit, qui vt sibi ꝓdesset,
me ad tantam perniciem dedit ne pugnaret?
Si incorruptibilis est inde Deus, quid ei fa-
ctura erat illa mali natura, si nollet cum illa
pugnare, ne nũc sic ego cruciarer? Aut q̃ ista
iniustitia, vt ad globum dãner, cũ ille vt mo-
do aliquantulũ securus sit ego hęc tanta susti
neã? Certe qm̃ & ego sũ quod ipse, qm̃ pars
eius sum, nullo in regnis eius insignib. indi-
genti aut infirmo constituto, vicib. istam mi-
seriam patiamur, vt & ego aliquantulum re
quiescam, & regna illa sine periculo possint
esse pacata. Quanquã timẽdum sit, ne ista na
tura mali nec in globo ipso inclusa custodiri
possit. Si.n. incorrupta regna corrupit & in-
uiolata Dei substantiam violauit: q̃uo pars
illa lucis, hoc est aĩę peccatrices, quæ vitiatę
globo custodiendo infigunt̃ infirmæ ac debi
les: q̃uo non absorbentur ab ea, vt iterum re-
gna illa diuina nullo iam valẽte obsistere, to
K ta conturbet? Quis enim iam audeat proce-
dere ad bellum, quando cum illa parte quæ
processerat tam inique actum est, vt pro eius
requie sui ciues ad sempiternam globi custo
diam damnarent̃? Aut si non potest perrum-
pere globum, vt ad lucidum illud tectorium
damnatorum animarum perueniat, q̃d opus
eam contegi diuinorum damnatione mem-
brorum? Si autem potest perrumpere glo-
bum, quis ei resistet saucius qui integros sau
ciauit? Absit tã grauis & tã abominanda blas-
phemia. Nolite istã iniquitatẽ ad aures ṽras
admittere: Nolite tali negocio mortifero vos
implicare. Fugite Manichæum, & ad verita-
tis catholicæ vbera toto desiderio cõuolate.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, Contra aduersarium legis, & Prophetarum,

LIBER PRIMVS.

Librum quem misistis fratres di-
lectissimi, nescio cuius hæreti Cap. I.
ci, inuentum sicut scripsistis in
platea maritima, cum venalis
codex ipse ferret̃, & concurrẽ
tib. turbis periculosa curiositate & delectio-
ne legeretur, vt quanto possem compendio
rñderem, prius quæsiui cuiusnam esset erro-
ris. Non enim soli Manichæi legem Prophe
tasq; condemnant, sed & Marcionistę, & alii L
nonnulli, quorum sectæ non ita innotuerunt
populis Christianis. Iste autem cuius nomen
in eodem libro nõ comperi, detestat̃ Deum
mundi fabricatorem, cum Manichæi quãuis
librum Geneseos non accipiant atque blas-
phement, Deum tñ bonum fabricasse mun-
dum, etsi ex aliena natura atq; materia, cõfi-
teant̃. Sed quanquã non mihi apparuit cuius
sectæ sit iste blasphemus, defendenda est ad-
uersus eius linguam scriptura diuina, quam
maledicis disputationibus insectatur. Et qm̃
quoquo modo Christianum se videri cupit,
vnde & ex Apostolo ponit aliqua testimo-
nia, etiam scripturis ad nouum testamentum
pertinentibus, refellendus est, vt ostendatur
in reprehensione veterum inconsideratius Cap. 2.
quam versutius insanire. Ac primum, quod
prius poterat religiose, quærit iste impi⁹ ore M
sacrilego, quomodo accipiendum sit quod Gen. 1.
scriptum est, In principio fecit Deus cęlum
& terram. quanquam non addiderit terram,
de qua post loquitur. Quærit ergo, quo prin
cipio. Eiusne principio, quo idem Deus esse
cœpit, an ex eo quo illum vacuum esse tæ-
duit? Cui respondetur, quia nec Deus esse cę
pit, nec eum vacationis suæ tæduit, qui neq;
aliquando nõ fuit, nec cessando torpuit, nec
operando laborauit: Nec sine cœlo sedis in-
diguit,

diguit, nec facto cęlo sedem tanquam finitis erroríb. peregrinus inuenit: Potens est enim beatissime manere in semetipso, templo aũt suo, qđ sunt omnes angeli sãcti, & hoĩes, sic impertire habitationem suam, vt illi ex ipso habeant tale bonum, quo beati esse possint, non ex eis ille talem domum sine qua beatus esse non possit. Aut ergo sic intelligendum est quod scriptũ est: In principio fecit Deus cœlum & terram, vt principium sit ex quo esse cœperunt: non enim Deo coęterna semper fuerunt, sed facta initium ex quo esse inciperent, acceperunt: Aut certe quia in principio sibi coæterno fecit Deus cęlũ & terrã, hoc est in vnigenito filio. Ipse est.n. sapiẽtia, de qua dicit Apostolus: Christum Dei virtu-
A tem & Dei sapiẽtiam. Et Deo qui fecit cęlũ
o.1. & terram, dr̃ in Psalmo. Omnia in sapientia
.103. fecisti. Aut si de psalmo iste non vult accipere testimonium, Apostolum audiat de Chri-
.2. sto loquentẽ: Quia in ipso condita sunt omnia, in cęlo & in terra, visibilia & inuisibilia. Deus igit̃ nec cœpit esse, nec desinet, sed opera eius quædã incipientia certo fine esse desistunt, sicut tempora & temporalia: Quædã incipientia permanebũt, sicut & ipsa sanctorum hoĩum q̃ percepturi sunt, vita ęterna. Quod iste non vidit, qui putauit esse dicẽdũ ac definiendum, nullum esse sine fine principium: Nec ipsum potuit attendere numerũ, cuius initiũ est ab vno, & finis in nullo: Nullus quippe numerus quamlibet magnus, vel dr̃, vel si dici iam non potest cogitatur, cui non addi possit vt maior sit. Et puto qđ iste, quãlibet hæresim sub nomine Christi teneat cõtra Christum, vitã sibi promittit in Christo, vtiq; beatam, cuius tũc poterit esse principium, cum vitæ huius miseræ finis fuerit. Rñdeat itaque, beatam illam quam non ne-
B gat vitam habiturã vel habere principium, vtrum habitura, an nõ habitura sit finem? Si dixerit habiturã, qũo se audebit dicere Christianum? Si dixerit nõ habiturã, vbi est quod ausus est dicere nullum esse sine fine princi-
.3. pium? Quærit etiam: Si mundus iste bonum aliquid est, cur non olim ex initio ab eo factum est quod melius fuit? Quasi seipso aliqd melius Deus fecerit mundum: Aut ideo non debuerit hoc bonum fieri, quia non est æquale facienti. Quod autem quærit, cur nõ istud olim ex initio factum sit, rñsum habeat:

Imò vero olim ex initio factum est. Ex initio vtique suo, non Dei, cui nullum est initium. Si autem hoc initiũ significari potuit, eo qđ dictum est, in principio fecit Deus, quid est quod calumniat̃ velut interrogans, in quo principio fecerit: cum ipse rursus quęrat: cur nõ olim ex initio factum sit? Proinde sua verba illi replicanda sunt: Nam sicut ipse pp id quod scriptum est: In principio fecit Deus cœlum & terram: argumentatur & dicit: In principio igitur quo? Eiusñe quo idem Deus esse cœpit, an ex eo quo illum esse vacuum tæduit: ita & nos ad id quod ait cur nõ istud olim ex initio ab eo factum est, rñdemus, & C
dicamus ei: Ex initio igitur quo, Eiusne quo idem Deus esse cœpit, an ex eo quo illũ vacuum esse tæduit? Hoc quippe illi displicet, quod nõ olim ex initio Deus fecit cęlũ, cum dicit: Cur non olim ex initio? Tanquam ex illo initio facere debuerit ex quo est ipse qui fecit. Cur nõ hic timuit, ne dicẽdo ex initio, ex quo est ipse Deus, eum debuisse facere cęlum, diceret̃ ei, habet ergo Deus initium, ac per hoc secundum sñiam tuam habebit & finem. Tu enim dixisti, nullũ esse initium sine fine. Porrò si Deus caret initio, qũo faceret aliquid ex initio ex quo ipse non est, Ac per hoc ex initio fecit illo ex quo fecit, i. ex quo cępit esse quod fecit. Aut ergo Deus ipsorũ nihil boni vnquam fecit, aut secundum istũ quodcunque boni fecit, ex illo initio fecit ex quo ipse est, & habendi initium, metuendus est finis: Aut sanctæ scripturæ verbis debet acquiescere & intelligere Deum, qui ex nullo cœpit esse principio, fecisse cœlum in principio, vel ex quo cœlum esse cœpit, vel in filio: Qui Iudęis interrogantibus, quis esset, *Ioan. 8.*
principium se esse respondit. Nisi forte dicturus est, aliud initium, aliud vero esse principium. Si ergo ita esset scriptum, In initio fecit Deus cœlum & terram, nihil cõtra hoc D
iste moueretur qui dixit, Cur non olim ex initio factum est: quanquidem legeret, in initio fecit Deus, non existimans impium, si credatur Deus habere initium, sed non habere principium. Quod si ita est, emendet hoc authore euãgelium, vbi scriptum est, In prin- *Ioan. 8.*
cipio erat verbum: Cur enim non etiam hic iste dicat: In principio igit̃ quo? Eiusne quo idem esse verbum esse cœpit? Et quia Deus erat verbum, potest etiam sic dicere quem-

ad-

admodum in hoc libro dicit: Eiusne quo idē Deus esse cœpit? Dicat hic si placet ēt illam definitiuam suā, vbi audit, In principio erat verbū, dicat ēt hic si audet, Nullū est principiū sine fine, vt ab ipsis ēt Manichęis, qui eū fortasse q̄a inimicum legi prophetisq; reperiunt libentissime legunt, iudicetur insanus. Quia vero displicet ei Deus qui fecit mūdū, cur non displicet Deus per quē factus est mū

Ibidem. dus? De Christo.n.scriptū est: In hoc mundo
Cap. 4. erat, & mūdus per eū factus est. Intelligat itaque Deū facere bona posse, bonis aūt a se factis egere nō posse: Vñ nec faciendis eguit, qui factis non eget: Sed summe bonus fecit

E oīa, sibi q̄dem imparia, sed tñ bona. Bonum quippe ēt non summum, immo vero ēt infimum, nisi a summo bono esse nō posset. Nimis aūt de Deo male sentit, qui ꝑpterea bonum esse aliq̄d negat, quia æquale Deo non esse cognoscit. Ita.n.non erit ille summū, sed infimum bonum, si qđ eo minus est, iā non est bonum. Porrò si in reb. quas condidit, ea quæ sunt prima bona valde sunt imparia cōditori, quia ille fecit, hęc facta sunt, profecto q̄a talib. non eguit ad augendam beatitudinem suam, multo minus inferiorib. atq; omnib. infimis eguisse credendus est: Quæ tñ fecit tanquam bonorū omnium cōstitutor. Nā dñs Iesus per quem factus est mundus, non sola cœlestia, sed etiam terrestria, eorumque terrestrium quę vident exigua Deum creasse

Mat. 6. & creare sic indicat cum dicit: Si ergo fœnum agri qđ hodie est, & cras in clibanum mittit, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Vnus ergo atq; idem Deus est institutor cęli & terræ, stellarum & herbarum, quicquid mensura, forma, ordine suo cōstat in cœlo & in terra, quicquid viuit in cęlo &

F in terra, q̄cquid sentit in cęlo & in terra, q̄cquid intelligit in cœlo & in terra. Quæ non solum illi a quo sunt cōdita, sed nec inter se esse oportebat æqualia. Et ideo sunt omnia: Nam si essent æqualia, vnum genus bonorū esset non omnia. Nunc vero ideo sunt aliis alia meliora, & bonitas inferiorum addit laudib. meliorum: Et in rerū bonarum inęqualitate ipsa est iucūda gradatio, vbi minorum

Cap. 5. comparatio ampliorum est commendatio. Ea vero quæ dicuntur mala, aut vitia sunt rerum bonarum, quæ omnino extra res bonas per seipsam alicubi esse nō possint, aut supplicia peccatorum quæ de iustitiæ pulchritudine veniunt. Sed ipsa quoq; vitia testimonium p̄hibent bonitati naturarum. Quod enim malum est per vitium, profecto bonum est per naturam. Vitium quippe cōtra naturam est, quia naturæ nocet: Nec noceret, nisi bonum eius minueret. Non est ergo malū nisi priuatio boni. Ac per hoc nusquā est nisi in re aliqua bona, etsi non summe bona, qm̄ summe bona incorruptibilis & immutabilis perseuerat, vt Deus est: non tñ nisi bona, qm̄ non nocet nisi minuendo quod bonū est: Ac p̄ hoc bona sine malis esse pñt, sicut ipse Deus & quæq; superiora cœlestia: Mala vero sine bonis esse non pñt. Si enim nihil nocent, mala

non sunt, si aūt nocent, bonum minuunt, & G
si amplius nocent, habent adhuc bonum qđ minuāt, & si totum consumunt, nihil naturæ remanebit cui noceatur. Ac per hoc nec malum erit a quo noceat, quādo natura defuerit, cuius bonum nocēdo minuat. Vtrum autem aliqua natura, hoc est substātia prorsus ad nihilum redigatur, disputatio subtilissima

est. Sed fides veracissime Deo decantat: Muta Psal.
bis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es. Nec fecit igit, nec regit mutabilia bona, nisi immutabile bonū, quod est Deus. Porrò bona mutabilia propterea bona sunt, quoniam a summo bono facta sunt, propterea mutabilia, quia non de ipso, sed de nihilo facta sunt. Quamobrem & ipsa mortalia, quāuis ex aliqua parte pœnalia sint eis, quib. sola immortalitas potest perfectæ beatitudinis implere mensuram, habent tamen proprium decoris locum in pulchritudine temporum, sed maiorem quam humanus est sensus, quo talis

pulchritudo sentitur: Fides tñ illa quæ Deo Sap.
suo dicit, Omnia in mensura & numero &

pondere constituisti, quanuis amore viuēdi H
cōditionem mortis exhorreat, creatorem tñ omnium bonorū etiam de bonis mortalib. laudat. Nā iste ipse qui reprehēdit, nec Deū esse credit, cui⁹ terrena opera vidit esse mortalia, eundem sermonē suum, qui vsqueadeo illi placuit, vt eū literis memorięq; mādaret, nisi vocib. ad sua queq; verba pertinentibus, & incipientibus tñ & deficientibus implere non posset, ita pulchritudinē disputationis, qua vult persuadere, quicquid oritur & moritur bonum esse non posse, nisi orientib. & morientibus syllabis non potuit explicare.

Quid

Quid ergo mirum ſi in tam magna vniuerſi-
tate naturæ, eſt aliq̃d infimum bonum in or-
dinib. temporum, q̃d non ꝑmanſione rerũ, ſi
cut nonnulla ſublimia ſpiritalia, ſed pro de-
core ſui generis, imo atq; terreno exortu oc
caſuq; ſit pulchrũ? Quæ cum ita ſint, nõ calũ
niet̃ dicenti ſcripturæ: Vidit Deus lucem q̃a
e. 1. bona eſt: Nõ ſolum. n. lucem, q̃ vocauit diẽ,
& firmamẽtum q̃d vocauit cęlũ, & Solẽ &
lunam & cętera ſydera, verumetiam ligna &
herbas, & in aquis ac terris q̃cũq; mortalia,
& creauit Deus ſumme bonus, & vidit quia
bona ſunt in genere atq; ordine ſuo. Nec ti-
muit q̃ ſpũ Dei reuelante ſcripſit hunc librũ,
futuros impios reprehenſores, vaniloquos
& mẽtis ſeductores, primitꝰ ſuæ, deinde alio
rũ: quos delectat blaſphema loquacitas, quia
& ipſos inquantum hoĩes ſunt, inquantum
I corpore atq; aĩa rõnali conſtant, inquãtum
membra corporis eorũ ſuis diſtinguunt̃ offi
ciis, & concordiſsima differentia in vnitatẽ
ſuæ pacis mirabili ordinatione conſentiunt:
inquantum aĩa eius naturali excellentia prę-
ſtat atq; imperat, inquantũ ſenſus carnis q̃n-
que partitos implet ac vegetat, diſsimili potẽ
tia, ſociali cõuenientia: inquantum ẽt mente
atq; rõne, q̃d beſtialis aĩa nõ põt, ſapere atq;
intelligere pñt, vidit Deus q̃a boni ſunt, &
ideo creauit. Non. n. tm̃ creatos poſtea vidit,
ſed & creãdos ante præuidit, & q̃d peruerſa
volũtate & cęco errore maligni sũt, nõ ideo
vidit ꝙ nõ eſsẽt creandi, præuidit. n. vbi ſint
ordinandi, & ſic eos ex eadem maſſa primæ
9. ꝑuaricationis merito damnata: fecit vaſa irę:
ſi vſq; in finem in hac malignitate ꝑdurent,
vt proſint vaſis miſericordiæ, quo per eorũ
10. acumina vanitatis, diligentius arcana verita
K tis inquirant. Magna quippe opera dñi, exq̃-
ſita in oẽs voluntates eius. Quid aũt mirũ eſt,
quia diſplicet humanæ ſtultitiæ, ꝙ opera ſua
placent diuinæ ſapientiæ? Quid eſt. n. aliud,
Vidit lucem q̃a bona eſt, niſi quia placuit ei?
7. Sed iſte vaniloquus blaſphemator, q̃ ſcripſit
librum ſacrilegis conuitiis plenum, in quo
vtinam opus eius diſpliceret ei, & non puta
ret q̃a bonum eſt, ſed videret q̃a malum eſt,
videte quid dixerit, Adeo antea neſciuit, in-
quit, lux quid eſſet, vt modo eam primum vi
dens optimam iudicaret. Ergo & dñs Ieſus
q̃n auditis verbis Centurionis, miratus eſt &
dixit diſcipulis: Amen dico vobis, non inue-
ni tantam fidem in Iſrael, neſciuit antea fi-
des ille quid eſſet, vt tũc eam primum vidẽs,
optimã iudicaret. An vero aliꝰ eam in corde *Mat. 8.*
Centurionis operabatur q̃ ipſe qui mirabat̃?
Et ꝑfecto amplius eſt vnde poſsint blaſphe-
mare inſipientes & infideles, ꝙ miratus eſt
Ieſus quantamcunque hoĩs fidem, q̃ ꝙ vidit
Deus lucem q̃a bona eſt. Poteſt quiſquis etiã
ſolita videre q̃a bona ſunt: hoc eſt ſibi placi-
ta comprobare. Quiſquis aũt mirat̃ ſecundũ
conſuetudinem qua homines loquuntur, in-
opinatum atq; improuiſum ſibi eſſe ſignifi-
cat quod mirat̃. Sed Ieſus qui omnia præ-
ſciebat, quod mirãdum aliis commẽdabat,
mirando laudabat. Quid aũt Deus vidit à ſe
factum, q̃d nõ in luce quæ ipſe eſt, prius vi-
dit eſſe faciendũ? Et quid tã neceſſario ſancta
ſcriptura toties repeteret, quam q̃d vidit Deꝰ
bona eſſe quæ fecit, vt hinc ĩformaret̃ pietas L
fidelium, nõ pro humano ſenſu q̃ ſępe ẽt bo
nis reb. offendit̃, quarũ cauſas atq; ordinem
neſcit, de creatura viſibili atq; inuiſibili iudi
care, ſed laudãti Deo credere & cedere? Tã-
to enim quiſq; facilius aliquid proficiendo
cognoſcit, quanto religioſius antequam co-
gnoſceret Deo credidit. Vidit ergo Deus lu-
cem quã fecit quia bona eſt, qm̃ quod facien
dum placebat vt fieret, factum placuit vt̃ ma
neret, quãtum cuiq; rei exiſtendi ſiue manẽ-
di, a tanto fabricatore fuerat cõſtituenda mẽ
ſura. Sed aliud eſt lux quod eſt Deꝰ, aliud lux
quam fecit Deus: Incomparabiliter autem
melior lux ipſe qui fecit, nullo indigens mo
do, ea luce quã fecit. Et vnde iſte calumniat̃,
cur non iſta bona tam olim, q̃ olim eſt ipſe,
fecerit Deus, hinc potius intelligendum eſt,
quod nõ ea fecerit eorum indigus, ſine qui-
bus eſſe in ſua perfecta beatitudine potuit ſi M
ne initio ſempiternus. Ideo quippe iſtorum
faciẽdorum cauſa ſola Dei bonitas fuit, quia
neceſsitas eius vlla non fuit. Quicquid itaq;
iſte conuiciatur Deo, quòd velut tunc pri-
mum lucem viderit qui fuiſſet lucis ignarus,
quàm ſit inſulſum & vanum videret, ſi lucis
ipſe intꝰ aliquid haberet. Quinetiam ſtultitię *Cap. 8.*
ſcribentis aſsignat, quòd tenebras dixerit ſi-
ne initio ſemper fuiſſe, lucem vero initium
ſumpſiſſe de tenebris, quaſi legerit in eo li-
bro cui calumniatur, tenebras ſempiternas,
cum ſcriptum ſit, In principio fecit Deus
cœlum & terram, Terra autem erat inuiſi- *Gene. 1.*
bilis

bilis & incompoſita, & tenebrę erant ſuper abyſſum. Ex illo ergo tenebræ eſſe cęperunt, ex quo cõfuſa moles cœli eſſe cępit ac terrę, anteq̃ facta eſſet lux qua illuminaret quod ſi ne luce fuerat tenebroſum. Quid aũt incõueniẽs, ſi mũdanę materię fuerãt tenebroſa primordia vt accedẽte luce, melius qđ factũ eſt redderet, & tanq̃ proficiẽtis hoĩs, qđ poſtea futurũ erat, hoc modo ſignificaret affectio? Quanq̃ qui munere Dei potuerit perſpicacius iſta rimari: inueniet fortaſſe in creatura: q̃ ita facta narrat ſine interuallis temporaliũ
A morarum, diſtinctum mirabiliter ordinem rerum. Neque.n. materies oĩno nihil eſt, de
Sapiẽ. 11 qua in libro Sapiẽtiæ legitur, Qui feciſti mũdũ de materia informi. Non ergo q̃a informis dicta eſt, oĩno nihil eſt: nec Deo fuit vel ipſa coęterna tanq̃ à nullo facta, nec alius eã fecit, vt haberet Deus de qua faceret mundũ. Abſit.n. vt dicat omnipotens non potuiſſe facere, niſi vnde faceret inueniret. Ergo & ipsã Deus fecit. Nec mala eſt putanda, q̃a informis, ſed bona eſt intelligenda formabilis, i. formationis capax. Qm̃ ſi boni aliquid eſt forma, nõ nihil eſt boni eſſe capacem. Sicut vox cõfuſa eſt clamor ſine verbis, vox vero articulata fit cum format in verba. Eſt ergo illa formabilis, iſta formata, illa q̃ formã capit, iſta q̃ habet. Nam quid horũ vnde fiat, in promptu eſt. Neque.n. quiſquã dixerit de verbis fieri ſonum vocis, ſed potius de voce fieri ſonum verbi, vel potius de voce fieri verba
Cap. 9. ſonãtia quis nõ intelligat? Nec putandus eſt Deus informem pri⁹ feciſſe materiam, & interuallo aliquo interpoſito tpis, formaſſe qđ informe prius fecerat, ſed ſicut à loquẽte fiunt verba ſonantia, vbi nõ prius vox informis poſt accepit formam, ſed formata profert, ita intelligendus eſt Deus de materia q̃dem informi feciſſe mundum, ſed ſimul eã cõcreaſſe mundo. Nõ tñ inutiliter prius narrat vnde aliquid fit, & poſtea quod inde fit, q̃a etſi põt vtrunq; ſimul fieri, non ſimul poteſt vtrunq; narrari. Siue ergo prius nomine
B cœli & terræ, vel terræ inuiſibilis, & incom
Cap. 10. poſitę, atq; abyſſi tenebroſæ materies ipſa informis ſignificata eſt, rerum natarum appellationib. quia ipſa prorſus ignota eſt humanis ſenſib. & vix vtcunq; intelligit, cum res in deterius cõmutant, tãquam ei propinquet quidq; deformius, nec perueniat tñ ad illam informitatem quantulacunq; vel viſibilis remanens vel intelligibilis ſpẽs. Siue per cęlũ & terrã generaliter prius inſinuata ſit ſpiritalis corporaliſque natura, ſiue aliq̃d aliud qđ hic ſalua fidei regula intelligi põt: Deum tñ verum & ſummũ & bonum feciſſe cuncta q̃ cernimus, & quę meliora nõ cernimus, q̃uis modus quo ea fecerit comprehẽdi humana mente non poſsit dubitare phas non eſt. Sed cum iſtis indoctis blaſphematorib. literarum ſacrarum, non ea rationis ſubtilitate agendũ eſt, qua iſta quęrenda ſunt, & inter pacificos C
Co. Dei filios diſputanda. Sed ſi putat iſte aduerſus libros legis & Prophetarũ ꝙ dicit ſe noſſe, ꝙ dicit ſe ſcire ſummũ Deum incomparabilem ſplendorem incomprehenſibilis eſſe lucis, primo audire ab eo vellem, cuius lucis exiſtimet eſſe ſplendorẽ ſummũ Deũ, vtrum & ipſa lux Deus ſit, & vtrum patrem intelligat lucẽ, eiusq; ſplẽdorem vnigenitum filiũ, quem tamen confeſſus eſt ſummum Deum. Qđ ſi ita ſentit, approbo & laudo. Sed ꝙ eũ quem credit eſſe lumen de lumine, vel incõparabilem ſplendorem incomprehenſibilis lucis, non credit eſſe opificem mũdi, improbo, & culpo, cum ibi legat, Mundus per eum factus eſt, vbi legit, Erat lumen verum quod Ioa.
illuminat omnem hoĩem venientem in hũc mundum. Improbo ẽt ſi neſcit, magisq; improbo atq; deteſtor, ſi ſcit, & inſidiat vt decipiat neſcientes, in veterib. prius diuinis literis ſcriptũ, Accedite ad eum & illuminamini. Et, Præceptũ dñi lucidum illuminãs oculos. Et, Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in mortem. Neq; enim hoc orabat homo vtiq; mortalis, ne vnq̃ corpore moreret: aut corporalibus oculis ſomnus ne veniret, optabat, ſed eos vtiq; oculos ſibi illuminari petebat, de quib. Apoſtolus dicit, Illuminatos oculos cordis veſtri. Porrò ſi huic diſplicet, lucem initium ſumpſiſſe de tenebris, etiã hoc enim verbis garrulæ vanitatis exagitat, eidem Apoſtolo hoc dicat, qui ſcribens ad fideles, ait, Fuiſtis aliquanto tenebræ, nunc autem lux in domino. Quis enim hoc fecit, niſi ille qui cum tenebræ eſſent ſuper abyſſum, dixit, Fiat lux, & facta eſt lux? Quod apertius alio loco idem Apoſtolus expreſsit dicẽs, Deus qui dicit de tenebris lumen clareſcere, claruit in cordib. veſtris. Si autẽ hoc putat ſcripturis deeſſe propheticis, ꝙ filius ſit lu-

Psal. — Psal. — Psal. — Ephe. — Ephe. — Gen. — 2 Cor.

sit lumen de lumine, vel splendor lucis, legat quod in eisdem literis legit de sapientia, Cãdor est enim lucis æternæ. Aut illud in ꝓphetico Psalmo, Cantate dño canticum nouum, cantate dño omnis terra. Cantate dño & benedicite nomini eius bene nunciate diem ex die salutare eius. Quis est.n.dies ex die, nisi filius lumen de lumine? Salutare aũt Dei esse Christum legat in euãgelio, dicẽte Simeone sene, qñ illũ cognouit in manib. matris, carne minimum, spũ maximum, acceptoque in manꝰ suas ait, Nũc dimittis seruum tuũ dñe, secũdum verbum tuum in pace, Qm̃ viderunt oculi mei salutare tuum. Hic si rñderit aliã esse lucẽ de qua dictum est, Fuistis aliqñ tenebre: nunc aũt lux in dño: qa spiritalis lux mẽtis est ista, nõ carnis. Aliam vero illam de qua scriptũ est, Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux, quæ ad oculos pertinet corporales. Primo cõfitebit̃ à luce summa, quod est ipse Deus, fieri potuisse qualemcunq; infimam lucem, bonam tñ. Deinde, vnde scit ẽt qualis & quãta sit. Postremo vtrũ spiritalis an corporalis nisi forte fideles hoĩes, qui quandiu sunt in corpore, peregrinãtur à dño, pñt iam merito ipsius fidei lux vocari, & angeli non pñt, qui semper vident faciem patris? Vnde ergo scit, vtrum talis lux primitꝰ facta sit? Vñ scit qũo illa luce vespera & mane possit intelligi? Qũo deniq; senario numero ꝓsentata fuerit operib. Dei, & in ea septima requeuerit Deus. vnde ad istos dies nobis notissimos, q̃ solis circumitu reuolũtur, septenarii ipsius numeri quędam forma trãslata est? Sed si lux facta est corporalis, vnde nouit qũo esse potuerit ante solẽ & ante firmamẽtum, qđ celũ postea nũcupatũ est, remota ab aspectib. terrenorũ in superiorib. partib. mundi, vt solus Deus inter illam tenebrasq; diuideret? Nam inter istas tenebras, q̃ nobis faciũt notissimã noctem, & lucem quæ nobis facit notissimũ diem, luminaria nobis visibilia vt diuiderẽt imperauit. Quis aũt ferat, quãuis nõ sit indignãdum potius q̃ ridendum, indicare istum nobis ꝙ diem horæ designent, horas aũt sol discernat atq; disterminet, & velle vt credamus ꝙ Moyses ista nescierit, & ideo diẽ antequam sol fieret nominauerit? Sed cõueniãt homines ad librum istius audiẽdum, & proponatur eis quid sit credibilius, vtrum istum nescire quandam lucem & quendam diem, quẽ sciebat Moyses an Moysen nescisse istã lucem ac diem, quem nõ solum iste, verumetiam quia verba eius non intelligunt, sciũt.

Cap. 13. Quid ꝙ etiam de aquarum congregatione ingerit, nescio quis impertissimus quæstionem, immo vero nõ quæstionem, sed reprehensionem, tãquam nõ recte dictum sit, Cõgregentur aquę in cõgregationem vnam, & appareat arida, eo ꝙ aquis omnia tenebantur. ignorans quemadmodum aqua in aereos vapores tenuata rarescat, & nebulosa caligine multum occupet spatii, exiguum vero si cõgregata densetur, nec iam leuis volitet, sed grauis fluitet. Quid ergo mirum, si rara terrã texerat, spissata nudauit? Quid si etiam diuino nutu in magnos sinus terra subsedit, atq; ita quicquid naturæ humidæ per totum eius iacebat, in partes cõcauas confluens, recessit a cęteris, & ꝙ operiebat aperuit, cõgregata in humiliora succumbẽtia, quã mare interflueret & circumflueret, atq; altiora deferẽs qua orbis emineret? Omitto ꝙ potest hic intelligi significatum esse, ꝙ informis illa materies aquę vel abyssi vocabulo insinuata sit, & species acceperit duorum istorum grauium elementorum, humoris & humidi, & ideo dictum esse, cõgregetur aqua, quoniam labilis & mobilis ei spẽs data est, appareat autẽ arida, qa immobilis & fixa est. Nam illud qđ magis Propheta libri huius author intẽdit, vt eius narratio rerum factarum esset etiam prę figuratio futurarum, nõ est cõtentiosis & infidelibus sensibus ingerẽdum. Cum ergo tot exitus pie quærentib. pateant, ne temere tanta reprehẽdatur authoritas, vnde iste nisi Diabolico instinctu in eis rebus eligit calumniari, quas nõ est idoneus perscrutari?

Cap. 14. Quòd vero in hominis cõditorem Deum cæcus & ingratus inuehitur, & audet dicere ei qui se finxit, quare sic me fecisti? cum omnino qũo sit factus ignoret, multum præcipitis mentis audacia est. Sed vasa iræ permittuntur ista garrire, vt tanquam de negligẽtiæ somno excitentur vasa misericordiæ, & studio respondẽdi pestilentibus maledictis, adhibeãt curam salubrib. dictis. Ecce enim in eo ꝙ reprehendit iste hominis conditorem, quia prohibuerit eum sumere cibum dignoscentiæ boni & mali, tanquam eum pecoribus parem esse voluisset nescientibus ista descenere, & hoc ei negasset cui potestatem dedisset in bestias,

quo

quo solo homo superat bestias, quã necessa
rium est vitæ bene agendæ, ꝙ dicimus q̃dam
infideliter disci,& fęlicius nonnulla nesciri.
Morbos.n. & dolores quãto fęlicius nescire
mus? Si ergo medicus nos ab aliquo cibo ꝓ-
hiberet, quo accepto ægrotaturos esse præ-
sciret,& ob hoc appellaret eũdum cibum di
gnoscentiæ sanitatis, & imbecillitatis, eo ꝙ
per ipsum homo cum ægrotare cœpisset, ex
periẽdo dignosceret quid interesset inter cõ
tractã malam valetudinẽ & bonam perditã
sanitatem, quod vtique melius ignorasset,&
in illa q̃ perdidit sanitate mansisset, credens
medico per obedientiam, nõ morbo per ex-
periẽtiam, nunquid talem medicum inuidis-
se nobis eiusmodi sciẽtiam diceremus? Quis
1. Cor. 5. dubitet malum esse peccatum? Et tñ cũ lau-
de dictum est de dño Iesu Christo, quia non
nouerat peccatum. Non ergo nouerat hoc
malum, atq; ideo illam vnde Adam proibit⁹
est, boni & mali dignoscẽtiam non habebat.
I Hic si quęrat, quomodo quod non nouerat,
arguebat? neque enim peccata nõ arguebat.
Omnia autem, quæ arguuntur, sicut dicit
Ephe. 5. Apostolus, a lumine manifestantur. Quo-
modo igitur a quo ignorabãtur, arguebant?
Nonne rectissime rñdebit,& nouerat,& nõ
nouerat? Rectissime omnino: Nouerat enim
per sapientiam, nõ nouerat per experiẽtiam.
Huic itaque diuinæ sapiẽtiæ credere debuit
Adã, vt ab illa mali scientia, quæ fit per expe
rientiam, præcepto Dei obediẽs temperaret.
Sic enim malũ nescisset nisi fecisset, fecit aũt
sibi, non Deo. Nihil.n.facere potuit volunta
te inobedientiæ, nisi ꝙ ipse pateret lege iusti
tiæ. Hæc est enim pęna inobedienti homini
reddita in semetipso, vt ei vicissim non obe-
diatur, nec a semetipso. De qua re vberius in
aliis, & maxime in quartodecimo libro de
Ciuitate Dei disputauimus. Nũc autem breui
K ter rñdemus ad id quod ait iste, hominis in-
stitutorem a magno bono prohibuisse quẽ
fecerat, dum eum pecori similem sine digno
scentia boni & mali esse voluisset. Hec enim
dignoscentia non est beati hominis sapien-
tia, sed miseri experientia, vnde lignum no-
men accepit, a cuius cibo est homo prohibi
tus, vt obedientia commendaretur, quæ ma-
xima est virtus, & vt sic dixerim, omnium
origo materq; virtutum, in ea natura cui sic
datum est arbitrium liberæ volũtatis, vt eam
tñ necesse sit viuere sub potestate melioris.
Quãquam non defuerint quib. visum est, illã
dignoscentiam boni & mali, magnum aliqđ
bonum fuisse, cuius capaces nõdum fuerũt,
qui hanc vsurpantes contra vetitum, per in-
obediẽtiam peccauerunt. Quib. autem vr̃ sic
hominẽ fieri debuisse vt peccare nollet, non
eis displiceat sic esse factum, vt nõ posset pec
care si nollet. Nunquid.n.si melior esset, qui
non posset peccare, ideo nõ bene factus est q̃
posset & non peccare? Aut vero vsqęadeo
desipiendum est, vt hõ videat melius aliquid
fieri debuisse, & hoc Deum vidisse non pu-
tet: aut putet vidisse, et credat facere noluisse:
aut voluisse quidem, sed minime potuisse?
Auertat hoc Deus a cordibus piorũ. Si ergo
ratio recta demonstrat, rationalem creaturã
illam esse meliorem, quæ nulla inobediẽtia
deserit Deum, q̃ istam quæ ita deseruit, sciat
quisquis hoc sapit, nec illam deesse cœlestib.
reb. quæ nunq̃ deserit Deum, nec istam ita
esse factam, vt aliqua necessitate deserere co-
geret Deum. Et q̃a voluntate deseruit, nihil L
ex hoc diminutũ sapiẽtissimis dispositionib.
Dei, qui & malis bene,& peruersis recte vti-
tur,& de humano genere iuste meritoq; dã-
nato, familiam sanctam atq; numerosam, nõ
eius merito, sed gratia sua factã, in ęternũ re-
gnum se trãslaturum esse testat̃. Quæ cum ita
sint, nec Deus occultare debuit lignum, qđ
ꝓꝑ consecuturam hominis miseriam, si ex il
lo cõtra prohibitionem vsurpato dignosce-
ret a quo bono cecidisset, & in quod malũ
incidisset, appellauit lignum dignoscẽtię bo
ni & mali. Cur enim occultaret de quo man
datum dabat, & per quod obediẽtiam com-
mẽdabat? Nec ignatus fuit Hominem pecca
turum: sed simul etiam, quid iusti & boni fue
rat & de peccante facturus, summa vtiq; di-
uinitate præsciuit. Nec instituit qđ obesset, si
homo sibi obesse noluisset, sed potius insti- M
tuit qđ prodesset. Quia homo nõ sine bona
mercede obedientiam custodisset,& non si-
ne vtili exemplo, vt eam sancti eius posteri
custodirent, pęnas inobediẽtiæ persoluisset.
Nec voluit qđ non potuit. Hoc enim voluit
vt aut obediẽs homo esset, aut inobediẽs im
pune non esset. Nec infructuose voluit quod
homo nõ fuerat seruaturus, iubere, quia pę-
na cõtemptoris docuit alios obedire. Nec in
homine pars Dei restitit Deo, q̃a si hoĩs aĩa
pars

pars Dei eſſet,nec à ſeipſa, nec ab aliquo de
cipi,nec ad aliquid male faciendũ,ſiue patiẽ
dum vlla neceſsitate compelli,nec in melius
vel deterius mutari oīno potuiſſet.Flatus aũt
ille Dei qui hoīem aīauit , factus eſt ab ipſo,
non de ipſo, Quia nec hoīs flatus , hoīs pars
eſt , nec hõ eum facit de ſeipſo , ſed ex aereo
halitu ſumpto & effuſo, Deus vero potuit &
de nihilo,& viuũ rõnalemq; potuit,qđ non
põt homo . Quanuis nõnulli exiſtiment non
13. tunc aīatum primum hoīem,qñ Deus in ei⁹
faciem ſufflauit , & factus eſt homo in aīam
viuam , ſed tunc accepiſſe ſpiritumſanctum.
3. Quodlibet aũt horum credibilius oſtendaẗ,
15. vnde nunc longum eſt diſputare,aīam tñ nõ
A eſſe partem Dei, nec de ſubſtantia & natura
eius creatã ſiue prolatam,ſed ex nihilo factã:
dubitare phas non eſt. Non itaque , ſicut ait
iſte blaſphemus, inuenit ſerpens loco melio
re q̃ Deus,qa ꝑualuit decipere hoīem quem
fecerat Deus. Nullo.n.modo homo decipe-
ret , ſi non in ſe exaltato corde receſsiſſet a
16. Deo.Vera quippe,qm̃ diuina,eſt illa ſnia:An
te ruinam exaltatur cor:Et vbi contra Deum
exaltaẗ,ibi ab illo deſerit,ꝙ in ſe tenebratur.
Quid aũt mirum ſi dum tenebraẗ, neſcit q̃d
ſequatur, qm̃ non a ſeipſo lumen eſt , ſed ab
illo illuminaẗ.Quòd ergo Deus ſemper inui
ctus ſit,etiam homo victus oſtendit,qa vict⁹
non fuiſſet, ſi ab inuicto nõ receſsiſſet . Qũo
eſt aũt victor hoīs deceptor,cum a ſemetip-
ſo ſit etiam ipſe deceptus?Vnde & ille qui de
cepit,& ille quẽ decepit,ambo decepti ſunt,
recedẽdo ab eo qui non põt decipi,& ambo
ſunt victi recedẽdo ab eo qui non põt vinci.
A quo vtiq; qui plus recedit, plus vincitur,
quia tanto eſt inferior,quanto deterior. Et iõ
neceſſe eſt,vt qui malum alteri prius inferen
do vincere vř,amplius ipſe bonum amittens
B vincatur. Neq; fieri põt vt ei ſit loc⁹ melior,
cum eã ſit peior.Et ꝙ ad tempus præualuiſſe
viſus eſt diabolus homine ſuperato:etiam ſic
in æternum vict⁹ eſt hoīe reparato . Nec Dei
cõfitentis verba ſunt,ſed potius exprobran
3. tis,Ecce Adam factus eſt tanq̃ vnus ex nobis:
12. Sicut Apoſtolus vbi dicit, Donate mihi hãc
iniuriam, vtique a contrario vult intelligi,ſi
aſsit pronunciator doctus,non calumniator
indoctus.Porrò aũt cui diſplicet peccator ꝓ
hibitus a ligno vitæ , quid niſi impune vult
male viuere:Nec magnum erat Deo , & alio
quolibet modo vitã ſubtrahere homini quẽ
viuere uoluiſſet, ſed qm̃ rõnales aīæ de ſapiẽ
tia viuunt, quarum mors eſt inſipiẽtia huius
rei ſignificandæ gratia,lignum vitę in paradi
ſo fructu ſuo mori hoīem nec corpore ſine-
ret.Quòd ergo inde ſeparat⁹ traditus eſt mor
ti, cõſumendus ętate,quod nequaq̃ illi acci-
diſſet,ſi ſemper eodẽ cibo frueret,ſignifica-
tũ eſt, ꝙ prius ab ſpiritali vitæ ligno ꝑꝑ pec
catum aīa eius excluſa eſt,& ita quadam ſua
interiore morte iam mortua . Nã de ſapiẽtia C
ſcriptũ eſt,Lignũ vitæ eſt amplectentib. eam.
Qđ iſte non intelligens ait, Quatenus ergo Prou. 3.
ante maledictum immortalis homo perpe-
tuo viuere poterat, qui nondũ ex iſta arbore
cibũ ſumpſerat? Quaſi aliquis ei dixerit , aut
in illo libro alicubi legerit , ꝙ nondũ Adam
ſumpſerat ex cibo arboris vitæ. Quin potius
intelligẽdus eſt, qm̃ inde illi vita in corpore
perpetua ſuppetebat, ne vetuſtate conſume-
reẗ ætatis,ad hoc inde prohibitus, vt ex pec-
cati pœna iã illi eſſet neceſsitas mortis. Qũo
inquit,ex Dei maledicto mori cęperat,cum
vita ipſa nũquam ex ipſo initium ſumpſerit?
Quaſi optauerit ei De⁹ mortem ſicut homo
homini,ac nõ Dei verba ad ſnĩam pertineãt
punientis,nõ ad iram maledicẽtis. Punire aũt
morte corporali,fuit à vitæ arbore ſeparare,
cum iam fuiſſet ſpiritaliter mortuus animo,
vtiq; ſeparatus ab alimento ſapientiæ . Deus
itaq; q̃d ei contigiſſet in aīo , ſignificare vo-
luit,ſeparãdo eum a ligno vitæ, quo ſignifi-
cabaẗ ſapiẽtia.Sed iſta,inquit, arbor, quæ in
paradiſo vitæ fructus ferebat , cui proderat?
Cui niſi prius illis primis hominib. maſculo
& fœminæ, qui in paradiſo fuerãt cõſtituti?
Deinde iſtis de paradiſo pro merito ſuæ ini-
quitatis eiectis, manſit ad memoriã ſignificã
dæ ſpiritalis arboris vitæ. Quod eſt , vt dixi-
mus,ipſa ſapiẽtia,beatarum cib.immutabilis D
aīarum.Vtrum aũt illo cibo veſcaẗ nunc ali-
quis niſi forte Enoc & Helias, nõ temere aſ-
ſeuerãdum puto,ligno tñ illo vitæ,quod eſt
in ſpiritali paradiſo, niſi alerẽtur aīæ beato-
rũ,non pro munere pietatis & fideliſsimę cõ
feſsionis , latronis animæ credentis in Chri-
ſtum,legeremus paradiſum eodem die fuiſ-
ſe conceſſum,Amen,inquit,dico tibi, hodie
mecum eris in paradiſo. Eſſe aũt ibi cũ Chri
ſto,hoc eſt,eſſe cũ vitę ligno, Ipſe eſt quip- Luc. 12.
pe ſapientia, de qua vt ſuperius commemo-
raui,

Prou. 3. raui,ſcriptum eſt,Lignum vitæ eſt amplectẽ
Cap. 16. tib. eam. Nunquid nam & hoc refellendum eſt,quod velut acute vt ſibi vr̃,irridet?Primo Deum non præſciſſe qđ contingit, Deinde implere non valuiſſe qđ magnopere cogitauit. Tertio ad maledictũ ſe cõuertiſſe ſuperatum. Vnde ſcit Deum non præſciſſe qđ contigit?An quia contigit? Quinimmo ſi non cõtigiſſet, nullo modo id præſciſſet futurum, quia nõ erat futurum. Aut ſi propterea putat nõ prę́ſciſſe,quia ſi prę́ſciſſet, ne cõtingeret prę́uidiſſet, põt hoc & de Chriſto dicere, q
E talentum dedit homini nihil acquiſituro,qđ propterea vtiq; dederat, vt eius augeretur pecunia,quicquid eſt quod illa ſignificat.Ergo quia contigit,vt ille ſua pigritia nihil acquireret,hoc nõ præſciuit ille qui dedit? Dicere etiam poteſt,nõ impleſſe de hoc lucro Chriſtum quod magnopere cogitauit.Poteſt & illud tertium,ad maledictum ſe conuertiſſe ſuperatum qm̃ dixit,Ligate illi man⁹ & pedes,
Mat.25. & proiicite eum in tenebras exteriores.Sicut de Adam dictum eſt, vt a ligno vitæ ſeparatus,morte etiam corporis plecteretur. Huic enim homini diſerto, definientis maledictũ, vr̃ impotentis imperium. Dicat ergo impotentem Chriſtum,qm̃ de acquirenda ſpritali pecunia non potuit quod cupiebat efficere, dicat æmulum ac malitioſum, ꝙ ſeruo ſuo inuiderit lucẽ ac ſalutem, quẽ proiici iuſſit in tenebras, vbi eſſet fletus & ſtridor dentiũ. Si aũt de Chriſto iſta non dicit, ne hoc modo ſe indicet nõ eſſe Chriſtianum,cur audet dicere de hominis cõditore & peccati merito damnatorem, quod non audet dicere de hoĩs redemptore,& ſi eius prę́cepta cõtempſerit,pę́na æternæ mortis vltore, eodẽ ipſo
Ioan.5. ſcilicet? Nã & in quem alium niſi in Chriſtũ hę́c maledicta neſciens iſte iaculat̃,qñquidẽ ille ait,Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi,de me.n.ille ſcripſit?Quid.n. pater ſine filio vel tunc fecit,vel vnquam facit?Si ergo ſalubiter non ſolum bonitatem, verumetiam ſeueritatem Dei ſancta ſcriptura commẽdat,
F qm̃ & amat̃ Deus vtiliter & timet̃.Vnde Apo
Rom. 11. ſtolus eodem loco vtrũq; commemorat dicens, Vides ergo bonitatem & ſeueritatem Dei,quid eſt qđ iſte in ſanus & prę́ceps cum Chriſtianum eſſe ſe iactet, hoc reprehẽdit in Deo Prophetarum qđ in Deo inuenit Apoſtolorum, quoniam idem Deus eſt & illorũ & iſtorum? Quod aũt de iſto cõmemoraui, quem pigrum ſeruum miſit in tenebras exteriores,ſeueritas eſt Dei,vbi nec futurorũ improuidus dr̃, quia tali pecuniam ſuam credidit,nec impotẽs,qa quem vt bene ageret,nõ ipſe rexit ipſe correxit,nec æmulus ac malitioſus, ꝙ a luce ſeparatum in tenebras miſit. Hoc de omnib.pœnis hoĩum quę legunt̃ in phopheticis libris inflictę fuiſſe peccãtibus, debet fidelis lector aduertere. Hoc ergo etiã de diluuio, Neq; enim dñs Ieſus nõ tale aliquid futurum in ſuo prænũciauit aduẽtu qñ ait,Sicut in dieb.Noe manducabant & bibebant,nouellabant,ædificabant,nubebãt,vxores ducebant, venit & diluuium & perdidit omnes,ſic erit & aduẽtus filii hominis. Hoc de obduratione cordis Pharaonis. Neque.n. noui teſtamenti literæ non dicunt de quibuſdam, Tradidit illos Deus in reprobam mentem,vt faciant quæ non conueniunt.Hoc de ſpiritu mendaci,quem Deus, qui bene vtitur etiam malis, iuſtiſsimo iudicio ad impium regem decipiẽdum miſit, ſicut Micheas Propheta ſibi in viſione prophetica demonſtratum eſſe teſtatur. Neque enim dubitauit tale aliquid dicere Apoſtolus Paulus,cum ſe ſciret veriſsime dicere,vbi ait,Mittet illis Deus operationem erroris vt credant mendacio, & iudicentur omnes qui nõ crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Hoc de facto per Moyſen cui De⁹ dixit,Accipe omnes duces populi, & victima illos domino cõtra ſolem,hoc eſt, in manifeſto per diem. Vel quòd factum idolum Moyſes ita vindicauit,vt nec proximo ſuo quiſq; parceret, ferro perimens impios.Neq; enim & dominus Ieſus non dixit. Eos autem qui noluerunt me regnare ſibi, adducite & interficite corã me: Vbi profecto quia mortem ſignificat animarum,magis eſt vtique illa fidelibus horrenda & metuenda quam corporum.Vnde idẽ dominus dicit, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere,ſed potius eum timete,qui poteſt animam & corpus perdere in gehẽnam. Huius generis mortes per quas animæ mittuntur in gehennam, ſi quis fideli mente vt dignum eſt cogitauerit, valde vili æſtimabit quãlibet ingẽtiſsimam ſtragem & ſanguinis fluuios mortalium corporum, & quomodo cunq; quandocunque moriturorum. Quas

cædes

cędes iste exaggerans: & scholastica vanita-
te describens, ad blasphemandū Deū, qui ta-
libus mortibus eos quibus huiusmodi terror
vtilis fuerat, flagellabat, horrorē incutit mor
talibus sensibus, & aliquid se agere putat, cal
ces aduersus stimulū iaciendo: vt cū de mor
te carnis accusat Dei prouidentiam, morte
cordis mittatur in gehennam. Quis autem v-
I triuslibet sexus homo non mallet gladio tru
cidari, etiā illo modo, quo trucidauit sacer-
Num. 25. dos Phinees fornicarios, in ipso complexu
nefariē voluptatis, terribile constituens ad
uersus execrādas libidines vltionis exemplū,
propter quod Deo maxime placuit: quis, in-
quam, non mallet tali genere mortis interfi-
ci, quis nō postremo igne consumi, vel feri
nis morsibus per ipsa pudēda laniari, quam
mitti in gehennā ignis ęterni? Cur igitur De⁹
Christianorū, peccātes talibus mortibus pu-
niat, vt post corporis interitū transitoriū se-
quatur in gehenna sine fine supplicium, nisi
quia testamenti vtriusq; vnus est Deus? Nō-
ne possent Iudæi dicere aduersus huius im-
pietatē, quantūlibet exaggeret bella, cędes, fu
nera, sanguinē, longe incomparabiliter Deo
nostro Deū se habere mitiorem, longe, s. mi-
tius punientē trāsitorijs mortibus corporū,
quā flāmis perpetuis gehennarum? At enim
propterea videtur huic Deus legis & Pro-
phetarū, qui vnus & verus est Deus, crimine
crudelitatis arguendus: quia propter leuissi-
mas causas, vel etiam erubescendas, pęnam
mortis vel corporalis inflixit: ꝙ Dauid po-
2. Re. 24. pulum numerasset: ꝙ infantes, sicut iste dicit
1. Reg. 2. filij Heli sacerdotis, de ollis vel cacabis Deo
præparatis aliquid degustassent. Qua in re
non disputo quantū est quā perniciosum e-
lationis vitiū tam sancto viro, vt vellet Dei
populū numerare, subrepserit, eorūq; mor-
tibus non ęternis, sed iamiamq; humana cō-
ditione venturis, & celeriter transituris, fue-
rit flagellatus quorum fuerat multitudine in
flatus. Nec dico filios Heli fuisse infantes, vt
iste loquitur, nesciēs quid loquatur, sed eius
K ętatis, qua possent & deberent, pro sacrilego
ausu quo se domino Deo in sacrificijs præ-
1. Reg. 4. ferebant, digna coertione cohiberi. Quod
neglectū Deus nō sibi cōsulens, sed populo
cui religio pietasq; profuisset, bello etiā vin
dicauit, Vbi Dei timorem potuerunt augere
victuri per eorū mortes, qui fuerāt, & si sene
scerēt, post nō longa tēporū spatia morituri.
Mortibus quippe corporū legimus alios ēt L
mortuos propter non sua, sed aliena pecca-
ta, Vbi magis est in dolore cordis plaga viuē
tiū, quā in resolutione carnis pęna morien-
tiū, Vbi animæ de corporibus exeuntes, ha-
bent causas suas, vel bonas, vel malas, nō pro
pterea grauatę quia exutæ. Animarum vero
morte alius ꝓ alio plectitur nemo. Sed hoc *Mat. 22.*
dico, quantū existimet iste fuisse peccatum,
ꝙ in conuiuio nuptiali inuētus est homo ve
stē non habens nuptialē? Puto si humana cō-
sideratione ista metiamur, huic aliquantulū
sufficere debuit erubescere: & vt plurimum
inuitantis indignatio protenderetur, vestem
mutare cōpelli: & tñ dictū est, Ligate illi ma
nus & pedes, & proijcite eum in tenebras ex *Ibidem.*
teriores, vbi erit fletus & stridor dentiū. Sed
dicit, non leuē culpā significat, vestē non ha
buisse nuptialē, quomodo ista parua magna
rū signa sunt rerū. Sic ergo & sacrificia visi-
bilia, cū sint in terrenis rebus exigua, magna
rū quo diuinarū signa sunt rerū, in quibus
filij sacerdotis seipsos Deo, cuius honor in
sacrificijs ostenditur, * præferebāt. Nō aūt il *Al. l. attēditur.*
la conuiua se prætulit sponso, sed tantū non
congruit qui nuptialem tunicam non habe-
bat, veruntñ inter ipsas pęnas quib. vtrunq;
vindicatū est, ille quid distet, aduertit, quāq;
incōparabiliter ista illā vincat, intelligit, qui
corporalibus & tēporalibus spiritalia & sem
piterna præponit. Verū quid opus est de my-
sticis significationibus sacrificiorū vestisq;
nuptialis inconuenientē carnalibus sensibus
velle inculcare sermonē? Ecce ꝙ est manife-
stius proferamus, Euangeliū legi veteri com
parans Dñs, & non illud malū ꝙ hoīes ante
didicerant, sed ꝙ ipse docebat, perfectius es- M
se docebat, perfectius esse contestans, Audi-
stis, inquit, quia dictū est antiquis. Non occi
des, Qui aūt occiderit, reus erit iudicio. Ego *Mat. 5.*
aūt dico vobis, Quicunq; iratus fuerit fratri
suo, reus erit iudicio: Qui aūt dixerit racha,
reus erit concilio. Qui aūt dixerit fatue, reus
gehennæ ignis. Quid tā paruū in pctīs, q̄ fra-
tri dicere, fatue? Quid tā magnū in supplicijs,
q̄ gehēna ignis? Si in lege vel Prophetis iste
inuenisset aliquē, q dixisset fratri suo fatue,
lapidari iussum fuisse diuinitus, quātę Deū
crudelitatis argueret? Quis aūt, nō dico lapi-
dari, sed ꝑ singulos artus, immo per singula

corporis frusta, paulatim atq; minutatim viuens & sentiẽs dilaniari cõsumiq; nõ maluisset, quã gehennæ ignibus mãcipari? Ab sit tm̃ vt crudeliorẽ quisquã dicat Euangelij q̃ legis Deũ, intelligẽs vtriusq; esse vnũ & eundẽ Deũ, in lege terrentẽ carnalibus, in euangelio spiritalibus pęnis, & ibi & hic fidelẽ, nusquã crudelem. Quid illud? nõne si à Christo linguã reperiret alienã, in eũ blasphemã, & qualis est huius, impia garrulitate damnabi-
A lẽ: acerbius & amarius exagitaretur, q̃ ꝙ iste de obsonio sacrificij pręgustato, corporalẽ tẽporalemq; pęnã pro sacrilegio sic ĩdignatur ingestã: vbi venturũ se dñs, & ad sinistrã
Mat. 25. positis gentibus minatur esse dicturũ, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius? Huius tanti supplicij quęris causam? Esuriui, inquit, & non dedistis mihi manducare. Ecce pro esca temporali, nõ ablata, sed nõ data, ęternũ & horrendũ suppliciũ cõminatur. Et recte, si consulas veritatẽ, Perparuũ est.n. quod in eleemosynis datur: sed cũ pie datur, ęternũ inde meritũ cõparatur. Et ideo potius quia paruum est, quod datur, magna impietate nõ datur. Vnde nõ mirũ est, ꝙ tãtę sterilitati velut infructuosarũ arborũ, ignis
Ps. 115. æterni suppliciũ præparatur. Si aũt consulas hominẽ, vt de suo respondeat tibi omnis homo mendax, contemnit culpã, & exaggerat pęnã. Illã quippe non videt mente carnali, hanc exhorret carne mortali. Talis est iste in omniũ hominũ, qui puniuntur vel corripiũtur in veteri testamento, longe mitioribus q̃ leguntur in Euangelio corporalibus pęnis. Quod enim diluuiũ cõparari ęternis ignibus potest? Quę cędes, quę vulnera, quę corporum mortes cruciatibus sempiternis? Vigintiquatuormilia cadentium, tanto buccarum strepitu inflat insanus, quasi non innumerabilia milia quotidie moriãtur toto orbe terrarũ. Sed transitoria ista corporũ mors est. Quis vero ęstimare posit, quot milia stabũt ad sinistrã ex omnibns gentibus, quę sempi-
B ternis dãnanda sunt ignibus? Eat iste & damnet ore aperto & oculis clausis, quasi confessus sit Deus suã crudelitatem, quia dicit per
Deu. 32. Prophetam, Exacuam sicut fulgur gladium meum, inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus mandudabit carnes de sanguine vulneratorũ. De quibus verbis sic iste accusat, velut semper humanũ sanguinẽ esuriẽtẽ, quasi dixerit, Inebriabo me sanguine, & mãducabo carnes de sanguine vulneratorũ. Sed quantũlibet hanc vtilẽ Dei cõminationẽ tanquã facinoris auidã, & vt dicit in sola cru-
C delitate malis tatummodo gloriãtẽ, vanus & vesanus exhorreat, quid aut quãtũ valet ver-
Mat. 25. bis cõparata dicẽtis. Discedite à me maledicti in ignẽ ęternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ibi non sanguine inebriabuntur sagittę, sed nõ satiabuntur mẽbris omnibus flãmę, Nec carnes gladius manducabit, sensum doloris citius auferens mortuis quã inferens vulneratis: sed nemo cruciatibus saltẽ moriendo subtrahitur, ne in moriente simul ẽt ipsa pęna moriatur: Cur non hic dicit, colẽdumne istũ an potius execrandũ fugẽdũq; esse dicemus? An timet de Christo ista dicere, ne ipsius ignis ęterni suppliciũ nõ euadat, quo ille impios præparat mittere: & ignorat miser hęc dicendo de Deo Prophetarũ, de ipso se dicere, cuius tã tremẽdam seueritatẽ
Cap. 1 in Euangelio formidat offendere. Reprehendit etiã, quod pęnas impiorũ, significatas ꝑ vuã fellis & botrũ amaritudinis, & furorem
Deu. 32. draconũ atq; aspidũ, collectas dicit eẽ Deus apud se, & signatas in thesauris suis, reddendas in tẽpore, cũ lapsus fuerit pes eorũ: ignorans thesauros hic appellatas occultas dispositiones Dei, qui disponit reddere vnicuiq;
Ro. secũdũ opera eius. Vnde Apostolus dicit, Tu aũt secundũ duritiã cordis tui & cor impęnitens, thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundũ opera eius. Apud quẽ enim sibi thesaurizat irã cor impęnitens, nisi apud eũ, qui viuos est iudicaturus & mortuos? Neq;.n. nesciũt ẽt illi veteres libri, thesaurũ desiderabi-
D lẽ, de quo ibi scriptũ est, ꝙ requiescat in ore
Pro. sapientis. Et in Prouerbijs legitur, quia Deus
Es. 33. thesaurizat diligẽtibus se salutẽ. Et Esaias Propheta dicit, In thesauris est salus nostra, ibi sapientia & disciplina & pietas ad dñm. Hi sũt thesauri iustitiæ. Sed vaniloqui & mentis seductores aduersantes literis sacris quas intelligere nolũt, eligunt ex eis aspera quę ibi legũtur, ad cõmendandã seueritatẽ Dei: & de literis Euãgelicis atq; Apostolicis leuia q̃ ibi leguntur, ad cõmendandã bonitatẽ Dei: & apud hoĩes imperitos hinc ingerũt horrorẽ, inde quærũt fauorẽ, quasi difficile sit, vt qsq̃ similiter blaphemus atque impius eo modo

aduerse-

aduersetur nouo testõ, quo iste veteri: carpẽs
de vetere quib. ibi cõmendatur Dei bonitas,
& ecõtrario de nouo, quib. ibi cõmendatur
Dei seueritas, & clamet inuidiosus atq; vene
102. nosus, Ecce qui Deus colendus est, miseri-
cors & miserator, longanimis & multæ mise
ricordiæ: qui non in finẽ irascetur, neque in
æternũ indignabitur: qui nõ secundũ pecca-
ta nostra fecit nobis, neq; secundũ iniquita- E
tes nostras retribuit nobis: sed quantũ distat
ortus ab Occidente, longe fecit a nobis pctã
ec.33. nostra. Qui sicut miserat pater filios, sic mi-
seratur timentes se. Qui dicit, Nolo mortem
peccatoris, tm̃ vt reuertatur, & viuat. Nõ ille
qui pp lucrorũ auaritiã, ẽt eũ seruũ qui non
perdidit talentũ ꝙ acceperat, sed tm̃ quia nõ
t.25. amplius acquisiuit ligatis manib. & pedibus
proijci iussit in tenebras exteriores, vbi esset
ei fletus & stridor dentiũ: & qui hominẽ nõ
t.22. habentẽ vestẽ nuptialẽ de conuiuio suo tol-
lit, & similiter alligatũ simili supplicio pu-
nit: & qui venientib. ad se, & pulsantib. & di-
t.25. centibus, Dñe aperi nobis: respondet, Non
vos noui: tm̃ quia oleũ secum ꝙ infunderent
suis lampadib. non tulerunt: & qui pp vnum
contumeliosum verbũ mittit in gehennã: &
qui pro tpali cibo non accepto, igne dãnat
æterno. Hæc atq; hmói si quis vesana mente
sacrilegus, inde lenia, hinc aspera colligat:
ac sic homines vtrarumq; literarũ imperitos
a Christo, tanq̃ sęuo & crudeli conetur auer
tere, & ad Deũ misericordẽ Prophetarũ mi-
temq; conuertere: nõne & huic ipsi qui hoc
facit veteri testõ, ꝙ ab homine similiter sa-
crilego posset fieri nouo, impurus atq; im-
pius apparebit? Qui aũt recte colit Deũ, &
profecto vtriusq; testamẽti inuenit vnũ Deũ,
& eiusdẽ vnius Dei in vtroq; diligit bonita
tem, in vtroq; metuit seueritatẽ in illo intel-
ligens promissum Christũ, in isto accipiens
redditũ Christũ. Nonne prius in illis veteri- o.23.
bus libris lectũ est, non reddendũ malũ pro
malo, vbi præcipitur, vt si iumentũ inimici F
sui errare quis inuenerit, reuocet dño eius,
o.25. & si cecidisse in via non pertranseat, sed leuet
cũ illo? Nonne ibi prius scriptũ est, ꝙ Apo-
n.12. stolus ponit, Si esurierit inimicus tuus ciba
illũ: si sitit, potũ da illi? Nonne ibi prius ho-
l.7. mo Dei Deo suo, ꝙ ei vtiq; scit placere, di-
cit: Dñe Deus meus si feci istud, si est iniqui-
tas in manib. meis, si reddidi retri buentibus
mihi mala? Nonne ibi prius Hieremias Pro-
pheta describit sancti patientiã, pbentis per- *Thre. 3.*
cutienti se maxillã? Nonne ibi prius per aliũ
Prophetã præcipitur, vt malitiã vnusquisq;
fratris sui nõ reminiscatur? Quid est ergo ꝙ
iste blasphemus hęc tanquã contraria veteri *Leui. 19.*
testõ de nouo colligit, aut vtrasq; literas ne-
sciens, aut vt decipiat imperitos, se scire dis-
simulans? A quo tñ si quæratur, vtrũ non red-
dat malũ pro malo, qui pro cibo non acce-
pto in ignẽ mittit æternũ, profecto turbabi-
tur & admonebitur incõparabiliter esse mi- G
tius, oculũ pro oculo, dentẽ pro dente homi
ni auferre, vbi mensura vindictæ modum nõ *Exo. 21.*
transit iniuriæ, q̃ pp non exhibitam humani *Leuit. 24*
tatem, tantã rependere seueritatem, vbi tran- *Deu. 19.*
sitoria est culpa & finem non habet pœna.
Atq; ita discet, si peruicax non est, in vtroq;
Dei vnius testõ, & amandam bonitatem, &
timendam seueritatem. Quamuis.n. in veteri
testõ propter temporalium bonorum posses
sionem, malorumq; cõminationem, seruos
pariat temporalis Hierusalem: in nouo aũt,
vbi fides impetrat charitatem, qua lex posit
impleri, non magis timore pęnæ quam dile
ctione iustitiæ, liberos pariat æterna Hieru-
salem: tñ & illis tpibus fuerunt iusti spirita-
les, quos non occidebat litera iubens, sed vi
uificabat spiritus iuuans. Vnde & fides ventu
ri Christi habitabat vtiq; in Prophetis, ven-
turum prænunciantibus Xpm. Et nunc sunt
plurimi carnales, qui vel hæreses faciunt nõ
intelligendo scripturas, vel in ipsa catholica
aut adhuc paruuli lacte nutriuntur, aut tan-
quam palea perseuerans futuris ignibus prę-
parantur. Sicut aũt Deus vnus & verus crea-
tor bonorũ est, & temporaliũ & æternorũ,
ita idem ipse author est amborum testamen-
torum: quia & nouum in vetere est figura- *Mat. 18.*
tum, & vetus in nouo est reuelatum. Igno-
scendi aũt misericors mansuetudo, propter
quã dictũ est, non solum septies, verumẽt se-
ptuagiessepties fratri remittenda esse pecca- H
ta, non ad hoc valet vt sit iniquitas impunita
aut torpens & dormiẽs disciplina, ꝙ potius
obsit, quam diligẽs vigilansq; vindicta. Cla-
ues quippe regni cęlorum sic dedit Christus
ecclesiæ, vt non solum diceret, Quæ solue- *Ibidem.*
ritis super terram, erũt soluta & in cęlis: vbi
apertissime bonũ, non malum pro malo red
dit ecclesia, verum & adiungeret, Quæ liga-

ueritis in terra, erũt ligata & in cęlo: quia bo
Mat. 18. na eſt & vindicandi iuſtitia. Illud.n. ꝙ ait, Si
nec Eccleſiam audierit, ſit tibi tanq̃ ethnicus
& publicanus: grauius eſt q̃ ſi gladio ferire-
tur, ſi flãmis abſumeretur, ſi ferris ſubrigere-
tur. Nã ibi quoq; ſubiunxit, Amen dico vo-
bis, q̃ ligaueritis ſuper terrã, erunt ligata &
in cęlis: vt intelligeretur, quanto grauius ſit
I punitus, qui velut relictus eſt impunitus. Hic
dicat iſte ſi placet. Siccine mandata Saluato-
Mat. 5. ris accipimus iubentis, Nemini reddideritis
malũ pro malo, ſed ſi quis vos percuſſerit in
vnã maxillã ꝑbete & alterã, & dimittite iniu
rias fratrib. veſtris? Ecce ab hominib. nõ red-
dentib. malũ pro malo, alligatur homo ama
rius & infęlicius eccleſiæ clauib. q̃ quibusli-
bet grauiſsimis & duriſsimis ferreis vel ada-
mantinis nexibus. Abſit, inquit, vt hoc dicã,
qm̃ Chriſtianus ſum: Hoc ſi vere eſſet, nec il
la dixiſſet, Qm̃ Deus Prophetarũ quorũ ſcri
pta blaſphemat, ipſe eſt Deus Apoſtolorum,
quorũ ſcripta blaſphemare formidat. Sed Da
2. Re. 24 uid, inquit, Deũ rogauit, & nõ eſt exauditus
niſi oblato ſacrificio, vt hominib. qui nõ pec
cauerant, parceret: & ideo non eſt credẽdus
cap. 18. Deus verus qui ſacrificijs delectatur. Iã de pę
na occiſorũ hominũ, quib. qñq; morituris
mors illa non obfuit, & eorũ tñ mortib. cor
regis ſeſe extollentis, merito vapulauit, ſupe
rius rñdimus. De ſacrificio aũt iſte valde ni-
hil ſapit: & ideo fallitur, quia iã ſacrificia ta
lia nõ offert Dei populus Deo, poſteaquam
venit vnicũ ſacrificiũ, cuius vmbræ fuerunt
illa oĩa, non hoc improbantia, ſed hoc ſigni
ficantia. Sicut. n. res vna multis locutionibus
& multis linguis ſignificari põt: ſic vnũ verũ
& ſingulare ſacrificiũ multis eſt antea ſacri-
ficiorũ ſignificatũ figuris. De quib. ſingulis
hic diſputare q̃ ſit longũ, videtis. Vnum tñ
ſciant inſipientes, tardi ad intelligendũ, & ꝓ-
cipites ad reprehendendũ, ꝙ dęmon ſibi ſa-
K crificiũ non exigeret, niſi Deo vero deberi
ſciret. Falſus. n. Deus ſic ſe vult honorari ab
eis quos decipit, quõ verus Deus honoratur
ab eis quib. conſulit. Et maxime ſacrificium
eſt ꝙ præcipue debetur Deo: Nam obſequia
cętera quæ diuinitati exhibẽtur, auſi ſunt ſibi
ẽt ſuperbiæ faſtu hoĩes arrogare. Rariſsimi
aũt cõmemorãtur, qui ſibi vt ſacrificaretur,
cũ regia poteſtate poſſent, auſi fuerint impe
rare. Quicunq; tñ auſi ſunt, per hoc ſe Deos
haberi voluerunt. Sacrificijs aũt Deũ nõ ege
re, quis neſcit? Sed nec laudib. noſtris eget.
Verum ſicut nobis, non illi vtile eſt laudare
Deũ, ſic nobis non illi vtile eſt offerre ſacri-
ficiũ Deo: & qm̃ ſingulari & ſolo vero ſacri-
ficio pro nobis Xp̃i ſanguis effuſus eſt: ideo
primis tẽporib. ad hoc ſacrificiũ talib. ſigni-
ficationib. prophetandũ, immaculatorũ ani- L
maliũ ſacrificia Deus ſibi iuſsit offerri: vt quẽ
admodũ illa immaculata erant a corporum
vitijs, ita ſperaret̃ immolandus eſſe pro no-
bis, qui ſolus immaculatus fuerat a peccatis.
Quæ tp̃a per Prophetã ſic prænũciant̃, Deus
deorũ dñs locutus eſt: & vocauit terrã, A ſo- Pſ. 4
lis ortu vſq; ad occaſum, ex Sion ſpecies de-
coris eius. Et paulopoſt in eodẽ Pſalmo. Au-
di populus meus loquar tibi, Iſrael & teſtifi-
cabor tibi, qm̃ Deus Deus tuus ego ſum. Nõ
ſuper ſacrificia tua arguã te, holocauſta autẽ
tua in conſpectu meo ſunt ſemper. Non ac-
cipiã de domo tua vitulos, neq; de gregibus
tuis hircos. Qm̃ meæ ſunt oẽs beſtiæ ſyluæ,
pecora in montib. & boues. Cognoui omnia
volatilia cęli, & ſpecies agri mecũ eſt. Si eſu
riero nõ dicã tibi, Meus eſt.n. orbis terræ &
plenitudo eius, Nunquid mãducabo carnes
taurorum, aut ſanguinẽ hircorũ potabo? Im
mola Deo ſacrificiũ laudis, & redde altiſsi-
mo vota tua. Et iterũ in fine Pſalmi eiuſdẽ,
Sacrificium, inquit, laudis honorificabit me
& ibi via qua oſtendam illi ſalutare Dei. Iam
de hoc ſalutari Dei ꝙ ipſe ſit Chriſtus, ſupra
cõmemoraui atq; mõſtraui. Quod eſt aũt ſa-
cratius laudis ſacrificiũ, q̃ in actione gratia-
rũ? Et vnde maiores agendę ſunt Deo gratię,
q̃ pro ipſius gratia per Ieſum Chriſtũ dñm
noſtrum? Quod totũ fideles in eccleſiæ ſacri
ficio ſciunt, cuius umbræ fuerunt oĩa prio-
rũ genera ſacrificiorũ. Iſti autem uaniloqui
reprehenſores ueteris teſtamenti, ẽt ſi cętera
quæ cõmemoraui de hoc Pſalmo minus in-
telligunt, ſufficiat eis quantum ad præſentem
quæſtionẽ attinet, quia Deus Prophetarum, M
qui Deus eſt etiam Apoſtolorũ, nõ mãducat
taurorũ carnes, nec ſanguinẽ potat hircorũ.
Talẽ quippe eum nouerant ſancti, qui pleni
eius ſpiritu iſta dicebant. Vnde illud ꝙ Da-
uid obtulit ut populo parceretur, umbra e-
rat futuri: qua ſignificatum eſt, ꝙ per unum
ſacrificium, cuius illa figura erant, ſaluti po-
puli ſpiritaliter parcitur. Ipſe eſt enim Chri-

ſtus

ſtus Ieſus qui traditus eſt, ſicut Apoſtolus di
Rom. 4. cit, propter delicta noſtra, & reſurrexit pro-
pter iuſtificationem noſtrã, propter ꝙ ẽt di-
1. Cor. 5. cit, Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.
Cap. 19. Vnde aũt iſte probare conatus eſt, euidenter
ſeruiſſe demonijs, qui ſacrificijs ea promer-
uit, volens hoc intelligi de ſancto Dauid, ibi
euidentius quanta fraude imperitorũ animis
inſidietur, oſtendit. Adhibuit.n. Apoſtolum
F teſtẽ, eo ꝙ dixerit, Videte Iſrael carnaliter,
Nõne qui edũt hoſtias, participes sũt altaris?
Quid ergo? dico ꝙ idolũ ſit aliquid? Sed qui
1. Co. 10. ſacrificant, dęmonibus ſacrificant. Quod nõ
ita ſcriptũ eſt, ſed ita, Videte Iſrael ſecundũ
carnẽ, Nonne qui de ſacrificijs manducant,
ſocij ſunt altaris? Quid ergo? dico quia idolis
immolatũ eſt aliquid, aut idolũ eſt aliquid?
Sed qa q̃ immolant gentes, demonijs & non
Deo immolant, nolo vos ſocios dęmonio-
rũ fieri. Potuit aũt accidere, vt ſecundũ inter
pretationũ varietatẽ, nõ in rebus, ſed in ver
bis, quod ego dixi, ſecundũ carnẽ: alij codi-
ces habeant, carnaliter: Et ꝙ ego dixi, qui de
ſacrificijs manducant: aliqui habent, edunt
hoſtias: quod ipſe poſuit. Et quod ego, ſocij
ſunt altaris: habeant aliqui, participes
ſunt altaris. Et quod ego poſui: quid ergo, di
co quia idolis immolatũ eſt aliquid, aut ido
lũ eſt aliquid: minus ille poſuerit, aut minus
codex eius habuerit, & ideo tantummodo
poſuit, quia idolum eſt aliquid. Quod vero
ſequitur multũ ad rẽ pertinet, quia id aliter
poſuit. Ait enim Apoſtolus, Sed quia quę im
molant, dęmonijs & non Deo immolãt. Iſte
aũt dixit, Sed qui ſacrificant dęmonijs ſacri-
ficant, quaſi omnes qui ſacrificant, non ſacri
ficent niſi dęmonibus. Non enim ait Apoſto
lus, qui ſacrificat: ſed, quę ſacrificant: vel ſi-
cut a me poſitum eſt, quę immolant: illi ſci-
licet qui idola colunt, quæ ſacrificãt, dęmo-
1. Co. 10. nijs & non Deo ſacrificant, ſiue immolãt. Et
ideo ſubiunxit, Nolo vos ſocios dęmoniorũ
G fieri: eos quippe ab idololatia prohibebat.
Propter quod eis oſtendere voluit, ita illos
fieri ſocios dęmoniorũ, ſi idolothyta ſacrifi-
cia manducauerint, quomodo Iſrael carna-
lis, ſocius erat altaris in templo, qui de ſacri
ficijs manducabat: ideo quippe addidit car-
naliter vel ſecundum carnem, quia eſt Iſrael
ſpiritaliter vel ſecundum ſpiritum: qui vete-
res vmbras iam non ſequitur, ſed eam con-
ſequentem quæ illis vmbris præcedentibus
ſignificata eſt veritatẽ. Hinc.n. cępit, vt hoc
diceret, Propter quod dilectiſsimi mihi fu-
gite ab idolorũ cultura. Deinde ſecutus oſtẽ
dit, ad quod ſacrificiũ: iam debeant pertine-
re, dicens, Quaſi prudentibus, dico iudicate
vos quod dico, Calix benedictionis quẽ be- H
nedicimus, nonne communicatio eſt ſangui
nis Chriſti? Panis quẽ frãgimus, nonne parti
cipatio eſt corporis dñi? Quia vnus panis &
vnum corpus multi ſumus, oẽs.n. de vno pa-
ne participamus. Et propter hoc ꝗ ſubiunxit,
Videte Iſrael ſecundum carnẽ, Nõne qui de
ſacrificijs manducant, ſocij ſunt altaris. Vt in
telligerent ita ſe iã ſocios eſſe corporis Chri
ſti, queadmodũ illi ſocij ſunt altaris. Et quia
vt hoc diceret, ab idololatria prohibebat: vn 1. Co. 8.
de locus iſte ſermonis eius ſicut comemora-
ui, ſumpſit exordium: ne putarẽt ideo nõ eſ-
ſe curandũ, ſi de ſacrificijs ederent idolorũ,
quia idolũ nihil eſt, exiſtimantes ſibi hæc ve
lut ſuperflua non nocere, cõfirmauit quidẽ
& ipſe nihil eſſe niſi idolũ. Nec ideo ſe iſta 1. Co. 10.
prohibere quia idolis immolãtur, q̃ non ha-
bẽt ſenſum, ſed quia q̃ immolãt, inquit, i. ido
loiũ cultores, dęmonijs & nõ Deo immolãt.
Nolo vos ſocios dęmoniorũ fieri. Iſtũ ſen-
ſum veritas ipſa declarat, qa in tẽplo cui ſer-
uiebat carnaliter Iſrael, nõ vtiq; idolũ cole
batur. Nam ſi ſacrificia quæ in illo templo ſe
cundũ veterẽ legẽ offerebantur Deo, tanquã
idolorũ ſacrificia damnarentur, vel tanquã
dęmonijs immolata, nullo modo ipſe dñs Matt. 8.
Chriſtus leproſo quem mundauerat, dice-
ret, Vade oſtende te ſacerdoti, & offer mu-
nus ꝙ præcepit Moyſes in teſtimonium illis.
Nondũ enim dederat pro ſacrificijs illis om
nibus ſui corporis ſacrificiũ, nondũ ſuſcita-
uerat ſui corporis tẽplũ. Nec de illo tẽplo
eijciens eos qui boues & columbas vẽdebãt
diceret, Domus mea domus orationis voca- Mat. 21.
bitur, vos aũt feciſtis illã ſpeluncam latronũ. Cap. 20.
Sed de apochryphis iſte poſuit teſtimonia, I
quæ ſub nominibus Apoſtolorũ Andreę Ioã
nisq; cõſcripta ſunt: Quę ſi illorũ eſſent, re-
cepta eſſent ab Eccleſia, quę ab illorũ tẽpo-
ribus per Epiſcoporũ ſucceſsiones certiſsi-
mas, vſq; ad noſtra & deinceps tempora pſe
uerat, & immolat Deo in corpore Chriſti ſa
crificiũ laudis, ex quo Deus deorum locutus Pſal. 49.
vocauit terrã, a ſolis ortu vſq; ad occaſum.

Hęc quippe ecclesia est Israel secundum spi
ritũ, à quo distinguitur ille Israel secundum
carnẽ, qui seruiebat in vmbris sacrificiorũ,
quibus significatur singulare sacrificiũ quod
nunc offert Israel secundũ spiritũ, cui dictũ
Ibidem. atq; prædictũ est, Audi populus meus & lo-
E quar tibi, Israel & testificabor tibi: & cętera
quæ iã supra cõmemoraui. De huius.n.do-
mo non accipit vitulos, neq; de gregibus e-
ius hircos. Iste immolat Deo sacrificiũ lau-
dis, non secundũ ordinẽ Aaron, sed scd'm or
dinẽ Melchisedech. Quod in eo Psalmo po-
situ est quẽ dñs Iesus in Euãgelio de se cõscri
ptũ esse testatur, quęrẽs à Iudæis rñdentibus
Christum filiũ esse Dauid, quod solũ de illo
carnaliter nouerant, quõ eũ Dauid in spũ di
xerit dñm. Tũc.n.huius Psalmi cõmemora-
Ps. 109. uit exordiũ, Dixit dñs dño meo, sede a dex-
tris meis, Donec ponã inimicos tuos, scabel
lũ pedũ tuorũ: Ibi quippe & hoc dictũ est, iu
rauit dñs & nõ pęnitebit eũ, tu es sacerdos in
æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Noue
runt qui legũt q́d protulerit Melchisedech,
qñ benedixit Abraham. Et iã sunt participes
eius, vident tale sacrificiũ nũc offerri Deo to
to orbe terrarũ. Dei aũt iuratio incredulorũ
est increpatio. Et ꝙ Deũ nõ pęnitebit, signifi-
catio est, quia hoc sacerdotiũ non mutabit.
Mutauit quippe sacerdotiũ secundũ ordinẽ
Aaron. Vnde alius Propheta dicit ad eũ qui
carnaliter est Israel: Non est mihi voluntas
in vobis dicit dñs omnipotens, & hostiã nõ
accipiã de manibus vestris. Ecce quod est se
Malac.1. cundũ ordinẽ Aaron. Cur aũt hoc nõ acci-
piat, addit & dicit, Quia ab ortu solis vsq; ad
occasum glorificatũ est nomen meũ in gen-
tibus, & in omni loco incensum offertur no
mini meo, & hostia pura, quia magnũ est no
men meũ in gentibus, dicit dñs omnipotẽs.
Ecce quod est secũdũ ordinẽ Melchisedech.
Incensum.n.quod est Græce tymiama, sicut
exponit Ioannes in Apocalypsi, orationes
F sunt sanctorũ, Deus quippe ille, sicut canitur
Apoc. 5. in Psalmo, qui vocauit terrã, à solis ortu vsq;
Psal. 49. ad occasum, cui terræ, i. cui populo diffuso à
a solis ortu vsque ad occasum diceret, Non
accipiã de domo tua vitulos, Immola Deo
sacrificiũ laudis: Ipse per hunc Prophetã q́d
certissime futurũ erat, iã velut factum præ-
dicans ait, Ab ortu solis vsq; ad occasum glo
rificatum est nomen meum in gentibus, &
in omni loco incẽsum offertur nomini meo
& hostia pura, quia magnũ est nomen meũ
in gentibus. Non enim sicut hominẽ pęnitet
Deũ, sed sicut Deũ. Quẽadmodum non sicut
homo irascitur, nec sicut homo miseretur,
nec sicut homo zelat, sed omnia sicut Deus,
Pęnitentia Dei non est post errorem. Ira Dei
non habet perturbati animi ardorem Miseri G
cordia Dei non habet compatientis miserũ
cor, vnde in Latina lingua nomen accepit.
Zelus Dei nõ habet mentis liuorem, Sed pę-
nitẽtia Dei dicitur, rerũ in eius potestate cõ
stitutarũ hominibus inopinata mutatio. Ira
Dei, est vindicta peccati: Misericordia Dei, ẽ
bonitas opitulantis: Zelus Dei, est prouiden-
tia, qua non finit eos, quos subditos habet,
impune amare, quod prohibet. Vnde iste qui
tã loquaciter exagitauit Dei pęnitẽtiã, discat
primo, vix inueniri aliquid quod digne de
Deo dici possit: sed plurima & penè omnia
nos de illo dicere loquendi necessitate, quæ
magis homines ex hominibus metiuntur, si-
cut aũt intelligenda de illo sunt, vix a paucis
& spiritalibus intelliguntur. Propter quod
prouidentissime scriptura diuina de illo inef
fabili loquens, ad quædã etiã verba descẽdit,
quę iã hominibus & ipsis carnalibus, cũ de
Deo sermo est, videntur absurda & indigna:
vt cũ timẽtur ista sic accipi, quomodo in ho
minibus solent, & discutiuntur, quemadmo-
dum de Deo bene accipi possint, ibi discan-
tur ẽt illa quæ humanis sensibus in hisdẽ scri
pturis Deo digna videbantur, non secundũ
hominũ mores intelligi vel credi oportere.
Cito enim videtur pęnitentia, sicut ab homi
nibus agitur, nõ cadere in Deũ: sed non cito
videtur etiã misericordia, sicut homines mi
serentur, non cadere in Deũ. Ex illo ergo q́d
requirendũ fatetur, discit homo & hoc re-
quirere, quod iã sufficere arbitratur. Sic ergo
quando eũ pęnitet, nõ mutatur & mutat: si-
cut qñ irascitur, non mouetur & vindicat, &
qñ miseretur, nõ dolet & liberat, & qñ zelat, H
non cruciatur & cruciat. Nũq́d aũt in libris
testamenti noui desunt hæc verba, quæ sic ac
cipiantur pro vt in hominibus accipi solent:
nullo modo congruunt diuinitati, & grauẽ
pariunt offensionẽ? Cum de Christo verissi- *Ioan.2.*
me dicat Euangelista, ꝙ non opus habebat,
vt ei quisquam testimoniũ perhiberet de ho-
mine, ipse.n.sciebat quid esset ĩ homine: cur
ipse

ipse quibusdam dicit, Nescio vos? Ipsos de-
at. 25. niq; sanctos suos cũ pręscierit & elegerit an
te mundi cõstitutionem: quid est quod dicit
la. 4. Apostolus, Nunc aũt cognoscentes Deum,
Thes. 2 imo cogniti a Deo, quasi nũc eos cognoue-
rit, quos antea nesciebat? Qđ vero ait, Spiritũ
nolite extinguere: tanquã extingui spũs pos-
sit, quis ferat nisi qui ea prudenter intelligit?
an. 3. Nonne in Euangelio scriptũ est, Qui credit
in filium, habet vitã æternam, qui aũt incre-
dulus est filio, non videbit vitam sed ira Dei
I manet super eum? Calũnietur ergo & huic
.1. verbo iste blasphemus, & dicat, Qualis est
qui irascitur, cũ scriptũ sit, Iracundia viri iu
stitiã Dei non operatur, Calũnietur isto mo
n. 3. do & Apostolo dicenti, Nunquid iniquus
Deus qui infert iram? Iam porro si quisquã
diceret, confitebitur Christus: & hoc eo tpe
quo iudicaturus est viuos & mortuos, quis
eũ Christianus patienter audiret? Tñ in Euan
r. 8. gelio, Qui me, inquit, confessus fuerit, & ver
ba mea, in generatione ista adultera & pecca
trice, & filius hominis confitebitur eũ, cum
venerit in gloriam patris sui cũ angelis san-
ctis. Cur aũt orantes dicimus, Sanctificetur
at. 6. nomen tuũ, si semper est sanctũ: nisi quia ve-
rũ est id ꝙ scriptum est de quibusdam, quia
c. 23. polluerunt nomen dñi Dei sui? Et cur dictũ
est dño, Memento mei cũ veneris in regnum
tuum, si nihil obliuiscitur: nisi quia non insi-
pienter sed intelligenter ei dicit, Obliuisce-
l. 33. ris inopiam nostram & tribulationẽ nostrã?
Ergo & scienter nescit, & ꝙ semper sciuit,
aliqñ cognoscit, & cum extinguitur a negan
tibus, inextinguibilis permanet. Et tranquil-
le irascitur, & cõfunditur & nomen eius pol
lui non potest, ẽt qñ polluitur, & obliuisci
non potest, etiam qñ obliuiscitur, & memi-
nit etiam qñ admonetur. Sic est ineffabilis.
Hæc.n. de illo dicuntur, de quo nihil ab ho
mine vel hominibus dici satis digne, & satis
l. 1. competenter potest: Quæ cum ita sint, quis
religiosus non istum exufflet vt puluerem,
K quẽ proijcit ventus a facie terræ, qui tumens
& elatus atque irruens in oculos infirmorũ,
eosq; perturbans, vĩ sibi aliquid dicere, ar-
guendo verba in veteri testõ quæ non intel-
ligit, nec intuendo, quæ in nouo intelligit?
Hoc aũt de pęnitentia Dei vnde factum est,
vt loqueremur cum cõmemoraremus pro-
phetiam de Christo, vbi dictum est, Iurauit
dñs & non pęnitebit eum, tu es sacerdos iñ
ęternum secundum ordinem Melchisedech: 1. Re. 15.
ad cõmendandum sacrificiũ salutare, in quo
pro nobis sacer sanguis effusus est, cuius vm
bræ fuerant sacrificia, quę de pecoribus im-
maculatis iussa sunt immolari. Hoc ergo de
pęnitentia Dei, ne sic eam putaret accipien-
dam, vt ex eo ꝙ nõ intelligit, in blasphemia- L
rum latratus rabidus insaniret, habebat vn-
de cõmoneretur in proximo. Ipse quippe Ibidem.
cõmemorauit Deum dixisse, Pęnitet me vn-
xisse Saul in regem. Hoc aũt scriptum est Sa
mueli sancto dictum fuisse, per quẽ Deus ar
guit Saulem, ꝙ homini quem Deus occidi
iusserat pepercisset, exhibẽs velut misericor
diam contempta obedientia. Quasi vero me
lius nosset, quid de homine fieri debuerit, ꝗ
ille qui hominem fecit. Vbi quod saluberri-
mum est discimus, vt semper diuinum præ-
ceptum, humanum in nobis vincat affectũ.
Idem tñ Samuel cui dixerat Deus, Pœnitet
me vnxisse Saul in regẽ, dicit euidenter Deũ
non pęnitere. Nam ita scriptum est, Et factũ
est verbum dñi ad Samuelem dicẽs, Pęnitet
me quod constituerim Saul in regem, quo-
niã auersus est a me, & verba mea nõ custo-
diuit. Et paulopost Sauli dixit ipse Samuel,
Dirupit dñs regnum Israel de manu tua ho-
die, & dabit illud proximo tuo bono super
te, & diuidetur Israel in duo, & non conuer
tetur neque pęnitebit eum, quoniam non est
sicut homo vt pęniteat eum. Ecce qui noue- Gene. 9.
rat intelligere Deum sine misericordia mise
rantem, sine ira irascentem, sine zelo zelan-
tem, sine obliuione obliuiscentem, sine igno
rantia nescientem, sine pęnitentia pęnitentẽ:
non iste qui secundum verbum Dei non lo-
quendo, & literas eius non considerando, &
voces eorum non aduertendo, factus est mu
tus latrator, cœcus lector, surdus auditor, Matt. 11
Obliuiosus, inquit Deus, & emortua memo
ria arcum posuit in nubibus, qui iris dicitur, M
vnde commoneatur nõ amplius humanum
genus delere diluuio, quid agat omnino ne-
sciens, cui merito opus sit assiduo monito-
re. Iste vero nõ memoria, sed anima mortua
quid loquatur nesciens, si in rebus apertio-
ribus calũniatur, quanto magis caligat in nu
bibus, & delirare compellitur? Cui tñ vt cito
rñdeam, ita dico Deũ admoneri se voluisse,
quãuis non sit oblitus, sicut Christus doceri

se voluit, vbi Lazarus positus fuerit, quãuis
Ioan. 11. non esset ignarus. Nolo.n.dicere, quid arcus
ille significet, resplendes è nubibus fulgore,
& radijs luminis, quo roscida illustratur ob-
scuritas, grata quodãmodo confessione re-
spondens: & quõ Deus non perdat orbẽ dilu
uio spirituali, dũ est eorũ memor, quorũ illu-
minatę nubes figurã gerunt: horũ.n.nomina
scripta sunt in cęlis vt sit eorũ pater qui est
Luc. 10. in cęlis. Qm̃ non de suo lucere se sciunt, sed
de Sole iustitiæ, sicut illę nubes de Sole visi-
bili. Sed de illo ꝙ cõmemoraui, Vrgendus
Ioan. 11. est, quõ accipiat dñm dicentem de Lazaro,
A Vbi posuistis eũ: & locus ei tanq̃ ignoret,
ostenditur. Nisi.n. aliquid eũ ista, qua nesciẽs
videbatur, inquisitione significasse fateamur,
quõ prædicamus Christũ, non solũ scisse p̃-
sentia, verumẽt futura præscisse: maxime qa
iste in eam se præcipitauit mirabili cęcitate
sñiam, vt diceret, nemo nisi ignarus interro-
gat? Vbi cogitare non potuit, quoties Chri-
stus interrogauerit. An non interrogat qui di
Mat. 22. cit. Quid vobis vr̃ de Chr̃o, cuius est filius?
Quid hoc testimonio manifestius? Quod si
nimiũ durus est, nunquid ẽt ibi negabit inter
Mat. 21. rogasse Christũ, vbi se ipse interrogare testa
tur dicens, Interrogabo vos & ego vnum ser
monẽ, quẽ si dixeritis mihi, & ego vobis di-
cã, in qua potestate hæc facio, Baptisma Ioã
nis vnde erat, è cęlo, an ex hominibus? Vbi
nunc se abscõdet loquacissimus cõtra Deũ,
& desperatissimus disputator? Vbi est ꝙ ait,
nemo nisi ignarus interrogat? Ecce Christus
ignarus non est, & tñ interrogat. His nempe
oculis reprehendit Prophetarũ Deum, qui-
Mar. 5. bus non videt Christum. Sed in talibus inter
rogationib. apertissime doctor est Christus.
In his aũt qñ ait, Vbi posuistis eum? &, Quis
me tetigit? & si quid dixisse hmõi legitur, vr̃
doceri velle ꝙ nescit, & tñ scit. Sic ergo &
in illis libris Deus tanq̃ oblitus admonetur,
sed absit vt quicquã vnquam obliuiscatur.
Luc. 10. Quid illud ipsum ꝙ dixit dñs discipulis suis,
Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in
B cęlis, nonne vr̃ tanquam ex illo arcu qui re-
fulget in nubibus, uelut quibusdam in cœlo
Deus literis admoneri, nisi hæc pie accipian
tur, donec fides impetret ut intelligantur, nõ
ne ut fabulosa ridentur? Quibus ridentibus,
nisi insipientibus, & eoipso quo sapientes si-
bi uidentur, magis magisq; demẽtibus, Quis
enim cogitat quõ ad memoriam Dei scribã-
tur in cęlis, sequentes dñm: derelinquentes
aũt dñm scribantur in terra, de quibus Pro-
pheta Hieremias dicit, Vniuersi qui derelin- Hier.
quunt te, confundantur, recedẽtes a te in ter-
ram scribantur? Quos bene intelligitur signi
ficasse Iesus, qñ Iudęi victi atq; cõfusi, cum Io.
audissent, Qui sine peccato est, prior in illã
lapidẽ iaciat, unus post alterum recesserũt. C
Tunc aũt ille ostẽdens de quo numero essent
digito scribebat in terra. Si putamus, inquit, Ca.
merito conuersationis suæ homines diluuij G.
excepisse sñiam, & Noe iustum ad reparatio
nem creaturæ melioris esse seruatũ, cur ex-
inde priores oriuntur, & in eosdem actus vi
tæ sordentis, humani generis ẽt nunc natiui-
tas reuoluitur? Ita hoc dicit, tanquam vixerit
cũ eis qui diluuio perierunt, & inde nouerit,
ꝙ nunc peiores oriuntur. Sed siue in peiore,
siue in eodem, siue in meliore actu post dilu
uium genus uersetur humanũ, puto Dei di-
mittendũ esse iudicio, qui nouit retribuere
unicuiq; secundũ merita eius: non huic cani
rabido aduersus stimulũ calcitranti Aposto-
lus clamat, O altitudo diuitiarum sapientiæ Ro.
& scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudi
cia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis.n.co
gnouit sensum dñi aut quis consiliarius eius
fuit? Et iste illi cui nullus est consiliarius, au-
det esse aduersarius. Quid autẽ interest, mo-
rituris cunctis quantũ ad mortẽ attinet cor-
poris, utrum singulatim, an simul omnes pa
riterque moriantur: nisi ꝙ cum singuli mo-
riuntur & omnes mortem, & omnes de mor
tuis patiuntur dolorem: cum aũt simul uni-
uersos rapit unus interitus, saltem nemini re
linquitur luctus? Verũ altius in illo diluuio
consilium Dei fuit, quam cor infidelium uel
nouit uel capit. Sed nolo me, Apostolum Pe
trum potius audiat iste dicentem, In diebus
Noe cũ fabricaretur arca octo animas saluas 1. Pet.
factas per aquã ꝙ & uos inquit, simili forma
baptisma saluos facit, non carnis depositio
sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio
in Deũ per resurrectionẽ Iesu Christi. Ecce D
habet expositi diluuij sacr̃m. Vbi ppea est ad
ditum; per resurrectionẽ Iesu Christi, ut ho-
minem intelligeremus octauũ, ꝙ significa-
uit in arca numerus hominũ, octauo.n.die,
hoc est post septimum sabbati Dñs resurre-
xit. Sic ergo illa quæ gesta cõmemorantur,
si quis

si quis intelligat, ét prophetiæ fuerunt. Sed iste præter arcam, i. præter Ecclesiam constitutus, submersus est diluuio, non ablutus. De testimonio quoq; Esaiæ Prophetæ calumniatur atq; blasphemat, eo ꝙ dixerit, Filios genui & exaltaui, ipsi aũt me spreuerunt: & eosdem paulopost appellauerit semen pessimũ, tanquam se ostendens generatorem malorũ, cuius filij sunt semen pessimum: nesciẽs ob hoc eos dici semen pessimũ, qm̃ gratiæ Dei qua eius filij facti fuerant, peccando degeneres extiterunt, eorum filij facti, quorũ imitatores esse voluerunt. Vnde illis alio dr̃, Pater tuus Amorrçus, & mater tua Cethęa, quarũ gentium sunt impietatem malitiamq; sectati, ex quib. tñ carnis originem non ducebant. Sed soluat iste lectionẽ * Euangelicam, vbi Dñs dicit, Si vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester qui in cęlis est, dabit bona petentib. se: dicat quemadmodũ sit bonus Deus malorũ pater, vtrunq;.n. veritas dicit. An non erant mali, quib. ait, Si ergo vos cum sitis mali? An non habebant Deum bonũ Patrem, quibus ait, Quanto magis Pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentib. se? Porro si mali appellati sunt pp peccata, sine quib. non est in hac infirmitate mortaliũ quorũlibet ét vita iustorũ: quanto conuenientius semen pessimũ diceretur, ꝙ nasceretur impia volũtate, & morib. execrabilib. pullularet? Sed hunc, inquit, Deũ Dñs Christus appellauit arborẽ malã facientem fructus malos. Imo vero huius talia sentientis tanq̃ malę arboris, iste ipse sermo blasphemus, fructus est malus. Nã hominem malum dixisse dñm arborem malam, cuius fructus mali essent opera mala: & hominẽ bonũ arborẽ bonã, cuius fructus boni essent opera bona, i. ipsas hominũ voluntates, vel malã mali hominis, vel bonã boni hoĩs diuersas esse arbores, diuersos fructus ferentes, satis euidenter ipse testatur dicens, Bonus hõ de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Qũo aũt diceret, Aut facite arborẽ bonã & fructũ eius bonũ: aut facite arborẽ malã, & fructũ eius malum: nisi homo posset nunc in hoc, nunc in illud mutata voluntate conuerti? Sed ipse Deus, inqt, per eundẽ Prophetã fatetur & dicit, Ego sũ Deus faciens bona, & creans mala. Ita planè:

Ipse est.n. Deus, de quo dicit Apostolus, Vides ergo bonitatẽ & seueritatẽ Dei. Hæc aũt seueritas eius damnabilib. mala est, quia malũ illis dãnationis importat. Nam quia iusta est, alio modo reperitur bona: omne.n. iustũ bonũ. Quã vero eleganter sibi vr̃ iste verba discutere atq; discernere, nesciens quid loquatur: qñquidẽ hoc ipsum ꝙ ita posuit hoc testimoniũ, vt non diceretur, faciẽs bona & mala: aut, creans bona & faciens mala: sed, faciens bona & creans mala: vult vertere in crimen: & conatur ostendere, ꝙ fit, forinsecus fieri: ꝙ aũt creatur, apud ipsum esse Creatorẽ, atq; inde ꝓcedere: vt videlicet Deus Prophetarũ tanq̃ extranei a se boni factor, aliqñ fuisse videatur, Creator aũt mali, tanq̃ natura malus de seipso proferens ꝙ creauit. Quæ verba si ex consuetudine consideremus locutionis humanæ, & fieri & creari, non solum filij quos de semetipso quisq; generat, verũetiam magistratus dicuntur atq; vrbes, & q̃cunq; alia quæ non exeunt de gignente, sed forinsecus fiũt. Si aũt quõ Scripturæ sanctę, quib. iste insidiatur, loqui soleant perscrutemur, Aut hoc est facere ꝙ creare, a quo tñ distinguitur gignere: & variandi verbi causa, non ad aliquã rerũ dr̃iam dici potuit, faciẽs bona & creans mala: cũ dici ét possit, creans bona & faciens mala. Aut si vllam voluisset propheticus spũs hic esse distantiã, multo accõmodatius sic acciperemus hæc verba, vt intelligeremus id fieri, ꝙ si non fieret omnino non esset: creari aũt, ex eo ꝙ erat, condi aliquid vel cõstitui, sicut diximus creari magistratus atq; vrbes. Nã & illi ex ijs qui iam homines erant, constituuntur in honoribus cũ magistratus creantur: & ligna & lapides quib. cõstruuntur vrbes, vtiq; iam erant, sed nõdum in illam rerũ faciem quam videmus in vrbibus, quodã ordine & cõpositione venerant. Quod cum fit, creari vrbes dicuntur. Quod.n. Græci appellant κτίζειν, hoc nostri aliqñ creare, aliqñ constituere, aliqñ condere interpretantur, ꝙ sæpissime idem significat in illis literis ꝙ est facere. Nam & fecit Deus hominẽ ad imaginẽ Dei, & Deus creat hominem inexterminabilem, legimus. Et si aliqñ cũ aliqua dr̃ia dr̃, hoc rectius potest interesse ꝙ dixi: vt facere sit ꝙ omnino non erat: creare aũt, ex eo quod iam erat ordinando aliquid constituere. Ideoq; hoc loco dictus

ctus est Deus creans mala, qm̄ peccantibus
ea conuertit in malum dispositione seuerita
tis suæ, quæ bonitatis eius largitate bona fa-
cta sunt. Vnde dicit Apostolus Paulus, Chri-
2. Cor.2. sti bonus odor sumus in omni loco, & in ijs
qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. Quibus-
dā quidem odor vitæ in vitam, quibusdā ve-
ro odor mortis in mortē. Sed cū continuo
sequatur & dicat, Et ad hæc quis idoneus? nō
I ne importuni quodāmodo sumus ingerere
ista carnalibus non studiosis, sed contentio-
sis, nullo modo idoneis ea capere, quæ vtinā
saltē desinerent carpere? Quātus quippe con
flictus aduersus Arrianos fuerit excitatus, ne
vnigenitū filiū dicerēt esse creaturam, idem
putantes creatum esse q̄ genitum, iste fortas
sis ignorat. Sed vt eius regula fallax atq; di-
storta, ex eodē prophetico & euangelico te-
Esa.45. stimonio q̄ ipse posuit, percussa frangatur:
sic Deus loquitur per Prophetā, Ego creans
lucē & faciens tenebras, faciēs pacē, & creās
mala. Quod ipse nec totū, nec sicut illic legi-
tur, posuit. Atq; illud quidē facile dissimulā
dū est, q̄ pro pace posuit bona, qm̄ pax bo-
na est. Sed illud prætereundum non est, quia
huius sniæ partem superiorē dolo potuit p̄-
terire, ne diceret, creans lucem: quia cum sit
lux, ēt confitente ipso vtiq; bona, ab eo crea
tā noluit confiteri, quē non vult creare nisi
mala. Magis ergo indifferenter id positū de-
bemus accipere, creare & facere: distinctio-
nis tn̄ quā sibi iste fecit, regula fracta est: qm̄
Deus Prophetarum: quē de verbo q̄ non in-
telligit culpat, ibi legitur creator bonorum,
q̄ negat. Itemq; ex Euangelio, nempe nobis
tanquam plurimum suis partibus faueret, op
Mat.7. posuit q̄ Dn̄s ait, Arbor bona bonos fructus
facit: & arbor mala, malos fructus facit. Cur
ergo non secundū istum, creat dixit, non fa-
cit: si vera est eius drīa, qua facientem a creā
te distinguit: dicens q̄ sit alienum esse a fa-
ciente, qm̄ deforis accedit: q̄ autē nascitur,
proprium eius esse qui generat? Hinc.n.exi-
stimat Deum generatorē malorū, quia dictū
K est, creans mala putans q̄ & Arriani putaue-
runt, in scripturis illis nihil interesse, vtrum
generari dicatur aliquid, an creari. Sed certe
in eo q̄ Dn̄s arborem bonam fructus bonos,
malam malos non dixit creare, sed facere: vi
deat iste suam regulam fractam, & cōprimat
linguam. Quid.n. stultius, quā dicere, Deum

Prophetarū esse arborem malam, & id velle
intelligi in eo q̄ dn̄s ait, Arbor mala fructus
malos facit: & rursus dicere, non facit mala,
sed creat: quia si faceret, aliena ab illo essent,
eiq; forinsecus accederent: cum vero creat,
ipse illa de seipso tanq̄ radicitus generat. Nō
ergo de isto Deo dn̄s ait, Arbor mala malos
fructus facit, qm̄ creat mala iste, non facit.
Ecce qui audet accusare Prophetas, ex Euan L
gelio a se productis testibus refragatur. Item
verba quædā ex libro Deuter. velut impura Ca.2.
exhorrescens, impurus exagitat: quasi Deus De.28.
verecundari debuerit, pudenda impijs irro-
gare vel pronunciare tormenta, nec eo cō-
minari modo vt diceret, Quæ mollis in vo-
bis & tenera nimis fuerit, cuius experimentū
non accepit pes eius ambulare super terram
p̄ teneritudine & molitie zelabit oculo suo
virum suum, & filium suum, & filiam suam,
& secūdas suas, & q̄ exierit per femora eius
comedet. Imo uero quanto est horribilius,
tanto est terribilius: neq; a Propheta monen
do dictū est, sed minando: non ut hæc hoīes
facerent, sed ne illa facerent quæ sensus per-
uersus exercet, & ad hæc peruenirent, q̄ sen-
sus humanus exhorret. Quis aūt digne elo-
qui possit, q̄ sit mentis execrabilior feditas,
pœnas exhorrescere meritorū, & merita nō
cauere penarum? Dicat planespūssanctus In-
contaminatus & incontaminabilis, q̄ audire
anima recusat immunda, & esse non recusat
immunda. Immunditiam quippe auersatur
carnis, offensis sensibus carnis: & immundi-
tiam diligit suam, extinctis sensib. cordis. Di
cat hæc spūs Dei, & per horrorem talia ma-
la patiēdi incutiat timorē malefaciendi. Idē
nanq; spūs ēt per Apostolū loquens, sensus
impios nō est verecundatus offendere, dum
pios vellet instruere: vbi cōmemorata impie
tate quorundā, q̄ coluerunt & seruierūt crea
turæ potius q̄ creatori, subiūxit atq; ait, Pro- M
Rom.1. pter hoc tradidit illos Deus ī passiones igno
miniæ. Nā feminæ eorū immutauerūt natu-
ralē vsum in eū vsum, qui est contra naturā,
similiter aūt & masculi, relicto naturali usu
feminæ exarserūt in appetitū suū inuicē, mas
culi in masculos deformitatem operantes, &
mercedē mutuā quā oportuit erroris sui, in
semetipsis recipiētes. Si quisq̄ inimicus Apo
stolo uellet ex his uerbis talia dicere, qualia
dicit ex librorū ueterum quibusdā locis iste
blasphemus,

blaſphemus, nonne haberet amplam mate-
riã, in qua loquaciter inſaniret: & quanto ſi-
bi videretur, diſertiora dicere, tanto deteſta-
biliora maledicta iactaret, maxime quia di-
ctũ eſt, Mercedẽ mutuã quã oportuit, erroris
ſui in ſemetipſis recipientes? Oportuiſſe ꝗp-
pe non eſt veritus dicere Apoſtolus, vt qui
A creaturę potius q̃ creatori ſeruierũt, erroris
ſui mercedẽ, non inuiti hęc turpia patiendo
reciperent: iudicio, ſ. non alicuius hominis
immundiſsimi, quẽ talia delectarent, ſed iu-
ſtiſsimi Dei qui tradidit eos ĩ paſsiones igno
miniæ: vt crimina criminibus vindicentur,
& ſupplicia peccãtium nõ ſint tormẽta, ſed
incremẽta vitiorũ. Sapiẽs aũt cũ hæc audit,
ipſam magis in hac vita iram Dei timet, qua
hõ nõ patitur ꝙ acriter dolet, ſed facit quod
turpiter libet: & eius cui talia iudicia diſpli-
cent, verba inſana cõtemnit, quia ex ipſo pę-
nã Pharaonis, hoc eſt, indurati cordis agno-
ſcit. Si.n. quoſdã qui non probauerunt Deũ
habere in notitia, tradidit Deus in reprobam
mentẽ, vt faciant quæ nõ conueniũt: quid mi
rũ, ſi & iſtũ qui diuina blaſphemat eloquia,
tradidit Deus in reprobã mentẽ, vt dicat quę
nõ conueniũt? Sic.n. oportet hæreſes eſſe, vt
Co. 11 probati, inquit Apoſtolus, manifeſti fiant in
n. 6. vobis, ſic vaſa irę locis cõgruis ꝙ tẽporibus
ordinantur, vt etiã de ipſis notas faciat Deus
diuitias glorię ſuę in vaſa miſericordię, quę
de maſſa eiuſdẽ damnationis fiunt in hono-
rẽ, gratia illius, non meritis ſuis. Ille quippe
donat prodeſſe nobis, non ſolũ ꝙ docet ve-
ritas, verumetiã ꝙ obſtrepit vanitas: vt cum
rñdetur inquietiſsimæ vanitati, auſcultetur
ſynceriſsimæ veritati. De turpi maledicto ar
guit vanitas: ſed turpe non eſſe, quibuſdã re-
bus turpibus nominatis, cauendã oſtendere
turpitudinẽ, miſericors indicat veritas, & ve
cors vincitur vanitas. Nã de turpi maledicto
poteſt à verboſis impijs reprehendi, & Apo
lat. 5. ſtolus Paulus, vbi ait, Vtinam & abſcindan-
tur qui vos conturbant. Quod & ſi bene in-
telligentibus benedictio magis apparet, vt
fiant ſpadones propter regnũ cęlorũ: põt tñ
B garrula cęcitas ẽt in Apoſtolo hoc reprehẽ-
dere, contendẽs ꝙ nõ debuerit rem honeſtã
turpi verbo enũciare. Pñt & ipſum dñm qui
eiuſdem continentiæ donum cõmendãs ait,
t. 19. Sũt qui in ſeipſos caſtrauerũt propter regnũ
rio. cęlorũ. Legũt quippe iſti literiones: ſic enim
potius quam literati appellãdi ſunt, qui le-
gendo literatos, nihil ſapere didicerunt. Le-
gunt ergo apud Ciceronẽ tale aliquid, vnde
ſibi videantur docte Chriſti verba culpare,
perditi potius quã periti. Ille namq; cũ do-
ceret, in translatione verborũ, obſcęnitatem
eſſe vitandã. Nolo, inquit, dici, morte Aphri
cani caſtratam eſſe rempublicam. Sed ſi hoc
verbũ ipſe quod vitari volebat, vt vitandum
oſtenderet, non vitauit, & ꝙ dici noluit, coa C
ctus eſt dicere, quanto magis res quę verbo
eodẽ recte ſignificatur, vt ab audiente poſsit
intelligi, ſuo verbo enunciatur? Atq; vt ad il-
lud redeamus, quod iſte in Deuteronomio
reprehendit, Si Cicero vir eloquentiſsimus
& verborum vigilantiſsimus appenſor &
menſor, quod dici noluit, dixit ne dicere-
tur, quanto melius Deus magis morũ quam
verborum pulchritudinem quærens atque
munditiã, turpe aliquid non turpiter, ſed mi
naciter dixit. vt hoc horreretur, ne illud cõ-
mitteret, ꝑꝑ quod ad illa quæ audire horro-
ris eſt, veniretur: & tamẽ cũ legitur, aures in
fidelitas claudit, auertit faciẽ, exaſperat vul-
tũ, lingua vibrat, blaſphemias iaculatur. Vi-
dete ſi nõ ſunt iſti ex iſto genere hominum,
qui loquente Chriſto de ſacramento corpo *Ioan. 6.*
ris & ſanguinis ſui, dixerunt, Durus eſt hic
ſermo, quis poteſt eũ audire? Niſi ꝙ excuſa-
biliores ſunt, qui verba diuina quę non intel
ligebant, non in maledictione, ſed in benedi
ctione horribilia non ferebãt, Mirũ.n. nõ eſt,
ſi maledictũ qñ audit, horret. Nec exigendũ
eſt, vt verbis nõ horrẽdis dicat, ꝙ ad hoc dr̃,
vt ab exhorrente timeatur. Dñs aũt talia dice
bat, q̃ amari ꝑciperet, nõ timeri: & tñ q̃ infi-
delitas ſufferat, Caro mea vere cibus eſt, &
ſanguis meus vere potus eſt, etenim niſi mã- D
ducaueritis carnẽ meã, & biberitis ſanguinẽ
meũ nõ habebitis vitã in vobis. Si ergo Dei
ſapientia, verbis ſacramẽto cõgruis paſcens
animã credẽtẽ, nõ curauit inſipiẽtiã nauſean
tẽ: quanto magis eadẽ ipſa ſapientia, vbi lo-
cus & tẽpus timoris fuerat, nõ amoris ſalu-
brẽ volẽs importare terrorẽ, nõ curauit inſi-
pientis errorẽ, quãuis eius præuideret hor-
rorẽ? Quis aũt iſtorũ ſpiritalẽ nouit horrere
animæ fęditatẽ, cũ velut ſua quadã fame at-
que egeſtate compellitur comedere, quæ de
ſuis carnalibus cogitationibus tãquam de ſe
moribus exeunt? Nam illius maledicti, quod
iſte

iste velut turpe reprehendit, par effectus est.
Vix.n. aliquando tam magnũ est flagellũ famis, vt ad nefanda illa cõpellat. Ista vero fame qua miserorũ animę inopes veritatis ea pro veritate comedunt, quę carnalibus sensibus pariunt, vsquequaq; plena sunt omnia,
E tãto infęlicius, quãto nocet amplius, & horretur minus. Sed puto me vni libro illius quẽ misistis, nostro non vno, ne nimium prolixus sit respondere debere: proinde hic faciamus huius finem, vt ex his quæ discutienda restãt, alius incohetur. Nescio quo enim modo ita libri termino reficitur lectoris intentio, sicut labor viatoris hospitio.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

CONTRA ADVERSARIVM LEgis, & Prophetarum,

LIBER SECVNDVS.

Cap. 1. IAm nunc ea discutienda sunt, q̃ iste de noui testamẽti libris, suffragari sibi arbitratur aduersus propheticas literas, tanquã eas Apostoli Christi sua sententia cõdẽnauerint. Quod ergo prophanas & aniles fabulas, & genealogias infinitas appellasse Apostolũ existimat diuina eloquia legis &
1. Tim. 4 prophetarũ, q̃a dixit ad Timotheũ, Propha-
1. Tim. 1 nas & aniles fabulas deuita: Et alio loco, Ne intendas fabulis Iudaicis & genealogijs infinitis, quæ quæstiones præstant magis, quam ædificationẽ: q̃s ita nisi hęreticus multũ cęcus erraret? Cur.n. hoc Apostolus ipse non fecit, si has esse aniles fabulas iudicauit? Cur
Galat. 4. dicit ad Galatas, Dicite mihi sub lege volẽtes
Gen. 21. esse, legẽ nõ legistis? Scriptũ est.n. ꝙ Abrahã duos filios habuit, vnũ de ancilla, & aliũ de
F libera: quę sunt in allegoria: hęc.n. sunt duo
1. Co. 10. testamẽta. Et ad Corinthios, Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri oẽs sub nube fuerunt, & oẽs per mare transierunt, & omnes per Moysen baptizati sunt in nube & in mari, & oẽs eundẽ cibũ spiritalẽ manducauerũt, & oẽs eundẽ potũ spiritalẽ biberũt: bibebãt.n. de spiritali sequenti eos petra, petra aũt erat Christus. Nescit aũt habere pręter scripturas legitimas & propheticas Iudęos quasdã traditiones suas, quas non scriptas habent, sed memoriter tenẽt, & alter in alterũ loquendo trãsfundit, quã deuterosin vocãt. Vbi ẽt dicere audent & credere Deũ primo homini duas creasse mulieres: ex quibus texunt genealogias, vere, sicut ait Apostolus infinitas, parientes infructuosissimas quęstio-
nes. Sed si huic talia nunquã euenit audire, G
nunquid & contra euangeliũ sic obsurdescere debuit, vt nõ aduerteret verba dñi Christi quibus arguit Iudæos, & de parentibus non honorandis impietatẽ docerent filios suos? Ibi quippe & Dei pręceptũ quod in lege scriptũ est, attestando commemorauit, Nec ob aliud eos arguit, nisi ꝙ reijcerẽt mandatum Dei, vt statuerent traditiones suas. Cũ.n. in-
terrogassent Pharisæi & Scribæ, Quare disci- Mar. 7
puli tui nõ ambulãt iuxta traditionẽ seniorũ, sed cõmunibus manibus manducãt panem: ille respondens dixit eis, Bene prophetauit
Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptũ est, Esa. 29
Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longe est à me, In vanũ aũt me colunt, docentes doctrinas & pręcepta hominum: Relinquentes.n. mandatũ Dei, tenetis traditiones hominũ, baptismata vrceorũ & calicũ, & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis, Bene irritum facitis præceptũ Dei, vt tra-
ditionẽ vestrã seruetis. Moyses.n. dixit, Hono- Exo. 20
nora patrẽ tuũ & matrẽ tuam: Et qui maledi- Leu. 20
xerit patri aut matri, morte moriatur: vos aũt dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, corbã, quod est donũ quodcunq; ex me est, tibi profuerit: & vltra non dimittitis eũ quicquã facere patri suo aut matri, rescindentes verbũ Dei propter traditionẽ vestrã quã tradidistis, & similia huiusmodi multa facitis. Vbi euidenter Christus ostendit & illã Dei esse legẽ, quam prophanus iste blasphemat, & Iudęos habere suas traditiones a libris propheticis & legitimis alienas: quas appellasse Apostolũ prophanas fabulas, & aniles, & ge-
nealogias interminatas, & non hęreticus, sed H
catholicus lector intelligit. Porro si velim testimonia cuncta colligere, quibus ostendam quemadmodum & ipse dominus & apostoli eius lege vsi fuerint & prophetis, quas iste aniles fabulas putat, qñ sufficio? Aut cui non sufficiãt ista quæ diximus? Nec iste aduersus lucẽ vocẽq; dominicã vel apostolicã tã cęcus & surdus est, vt ignoret quemadmodũ à

Chriſto & Apoſtolis, in libris ad nouum te-
ſtm̄ pertinentib. cõfirmetur legis ac Prophe-
tarũ & cõmendetur authoritas. Proinde ex-
cogitaſſe ſe exiſtimat, quo pacto ſubterfugiat
moles teſtimoniorũ in euãgelicis & apoſto-
licis literis de libris veterib. poſitorũ, quib.
eius velit nolit ceruicata lingua conteritur.
I Ait q̃ppe Apoſtolũ pro qualitatib. ingenio-
rũ in quinq; perſonis locutũ. Inſinuans.n. ru-
di adhuc populo, ĩquit q̃ Dei ſunt, nõ debuit
a perfectiorib. incipere, & conſuetudinẽ ab
eis vetuſtatis excludẽs a difficiliorib. inchoa-
re, ne nouos adhuc ad fidẽ, pfecta doctrina
turbaret. Deinde volens quaſi probare ꝙ di-
1. Cor. 9 xit, eundẽ Apoſtolũ dicentẽ cõmemorat, Cũ
liber eſſem ex omnibus, oĩb. me ſeruũ ſubie-
ci, vt plures lucrifacerem: Et factus ſum Iu-
dęis tanq̃ Iudęus, vt Iudęos lucrifaciã: Et ijs
qui ſub lege ſunt, tanq̃ ſub lege eſſem, cũ ip-
ſe nõ ſim ſub lege, vt eos qui ſub lege ſunt lu
crifaciã: Et ijs qui ſine lege erant, tanq̃ ſine le
ge eſſem, cũ ſine lege Dei nõ ſim, ſed ſum in
lege Chriſti, vt lucrifacerem eos qui ſine le-
ge ſunt. Factus ſum infirmis infirmus, vt infir
mos lucrifaciã: Omnib. omnia factus ſum, vt
oẽs lucrifaciam. Has quatuor perſonas vult
intelligi, in quib. Apoſtolũ locutũ putat: vnã
Iudęorum, alteram eorũ qui ſub lege ſunt,
tertiã eorũ qui ſine lege ſunt, quartam infir-
1. Cor. 2, morũ. Quinta debetur, qm̃ quinq; promiſe-
rat: hanc vt adderet, alio loco, inquit, ſupe-
rius iã dixit, Sapientiã loquimur inter perfe-
ctos: vt perfectorũ videatur quinta perſona.
Hoc totũ ppea molitus eſt, vt ſi qñ aliquid
de Apoſtolica proferretur epiſtola, vbi atte-
ſtantur euangelio lex & prophetæ: hoc dicat
Apoſtolũ, nõ ſapientib. & perfectis, ſed Iu-
dęis locutũ fuiſſe quaſi Iudęũ, vel eis qui ſub
lege eſſent, tanq̃ eſſet & ipſe ſub lege: ac per
hoc ſubdole atq; mendaciter ſimulantẽ ſe a-
K pud imperfectos ædificare, ꝙ apud pfectos,
non mentiendo, ſed vera dicẽdo deſtrueret.
Hanc videlicet ei erroris machinationẽ, ne-
ſcio quis Fabricius fabricauit, quẽ velut ma
giſtrũ veritatis Romæ ſe inueniſſe gloriatur.
Quis non hoc monſtrũ, non ſenſus Chriſtia-
nus, ſed qualiſcunq; humanus exhorreat? Pri
mo.n. conſiderandũ eſt, q̃ ſe fraudulentiſsi-
mũ & mendaciſsimũ profiteatur, qui mẽtiẽ-
tẽ putat & laudat Apoſtolũ. Et ꝙ ille dixit,
non fallentis actu, ſed cõpatiẽtis affectu: qui
diuerſis animarũ morbis tã miſericordi cor
de ſubuenit, q̃ ſibi ſubueniri voluiſſet, ſi erro
re vel infirmitate ſibi laboraret, hic in falla-
ciã deteſtabilẽ vertit. Deinde q̃ro, ad Roma-
nos, Corinthios, Galatas, Epheſios, Coloſsẽ
ſes, Philippenſes, Theſſalonicenſes, qũo lo-
quebatur Apoſtolus? In qua illarũ quinque L
perſonarũ eos eſſe deputabat? Proculdubio
qm̃ in præputio gentes erant, non in circun
ciſione Iſraelitæ. Ad hos quippe ſibi tributũ
miniſteriũ fuiſſe teſtať, vbi dicit, ꝙ ei & Bar
nabæ dexteras ſocietatis dederunt Petrus & *Gal. 2.*
Iacobus & Ioannes, vt ipſe quidẽ cũ Barna-
ba ad gentes, illi aũt ad circuncifionẽ irent.
Et alio loco apertiſsime dicit, Quãdiu ego *Rom. 11.*
ſum gentiũ Apoſtolus. Et multis alijs locis
proprio quodã munere, doctorem gentium
ſe eſſe teſtatur. Cum ergo eſſent ſine lege tot
gentes, quibus euangelium prædicabat, quid
opus erat vt eis legẽ & Prophetas de Chri-
ſto introduceret teſtes, eiſq; importaret igna
ris vinculũ, ſicut iſta peſtis arbitratur, erro-
ris, a quo eos fuiſſe liberos magis debuit gra
tulari? Quid opus erat vt ad Romanos ſic fuiſ
ſet exorſus, Paulus ſeruus Xp̃i Ieſu, vocatus
Apoſtolus, ſegregatus in euãgeliũ Dei, ꝙ an- *Rom. 1.*
te promiſerat per Prophetas ſuos in ſcriptu-
ris ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſe-
mine Dauid ſecundũ carnem? Quare non ſi- *Rom. 11.*
bi potius perſonã imponit illorũ? Quare ſe
facit tanq̃ ſub lege, eis qui fuerant ſine lege?
Et quid.n. eis dicit, Vobis.n. dico gentibus,
quãdiu quidẽ ego ſum gentium Apoſtolus,
miniſteriũ meũ glorificabo, ſi quo modo ad
æmulationẽ prouocare potero carnẽ meã,
vt ſaluos faciã aliquos ex illis. Si.n. reiectio
illorũ reconciliatio eſt mundi: quæ erit aſ-
ſumptio, niſi vita ex mortuis? Si aũt delibatio
ſancta eſt, & conſperſio: & ſi radix ſancta eſt,
& rami. De Iſraelitis quippe iſta dicit, de qui
bus ante iã dixerat, Quid.n. amplius eſt Iu- *Rom. 3.*
dęo, aut quæ vtilitas circuncifionis? Multum
per omnẽ modũ. Primum quidẽ, quia credi
ta ſunt illis eloquia Dei. Quid.n. ſi quidam
illorũ non crediderunt? Nunquid increduli- M
tas illorũ, fidẽ Dei euacuauit? Deinde hic ꝙ
cõmemorare cęperã, ſequitur & dicit, Qđ *Rom. 11.*
ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cũ eſ-
ſes oleaſter, inſertus es in illis, & ſocius radi-
cis factus es & pinguedinis oleæ, noli gloria
ri aduerſus ramos, Quod ſi gloriaris non tu

radicem

radicem portas, ſed radix te. Dicis ergo, fracti ſũt rami vt ego inſerar: Bene, in incredulitate fracti ſunt, Tu aũt fide ſtas, Noli altũ ſapere, ſed time. Nã ſi Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vides ergo bonitatẽ & ſeueritatẽ Dei: in eos quidẽ qui ceciderunt ſeueritatem, in te aũt bonita-
A tem, ſi permanſeris in bonitate: alioquin & tu excideris, & illi ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur. Potens eſt.n Deus iterũ inſerere illos. Nã & ſi tu ex naturali inciſus es oleaſtro, & contra naturã inſertus es in bonã oliuã, quanto magis illi qui ſecundũ naturã ſunt, inſerentur ſuæ oliuę? Nolo.n. vos ignorare fratres ſacr̃m hoc, vt non ſitis vobis ſapientes, quia cęcitas ex parte in Iſrael facta eſt, donec plenitudo gentiũ intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret, ſicut ſcri-
Eſa. 59. ptũ eſt, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis a me teſtm̃ cum abſtulero peccata eorũ. Nimis longum eſt cũcta percurrere, vel ſicut per ſcripturas Apoſtolicas vbiq; ſparſa ſunt, ea in vnam faciem cõgregare. Quid opus erat hæc dicere gentibus? Cur non potius ſine lege factus eſt eis, quemadmodũ erant illi ſine lege? Cur nõ potius deos eorũ laudauit, eorumq; ſacrificia p̃dicauit, ſi & iſta ſcriptura, quã populus Iſrael accepit, & illa ſacra gentiũ, ſicut iſte dicit, ad dęmonia pertinebant? Quid ꝙ Deũ Iſrael audet infęlix dicere, non ſolũ dęmonem, verumẽt cęteris dęmonib. eſſe peiorẽ?
1. Cor. 9. Cur ergo Apoſtolus, qui omnib. omnia, nõ miſericordia cõpatiente ſicut veritas oſtendit, ſed aſtutia fallẽte ſicut iſte deſipit, factus erat: nõ potius illorũ dęmonũ quos colebãt Romani, quos dęmones putat iſte mitiores, ſeruũ ſe eſſe confixit, vt fieret tanquã illi, ac ſic eos lucrifaceret? Nonne itẽ dicit ad Ephe-
Epheſ. 2. ſios, Propter ꝙ memores eſtis, quia vos qñ gentes eratis in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ dr̃ circuncifio in carne manufacta: qui eratis illo in tempore ſine Chriſto alienati a ſocietate Iſrael, & peregrini teſtamentorũ & promiſsionis, ſpem non habẽtes, & ſine Deo in hoc mundo: Nunc aũt in Xp̃o Ieſu vos qui aliqñ eratis longe, facti e-
B ſtis prope in ſanguine Chriſti. Ipſe eſt.n. pax noſtra, qui fecit vtraque vnũ, & medium parietem maceriæ ſoluens inimicitiam in carne ſua, legem mãdatorum decretis euacuãs, vt duos conderet in ſe in vnum nouum hominem, faciens pacem, & cõmutaret vtroſq; in vno corpore Deo, per crucẽ interficiens inimicitias in ſemetipſo, & veniens euangelizauit pacem vobis qui eratis longe, & pacem his qui prope, quia per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrẽ. Igi-
C tur iam non eſtis peregrini & inquilini, ſed eſtis ciues ſanctorũ & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra fundamentũ Apoſtolorũ & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide exiſtẽte Chriſto Ieſu. Dicat iſte blaſphemus, qũo prope dicit inuentos Iſraelitas, qui peiori quemadmodũ blaſphemat, dęmoni ſeruiebant, & longe erant gentes, quæ mitioribus dęmonib. ſubditę fuerant? Qũo dicit alienatos fuiſſe a ſocietate Iſrael & peregrinos teſtamentorũ & promiſsionis, quando erant ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mũdo, ſi Iſrael nõ Dei & Chriſti populus erat? Contra iſtam tubam clariſsimam & excellentiſsimam veritatem perſtrepit atq; inſultat inſanus, dicens in perſonis quinq; locutum Apoſtolum, vt alios ex alijs falleret, fingendo ſe eſſe quod non erat: cum videat eũ gentibus quæ longe fuerant a Deo Iſraelitarum, eundem Deũ, eandem legem, eoſdem Prophetas, teſtamenta eadẽ prædicare. Quis de angulari lapide prior locutus eſt? Nonne Propheta ſpiritu Dei plenus, quẽ peſtis iſta blaſphemat? Ait enim. Ecce pono in Sion la- *Eſa. 28*
pidem angularem, electum, pretioſum, & qui crediderit in eum, non erubeſcet. Quod teſtimonium commemorauit, & Apoſtolus *1. Pet.*
Petrus. Nõne prius in Pſalmo pertinente ad *Pſal.*
literas ſacras populi prioris dictum eſt, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? His enim literis eruditus Paulus Apoſtolus poſuit, quod, pauloante commemoraui, Ipſo ſummo angulari lapide exiſtente Chriſto Ieſu. Vnde *Eph.*
D ipſe dominus Iudęos in quibus cœcitas ex parte facta erat, conuincit, confuſoſq; reddidit dicens, Nunquam legiſtis in ſcripturis, *Mat. 21*
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc ergo omnia mendaciter Chriſtus ex lege ac prophetis mẽdaciter Apoſtoli p̄ferebant, ſicut iſte blaſphemat, quia videlicet infirmi nondum poterant ſolidã capere

veri-

veritatem. Itane cęcus ignorat, ꝙ aliud ſit nu
trire paruulos, aliud decipere credulos? a-
liud alere vt creſcant, aliud agere ne viuant?
Talia quippe iſte dicit ac ſentit de Deo legis
F & Prophetarũ, ac de de ipſis omnino literis,
vt ſecundũ eius ſententiã quã de illis habet,
qñ Apoſtoli prędicabant credentibus legis
& prophetarũ Deũ, & cõfirmabãt authorita
te taliũ ſcripturarũ, non lac potandũ videan
tur dediſſe paruulis, ſed venenũ. Quod de il-
lis quiſquis credit, deſipit, vaneſcit, inſanit.
Ergo ne ait aliquis, fruſtra dixit Apoſtolus,
Nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed
Co. 3. quaſi carnalib. quaſi paruulis in Chriſto, lac
vobis potũ dedi, non eſcam, nondum. n. po-
teratis: & Sapiẽtiã loquimur inter perfectos
&, Animalis homo nõ percipit quæ ſunt ſpi
ritus Dei? Abſit vt putemus eũ inaniter nec ve
o. 2. raciter iſta dixiſſe. Nunquid tñ ideo creden-
dus eſt quenquã ſibi credentiũ fallere voluiſ
ſe? Dedit igitur paruulis parua, non falſa: la-
ctea, non noxia: nutritoria, nõ peremptoria.
Porro aũt ſi nõ eſt verũ quod ait, filiũ Dei ſe
cundũ carnẽ factum eſſe ex ſemine Dauid: ſi
1.1. non eſt verũ ꝙ naturales rami propter incre
1.1 1. dulitatẽ fracti ſunt, vt in radice ſancta Iſraeli
tarũ, ex gentibus veniens fidelis inſeretur o-
leaſter, & fieret particeps pinguedinis oliuæ:
ſi non ſunt eloquia Dei, ſed neſcio cuius iſte
blaſphemat peſſimi dęmonis, de quibus di-
cit, Primũ quidẽ q̃a credita ſunt illis eloquia
Dei: profecto qui hęc paruulis dabat, q̃ hæc
tanquã vera prędicabat, qui hæc credi vole-
3. bat, delebat miſeros, non alebat. Quod a fide
atq; doctrina veraciũ Chriſti Apoſtolorum
qm̃ eſſe ſcimus alienũ, reſtat vt iſtũ tanquam
peſtẽ atq; hoſtẽ fidei Chriſtianæ vehemẽtiſ-
ſime deteſtemur: qui tanta excęcatur & prę-
cipitatur amentia, vt nõ videat ipſum ſaltem
Timotheũ, cui putat authoritate Apoſtolica
fuiſſe pręceptũ, vt tanquã fabulas aniles, ve-
terẽ legẽ, Prophetasq; deuitet, ab eodẽ Apo
G ſtolo non fuiſſe fallendũ, & in illa quinta ꝑ-
fectorũ perſona fuiſſe deputandũ, vt ei non
b. 2. mendaciter loqueretur, dicens, Memor eſto
Ieſum Chriſtũ reſurrexiſſe a mortuis ex ſe-
mine Dauid ſecundũ Euangeliũ meum. Si. n.
Chriſtus ex ſemine Dauid fabulis anilibus
prędicatur, quõ eas iubetur iſte deuitare, qui
bus iubetur memoriter credere? Si aũt Chri-
ſtus ex ſemine Dauid veraciter prędicatur,

vbi eſt radix in qua oleaſter inſeritur? Nec a-
niles ſunt fabulæ, niſi pręter eas ſcripturas de
liramenta Iudæorũ, ad eã quã vocant deute-
roſim pertinentia: non illa eloquia Dei quæ
credita ſunt circuncifioni, vbi etiã carnales
Iudęi Chriſtũ ex ſemine Dauid venturũ eſſe
didicerant, ſicut interroganti domino rñde-
bat: quanuis eũ dominũ ipſius Dauid, non ſe H
cũdum carnem, ſed ſecundũ diuinitatem in-
telligere non valerent: vtrunq; tñ eſt in illis
eloquijs, & ꝙ credebant, & quod nõ intelli-
gebant: &, De fructu ventris tui ponã ſuper
ſedẽ tuã: propter Chriſtũ ex ſemine Dauid: Rom 9.
&, Dixit dominus domino meo, ſede ad dex
terã meã: propter Chriſtũ, dominum etiam
ipſius Dauid. Itane vero fallaciter dicebat A- Ioan. 14.
poſtolus. Veritatẽ dico in Chriſto non men-
tior conteſtante mihi conſcientia mea in ſpi
ritu ſancto, quia triſtitia eſt mihi magna, &
continuus dolor cordi meo, Optabã enim
ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratri- 1. Tim 1
bus meis cognatis ſecundum carnẽ, qui ſunt
Iſraelitę, quorũ eſt adoptio, & gloria, & te-
ſtamenta, & legis conſtitutio, & obſequium,
& promiſsiones: quorũ patres, & ex quibus
Chriſtus ſecundũ carnẽ, qui eſt ſuper omnia
Deus benedictus in ſecula, Amen. Veritatem
ſe dicere clamat Apoſtolus in capite hu- Rom. 4.
iuſce ſententiæ, & hoc in Chriſto qui eſt ip-
ſa veritas conteſtante ſibi conſcientia ſua in
ſpiritu ſancto, eamq; ſententiã per amen con
cludit in fine. Et dicit iſte, non ſunt vera, quę
hic Apoſtolus loquitur, fallit infirmos, qui
non poſſunt capere veritatẽ, paruulos vani-
tatibus lactat & eſurientibus filijs diabolico-
rũ mendaciorũ virus infundit vt nutriat. O
portẽtum, non ſolũ à Chriſtianorũ auribus,
verumetiã a finibus Chriſtiãni orbis arcendũ
Hæccine adoptio, hęc gloria, hæc teſtamen-
ta, hæc legis conſtitutio, hoc obſequium, hę
promiſsiones, hi patres, ex quibus Chriſtus
ſecundũ carnẽ, qui eſt ſuper omnia Deus be I
nedictus in ſecula, fabulæ ſunt aniles? Qđ iu-
betur pręcipue tenere, qui iubetur deuitare
fabulas aniles, fabulę ſunt aniles? Sed quid mi
rũ ſi tanta impietate delirat qui legis vult eſſe
deſtructor, ſi quoſdã idẽ Apoſtolus dicit vo
lentes, eſſe legis non deſtructores, ſed docto-
res, non intelligere neq; quæ loquuntur, ne-
que de quibus affirmãt. Verũ nos illud quod
ſecutus adiunxit, aduerſus vtroſq; teneamus.

Continuo

Continuo quippe ne quis existimaret ideo illos nō intelligere q̄ loquūtur, neq; de quibus affirmāt, qm̄ legis malę volūt esse doctores, Scimus aūt, inquit, quia bona lex est, siqs ea legitime vtatur. Hęc sententia & illos refutat qui lege vtuntur male, & eos qui illam opinantur malam. Porro si bona est, qua dementia negatur Deus bonus qui dedit legē bonā? Quę potest videri sufficere damnatio his hominibus, qui legē quam sic Apostolus laudat, anilium fabularū nomine accusant? & hoc se existimant facere eiusdē epistolę testimonio, vbi eā sic Apostolus laudat: volentes esse legis non doctores, sed blasphematores, non intelligendo quæ loquūtur, neq; de quibus affirmēt? Sed fieri non potuit, inquit, vt à Iudęorū Prophetis Saluatoris nostri annunciaretur aduentus. Cur fieri non potuit, cū dicat Apostolus, quia cred ita sunt illis eloquia Dei? Sed ante seruatoris aduentum, inquit, spiritussanctus ac diuinus non erat super terrā. Hoc vanitas, non veritas loquitur. Nam quo nisi spiritu sancto Prophetas suos dominus impleuit, de quibus epistolæ exordio dictū est ad Romanos, quod & supra cō memoraui, Paulus seruus Christi Iesu, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelio Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnē. Et hoc quidem testimonium etiā iste posuit, prohibens eū ad quē scribit alijs Prophetis credere de Christo, præter illos quos Prophetas eius ad ad Romanos dicit Apostolus, Quos credo non arbitratur Prophetas fuisse Iudęorū. Sed cuiuslibet eos fuisse gentis opinetur, cur ibi nō aduertit ꝙ ante promiserat per Prophetas suos? Per quoslibet enim Prophetas suos si ante promiserit Euāgeliū de filio suo, quid est quod iste dicit sanctū ac diuinū spiritū super terram non fuisse ante Saluatoris aduentum? Et tamen isti vnde potuerunt esse Prophetę, annunciantes Christū ex semine Dauid secundū carnē, nisi cuius gentis erat ipse Dauid, de cuius semine Christus à Prophetis Dei promissus est esse venturus? Sed lex, inquit, per Moysen data est: veritas autē a Christo iesu est. Non ita scriptū est, sed ita, Lex per Moysen data est, gratia & veritas ꝑ Iesum Christū facta est. Lex igitur data est ꝑ Moysen: facta est aūt gratia per Iesum Christū, cum per eius spiritū charitate diffusa in cordibus nostris, fit vt quod lex pręcepit impleatur. Quod enim per literam iubetur non litera, sed spiritu impletur. Vnde illud quod scriptū est, Nō concupisces: per Moysen lex est. quia iubetur: sed per Iesum Christū fit gratia, quando quod iubetur impletur, veritas aūt facta est per Iesum Christum, propter illa quē in prophetia legis sunt promissa, quę in Christo eminent reddita. Apostolus vero quod ait ad Romanos, Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? de gentibus dixit, non de Iudæis, sicut hic somniat. Eos enim volebat refellere doctor gentium, qui putabant genti tantūmodo Iudæorū, nō etiā incircuncisis gentibus Euangeliū prædicandū. Quod volens ostendere, non ad Iudæos tantum, sed ad omnes gentes pertinere, prius posuit testimonium de Propheta, Erit omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit: ac deinde cū dixisset, Qūo autē inuocabunt in quē nō crediderunt, aut quomodo credent ei quē non audierunt: continuo subiunxit, Quomodo aūt audient, sine prędicante, aut quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Ita refutans eos qui negabant ad circuncisas gentes prædicatores Christi esse mittendos. Illud quoq; sicut imperissimus non intelligit quod scriptū est, Primum Apostolos deinde Prophetas. Putas enim ante Apostolos non fuisse Prophetas, nesciens eos Prophetas illic commemoratos esse ab Apostolo, qui post Christi aduentum fuerūt Quos qui vult nosse, actus Apostolorū legat, & illud ꝙ ait ad Corinthios, Prophetæ autē duo aut tres loquantur. Si aūt non fuerunt Prophetæ ante Apostolos, q erāt illi ꝑ quos Deus ante promiserat Euāgeliū de filio suo, qui factus ex semine Dauid secūdū carnem? Quis erat qui dixit, Lapidē quem reprobauerunt ædificantes, hic factus, est in caput anguli? Quis erat qui dixit. Thronus tuus Deus in seculū seculi, virga directionis, virga regni tui: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis prę participibus tuis? Quomodo Deus, cuius thronus est in seculū seculi vngitur a Deo, nisi Christus Iesus, qui ex ipsa vnctione Christi nomen accepit? Chrisma quippe vnctio, Christus vnctus est. Quis erat qui dixit,

Marginalia (left): 1. Tim. 1 · I · Cap. 3. · Rom. 8. · Rom. 1. · K · Ioan. 1.

dixit, quod ipse Christus de se testatur esse
r. 12. prędictum, Dixit dominus dño meo, sede a
.109. dextris meis, Donec ponã inimicos tuos sub
pedibus tuis? Et hoc Dauid in spiritu dixisse
confirmat, quem spiritum negat iste fuisse
m.16. super terrã ante domini aduentũ. Quid est ꝙ
.11. ait Apostolus, Dicit aũt Esaias erit radix Ies-
se, & qui exurget regnare in gentibus, in eũ
gentes sperabunt? Quis erat spiritus qui per
A eundem Esaiam tanto ante prędixit, Iste pec
cata nostra portat, & pro nobis dolet, & nos
putauimus eũ esse in dolore, & in plaga, &
.63. in afflictione. Ipse vulneratus est propter pec
cata nostra, & infirmatus est propter iniqui-
tates nostras, disciplina pacis nostrę super
eum: liuore eius sanati sumus: omnes quasi
oues errauimus: hõ in via sua errauit: & dñs
tradidit eũ propter iniquitates nostras, & ip
se propter afflictionem non aperuit os. Sicut
ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus
coram tondente mutus, sic aperuit os suum,
in humilitate iudicium eis sublatum est, ge-
nerationem illius quis enarrabit? quia tolle-
letur de terra vita eis. Ab iniquitatibus popu
li mei ductus est ad mortẽ: & cętera quæ cõ-
. 4. texere longum est? Vbi etiã de ecclesia tanto
54. ante prędictũ est, quod ab Apostolo legimus
commemoratũ, & nũc iam videmus imple-
tum, Lętare sterilis quæ non paris, erumpe
& exclama quæ non parturis, quia multi filij
desertę magis quam eius quæ habet virũ. Di
xit enim dominus, Dilata locum tabernacu-
li tui, & aulęorũ tuorũ, fige, ne parcas, protẽ
de funiculos, & clauos tuos conforta. Adhuc
in dextris & sinistris dilata, & semen tuũ pos
sidebit gentes, & ciuitates desertas habitari
facies: Noli timere quia confusa es, neq; re-
uerearis quia exprobatũ tibi est. Confusionẽ
enim ęternã obliuisceris, & opprobrij vidui
tatis tuę memor non eris. Quia dominus qui
fecit te, dñs Sabaoth nomen ei: & qui eruit
te Deus israel Deus omnis terrę vocabitur.
.7. Quis est qui dixit, Videbã i visu noctis, & ec
ce cũ nubibus cęli, vt filius hominis erat ve-
niens, & vsq; ad vetustum dierũ peruenit, &
B & in cõspectu eius pręlatus est: & ipsi datus
est principatus, & honor, & regnum: & oẽs
populi, tribus, & linguę ipsi seruiẽt: potestas
eius potestas perpetua quæ non transibit, &
regnũ eius nõ corrũpetur? Hæc & alia multa
atq; manifesta de Christo & ecclesia, vnde
prędicta sunt, quę sic videmus impleta, & cõ
sonantibus euangelicis atq; Apostolicis lite-
ris ẽt speramus implenda: si spiritus Dei ante
aduentũ Christi non fuit super terrã: vel si a
Prophetis Israel nõ est Christi pnũciatus ad
uentus, sicut hic desipit: qui Christũ negan-
do ante promissum, non habet vnde asserat C
missum? Et merito, quia ipse quẽ prædicat,
nec missus est, nec promissus. Verus quippe *Cap. 4.*
nõ est, sed fictus. Iam illud non miror: ꝙ ho-
mo ineruditus de Prophetis Iudæorũ existi-
mat dictũ, ꝙ ait Apostolus, Dixit quidã ex ip *Titum. 1.*
sis proprius eorũ Propheta, Cretenses sem-
per mendaces, malę bestiæ, ventres pigri, te-
stimoniũ hoc verum est, Ignorans dictũ esse
de quodã Epimenide qui Cretẽsis fuit, in cu
ius libris hoc inuenitur: qui homo inter Pro
phetas Dei non inuenitur: nec ad illa eloquia
Dei pertinet, quę Iudęis dicit credita, qui nõ
mentitur. Ideo non cõmemorauit Apostolus
nomen eius, sicut solet cõmmemorare Pro-
phetas Dei aliqñ dicẽs, sicut & Dauid dicit,
Esaias aũt audet, & dicit, sicut & Osee dicit,
Vel tacitis eorũ nominibus, cum dicit sicut
scriptũ est, & ea scriptura intelligitur in qua
est authoritas Dei: aut euidenter Deũ dicere
asserit, cũ aliquid adhibet testimoniũ de lege
vel prophetis Dei, quale est illud, Boui tritu
ranti os non infrenabis. Nunquid de bobus,
inquit, cura est Deo? an propter uos scriptu- *Deu. 25.*
ra dicit? Ostendens vtiq; in eadem scriptura *1. Cor. 9*
Deũ loqui. Vel illud, Prouidens aũt scriptu- *Galat. 3.*
ra, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænũ- *Gen. 22.*
ciauit Abrahæ dicens, In semine tuo benedi-
centur oẽs gentes. Ipsam scripturã pro Deo
posuit, quia Dei est. Vel illud de Abrahã, In
promissione, inquit, Dei non hæsitauit in cre
dulitate, sed confortatus est fide, dãs gloriã
Deo & plenissime credens, quia quę promi
sit, potens est & facere. Contra quã diuinam
& Apostolicã vocẽ, canis iste rabiosus ob-
latrãs, ausus est dicere, Abrahã Deo suo pro
lẽ non credidisse, ignorans illud quod ait, Si *Rom. 4.*
mihi centũ annos habenti nascetur filius: ad-
mirantis esse gaudiũ, non diffidentiã habitan *Gen. 17.*
tis. Vel illud, Nõ potest excidere verbũ Dei. *Rom. 9.*
Nõ.n. omnes ex Israel, ij sunt Israelitę, neq;
qui sunt semen Abraham omnes filij, sed in
Isaac vocabitur tibi semẽ: hoc est, nõ ij qui D
filij carnis filij Dei, sed filij promissionis de-
putãtur in semine. Vel illud de Helia, Sed qd

dicit illi responsum diuinū? Reliqui mihi se-
Rom. 11. ptē milia virorū qui non curauerunt genua
3. Re. 19 ante Baal. His atq; hmōi atteſtationibus Dei
boni & veri esse scripturas illas quas iste blas
phemat, apostolica cōmēdat authoritas. Vbi
aūt ēt aliquid de authoribus gentium dicit
Apostolus, non eos appellat Prophetas Dei
E nec illarū scripturarū Deū dicit authorē, q̄-
Titum. 1 uis ibi aliqua vera reperiat: sicut de isto Cre-
tensi ait, Dixit quidā ex ipsis proprius eorū
propheta, Cretēses semper mēdaces: nō er-
Acto. 17 go ait, Iudęorū proprius, sed Cretensiū. Qđ
vtiq; ad hoc dictū est ne Dei Propheta puta-
retur. Et in actibus Apostolorū cū loquere-
tur Atheniensibus, ait de Deo, In illo.n. viui-
mus, & mouemur, & sumus: sicut & quidam
scđm vos dixerunt. Sed Apostolis, inquit, do
minū nostrū interrogātibus de Iudęorū pro
phetis quid sentiri deberet qui de aduētu e-
ius aliquid cecinisse in pręteritū putabātur,
cōmotus talia eos ēt nūc sentire rñdit: Dimi
sistis viuum qui ante vos est, & de mortuis fa
bulamini. Quid mirū, q̄nquidē hoc testimo-
niū de scripturis nescio q̄b. apochryphis pro
tulit, si de prophetis Dei talia confixerunt hę
retici, qui easdē literas non accipiunt? Nam
in Euāgelio dominus quod non est apocry-
phū, sed in luce veritatis omnibus notū, etiā
post resurrectionē discipulis in itinere comi
tatus, incipiens a Moyse, per omnes prophe
tas hęc de se q̄ facta fuerant, prædicta mōstra
Luc. 24. uit. De ipsa, inquit, iterū arguit, vbi dicit: Mul
Matt. 7. ti mihi dicent in illa die: Domine, in nomi-
ne tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo
prophetauimus, & in noīe tuo virtutes mul-
tas fecimus, & tunc dicā illis: Recedite a me,
quia nunquā vos sciui. quia operati estis ini-
quitatē. Absit vt ista de Prophetis sanctis, in
quibus erat Moyses & cęteri, dñs dixerit: sed
dictū est de ijs qui post eius euangeliū prædi
catū in eius nomine sibi loqui videntur, ne-
scientes quid loquātur: in quibus & iste sibi
F locū periturus inuenit. Illud quoq; ait dixis
se dominū: Ego sum ianua ouiū: Omnes alij
qui ante me venerunt fures sunt & latrones:
Ioan. 10. Non autem ita scriptum est, sed ita: Omnes
quotquot venerūt, fures sunt & latrones: Ve-
nisse quippe hoc loco intelligi voluit eos q̄
missi non fuissent: Quos arguit etiam Hiere
mias, dicens: Hæc dicit dominus de Prophe
tis qui prophetant in nomine meo, & ego
non misi eos. Illi aūt quos insanus iste blas-
Hie. 14. phemat, ā dño missi sunt, non sponte vene-
runt: Quos & dñs per parabolā quidē, sed a-
pertissima significatiōe declarat, vbi dicit: A-
Ps. liā parabolā audite: Homo erat paterfami-
lias: qui plantauit vineā, & sepem circunde-
dit ei, & fodit in ea torcular, & ędificauit tur
rim, & locauit eā agricolis, & peregre pro-
fectus est. Cū aūt tempus fructuū appropin- G
quasset, misit seruos suos ad agricolas, vt ac-
ciperent fructus eius. Et agricolę apprehen-
sis seruis eius, aliū cęciderunt, aliū vero lapi-
dauerunt. Iterū misit alios seruos plures prio
ribus, & fecerūt illis similiter. Nouissime aūt
misit ad eos filium suū, dicens: Verebuntur
filium meū: Agricolæ videntes filium, dixe-
xerunt intra se: hic est hęres: Venite occida-
mus eum, & habebimus hæreditatem eius.
Et apprehensum eum eiecerunt eum foras
extra vineam, & occiderunt. Cum ergo ve-
nerit dominus vineę, quid faciet agricolis il
lis? Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam
suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei
fructus temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nū Ioan.
quā legistis in scripturis: Lapidem quem re-
probauerunt ędificantes, hic factus est in ca
put anguli? A domino factum est istud, & est
mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis,
quia auferetur a vobis regnū Dei, & dabitur
genti facienti fructus eius. Quid hoc apertius
quid clarius, quid euidentius? Sed iste de il-
lorum numero est, qui seruos patrisfamilias
huius lapidauerunt. Hoc.n. facit non ictibus
saxeis, sed maledictionibus duris. Nam &
& primitus in gente Iudęorum vineam Dei
esse plantatam, missos prophetas ante ipsius
Saluatoris aduentū, parabola ista testatur. Et
cum dicit, auferetur a vobis regnum Dei, &
dabitur genti facienti fructus eius: quod re-
gnum dicit, nisi quod sperabant, nō quod ac
ceperāt, i. vitę æternę? Vnde alibi dicit. Scru-
tamini scripturas, in quibus putatis vos vitā H
æternam habere, ipsæ testimonium perhibēt
de me. Et alibi: Væ vobis legisperiti, qui tuli- Luc.
stis clauem scientię: Ipsi nō introistis, & eos
qui introibant prohibuistis. Istis ne molibus
testimoniorum non atteritur impudens va-
nitas? Quis hunc audit, nisi qui scripturas san
ctas non audit, aut tam male audit quam in
eas iste cęcus incurrit? Sed ait, de eis domi-
nus, inquit, Parentes vestri māna manduca- Ioan.

uerunt, & mortui sunt: docens neminē ipsorū ad dñm pertinuisse, quib. mors dominata est. Neminē planè, sed parentum illorū quib. talia loquebatur: Parentes quippe infideliū, quos nisi infideles volebat intelligi? Vnde alio loco dicit: Vę vobis Scribæ & Pharisęi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophe-
I tarū, & ornatis monumenta iustorū, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrū, nō essemus socij eorū in sanguine prophetarū: Itaq; estis testimonio vobismetipsis, quia filij estis eorū qui prophetas occiderūt. Filios vtiq; dixit imitatione sceleris, nō propagine generis. Non. n. ꝙ ex illis secundū carnē nati erant, hoc eis esse poterat crimini, sed ꝙ eis se similes infideli crudelitate monstrabant. Ideoq; connectit ac dicit: Et vos implete mēsurā patrum vestrorū. Serpentes, genimina viperarū, qūo fugietis a iudicio gehennæ? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapiētes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex illis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat super vos omnis sanguis iustus, q̄ effusus est super terram, a sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templū & altare: Amē dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Nempe constat, nēpe manifestum est, imitando esse istos filios malorū, a quib. prophetæ sancti & iusti, ab ipso Abel quem frater occidit, vsq; ad Zachariam quē isti occiderūt, persecutiones impijssimas & sceleratissimas pertulerunt. Nam qūo super istos venit illorum sanguis, qui longe ante vixerunt q̄ isti vel nascerentur: nisi quia vnum genus, vna conspersio, vna massa est impiorum, imitatione sibimet cōnexorum? Simul declaratur, in eodem populo fuisse iustos atque prophetas Dei: quorū isti, quibus hæc loquitur dñs, ędificabāt sepulchra, ornabantq;
K monumenta. Peior ergo iste & immanior, qui eos defunctos lingua maledica lacerat, quibus honorem ēt impij deferebant, & in animā suam crudeliter sęuiens eos blasphemat, cū velit videri Christianus, quos ꝓphetas & iustos asserit Christus. Iam vero ꝙ adiūgere voluit sanctos Patriarchas, Abraham & Isaac, & Iacob, his de quibus dñs ait: Patres vestri manducauerūt manna in deserto & mortui sunt, q̄a & isti patres mortui sunt, vtrū fraudulentus, an cęcus sit potius iudicādus, incertū est. Sed quodlibet eorū eligat, detestandus est. Hinc. n. hoc ostēdere voluit, quia dñs cō memoratis eisdē patrib. ait, Non est Deus mortuorū, sed viuorum: cū potius eos viuere dixerit. *Mat. 22.* Adhibito quippe testimonio de lege vbi scriptum est: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Iacob: L adiunxit, Non est Deus mortuorū, sed viuorū. *Exo. 3.* Et adiecit, Oēs. n. illi viuunt: vita vtiq; vera, qua iusti viuunt, ēt si corpore moriuntur. Sed qñ hæc diceret ille, si viueret? In hāc sententiam vult accipi & ꝙ ait dñs ad Iudęos: Neq; me nostis, neq; patrē meū, sed nec verbum Dei habetis in vobis manēs. *Ioan. 8.* Quod vtique contrariū non est ei ꝙ dixit: tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. *Luc. 12.* In semetipsis. n. verbum Dei non habebant, sed in literis quas legebant. Nam si haberent in semetipsis, & ipsi intrarent, & alios intrare permitterent. Non intrare autē, est non intelligere. Ecce quare nec ipsum nouerant, nec eius patrem. Quia non intelligebant ꝙ legebant, non quia Deū & Christum non prædicauerant quos legebant. Hoc est ergo intrare, nō esse contentū superficie literæ, sed ad interiora intelligentiæ peruenire. Argumentatur etiam de Ioanne Baptista, quia dñs ait: In natis mulierum non exurrexit maior Ioanne Baptista: Qui aūt minor est in regno cęlorum, maior est illo: Ita velut ratiocinando, tanquā Ioannes non pertineat ad regnum cęlorū, & ob hoc multo minus cęteri prophetæ illius populi, quibus maior est Ioannes. Hæc autem verba dñi duobus modis possunt rectissime intelligi. Aut. n. regnum cęlorum appellauit eo loco dñs, quod nondum sumus, vnde & in fine dicturus est: *Mat. 25.* Venite benedicti patris mei, percipite regnum: & quia ibi sunt sancti angeli, quilibet in eis minor, maior est vtique quolibet sancto & iusto, portante corpus ꝙ corrumpitur & aggrauat animam. *Sap. 9.* Aut si regnum cęlorum in ea sententia illic intelligi voluit, M qua & in hoc tēpore significatur ecclesia, cuius filij sunt oēs ab institutione generis humani vsque nunc, quotquot iusti & sancti esse potuerunt: profecto seipsum dñs significauit, quia nascendi tēpore minor erit Ioāne, maior aūt diuinitatis ęternitate & dñica ꝑtāte. Proinde secundum priorem exposi

tionem ita distinguitur: In natis mulierũ ne-
Mat. 11. mo exurrexit maior Ioãne Baptista. Qui aũt
minor est in regno cęlorũ, ac deinde subin-
fertur, maior illo est. Secundũ hãc aũt poste
riorẽ ita: In natis mulierum nemo exurrexit
maior Ioanne Baptista: Qui aũt minor est,
ac deinde subinfertur, in regno cęlorũ ma-
A ior illo est. Sed vterq; intellectus tã congruit
veritati, q̃ refellendæ huius sufficit vanitati.
Siue.n. quilibet angelus cęteris minor, Ioan
ne sit maior: siue hic dñs intelligatur, Ioan-
ne pcursore suo ætate minor, maiestate ma-
ior, nihil inde prophetis cęteris derogatur.
Potuerunt.n. esse Ioanni aliqui æquales, ali-
qui eo minores: nullus aũt maior propter sẽ
tentiam dñi, omnes tñ sancti & iusti & boni.
Cap. 6. Sed Moyses, inquit, omnẽ spem futuræ resur
rectionis in hominibus extinxit, qui morta-
lem esse animã pronunciauit, qui eã esse san
guinem dixit. Deinde ratiocinando magnis
virib conatur ostendere, non esse animã san
guinem, & laborat in re manifesta, non in-
telligens legem. Si.n. dictũ est: Anima omnis
carnis sanguis est: quõ dictum est, Petra erat
Leuit. 17 Christus: Non quia hoc erat, sed quia hinc
1. Co. 10. significabatur. Non aũt frustra lex animã vo-
luit significare per sanguinem, rem, s. inuisibi
lem per rem visibilem: nisi quia sanguis per
venas omnes ab ipso corde diffusus, in no-
stro corpore plus cęteris humoribus princi
patur: ita vt vbicunq; fuerit vulnus inflictũ,
non humor alius, sed ipse procedat. Ita quo-
que anima quia omnibus quibus constamus
inuisibiliter præualet, illo melius significat,
ꝙ omnibus quib. constamus visibilibus præ
ualet. Illud aũt ꝙ Apostolus ait: nã & hoc te
1. Co. 15. stimoniũ iste posuit, Caro & sanguis regnũ
Dei non possidebunt: nõ facit de anima, sed
de resurrectione corporis quæstionem. Ve-
rũ & ista duob. modis soluitur: Aut.n. carnis
& sanguinis nomine corruptionẽ carnis &
B sanguinis nuncupauit, quæ in resurrectione
non erit, aut carnẽ & sanguinẽ, homines ad
omnes illecebras seculariũ voluptatũ carni
& sanguini deditos, qui regnũ Dei non pos-
sidebunt. Totus aũt iste locus Apostolici ser
monis vbi scriptũ est, Caro & sanguis regnũ
Dei non possidebunt, si consideretur diligẽ-
tius, magis persuadebit corruptionẽ carnis
sicut nunc est, his eũ vocabulis appellare vo
luisse, atq; ad exponendum quid diceret ad-

iunxisse: Neq; corruptio incorruptionẽ pos
sidebit. Quia cum facta fuerit quæ in resur-
rectione speratur illa mutatio, non vtiq; re-
manebit vlla corruptio. Quãuis ergo & post
resurrectionẽ dñs dixerit discipulis suis: Pal-
pate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non
habet sicut me videtis habere: tñ secundum Lu[c. 24]
substantiã caro erit, non secundũ corruptio
nẽ, quæ nunc carni hoc nomen imponit. Vn C
de ait Propheta: Omnis caro fęnũ: Nunquid Esa. 40
enim & dñi quã leuauit in cęlum? Quo ergo
modo appellauit Propheta carnem, vbi ait,
Omnis caro fęnũ: dicturus vtiq; fęnũ aruit:
eo modo & Apostolus ait, Caro & sanguis
regnum Dei non possidebunt. Quia non ibi
corruptio, qua nunc sicut fęnũ natura carnis
arescit. Non.n. alia sententia est: Neque cor-
ruptio incorruptionem possidebit: sed hæc
repetitio, sententiæ superioris est expositio:
vt ꝙ ibi dictum est, caro & sanguis, hic intel
ligamus corruptionem, non substantiam car
nis: & quod ibi dictum est, regnum Dei, hic
intelligamus incorruptionem. Atq; ita nihil
aliud dictum putemus, Caro & sanguis re-
gnum Dei non possidebunt: quam si dicere-
tur, Corruptio incorruptionem non possi-
debit, idest corruptio carnis & sanguinis in
illius regni incorruptione non erit: propter
immutationem, scilicet de qua mox locutus
adiunxit: Oportet corruptibile hoc induere
incorruptionem. Ita corruptio quæ carnis
& sanguinis nomine significata est, in regni
illius incorruptione non erit, quia caro quæ
nunc corruptibilis est, tunc mutata incor-
ruptibilis erit. Moyses autem homo Dei si
animam credidisset esse mortalem, quod vti
que credidisset, si eam sanguinem non signi-
ficationis sed proprietatis causa esse dixisset,
non alio loco diceret: Omnis qui contige- Num[. 19]
rit mortuum ab omni anima hominis, &
mortuus fuerit, & non fuerit purificatus, ta-
bernaculum dñi polluit: execretur * anima Al. [...]
illius ex Israel, qm̃ aqua aspersionis non est
circunaspersa super eum, immundus est, ad- D
huc immunditia eius in ipso est. Adhuc vti-
que dixit, etiam post mortem, quia non est
purificatus: Vbi præfiguratum lauacrum re-
generationis intelligit, quod accipit qui ba-
ptizatur in Christo, quisquis fideliter audit: Ioan. 5
Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, đ me
enim ille scripsit. Quid aũt mirum si iste in-
fęlix

fęlix a luce veritatis auerſus, & ob hoc luci
veritatis aduerſus, ea quę nõ intelligit in no
uo teſtõ, obijcit veteri teſtamento, ſicut ẽt il-
lud de Apoſtolo Paulo, vbi ait ad Corĩthios:
Cor. 3. Quod ſi miniſtratio mortis in literis forma-
ta lapideis facta eſt in gloriã, ita vt non poſ-
ſent filij Iſrael intendere in faciẽ Moyſi pro
pter gloriã vultus eius quæ deſtruitur, quare
D non magis miniſtratio ſpũs erit in gloria? Nã
ſi miniſtratio damnationis gloria eſt, multo
al.l. abũ bit. magis miniſtratio iuſtitię erit* in gloria: Et-
enim non glorificatũ eſt in hac parte id qđ
declaratũ eſt, propter excellentẽ claritatem:
Nã ſi id ꝙ deſtruitur, in gloria eſt, multo ma
gis illud ꝙ manet, in gloria eſt. Hoc mõ iſte
poſuit verba Apoſtolica, nec a meliore inter
pretatione plurimũ diſtat. Quia ergo dicta ẽ
miniſtratio mortis ĩ literis formata lapideis,
hinc exiſtimat ꝙ morti miniſtrauerit Moy-
ſes, i. mortis authori, maligno, ſ. ſpiritui, quẽ
mundi huius iſte opinatur authorẽ: ignorans
miniſtrationẽ mortis dictã legẽ, ſecundũ il-
lud quod alibi dicit litera occidit ſpũs aũt vi
2. Co. 3. uificat. Lex enim quãuis iuſta & ſancta & bo
na, præuaricatoribus intulit mortẽ, quos Dei
gratia non adiuuit ad iuſtitiã legis implendã.
Oportebat. n. vt in teſtamento veteri lex im-
poneretur ſuperbis & de ſuę voluntatis vir-
tute fidentibus, quæ non daret iuſtitiã, ſed iu
beret: Ac ſic morte præuericationis implici-
ti, ad gratiã confugerent, non iubentẽ tantũ-
modo, ſed iuuantẽ, quę nouo teſtamento eſt
reuelata. Hinc putãt iſti diuinorũ eloquiorũ
blaſphematores, malam fuiſſe legem quæ da
ta eſt per Moyſen, quia dicta eſt miniſtratio
mortis in literis figurata lapideis: non intuen
tes propter eos eſſe dictũ, qui ſuo libero arbi
trio legẽ ſufficere arbitrabantur, & ſpũ gra-
tiæ non adiuti, rei præuaricationis, ſub eiuſ-
dẽ legis litera tenebãt. Vnde alibi dicit: Lex
iram operatur: Vbi enim lex nõ eſt, nec præ-
uaricatio: hinc oſtendens vnde dixerit lex irã
E operatur. Neq; .n. eius pręuaricatio mala eſ-
ſet, niſi lex ipſa bona eſſet. Multũ eſt. n. & ni-
mis longũ cuncta colligere, quæ in hãc ſen-
tentiã beatus dicit Apoſtolus, legẽ diſtinguẽs
a gratia, eo ꝙ ſub illa elidantur elati, ſub iſta
erigantur eliſi: & ꝙ illa intantum bona vt bo
na iubeat, hæc intantũ vt bona conferat. Illa
iuſtitię facit auditorem, iſta factorẽ. Et ideo
ſub illa peccator, inſuper ẽt præuaricator a-
miſſa excuſatione ignorantiæ conuictus ia-
cet, ſub iſta vero & parcente & opitulante,
nec quia mala eſt oparatus extinguitur, & vt
bona operetur accenditur. Quid ergo mirũ
ſi illa dicta eſt miniſtratio mortis, vbi litera
occidit malũ prohibendo quod fit, & bonũ
imperando quod nõ fit: iſta vero dicta eſt mi F
niſtratio ſpũs vtiq; viuificantis, vt a p̃uarica
tionis morte ſurgamus & iuſtitiã nõ rei lega
mus in tabulis, ſed liberi in cordib. & in mo
rib. habeamus: hoc eſt teſtm̃ nouũ diſtãs a ve
tere, q̃a ibi vetus hõ formidinis coartat̃ angu
ſtijs hic nouus hõ ſpatiat̃ latitudine charita-
tis. Quod aũt dictũ eſt de miniſtro veteris te-
ſtamenti Moyſe, ꝙ non poterant intendere Exo. 34.
filij Iſrael in faciem eius propter gloriã vul-
tus eius, ſignũ erat q̃a in lege Chriſtũ intelle-
cturi non erant: Et ideo velamen inter faciẽ
Moyſi & ipſos poſitũ erat, vt non intenderẽt
ſicut ſcriptũ eſt, filij Iſrael vſq; in finẽ, Finis
autẽ legis quis eſt? Ad hoc non ego, ſed Apo 2. Co. 3.
ſtolus ipſe reſpondeat: Finis. n. legis, inquit,
Chriſtus ad iuſtitiã omni credenti: Finis per
ficiens, non interficiens. Finis quippe dicitur Rom. 11.
propter quem fiũt omnia quæcunq; aliquo
fiunt offitio: Nã inter officium & finem hoc
diſtat, quod officium eſt in eis quæ facere de
bemus: finis, ꝑꝑ quẽ facimus. Quia itaq; illa
omnia propter Chriſtũ fiebãt quẽ filij Iſrael
in eis quę faciebãt nõ intelligebãt: hoc ſigni
ficabat velamen, ꝙ eos vſq; in finẽ non ſine-
bat intendere, i. vſq; ad faciem Moyſi, quæ ſi-
gnificabat Chriſtũ. Sed ideo dictũ eſt ꝙ eua-
cuet̃ hęc gloria, q̃a oẽs vmbrę ſignicãter eua
cuãtur, cum res quę ſignificatur aduenerit.
Quemadmodũ. n. ſcientia quę nunc eſt eua- 1. Co. 13.
cuabitur, ſicut idẽ dicit Apoſtolus: cum ve-
nerit illa quã dicit facie ad faciem: ſic & iſta
quę in vmbris tradita erant Iudęis in veteri
teſtamento, neceſſe fuit euacuari reuelatio-
ne teſtamenti noui. Nec ſanè oẽs in illo po-
pulo non intelligebant Chriſtũ, per illas vm G
bras teſtamẽti veteris figuratum. Neq; enim
hęc ipſe Moyſes & cęteri Prophetę non in-
telligebãt, qui eum poſteris pręnunciabant.
Nam & in ipſa Epiſtola ad Corinthios vbi
hęc dicuntur, quę iſte non intelligens poſuit
tanquam aduerſa & inimica veteri teſtamen
to, cur dicit: Habentes autem eundem ſpi- 2. Cor 4.
ritum fidei, ſecundum quod ſcriptum eſt. Pſ. 115.
Credidi propter quod locutus ſum: & nos

credimus, propter quod & loquimur? Vbi-
enim scriptũ est: Credidi propter quod & lo-
cutus sum? Vtiq; in Psalmis, ad illa Dei elo-
quia pertinentibus, quę credita sunt Iudæis.
Eundem, inquit, spiritũ fidei habentes. Quid
est, eundem, nisi quẽ habebãt etiam illi per
H quos hęc ministrata sunt? Cur etiam in eadẽ
2. Cor. 8. Epistola de lege testimoniũ posuit, cũ pmisis-
set: Vt vestra abundantia fit ad illorum ino-
piã, & illorũ abundãtia fiat in vestrã inopiã,
vt fiat ęqualitas, subiũgens & dicẽs, sicut scri-
ptũ est: Qui multũ, non abundauit, & qui mo
Exo. 19. dicum non defuit illi. Cur eis importat legis
authoritatem, quam dicit fuisse ministratio-
nem mortis, si eo modo intellexit, quomodo
ista pestis intelligit? Atq; vt omnes auferan-
tes ambages, quoniam modo & lex ministra
tio mortis recte dicta sit, & tamen sancta &
Rom. 7. & bona sit, illud recolamus quod in Epistola
positũ est ad Romanos. Cum enim dixisset:
vt seruamus in nouitate spiritus, & non in
vetustate literæ quę sententia simillima est
illi quam iste non intelligens posuit, conti-
nuo prospexit illos futuros verbosos atque
blasphemos, qui putaturi essent ex hoc legẽ
fuisse reprehensam, moxq; subiunxit, Quid
ergo dicemus, lex peccatũ est? Absit: Sed pec
catum non cognoui nisi per legem. Nam cõ-
cupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Nõ
Exo. 20. concupisces. Occasione autem accepta pec-
catum per mandatum operatum est in me
omnẽ concupiscentiam. Sine lege enim pec
catum mortuum est: Ego autem viuebam ali
quando sine lege: Adueniente autem manda
to peccatũ reuixit: Ego autem mortuus sum,
& inuentum est mihi mandatum quod erat
in vitam, hoc esse in mortem. Peccatũ enim
occasione accepta per mãdatum fefellit me,
& per illud occidit: Itaq; lex quidẽ sancta, &
& mandatum & iustum & bonum. Quod er-
I go bonum est, mihi factũ est mors? Absit: Sed
peccatum, vt appareat peccatum, per bonũ
mihi operatũ est mortem. Ecce quid est mi-
nistratio mortis, ecce quid est litera occidit,
ecce quemadmodum lex non est peccatum,
& mandatũ in vitam, & lex sancta, & manda
tum sanctum & iustum & bonum, & tamen
quia de ipso bono interficitur inobediens
anima, vbi Dei non adiuuat gratia, ministra-
tio mortis facta est lex in veteri testamento
propter occidentem literam, & ministratio
vitæ facta est gratia in nouo testamento pro-
pter viuificantem spiritum. Quod est autem
ministratio mortis & ministratio damnatio-
nis: hoc est, occasione accepta peccatum per
mandatum operatum est in me omnẽ con-
cupiscentiam, hoc est, adueniente mandato
peccatum reuixit: & hoc est, inuentum est
mihi mandatum quod erat in vitã, hoc esse K
in mortẽ: & hoc est, occasione accepta pec-
catum per mandatũ fefellit me & per illud
occidit: hoc est, lex subintrauit vt abundaret
delictũ: hoc est, lex iram operatur: hoc est,
virtus peccati lex. Prohibitio enim peccati
quod est lex, auget profecto desiderium pec
candi: quod non extinguitur, nisi contrario
desiderio recte faciendi, vbi fides per dile-
ctionem operatur. Hoc autem non prestat li
tera iubens, sed spiritus iuuans, nõ lex ergo,
sed gratia, non vetus testamentum in seruitu-
te generans, quod est Agar, sed nouũ in quo
non sunt ancillæ filij, sed liberæ, qua liberta-
te Christus nos liberauit: Et tamen lex sancta
est, & mandatum sanctum & iustũ & bonũ,
in his qui habent spiritum Christi operatur
peccatum omnem concupiscentiam: Qua-
lem se fuisse in veteri testamento etiam ipse
Apostolus ostendens, Occasione, inquit, ac-
cepta peccatum per mandatum operatũ est
in me omnẽ cõcupiscentiã. Per quod manda
tũ, nisi quod ait: Concupiscentiam nesciebã,
nisi lex diceret, non concupisces? Nunquid
malũ est non concupiscere? Immo maxime
bonum. Bona est ergo lex quę hoc dixit, sed
vbi non adest viuificans spiritus, hæc ipsa lex
quam bonam dicit occidit: quia peccati vir
tus est, cum per illam operatur omnem con
cupiscentiam, in flammando prohibitionẽ:
quod non extinguitur per iubentẽ literã ti-
more pęnæ, sed per iuuantẽ spiritũ dilectio-
ne iustitię. Ideo ait: Peccatũ vt appareat pec
catũ, per bonum mihi operatum est mortẽ,
Non enim ait, per malum: sed, per bonũ. Hic
euigilent si possunt, qui legẽ Dei atq; eius mi I
nistrum Moysen cęco & furioso corde re-
prehendũt. Ideo quippe est ministratio mor
tis, quia peccatum per bonum operatum est
mortem: Ideo est ministratio damnationis,
quia peccatum per bonum operatum est dã
nationẽ: Nõ aũt oẽs qui Christiani appellã-
tur, ad Xpm transeunt, sed quibus aufertur
velamen, quod in electione veteris testamẽ-
ti

tũ manet. Qui. n. ſunt in veteri teſtõ, impediẽ-
te velamine, nec vetus intelligunt, nec nouũ.
Qũi aũt tranſeunt ad Chriſtũ, remoto vela-
mine per nouũ, intelligunt, & vetus & no-
uũ. Vtinã & iſti cęci oppugnatores legis &
Prophetarũ ſic tranſeant ad Chriſtũ, vt non
ſint in eis, in quib. obuelatũ eſt & ipſum Euã
K Co.4. gelium. In his. n. qui pereunt, eſſe obuelatũ
ait Apoſtolus, in quib. Deus ſeculi huius ex-
M cęcauit mentes infideliũ, vt non fulgeat illu-
minatio Euangelij glorię Chriſti, qui eſt ima
go Dei, Vbi miſer iſte Deũ ſeculi huius vult
intelligi malũ, tãquã illi ſeruierit Moyſes in
veteri teſtõ, quaſi hoc Apoſtolus dixerit. Vbi
ſi neceſſe eſſet ĩtelligi Deũ ſeculi huius, Deũ
impiorũ, hoc eſt diabolũ: qm̃ omnes dij gen
5. tium dęmonia, & vtiq; multo maxime prin-
ceps dęmoniorũ: non mirũ eſſet, q̃nquidem
quorundã Deus ẽt vẽter eſt dictus: Ait enim
.3. Apoſtolus, Quorũ Deus venter eſt: nec ideo
95. Deus venter eſt. Ita ſi poteſt dici Deus huius
ſeculi diabolus, nõ ideo diabolus Deus eſt:
quia nec dęmonia ſunt dij, quãuis dij gentiũ
ſint dęmonia. Põt quippe ſeculũ in malo in-
telligi: Vnde dicit Apoſtolus Petrus: Eripite
vos de præſenti ſeculo maligno. Sed cũ alter
pateat intellectus, qui neceſſe eſt hic diabolũ
putare ſignificatũ, ac non potius Deũ verum
iuſtũ & bonũ, qui excęcauit mentes infide-
liũ ſeculi huius: vt non hic diſtinguatur, in
quib. Deus ſeculi huius, ac deinde ſubinfera
tur, excęcauit mentes infideliũ: ſed ita potius
in quibus Deus, ac deinde ſubinferatur, ſecu
li huius excęcauit mentes infidelium hoc eſt
infideliũ ſeculi huius mentes excęcauit. Sed
.8. iſtis non placet vt Deus bonus mentes excę
cet aliquorũ. Non. n. attẽdunt Saluatoris ver-
.9. ba dicentis: In iudiciũ ego in hunc mundum
veni: vt qui non vident videant & qui vidẽt,
cęci fiant. Ille igitur qui ſecundũ Apoſtoli-
6. cam ſnĩam cuius vult miſeretur, & quẽ vult
obdurat, proculdubio quẽ vult illuminat, &
L quẽ vult excęcat. Sed non eſt iniquitas apud
100. Deũ, cui dicit Eccleſia, Miſericordiã & iudi-
ciũ cantabo tibi dñe: Illuminat ergo miſeri-
A cordia: excęcat iudicio, vtiq; æquiſsimo, &
ſi occultiſsimo. Inſcrutabilia. n. ſunt iudicia
11. eius: Cui tñ dr̃: Sediſti ſuper thronũ qui iudi
.9. cas æquitatẽ. Huic Deo ſeruiuit Moyſes, cę-
teriq; Prophetæ, quos iuſtos ſine dubio dñs
ipſe teſtatur, Horũ quippe Iudęi ſepulchra
conſtruebant, & monumẽta ornabant, quib.
dicit, Aedificatis ſepulchra Prophetarum, &
ornatis monumenta iuſtorũ. Sed illi omnes, *Mat. 23.*
& ſi pro tẽporis diſpenſatione veteris teſta-
menti miniſtrabant figuras, ad nouum tñ te-
ſtm̃, quãuis nondum reuelatum, per gratiã
Dei pertinebant, ad ꝙ pertinebat Abraham.
Hinc quippe iſti ſi remoto velamine legerẽt,
intelligerent: ita non eſſe inimicũ Euangeliũ
legi, quæ data eſt per Moyſen, ſicut inter ſe B
non ſunt inimici, Abraham & ipſe Moyſes:
quos vtiq; & iſti eundẽ coluiſſe confitentur
Deũ, q̃uis eũ ſic blaſphement, vt eſſe Deum
negent. Et tñ Apoſtolus, promiſsiones quæ
factæ ſunt Abrahæ, quia nouum teſtm̃ ſignifi
cabant, ſic opponit legi per Moyſen datæ, vt
hæc duo inter ſe inimica videantur. Quid. n. *Rom. 4.*
aliud ad Romanos dicit: Nõ. n. per legẽ pro-
miſsio Abrahæ aut ſemini eius, vt hæres eſſet
mundi, ſed per iuſtitiã fidei. Si. n. qui per le-
gem hæredes ſunt, exinanita eſt fides, & eua-
cuata eſt promiſsio: lex enim iram operatur.
Vbi. n. lex non eſt, nec præuaricatio. Atten-
dant quemadmodum ſic diſputat veluti con-
tra legem, vt eam priore illa quæ facta eſt ad
Abraham promiſsione conuincat, quod nõ
ſint hæredes ex lege quicunq; ſunt hæredes
Dei, ſed ex promiſsione. Itemq; ad Galatas: *Gala. 3.*
Fratres, inquit, ſecundum hominem dico: tñ
hominis confirmatum teſtamentũ nemo irri
tũ facit, aut ſuperordinat: Abrahæ dictæ ſunt
promiſsiones & ſemini eius. Non dicit, &
ſeminibus, tanquam in multis, ſed tanquam
in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc
aũt dico, teſtm̃ cõfirmatum a Deo, quæ poſt
quadringentos & triginta annos facta eſt lex
non infirmat ad euacuandam promiſsionẽ.
Si enim ex lege hæreditas, iam non ex pro-
miſsione. Abrahæ autem per repromiſsio-
nem donauit Deus. Quid ergo lex? Tranſ-
greſsionis gratia propoſita eſt, donec veni-
ret ſemen cui promiſſum eſt. Neſcio vtrum
iſti qui legem nõ intelligẽtes criminant, in-
ueniant aliquid ex Euangelio vel ex Apoſto
licis literis, quod ita videatur eidem legi ad-
uerſum eſſe atque contrarium quemadmo- C
dũ hoc videtur, quod ex promiſsionib. quæ
Abrahæ factæ ſunt opponit Apoſtolus. Si
ergo legem oderunt, Abraham diligant. Sed
nec hoc volunt: Nam & ipſi patri gentium: *Cap. 9.*
ad quem promiſsiones factas nunc in omni-

bus gentibus videmus impleri, crimen forni
cationis obijciunt. Iſte quippe proculdubio
cui rñdemus, ex illis, ſe eſſe manifeſtat, de
2. Tim 4 quib. prædictũ eſt Apoſtolo dicente: Spũs au
tẽ manifeſte dicit, quia in nouiſsimis tẽpori-
bus recedent quidã a fide, attendentes ſpiri-
tibus ſeductorib. & doctrinis dęmoniorum
in hypocriſi mendaciloquorũ, cauteriatam
D habentes conſcientiã ſuã, prohibentes nube
Gen. 16. re. Non n. reperitur Abrahã aliquo ſe conta
minaſſe adulterio qñ non lubrico libidinis
amauit ancillã, ſed ab vxore accepit: qñ vxor
eius fecit de iure ſuo ꝙ voluit, volens habe-
re filios de marito ſuo, quanuis ex utero alie
Gen. 25. no: Vbi nulla omnino laſciuiendi, ſed ſola
cogitata eſt cauſa generandi. Iſte aũt Abrahę
ẽt vſq; ad decrepitã ſenectutẽ, fornicationis
obijcit crimen, profecto quia & poſt mortẽ
Saræ alterã duxit. Vbi & ſi nullũ intelligere-
tur rei abditæ sacr̃m, ꝑꝑ hoc ſolum id face-
re debuit Abraham, ne putarent hęretici ad-
uerſus Apoſtolũ, quibus ẽt Tertullianus aſti-
pulator aſsiſtit, poſt vxoris mortem, crimen
eſſe ducere vxorem. Sed ſicut ſibi iſte vr̃ inue
nire in Apoſtolicis literis: quæ dicat contra
legẽ per Moyſen datã, vel contra teſtm̃ ve-
tus: inueniat tale aliquid aduerſus Abraham,
ꝙ ex Euangelicis & Apoſtolicis literis ſona-
Ioan. 8. re uideatur: omnino non inuenit. Vbicunq;
ille nominatur in libris teſtamenti noui, cũ
honore debito nominatur: ita ut Iudęis dice
ret ipſe dñs: Si filij Abrahæ eſtis, facta Abra-
hæ facite. Ac per hoc iſte q blaſphemat Abra
2. Co. 9. ham Chriſtum profecto blaſphemat, qui ta-
le teſtimoniũ perhibet Abrahæ. Sed dicat, ſi
poteſt, quam perſonã illarũ quinq; gerebat
Apoſtolus, cũ ſic prædicaret Abraham? Si. n.
eis qui ſine lege fuerant, factus erat quaſi eſ-
ſet & ipſe ſine lege, illi Abraham non noue-
rant. Ergo aliquem Principem, ſiue Roma-
norũ, ſiue Græcorum, ſiue aliquẽ Philoſo-
phorum debuit inuenire quem talibus præ-
dicaret: vt eis, ſicut huic placet, talẽ ſe quales
ipſi erant fingendo, congrueret: non Abrahã
E neſcio quem alienigenam patrẽ gentis He-
brẹæ, longe ab eorũ motibus, longe ab eo-
rum ritibus, longe ab eorũ cognationib. alie
num. Si aũt Iudęis tanquã Iudęus factus e-
rat, aut eis qui ſub lege erant, tanquam eſſet
& ipſe ſub lege, vt quid dicebat, non eſſe hæ
redes ex lege? Vt quid dicebat: Lex iram ope
ratur? Vt quid dicebat: Lex præuaricationis
gratia propoſita eſt, ꝙ ęquo animo ferre nõ Rom.
poſſent qui gloriabantur in lege? Quod ſi ut
infirmus loquebat̃ infirmis, & ſic eos, ut fal-
lacibus placet, fallendo lactabat, cur eos ab Gal.
umbris ueteribus, in quibus infirmi quieſce-
bant ſic perturbabat vt diceret: Ecce ego Pau
lus dico uobis, quia ſi circuncidamini, Chri
ſtus uobis nihil proderit. Si aũt in illa perſo-
na quinta perfectis ſapientiam loquebatur,
quales ſolos iſte dignos putat quos nõ fallat
Apoſtolus: quare ecõtrario vult eſſe ipſe per F
fectus, vt blaſphemet Abraham, quẽ ſic per-
fectũ laudat Apoſtolus, maxime in illis duo-
bus filijs eius, uno de ancilla, alio de libera?
Si diſplicet illi cũ Hiſmaele teſtm̃ uetus, cũ Gal.
Iſaac placeat teſtm̃ nouũ. An & contra Apo-
ſtolum propoſiturus eſt cathedrã peſtilẽtiæ,
& diſputaturus de qualitate figurarum, atq;
dicturus non eum debuiſſe figuras rerũ ho-
neſtarum de rebus turpib. ducere? Res. n. tur-
pis huic vr̃, ẽt cum ipſa Sara concubitus cõ-
iugalis, quam liberã matrem noſtrã ęternam
Hieruſalem ſignificare teſtatur doctor gen-
tiũ, quãuis nariũ rugas & frontis obducat, &
criſpato vultu hanc parabolã exhorreat do-
ctor peſtilentium: & multo amplius & aſper
nabilius qñ audit eundem gentiũ doctorẽ, ꝙ
ſcriptũ eſt de maſculo & fęmina, Erunt duo Eph.
in carne una: addere & dicere, Sacr̃m hoc
magnum eſt: Ego aũt dico in Chriſto & in
Eccleſia. Itane vero ubi eſſent cognoſcenda
tantæ rei ſacr̃a, i. ſacra ſigna, & in re puden-
da, atq; in eis uerbis quibus uerecundia de-
betur, cognoſci nõ debuiſſe nec dici, homo
iſte ſciebat, & beatus Apoſtolus neſciebat?
Eat plane iſte retro cum ſuis ſimilibus ſocijs
qui dixerunt: Durus eſt hic ſermo, quis eum Ioan. 6.
põt audire? Nos aũt audiamus & intelliga-
mus duo teſtamenta in duobus filiis Abrahæ
duabusq; mulierib. eius cõmixtione fętatis:
ſicut duos in carne una, Chriſtum & Eccle-
ſiam, iſtis nolẽtibus, ſine ulla obſcuritate co-
gnoſcimus: ſicut mediatorem Dei & homi-
nũ, hominẽ Chriſtũ Ieſum, carnem ſuam no 1. Tim.
bis manducandã, bibendumq; ſanguinẽ dan G
tem, fideli corde atq; ore ſuſcipimus: quãuis
horribilius uideatur humanã carnem mãdu
care, quam perimere, & humanũ ſanguinẽ
potare quam fundere. Atq; in omnib. ſanctis
ſcripturis, ſecundũ ſanæ fidei regulã figuratę
dictum

dictum vel factū si quid exponitur, de quibuslibet reb. & verbis quæ sacris paginis cōtinentur, expositio illa ducatur, non aspernāter, sed sapienter audiamus: Et relinquamus istū inania garrientem, & nesciendo quid loquatur, quadā, si dici pōt, imperita peritia de figurarū qualitate tractantē. Qui cū dicit rebus congruis nō contrarijs aliquid esse significandū, pōt vanus dicere, semper Deū lucido auro, nunq̄ nigro atramento scribi opor

H tere: qm̄ Deus lux est, & tenebræ in eo non

ian. 1 sunt vllæ. Non est.n. q̄ putet Apostolū, vt cōgrueret infirmis & imperfectis, multa falsa & improbanda dixisse, quia testimonijs quæ de lege ac prophetis ponit, q̄ venerabiliter scripturas illas accipiat per Epistolas eius apparet: Nec cogitat tā peruerso sensu posse defendi, ēt illa quæ in veteribus Dei libris immundus atq; impius, quasi pius & mundus horrescit. Nā si ei quispiā dicat similes eius, ea quæ te offendunt in lege ac Prophetis falsa sūt, sed pp infirmos & imperfectos sic ea spiritus sanctus poni voluit, quid pari suo vano contra hoc respondeat non habebit. Con

p. 10. uincitur.n. regula falsa, sed sua, nec sapientis ac docti, sed stulti sicut ipse est atq; ineruditi manu, suo tū gladio iugulatur. Post hæc sanè sacrilegi & vani hominis sacrilega vaniloquia, quib. me respondisse sufficienter existimo: hoc est, De initio Geneseos: De lucis fabrica: De die vel Sole: De causa constituendi hominē: De peccato Adæ: De fabrica hominis: De persuasu serpentis: De maledicto in homine, & de vitæ arbore: De pnīa Dei: De diluuio: De arcu in nubibus: De induratione cordis Pharaonis: De spiritu mendacij secun

1. dum Michęam Prophetam: De testimonio Esaiæ Prophetæ, pp q̄ ait: Filios genui & exaltaui, quib. rursum dicit: Filij scelesti, semē pessimū: Et q̄ itē apud eū scriptū esse dicit: Ego sum Deus faciens bona & creans mala:

45. De perditione populi, mandato Moysi: De maledicto q̄ turpe existimat: De Dei, quam putat, confessa crudelitate: De studio q̄ pu-

Re. 15. tat malitiæ, iuxta Dauid regem: De eo q̄ scriptum est, Pęnitet me q̄ constituerim Saul in

I regem De spiritu Moysi, cuius scripturas putat dixisse Apostolū fabulas aniles: De qualitate figurarum: De Abraham: De filijs Heli sacerdotis: De sacrificijs, q̄ putat non nisi dęmonibus exhiberi: De Prophetis Dei, quos putat ante aduentū dn̄i non fuisse: De eo q̄

in lege positū est, sanguinem esse animā: De Leui. 17.

eo cui Moyses seruiuit, quē putat Deū verū non fuisse: De varietate personarū, in quib. putat Apostolū locutum esse fallaciter. Quæ omnia nō hoc ordine prosecutus sum, qui est in libro eius, sed sicut nostræ disputatio-

nis sibimet connexa series postulauit. Post Cap. 11.

hæc ergo omnia titulū posuit, ita se habentē. Discretio spirituū malignitatis & bonitatis: Et cępit cōtrarijs inter se breuibus crebrisq;

sentētijs laudare Xp̄m, & accusare legis Deū K

hoc modo, velut eū ad quē scribebat exhortans: Quare igitur frater, inquit, recedentes ab iniquitate præteriti erroris, intendamus Xp̄m verum ac summū Deū, non huius seculi Principē & mundi factorē, in quo nos peregrinari sæpissime declaratum est. Intendamus, inquā, illum piū ac mitem, qui nos suæ cognationis ostendens, mundi lumen vocauit: nō illū qui secundū scripturas Iudaicas terrenū nobis iudiciū assignans, in terra nobis finē indixit. Qui nos fratres appellans, vigilare ac diuina sapere persuasit, nō illū qui nec dignoscentiæ quidē sensum habere permisit. Atq; hoc modo cętera multa cōtexuit. Cui loco libri eius ita rn̄dendū putaui, vt ēt ego vos exhortarer, Intendamus Christū verum & summū Deū, veri & summi Dei vnicū filiū, non huius seculi malignū Principē, sed mundi, hoc est cęli terræq; factorē, qui nos tanq̄ peregrinos vitā temporalē in hac agere mortalitate præcepit. Intendamus inq̄ illū misericordem ac mitem qui nos fratres suos fecit gratia, non natura. Ipse est.n. non alius sicut hic putat, qui secundū scripturas terrenū nobis corpus, animā vero flatu dedit, vtrunq; faciens, nō eorū aliquid gignēs. Qui nos vigilare ac diuina sapere iussit & fecit. Ipse est.n. non alius sicut hic putat, qui dignoscentiā boni ac mali ne peccando experiremur, admonuit. Qui nos ad immortalitatē vocans, cęlestia nobis regna promisit. Ipse est.n. non alius, sicut hic putat, qui nos post pc̄tm̄ reos, ab æternæ vitæ fęlicitate se

creuit, & terreno labore puniuit. Qui nos, L

non sicut iste dicit, nihil ignorare, sed vtilia scire præcepit: Nec sicut iste sentit atq; a veritate dissentit, sciētiā dānauit in nobis, quę fit sapiendo iustitiā, sed quæ fit experiendo pc̄tm̄. Qui nos, q̄ errore moriebamur mise-

ratus est. Ipse.n.nō alius, sicut hic putat, qui nos morti nō ex quo sapere cępimus, quod iste ait, sed ex quo deliquimus, destinauit. Qui nos proprias facultates hortatur sperne re, imo vero loco tutiore recondere: cū ipse sit non alius, vt hic putat, qui se non tantum cęlestiū, verumēt terrenorū dn̄m ostendens,
M ea quæ impij possidebant expoliatione ple- ctendi suos, quibus hoc pro tpe cōgruebat, auferre atque habere, siue iussit, siue permi- sit. Qui donat delicta conuersis, cū ipse sit, non alius, vt hic putat, qui in tertiam & quar tā progeniem retribuit digna peruersis. Qui
Exo. 20. non omniū, sicut iste ait, sed eorum quos an te præsciuit & prędestinauit, delicta dimittit. Ipse est aūt, non alius sicut hic putat, qui de- licta quorundam, ad pęnalē animi dolorem terroremq; maiorem, et illorum qui ea non admiserant, non spiritalibus, sed corporali- bus mortibus vindicauit, vt conditio morta- lium qua fuerant post paululū morituri, etiā isto mō seruiret Dei prouidentiæ, & in vsū cederet disciplinæ. Qui nos non in totū ira-
Psal. 4. sci prohibuit, qn̄quidē & ipse iratus est vbi oportuit, sed irasci & non peccare præcepit. Ipse est aūt non alius, non qui vindicandi causas sicut iste affirmat inquirit, sed vindi- candas causas qn̄ ipse nouit, aduertit. Qui nos nequando iuraremus, monuit: vt quoniā falli possumus, longe fieremus a periurio nō iurando Ipse est aūt, non alius, vt hic putat, qui suæ sententiæ veritatē ad incredulos in- crepandos, vbi opus esse iudicauit, etiam iu rando firmauit. Sicut aūt homo iurans adhi- bet testē Deum, ita seipsum Deus. Qui nos in fide verbi veri stare iussit. Ipse est.n. nō alius sicut hic putat, non qui voluntatem suā sicut iste blasphemat, sed qui res quas voluit, non mutata voluntate mutauit. Qui nos viam ve- ritatis docuit. Ipse est.n.& Deus Prophetarū qui nunquā sicut iste calumniatur, falsis pro
A missionib. suos decipit, Qui nos irreprehen sibiles esse mandauit: ipse est.n. & Deus Pro- phetarū, qui nunquam sicut iste criminatur, se ipse repreh ēdit, nec eū sicut hominē quic- quam pęnituit: sed rerum futurarū mutatio- nem, quas, se mutaturū sine vlla sui mutatio- ne ab æterno præsciuit, velut humana homi- nibus locuti one prædixit. Qui nobis irā Dei metuend am, & in Euangelio cōmendauit. Ip est.n. & Prophetarum Deus, non sui animi perturbationem, sed iustam seueramq; vin- dictam, iræ vel indignationis nomine nuncu pauit. Qui alterū ab altero non vtcunq; læ- di, sed iniuria lædi noluit. Ipse.n.& Prophe- tarum Deus, qui siue per homines, siue per angelos sanctos, et temporalibus corporum mortibus, quos voluit vtiliter aut mulctauit, aut terruit. Qui dicit ad concupiscendū non B
videndam esse mulierem. Ipse est.n. qui & in lege dixit. Non concupisces: Nec sicut iste Exo. 2
criminatur, indixit septenas singulis nuptias sed propagandi causa connubia casta permi sit. Patres aūt filiarum maritos non solum ip se non fecit, verumēt ne fieret, sicut alia ince sta prohibuit. Qui nos secundum interiorē renouationē in spiritu mentis, nec mascu- los, nec fęminas esse docuit, sed sicut ange- los in æternū secum futuros esse promisit: ip se est.n.& prophetarū Deus, qui masculum & fęminā propagandi generis causa nuptia- li castitate coniunxit, & secundas nuptias q̄ in nouo quoque testō permittuntur, licitas esse monstrauit: Vxores aūt fratrum, sed sine filijs defunctorum, ad excitandam defuncti posteritatem, non libidinis, sed pietatis affe- ctu, in matrimoniū sibi copulare præcepit: Patres uero filiarum coniugijs misceri om- nino prohibuit. Qui nos super omne genus serpentū calcare spiritaliter iussit. Ipse est.n. & Prophetarum Deus, qui populo infideli ad significāda peccata, quorum ueneno in- uisibiliter moriebantur, uisibiles serpentes quib. admonerentur, immisit, & plaga emen datoria, mortes animarum mortib. corporū figurauit. Qui dixit, Date eleemosynā, & ec- Luc
ce omnia mūda sunt uobis. Ipse est enim & Prophetarum Deus, qui talia etiam Prophe- tarum uoce mandauit: Nec sibi uoluit pri- mogenitos hominū filios immolari, sed con secrari, significās primogenitum a mortuis, in quo oportebat omnes a morte perpetua li berari. Qui corruptibilibus cibis incorrupti C
biles antepos uit, ipse est.n. & Prophetarum Deus, qui sacrificia quib. nō indiguit, ad si- gnificandū uerū sacrificiū, in umbris futuro rū præcedere uoluit, & disciplinę seueritate, mortibus corporū, longe mitioribus quam sunt æterna supplicia gehennarum, perpe- trata sacrilegia uindicauit. Qui terrenas di- uitias, non sicut iste dicit, damnari iussit, sed spiritales cœlestesq; præposuit: ipse est enim

& Pro-

& prophetarum Deus, qui facit & diuites benignissime largiendo: & pauperes iustissime vel non dando, vel auferendo. Qui nos pro inimicis orare iussit: ipse est enim Prophetarum Deus, qui filios parentum manibus immolari sibi vt iste criminatur, non solum nunquam voluit, verumetiã ne id fieret in lege constituit. Qui sine acceptione per- D sonarum benefaciẽdum omnibus intimauit: ipse est enim & Prophetarum Deus, qui qñ sine discretione ętatis aut sexus occidi homines iussit, vnde scit iste vel quisquã, quid eis post mortem bonę cõpensationis attribuit, quorũ mortibus viuentes, aut emendauit, aut terruit? Qui nos æquo animo iniurias sustinere & donare præcepit, Ipse est.n.& Prophetarũ Deus, qui oculũ pro oculo, dẽtẽ pro dẽte modũ posuit pęnę, ne quisquã sibi amplius putaret deberi vindictę, quã pertulisset iniurię. Et hoc ideo, quia de sapientia Dei dictũ est, ꝙ legem & misericordiã in lingua portet. Nec per misericodiã debita debitoribus nostris scienter dimitteremus, nisi per legem ipsa debita discerneremus. Qui in tanta potestate se humilians ad conuertendos nos factus homo, cũ hominibus est locutus ipse est & Deus Prophetarum, qui cum primis patribus est locutus: ideo pręter se dicens non esse aliũ Deũ, quia etiã summa Trinitas, manente personarũ discretione, vnus est Deus. Qui Apostolis suis vt gratis darẽt quę gratis acceperãt, iussit. Ad sustentationẽ tamen suã nec aliam tunicam secum ferre ideo constituit, quia secutus adiũxit, Dignus est.n. operarius mercede sua: vt qui Euangeliũ annunciant, ex Euangelio viuerent: Deo tamen munera offerenda esse mostrauit, qui nullius indiget, & munera sumendo plus confert. Ipse est enim & Prophetarũ Deus, & qui munera suos accipere vetat, quibus excęcantur oculi iudicantiũ: & munera ipse quãuis nõ egeat accipit, vt pietate faciat opulẽtas aĩas offerẽtiũ: Qui sabbatis hominẽ curauit, ostendens iam esse tẽpus, vt secundũ prophetiã cantici canticorum aspiraret dies & remouerentur vmbræ. Ipse est.n.& prophetarum Deus, qui hominẽ ligna sabbatis colligentẽ, quia non- E dũ duorũ testamentorũ tẽpora distinguebat, sed legẽ Dei contumaci & impia mente cõtempserat, lapidãdũ esse mãdauit: eiusq; corporali morte, quã post paululũ omni homini quis dubitet, affuturã, sanxit timore obedientiã cęteris profuturã: qui ꝑꝑ saluandos hoĩes se venisse dixit. Ipse ẽ.n.& Prophetarũ Deus, qui iusto iudicio quos vult obdurat, qui sicut in Euangelio ait, venit in mundũ, nõ solũ, vt qui nõ vident uideant, sed etiam vt qui vidẽt, cęci fiant. Qui mandata vitę perpetuæ nobis dedit. Ipse est.n.& Prophetarũ *Ioan.9.* Deus, qui mandata sancta & iusta & bona, superbis tñ, nõ de ipsius gratia, sed de sua virtute fidentibus, nõ quibus viuerent, sed quibus F morerentur vt conuincerẽtur dedit. Sicut Apostoli, dicẽte vno ipsorũ, bonus odor Christi erant, & in his qui salui fiebant, & in his qui peribant: alijs quidem odor vitę in vitam, alijs odor mortis in mortẽ. Qui vitiatorũ salus apparuit, dans incessum claudis, *2. Cor.2* linguã mutis, auditũ surdis, lumẽ cęcis. Ipse est.n. Prophetarũ Deus, qui eadẽ vitia, non solũ misericordissime sanat, verũetiã iustissime importat: neq;.n. debet eũ quisquã nõ minus impia vanitate Christo putare cõtrariũ, *Mat.11.* & istũ bonũ dicere. Christũ aũt malum: eo ꝙ iste in virga Aaron aridum lignũ, & nulla radice subnixum, florẽ ferre fecit & fructum: Christus autem arborẽ maledicto arescit, qa nihil in eo pomorũ, quorũ nondum erat tẽpus, inuenit. Dicens autẽ aliũ esse pacis & caritatis patrẽ, alium belli & furoris authorẽ, *Num.17* *Mat.21.* illum volens intelligi Christum, hunc autẽ legis & prophetarum Deum: potest vanus dicere ipsum Christũ sibi esse contrarium: aut duos fuisse non vnum, inter se scilicet repugnantes alium qui dixit, Pacem do vobis. & *Ioan.14.* alium qui dicit, Non veni pacem mittere in terrã, sed gladiũ: maxime qa displicet ei res *Matt.10.* aliquas bonas malorum nominibus figurari. Quod vero alium dicit esse incestus & adulteriorũ consciũ, alium vero pudicæ castitatis & sanctimoniæ dominũ: illum diabolum intelligat, Prophetarũ autẽ Deũ nouerit, nõ minus castitatis & sanctimoniæ dominum esse quam Christũ: quia Deus Apostolorũ idẽ G ipse & Prophetarũ, priorum illis tempore, sed fide sociorum: ipse est Deus in vtroq; testamento iusti actus & piarum orationũ: ipse est in vtroq; author religiosorum sacrificiorũ. Videte sanẽ vnde probare voluerit humanorum corporum vitia, non ad Deũ authorẽ, sed potius ad diabolum pertinere: qa dñs ait in Euangelio, de muliere quam sanã

fecit, quòd eã satanas alligauerat decem &
Luc. 13. octo annos: propter quod erat incurua, nec
se erigere poterat: quasi satanas cum habeat
semper cupiditatẽ nocendi, nocere cuiquã
possit, nisi ab omnipotente acceperit pote-
statẽ. Nã q̃d aliud, nõ solũ in libro Iob, quẽ
H profectò iste nõ accipit, sed ẽt magis in ipso
Euãgelio declaratũ est, vbi spiritus immundi
Mat. 8. nec in porcos irent, nisi hoc illis benignus
ipse Saluator petentibus, quos certe in abys-
sum posset relegare, concederet: rẽ necessa-
riã docere nos volens, vt scilicet nouerimus
multominus eos posse sua potestate nocere
hominibus, qui nec pecoribus qualibuscun-
que potuerunt. Hanc aũt potestatẽ Deus bo-
nus, occulta nobis iustitia dare dęmonibus
põt, iniuste non põt. Deinde ꝙ de antichristi
aduentu & elatione impia dixit Apostolus,
vult iste ad hoc trahere, vt ipsum intelliga-
2.Th.2. mus Prophetarũ Deũ: vnde potius couinci-
tur illud Dei esse tẽplũ, vbi hominẽ peccati,
filiũ interitus, extollentẽ se super omnẽ Deũ,
& quod colitur, Apostolus sessurũ esse prędi
xit. Deus.n. verus est, in cuius tẽplo falsus il-
le sessurus est. Ad quẽ pertinet ãt iste, qui sub
noĩe Christi, ꝙ nomẽ Dei, hoc est, Christia-
num se videri volens, superextollitur contra
Christũ: seq; ostendit antichristũ nõ vnũ il-
lũ maiorẽ cęteris, sed ex his aliquẽ de qui-
bus dicit Ioannes Euãgelista: Nunc antichri-
sti multi facti sunt. Eos.n. dicebat hęreticos,
qui temporibus Apostolorũ esse iã cęperãt:
Hi aũt cęperant esse post ascensionẽ dunta
1.Ioan.2 xat in cęlũ domini nostri Iesu Christi, ab il-
lo Simone mago, quẽ legimus in Actibus A-
postolorũ baptizatũ. Post hunc aũt fuerũt nõ
nulli discipuli eius, in eadẽ impietate poste-
Acto. 8. riores prioribus succedentes: Quorũ in suc-
cessione quartus extitit Basilides: Qui prim⁹
apertius ausus est dicere, Deũ quẽ gens Iu-
dæa coluit, non fuisse verũ Deum. Post istos
fuit quidã etiã Carpocrates, qui negauit istũ
visibilẽ mundũ a summo Deo creatum sed a
quibusdam virtutibus dęmoniorũ. Negans
I etiã legẽ quæ per Moysen data est, Deũ de-
disse. Cerdon postea surrexit, qui primus in-
uenitur dixisse duos Deos, vnũ bonũ, & alte
rũ malũ, longe antequã hæresis Manichæo-
rũ emersisset, quorũ in hoc furioso delirame
to error est notior. Huius Cerdonis Marciõ
discipulus fuit. Appelles quoque talia do-
cuit: Fuerunt ẽt a quodã Patricio nõnulli Pa
triciani, * vel sunt similiter aduersantes diui A
nis veteribus libris. Hi omnes apertissime
cõtra Deũ sentiũt legis & Prophetarum, hoc
est Deũ verũ, a quo factus est mundus. De ali
qua istorũ hæresi est iste, Nã non eũ puto es-
se Manichęũ. Sed cuiuslibet sit hęretici erro
ris, vel ipse, vel Fabricius, nescio quis, cuius K
se gloriatur esse discipulũ, quantũ ad hunc li
brũ attinet quem misistis, satis ei puto esse re
sponsum. Eã quippe furoris eius deiecta sunt
robora, ex quibus oẽs quem in eo volumine
scripsit blasphemiæ pullularũt, impijssimis
in Deũ maledictis atq; cõuicijs varia loqua-
citate frondentes. Quarũ oẽs singillatim ra-
mos ferire, nimis longũ fuit, sed radices ipsæ
fuerãt amputandæ. Si aũt recenseatis quę cõ-
tra Faustũ Manichęũ scripsimus, & cõtra Adi
mantũ, quia Manichęi sectator cum ille viue
ret fuisse iactatur, multa reperies quę aduer-
sus istũ pariter valeãt. Et fortasse si illa lege-
rentur, vel omnino, vel nõ multũ necessariũ
fuisset hæc scribere. Sanè post finẽ libri ĩ quo
fine paucitatẽ hominũ in suo errore cõmẽ-
dat, quia videlicet paucorũ est sapientia, q̃d
omnibus hęreticis aduersarijs Ecclesiæ ca-
tholicę, quæ per omnes terras copiosa ferti-
litate diffunditur, in sua cuiusq; propria vani
tate cõe est: oẽs.n. de paucitate gloriãtur, &
& seducere si possint multitudinẽ quærunt.
Post hũc ergo finẽ libri, rursus alterius appa
ret exordiũ, eiusdẽ forsitã hominis authoris,
eiusdẽ tñ quod non dubitatur erroris. Dispu
tare aũt cęperat, quod caro aliũ haberet fa-
ctorẽ, nõ Deũ: vnde cũ perpauca dixisset, in
ipso exordio cępta finita sunt. Sed vtrũ ipse
author an scriptor codicis non potuerit im-
plere quod cęperat, nescio. De hac tamen de
mentia hominũ nõ considerãtium quid lo-
quantur, aduersus Manichęos multa iã scri-
psimus. Et in huius operis initio idonea quã-
tũ existimo iasta sunt fundamẽta, quibus pru L
dens & pius lector intelligat, nõ ideo subtra-
hendã carnẽ operibus Dei ꝙ spiritus natura
sit potior: nec ideo mala esse ista temporalia,
quia merito eis pręponuntur ęterna: nec iõ
bona terrestria detestanda, quia sunt cęlestia
meliora: cũ Deus creauerit oĩa bona, magn⁹
in magnis, sed non paruus in paruis. Iã illud
aliud ꝙ in eodem codice scribi cęperat, Adi
mãti opus est illius discipuli Manichæi, qui

proprio noĩe Addas dictus est, Vbi de vtro-
que testõ veluti inter se contraria testimonia
proferuntur versipelli dolositate, velut inde
ostendatur vtrunq; ab vno Deo esse non pos
se, sed alterũ ab altero. Contra hoc aũt mali-
gnum machinamentũ iam olim scripsimus,
vt pauloante cõmemorauimus, & ipsum o-
pusculum nostrũ habere vos credo. Quãuis
quędã sint perpauca in fine ipsius operis Adi
manti, quib. non respondi: nescio quibus.n.
A vt fieri solet incurrentibus, quæ magis vide-
bantur vrgere, illa interrupta sic remanserũt.
Sed vt dixi, in fine perpauca sunt, quæ si dñs
voluerit, quantocyus explicare curabo.

CONSVLTATIO SIVE COMMONITORIUM Orosij ad Augustinum de errore Priscillianistarũ, & Origenistarum.

LIBER VNVS.


BEatissimo patri Augustino Epõ
Orosius. Iam quidem sugges-
seram sanctitati tuæ, sed com-
monitoriũ suggestæ rei & nũc
offerre meditabar, cum te ex-
peditum animo ab alijs dictandi necessitati-
bus esse sensissem. Sed qm̃ dñi mei, filij tui Eu
tropius & Paulus Epĩ, eadẽ qua & ego puer
vester, salutis omniũ vtilitate permoti, com-
monitoriũ iã dederunt de aliquantis hæresi-
bus, nec tñ oẽs significarunt, necesse me fuit
festinato ædere, & coaceruare in vnũ omnes
perditionũ arbores cũ radicib. & ramis suis,
& offerre ignienti spiritui tuo, vt tu viso ag-
mine perspectaq; nequitia, permetiaris, quã
possis dispositionẽ adhibere virtutis. Tu tm̃
beatissime pater, malignas aliorũ plantatio-
nes vel insertiones erue atq; succide, & verã
sparge sementem, nobis de tuis fontib. riga-
turis. Ego Deum testẽ spondeo, & incremen
tum operis tui spero, quia terra illa quæ nũc
ingratos fructus in syncera cultura exhibet,
si eandẽ anno illo recondito apud te mandã
B do & replendo visitaueris, vsq; in centesimũ
fructũ profusa aliqñ liberius vbertate profi-
ciet. Per te dñs Deus noster, per te, inquam,
beate pater quos castigauit in gladio emẽdet
in verbo. Ad te per Deũ missus sum, de te per
eum spero, dũ considero qualiter actũ est, ꝙ
huc uenirem. Agnosco cur venerim sine ne-
cessitate, sine consensu. De patria egressus sũ
occulta quadam vi actus, donec in istius ter-
ræ littus allatus sum. Hic demũ in eũ resipui
intellectũ, ꝙ ad te venire mandabar. Impudẽ
tem non iudices, si accipis confitentem: Fac
me ad dilectum dñm meum idoneum nego
ciatorem inuenta margarita, non fugitiuum
seruũ euersa substantia reuerti. Dilacerati gra *Mat.13.*
uius a doctoribus prauis, quam a cruentissi-
mis hostibus sumus. Nos confitemur offen- C
sam, tu peruides plagam, quod solum super-
est, adiuuante dño largire medicinam. Breui
ter ergo & quid ante male plantatum conua
luit, & quid postea peius insertũ præualuit,
ostendam. Priscillianus primum in eo Mani
chęis miserior, quod ex veteri quoque testõ
hæresim confirmauit, docens animam quæ
a Deo nata sit de quodam promptuario pro
cedere, profiteri ante Deum se pugnaturam,
instrui adoratu angelorũ Dehinc descenden
tem per quosdam circulos a principatibus
malignit capi, & secundũ voluntatẽ victoris
Principis in corpora diuersa contrudi, eisq;
ascribi chirographũ. Vnde & Mathesim prę-
ualere firmabat, asserẽs ꝙ hoc chirographũ
solueret Christus, & affixerit cruci per pas-
sionem suam: sicut ipse Priscillianus in qua-
dam epistola sua dicit, Hæc prima sapientia
est, in animarum typis, diuinarum virtutum
intelligere naturas, & corporis dispositionẽ.
In qua obligatũ videtur cęlum & terra, om-
nesq; principatus seculi videntur astricti san
ctorum dispositiones superare. Nam primũ
Deus circulum emittendarum in carne ani-
marum, diuinum chirographum, angelorũ
& Dei & omnium animarum consensibus fa
bricatum Patriarchæ tenent, qui contra for-
malis militiæ opus possident, & reliqua. Tra
didit autem nomina Patriarcharum mem-
bra esse animæ, eo quod esset Ruben in capi
te, Iuda in pectore, Leui in corde, Beniamin
in fœmoribus: & similia. Contra autem in
membris corporis, cœli signa esse disposita, D
idest, arietem in capite, taurum in ceruice,
geminos in brachijs, cancrũ in pectore, &c.
Volens subintelligi tenebras æternas, & ex
his Principem mundi præcessisse. Et hoc ip-
sum confirmans ex libro quodam qui scri-
bitur Memoria Apostolorum, vbi Saluator
interrogari a discipulis vr̃ secreto & osten-

dere

dere quia de parabola Euãgelica quæ habet, *Mat. 13.* Exijt seminare semen suum, non fuerit seminator bonus. Asserens, quia si bonus fuisset, non fuisset negligens, vel secus viam, vel in petrosis, vel in incultis iacere semen: volens intelligi hunc esse seminantem, qui animas captas spargeret in corpora diuersa quæ vellet. Quo etiam in libro de Principe humidorũ, & de Principe ignis plurima dicta sunt, D volens intelligi, arte, non potentia Dei, omnia bona agi in hoc mundo. Dicit. n. esse virginem quandam lucem, quam Deus volens *Solœcismus.* dare pluuiam hominibus, Principi humidorum ostendit, qui dum eã apprehendere cupit, cõmotus consudat, & pluuiam facit, & destitutus ab ea, mugitu suo tonitrua concitat. Trinitatem aũt solo verbo loquebatur: nã vnionem absque vlla existentia aut proprietate asserens, sublato, & patrem, & filium & spiritumsanctum, hunc esse vnum Christum dicebat. Tunc duo ciues mei, Auitus, & alius Auitus, cum iam tam turpem confusionem, & per seipsam veritas sola nudaret, peregrina petierũt. Nam vnus Hierosolymam, alius Romam profectus est. Reuersi, vnus detulit Origenem, alius Victorinum: ex his duobus alter alteri cessit, Priscillianum tamen ambo damnarunt. Victorinum parum nouimus, quia adhuc penè ante æditiones suas, Victorini sectator cessit Origeni. Cœperunt ergo ex Origene magnifica plura proponi, quæ ex modica occasione veritas ipsa præcederet. Didicimus enim de Trinitate doctrinam satis sanam, omnia quæ facta essent, a Deo facta esse, & omnia bona valde, & facta de nihilo. Tunc deinde scripturarum solutiones satis sobrias. Omnia hæc statim a sapientibus fideli pristinorũ expurgatione suscepta sunt. *Solœcismus.* Remãsit sola offensa, de nihilo credere tum persuasum erat esse animam non tamen persuaderi poterat, factam esse de nihilo: argumentantes, quia voluntas de nihilo esse non possit. Hoc penè vsq; ad nunc manet. Isti vero Auiti duo, & cũ his sanctus Basilius Græcus, qui hæc beatissime docebant, quædã ex E libris ipsius Origenis non recta, vt nunc perintelligunt, tradiderunt. Primum omnia antequam facta apparerent, semper in Dei sapientia facta mansisse dicentes, hoc verbo, Deus. n. quæcunq; fecit faciendo non cępit. Deinde dixerunt angelorũ, principatuũ, potestatum, animarum ac dęmonũ, vnum principium, & vnam esse substantiã: & vel archãgelo, vel animæ vel dęmoni locum pro meritorum qualitate datũ esse, vtentes hoc verbo, Maiorem locũ minor culpa promeruit. Mundum nouissime ideo esse factum, vt in eo animæ purgarentur, quæ ante peccarunt: ignẽ sane ęternũ quo peccatores puniantur, neque esse ignem verum, neq; æternum prædicauerunt: dictum esse ignem, propriæ conscientiæ punitionem: æternum aũt iuxta etymologiam Græcam, non esse perpetuum, ẽt Latino testimonio adiecto: quia dictum sit in æternum, & in seculum seculi post posuerit æterno: ac sic omnes peccatorũ animas post purgationem cõscientiæ in vnitatem corporis Christi esse redituras. Voluerunt etiam de diabolo asserere, sed nõ præualuerunt: eo ꝙ cum substantia in eo bona facta, perire non possit, exusta in totum malitia diaboli, aliquando saluandam esse substantiam. De corpore vero domini sic tradiderunt: quia cum vsque ad nos veniens filius Dei, post tot millia annorum otiosus eousque non fuerit, sed prædicans remissionem angelis, potestatib. atque vniuersis superioribus, cum qualitatẽ formæ eorum quos visitaret assumeret, vsq; ad palpabilitatem carnis assumptionis specie, crassius se hac passione & resurrectione determinans, rursus donec vsque ad patrem veniret ascendendo tenuasse. Itaque neque depositum vsq; fuisse corpus, nec in corpore vllo regnantem, circunscribi Deum. Creaturam quoque subiectam corruptioni, non volentem: intellectam esse dicebant, Solem & Lunam & stellas, & hæc non elementarij esse fulgoris, sed rationales potestates: præbere autem seruitium corruptioni, propter eũ qui subiecit in spe. Hæc sicut retinere potui, breuiter expositum est, ut perspectis omnibus morbis medicinam adhibere festines. Est veritas Christi in me, quia propter venerabilem reuerentiam sanctitatis tuæ esse impudens non auderem, nisi euidẽti iudicio & ordinatione Dei ad illius tanti & talis populi, cui sicut peccanti plaga ĩposita est, sic post plagam cura debetur, remedia proferenda te electum, me missum esse cognoscerem. Memor mei beatissime pater, multorumq; qui mecum velut ros eloquium tuum, vt super eos descendat expectant esse dignare.

D. AVRELII AVGVSTINI
Hipponensis Episcopi,

Ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas. Liber vnus.

1. H RESpondere tibi quęrēti dilectissimi fili Orosi, nec omnia debeo, quæ in tuo commonitorio posuisti, nec omnino non debeo, ne studium tuum, quod mihi gratissimū est, contempsisse videar, & ob hoc intemperāter offendam. Nam in quibusdam opusculis nostris quę vel legere poteris multa dicta sunt, quæ valeant aduersus hæresim Priscillianistarum: quanuis nō mihi eos proposuerim refellendos, sed cum aliud agerem etiam hoc me egisse nunc intelligo, qñ ex te audio quid illi sentiant. Quod enim est aduersus Manichęos multis a me locis de anima disputatum, quę licet secundum quēdam modum suum sit immortalis tamen in deterius deficiendo, & in melius proficiendo mutabilis esse cōuincitur, & per hoc nō esse de Dei substantia dilucidissime ostenditur, simul quoq; Priscilliani dogma subuertit. Hoc enim vno firmissime constituto, ꝙ & verissimum est, & in seipso vnusquisque admonitus facillime agnoscit, neq; isti inueniunt, vnde suas fabulas texant. Quid enim opus est ire per amputandos ramos loquacissimi erroris, cuius radicē effodere atq; extirpare cōpendium est, cum præsertim & ipse gratuleris, iā illa fabulosissima deliramēta
2. apud vos esse conuicta? Sed de anima quęstionē adhucusq; versari, vtrum eā Deus, qm̄ particulā vel defluxionē eius non esse iam constat, ex nihilo creasse dicendus sit, eo ꝙ durum & impium videatur voluntatem Dei dicere nihil esse, quo volente creata est. Hoc quidē iam nō pertinet ad redarguēdam Priscilliani sacrilegam vanitatē, Siue.n.ex nihilo facta sit anima, siue hoc propterea dicendū nō sit quia Dei voluntate facta est, quæ vo-
I lūtas vtiq; non est nihil: tñ quia facta, & Dei natura nō est, profecto hæresi illa refellitur, quæ animā primitus naturā Dei esse contendit ut habeat vnde concinnet ibi quicquid aliud falsitatis adiūgit. Verū quia & istā quęstionem spernere & indiscussam relinquere non oportet quærēdū est ab istis, qui propterea nolunt animā ex nihilo factā credere, ne voluntatē Dei quę facta est, nihil esse asserāt, quęrendū est ergo ab eis, vtrū nullā creaturā ex nihilo factā esse fatentur. Si.n.id putant, quærendū est, ne aliā quandā naturā conentur inducere, quę neq; Deus sit, nec tñ nihil sit, quā velut materiā sibi subiectā nisi Deus haberet, vnde faceret quicquid fecit inuenire nō posset. Nā dū quæritur vnde creaturā K
sua Deus fecerit, quędā materies quæritur, sicuti est fabro lignū, vel quodlibet corpus, quod nisi habuerit, ea facere quę ab eius arte expetunt omnino non poterit. Cū ergo rñdetur, ex nihilo: quid aliud respōdetur, nisi nullam ei subiectam fuisse materiam: quam ipse non fecerat, aut haberet vnde faceret, si quid vellet, & quam nisi haberet, non valeret? Materies quippe mundi quæ in rebus mutabilibus vtcunq; dignoscitur, ab ipso constituta est, a quo cōstitutus est mundus. Quapropter & si fecit aliquid Deus aut facit ex alia quacunq; re: nō tñ ex ea re fecit aut facit, quā ipse non fecerit. Quamobrē sequestrata paululū animę natura, si fatenť Deū aliquid fecisse de nihilo attendant & videant, quicquid illud est, eū volūtate fecisse. Nō.n.aliquid fecisset inuitus. Nec tñ ideo eandē voluntatem nihil esse, qua volūtate ab illo aliquid ex nihilo factū est. Cur ergo de anima timent dicere quod de alijs quibuslibet rebus non dubitent dicere? Aut si animam tantūmodo voluntate Dei perhibent facta, cętera eū nō voluntate fecisse contendūt, quid absurdius, qd insanius dici potest? Quod si omnia quæ fecit, voluntate vtiq; fecit: nec tamen cū hoc dicimus, eandē voluntatē nihil esse dicimus: hoc & de anima accipiant. Cū.n.dr̄, Deus ex L *Cap. 3.*
nihilo fecit: nihil aliud dicitur, nisi non erat vnde faceret, & tñ quia uoluit fecit. Vsq; adeo igitur in eo quod ex nihilo fecit voluntas non nihil dicitur, vt ipsa pręcipue cōmēdetur. Nā cui dicitur: subest enim tibi cū voles posse, siue adsit vnde fiat, siue nō adsit: sat est voluntas, vbi summa est potestas. Qūo ergo in eo qđ de nihilo creatur, volūtas creātis nihil esse perhibetur, cū propterea de nihilo creari aliquid possit, quia volūtas creātis etiā sine materia sibi sufficit. Quod si forte nō solū animā, sed nullā oīno creturā volunt fateri ex nihilo factam, ideo qm̄ quicquid Deus fecit, voluntate fecit, quæ volun-

tas

tas vtiq; non est nihil,respiciant vnde secun-
Gen.2. dũ corpus factus sit homo.Certe.n.sicut scri
ptura testatur, cũ de limo vel puluere terrę
Deus fecit,proculdubio volũtate fecit. Nec
M tñ volũtas Dei puluis aut limus est. Sicut er-
go in eo quod ex limo factũ est,quãuis volũ
tate sit factũ,nõ est volũtas limus:ita in eo ꝙ
ex nihilo factũ,quãuis voluntate sit factũ,nõ
Cap.4. est voluntas nihil. Iã vero quod dolendũ ad
didisti,ex Priscilliani hęresi ad errorẽ Orige
nis apud vos homines fuisse delapsos,nec ab
illa peste potuisse sanari:nisi & ipsa medici-
na morbidũ aliquid intulisset, non est quidẽ
dolor iste culpãdus. Veritas.n.debuit,nõ fal
sitas pellere falsitatẽ. Nã hoc mutare est ma-
lũ,nõ euitare. Veruntamen quia de ipso Deo
creaturarũ omniũ conditore:hoc est,de ipsa
coæterna & incommutabili Trinitate, ab eis
qui ad vos libros Origenis attulerant, id tra-
ditũ esse cõmemoras,quod veritas habet, cõ
tra quã veritatẽ Priscillianus Sabellianũ an-
tiquũ dogma restituit, vbi ipse pater q̃ filius,
qui & spiritus sanctus perhibetur, hoc ipse
prior,ꝙ etiã de anima ita sentit,vt nõ eã pro
pria velit habere naturã, sed de ipso Deo tan
quã particulã defluere, & tam deformiter in
quinari, atq; in deterius cõmutari cũ Mani-
chæis audeat affirmare: non parũ boni ex li
bris illis prouincia vestra percipit, in ea re
maxime in qua capitaliter erratur.De creato
re quippe,non de creatura tam falsa, & tam
nefaria sentiuntur. Siue ergo in hanc fidem
qui deuiauerunt restituti sunt, siue qui eam
nondũ nouerant illarũ disputationum lectio
ne didicerunt, hoc se gaudeant didicisse qđ
sanũ est.Quod autem & in eis erroris est:quã
quam te cognouisse iam videã,tñ queãdmo
dũ contra talia disseratur, ibi melius discere
poteris, vbi error ipse & olim exortus est,
Cap.5. & nõ olim proditus. Quantũ possum tamen
etiã ego cõmoneo,vt de diaboli angelorũq;
A eius correctione & in pristinũ statũ repara
tione sapere nihil audeas. Nõ quia diabolo
& dęmonibus inuidemus, & eo modo quasi
vicẽ maleuolentiæ illis repẽdimus cũ illi nõ
ob aliud nisi inuidentię stimulis agitati, no-
stra itinera quibus in Deum tendimus per-
turbare conentur: sed quia vltimę sententię
summi & veracissimi iudicis, ex nostra prę
sumptione addere nihil debemus. Ipse.n.se
similibus eorũ dicturum esse prædixit, Ite in
ignem ęternũ,qui paratus est diabolo & an-
gelis eius. Nec mouere debet vt hoc loco ę-
ternũ pro diuturno accipiamus,ꝙ alibi scri
ptũ est,In æternũ & in seculum seculi. Lati-
nus quippe interpres noluit dicere,in ęternũ
& in æternum æterni. Sed qm̃ id quod αἰὼν
Græce dicitur,& seculum & æternum inter-
pretari potest, commodius alij interpretes
transtulerunt, in seculum & in seculum se-
culi. Sed non dictum est vbi dictum est, Ite
in ignem ęternum. Non enim dictum est
αἰῶνα, sed αἰώνιον, quod si a seculo declinatũ
esset, seculare Latine diceretur, hoc in ęter-
num, quod nemo vnquam interpres ausus
est dicere. Quapropter licet Latine seculum
cũ aliquo fine intelligatur, ęternũ vero nisi
id ꝙ sine fine est,nõ solet appellari: αἰὼν aũt
Gręce aliqñ ęternũ, aliquando seculũ signi-
ficare intelligatur: tamen quod ex hoc nomi-
ne deriuatur & appellatur αἰώνιον, nec ipsi
Gręci quantũ existimo solent intelligere, ni
si id quod nõ habet finẽ. Nos aũt siue αἰῶνα
siue αἰώνιον non solemus, dicere nisi æternũ,
sed αἰῶνα dicimus & seculũ, αἰώνιον aũt non:
nisi ęternũ. Quanuis quidã interdum etiam
æternale audeãt dicere,ne Latinæ linguæ de
esse videatur ab eodẽ noĩe deriuatio. Et for-
tasse quidẽ secundũ morem scripturarũ in-
ueniant isti aliquid etiã αἰώνιον dictũ, quod
sine fine nõ sit, sicut Deus in libris veteris te-
stamenti assidue dicit, Hoc vobis erit legiti-
mũ ęternum:quod Gręcus habet αἰώνιον, cũ
de talibus sacramentis eo modo sępe præce
perit,quę finẽ fuerant habitura,quantũ si di-
ligentius dicta intelligãtur, ea fortassis quæ
illis sacramentis significabantur finẽ nõ erãt
habitura. Ita.n ne longius abeã,dicimus ęter
num Deũ nõ vtiq; istas duas breuissimas syl
labas, sed quod eis significatur. Dixit Apo-
stolus æterna tempora priora & antiqua, ꝙ
in Gręco legitur πρὸ χρόνων αἰωνίων. Ad Titũ
enim scribens ait, Spem vitę ęternæ quã pro
misit non mendax Deus ante tẽpora ęterna.
Cũ autem retrorsum tẽpora a constitutione
mundi habere videantur initium:quomodo
sunt ęterna,nisi quia æterna dixit, quę ante se
non habent vllum tempus? Sed quisquis pru
dẽter aduertit quod dictum est, Ite in ignem
æternum: illud esse dictum quod non habet
finem è contrario probat eo ipso loco Euã-
gelico de vita æterna, quam iusti accepturi
sunt:

sunt:

sunt: Non.n. & ipsa habet finem. Ita. n.con-
clusit, Ibūt illa in ambustionem æternam, iu
sti autem in vitā æternā. In vtroque Græcus
αἰώνιον habet. Si misericordia nos prouocat
credere, non futurū impiorū sine fine suppli
cium, qd de premio iustorū credituri sum⁹,
cū in vtraq; parte, in eodē loco eadem snīa,
eodē verbo pronunciet ęternitas? An iterum
ēt iustos ex illa sanctificatione & vita æterna,
in peccatorū immundiciā atq; mortem rela
psuros esse dicemus? Absit hoc a Christianæ
D fidei sanitate. Vtrūq; igit̄ sine fine dictum est
ęternū, hoc est αἰώνιον, ne cum diaboli pęnas
dolemus, & de regno Christi dubitemus. Po
stremo si æternum & æternale, hoc est αἰὼν
& αἰώνιον sub vtroque intellectu in scripturis
66. poni solet, aliqñ sine fine, aliqñ cum fine, qd
de illis Prophetæ verbis rñsuri sum⁹, vbi scri
ptū est. Vermis eorū nō moriet̄, & ignis eo-
rum nō extinguet̄? Qualiscunq; pœna signi
ficata sit nomine vermis atq; ignis, certe si nō
morietur, nec extinguetur, sine fine prædicta
est. Nec aliud agebat propheta cum hoc di-
ceret, nisi vt eam sine fine prædiceret. De re-
. 7. gno ēt Christi, non s̄m id quod in principio
1. 1. verbū De⁹ apud Deum, nā illinc nemo vnq̄
dubitauit, qđ sit omnium seculorum, sed s̄m
hoīs susceptionem & mediatoris sacr̄m, &
ex virgine incarnationem, apertissime dictū
est, ꝙ finem non sit habiturū, vbi angelus lo-
quēs ad Mariam matrē futuram virginemq;
mansurā, ait inter cætera, Hic erit magnus, &
. 1. filius altissimi vocabit̄, Et dabit illi dn̄s Deus
sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo
Iacob in ęternum, & regni eius nō erit finis.
Secundum qd regni eius nō erit finis, nisi se-
cūdum id ꝙ regnabit in domo Iacob? Nam
hoc qd ait, in æternum, ꝑ ipsam ambiguita
tem exposuit addēdo, regni eius nō erit finis:
ne quisquam æternum hic sic acciperet, quē
admodum seculum finem qñlibet habiturū.
Nunquid aūt regnum in domo Iacob & in
sede Dauid intelligi pōt, nisi in ecclesia & in
E eo populo qui est regnum eius, de quo etiā
0. 15. dicit Apostolus, Cū tradiderit regnum Deo
& patri, i. cū ꝑduxerit sanctos suos ad contē
plationem patris: vtiq; & ad suam, s̄m id ꝙ
1. 5. Deus est æqualis patri? Nō. n. sic tradidit vt ip
se amittat, quia & pater dedit filio hr̄e vitam
in semetipso, nec vtiq; amisit ipse. Ac ꝑ hoc
si regni eius nō erit finis, profecto sancti eius
qui sūt regnū eius, cū illo sine fine regnabūt.
Qđ aūt illo loco dicit Apostolus, Deinde fi 1. Co. 15.
nis cū tradiderit regnū Deo & patri, ibi finē
nō consumentē, sed perficiētem significat, si
cut dictū est, Finis. n. legis Christus ad iustitiā
omni credēti, ꝙ lex perficiat̄, nō ꝙ aboleat̄. Rom. 10.
Qđ & illic significat vbi ait, Non veni legem Mat. 5.
soluere, sed adimplere. Qđ aūt dicunt de rō Cap. 8.
nalib. creaturis. i. sanctis angelis & immundis
dæmonib. & ipsis animab. hominum, ꝙ ma
iorē locū minor culpa ꝓmeruit, qua impu-
dētia conent̄ Ecclesiæ Christi ꝑsuadere, non F
video. Melius itaq; credimus, Deū non pc̄tis
rōnalium spirituum adductū esse ad fabricā
mundi, ne illa sequant̄ absurda, ꝙ duo soles,
vel tres, vel quatuor, vel quotlibet vobis eēt Sequētes.
necesse, si plurimum spirituū per liberū arbi 58. lineas
trium tanta culpa precederet, q̄ta illos in si- ex tribus
milib. corporū cęlestiū globis oporteret in- uetustis
cludi, sed factū esse mundum Dei bonitate, codicibus
magnū, bonū, a summo & non facto bono, hic inser-
in quo fierent oīa bona valde s̄m naturā, & uimus.
aliis alia meliora, a summis creaturis vsq; ad
infima distinctis gradib. ordinata, vt eo mo-
do essent oīa, dum nō essent sola potiora, &
hr̄ent eius numeri terminū, quem cōstituen
dum apud se vidit oīum naturarum creatarū
cōditor Deus, qui ea nō facta didicit, sed no
uerat ēt facienda. Vnde illud ꝙ aiunt, in eius
sapiētia iam fuisse facta omnia, anteq̄ in istas
formas & modos proprios proferrent̄, atq;
in suis ordinib. apparerent, nō sobrie dr̄. Fa-
cta. n. qñ essent anteq̄ facta essent? sed in Dei
sapientia oīum faciendarū rerum rōnes esse
potuerunt, nō tn̄ factæ. Omnia. n. per ipsū fa- Ioan. 1.
cta sunt, nō & ipsa facta est, qa & ipsa est ver
bum de quo dr̄, Oīa per ipsum facta sūt. No
uerat ergo Deus oīa quæ fecit anteq̄ faceret,
Non. n. possumus eū dicere ignorata fecisse,
& ea nō nisi facta didicisse, nescisse qd face-
ret, sed scisse qđ fecit. Hoc enim si de aliquo
artifice homine diceremus, insipientissime
saperemus. Nouerat ergo ea faciēda, non fa- G
cta nouerat vt faceret, non qa fecerat. Proin
de quamuis iam nota essent, qa nisi a sciente
nō fierent, non tn̄ facta esse cęperunt, quæ vt
fierent sciebant̄ antequam fierent. Cum aūt
veritas, quæ nō opinat̄ incognita, nec aliquē
fallit, purgationem nostram, immo vero &
perfectionē, etiam post resurrectionem cor
porum spiritalium vsq; ad angelorū æqua-

litatem promitat futuram, qũo dicuntur ipſi
ſancti angeli, quib. purgatiſsimi æquales eri-
mus, adhuc a peccatis ſuis eſſe purgandi? Et
cum cœlũ nouum & terrã nouam polliceat
Deus habitaculũ ſanctorum, atq; ab omni la
be hui⁹ ſeculi purgatorũ, qua tandẽ affirmat
audacia, nõ futurũ fuiſſe mundum, i. cœlum
& terram, niſi pp neceſsitatẽ purgandorum
ſpirituum rõnalium, qui vel in cœlo vel in
terra non eſſent, niſi pro meritis peccatorũ?
Quid ergo purgatis opus eſt cœlo nouo &
terra noua, ſi purgati ad hoc reſtituuntur, vt
ſint quemadmodum fuerunt ante cœlum &
H terrã ſine cęlo & terra? Quod ſi oĩno verum
eſſet, nos vſq; ad illud qđ promittit ſcriptu-
ra ſpẽ noſtrã tendere dẽremus. Et ſi inde eſſe
in aliqd melius trãsferendi, multo rõnabili⁹
hoc tũc iã ibi poſiti diſceremus, q̃ nunc nõ
ſolum temere crederemus, verũ etiã impudẽ
ter docere conaremur. Quid eſt aũt abſurdi⁹:
q̃ dicere cœlũ & terra nõ eſſet mũdi ſtructu
ra purgandis, cũ alterum cęlũ & alteram ter-
ram promittit ſcriptura purgatis? Porrò de
Sole & Luna cęteriſq; ſyderibus ꝙ cœleſtia
ſint corpora videmus, ꝙ aĩata ſint, non vide
mus: De diuinis hoc libris legat, & credim⁹.
Nam teſtimoniũ ex Apoſtoli Epiſtola qđ ab
eis dici ſolere poſuiſti, etiam de ſolis hoĩbus
intelligi põt, qm̃ in vnoquoq; hoĩe eſt om-
nis creatura nõ vniuerſaliter ſicut eſt cęlum
& terra, & omnia q̃ in eis sũt, ſed generatim
quodammodo. Quia & rõnalis in illo eſt, q̃
vel probant hr̃e angeli, vel credunt: &, vt ita
dicam, ſenſualis, qua & beſtiæ nõ carẽt, vtun
tur.n. & ſenſib. & ſenſualib. motib. ad appetẽ
da vtilia & vitanda contraria, & vitalis priua
ta ſenſu, qualis aduerti in arborib. põt. Nam
& in nobis ſine ſenſu noſtro fiũt corporis in
I cremẽta, & capilli nec cũ præciduntur ſen-
tiunt, & tñ creſcunt. Iã vero ipſa corporalis
creatura euidentius apparet in nobis, q̃ licet
ex terra facta atq; formata ſit, inſunt tñ illi ex
omnib. huius corporei mundi elementis q̃-
dam particulæ ad tẽperiem valetudinis. Nã
& calore membra vegetant, qui ab igne, cu-
ius etiam lux ab oculis * emicat, & aere ve-
narum diſcurſus, quas arterias vocant, atque
ſpiramenta pulmonis implentur, & humor
niſi eſſet, nulla ſputamenta confluerent, vitã
que abſumeret ſiccitas. Nam & ipſe ſanguis
humido lapſu alias venas replens, quaſi riuis

* a. l. per oculos.

& fluminibus per cuncta diffundit. Ita nullũ
eſt creaturę genus qđ nõ in hoĩe poſsit agno
ſci. Ac ſic omnis creatura in eo congemiſcit
& dolet reuelationem filiorũ Dei expectãs:
q̃ per corporis ẽt reſurrectionem, etſi nõ in
omnibus hominib. omnis tñ a corruptionis
ſeruitute liberabit, quia & in ſingulis omnis
eſt, & ſi quo alio modo melius põt idẽ loc⁹
Apoſtolicarũ literarũ intelligi. Non tñ ex eiſ
dem verbis cõſequens eſt, vt Solẽ & Lunã &
ſydera cõgemiſcere credamus, donec in ſe-
culi fine a corruptionis ſeruitute liberentur.
Sanè qm̃ dixi, de diuinis libris legat & credi
mus, ne te forſitan fallat quod de libro sãcti
Iob ꝓferre aſſolent qui hæc aſſerunt, vbi ſcri
ptum eſt, Qũo erit homo iuſtus coram dño,
vel qũo ſe mundabit natus ex muliere, ſi luci
præcepit, & nõ lucet, nec ſtellæ ſunt mundæ
ante eum, q̃to magis homo putredo, & filius
hoĩs vemis? Hinc.n. volũt intelligi, rõnalem
ſpiritum hr̃e ſtellas, & mundas nõ eſſe a pec
cato, ſed ideo in cœlis eſſe, quia maiorẽ vel
meliorem locũ minor culpa promeruit. Nõ
pro authoritate diuina iſtam ſnĩam recipien
dam eſſe exiſtimo. Non.n. eam ipſe Iob enũ-
ciauit, cui ſingulare quodammodo teſtimo-
nium diuinitus perhibetur, ꝙ nõ peccauerit
labiis ſuis ante dñm, ſed vnus ex eius amicis,
qui dicti ſunt conſolatores malorum oẽs, &
diuina ſentẽtia reprobati ſunt. Sicut autẽ in
Euangelio, quanuis verum ſit omnino ꝙ di-
cta ſint, non tamen omnia quæ dicta ſunt ve
ra eſſe creduntur, quoniam multa a Iudæis
falſa & impia dicta eſſe verax Euãgelii ſcri-
ptura teſtatur, ſic in hoc libro vbi multę per
ſonæ locutę eſſe narrantur, non ſolum quid
dicatur, ſed a quo etiam dicatur conſideran-
dum eſt, ne paſsim quæ in ſancto libro quoli
bet ſcripta ſunt recipientes, cogamur fateri,
quod abſit, vera & iuſta fuiſſe, quæ marito
ſancto mulier inſipiẽs ſuggerebat, vt aliquid
aduerſus Deum loquens ab illa intolerabili
pęna moriendo liberaret. Quod non ideo di
xerim, quia illi amici a domino reprobati,
& ab ipſo ſancto Dei ſeruo merito culpati,
nihil veri loqui potuerunt, ſed quia non oĩa
quę locuti ſunt vera putanda ſunt. Quamuis
ergo ad verſus Iob nihil verum dixerunt, po
teſt tñ etiam ex eorum verbis aliquam ſanã
ſententiam in teſtimonium veritatis aſſume-
re, q̃ nouit ſapienter dicta diſcernere, ſed qñ
inqui-

inquirentes, probari nobis aliquid volumus
testimonio sanctorum eloquiorũ, non nobis
dicat credendũ esse etiam qđ in Euangelio
scriptũ est, si forte Euangelista eũ hoc dixisse
3. cõmemorat, cui fides hẽnda nõ est, Nã dictũ
est illic a Iudęis dño Christo, Nonne verum
dicimus, quia Samaritanus es & dæmonium
habes? Quã vocem tãto amplius detestamur,
q̃to nobis Christus est charior. Emissam tñ
esse a iudęis dubitare nõ possumus, qui Euã-
gelicã narrationem verissimã credimus. Ita
nec Euãgelistæ derogamus fidem scribẽti, &
Iudęi vocẽ blasphemantis execramur. Nec
solũ impiis & nephandis hoib. sed nec ipsis
A in fide paruulis atq; adhuc rudib. & idoctis,
qui forte ibi loquẽtes commemorant, tanq̃
canonicæ authoritati accõmodamus fidem.
Neque.n. quia ille cuius cęci nati oculos dñs
aperuerat, ait, Scimus quia peccatores Deus
9. non exaudit, ideo istam sñiam pro Euange-
18. lica authoritate sic debemus accipere, vt ip-
sis in Euãgelio verbis dñi resistam⁹, qui eũ q
dixit, Dñe propitius esto mihi peccatori: ma
gis iustificatum descẽdisse de templo, quam
Pharisæum iustitias suas commorãtem atq;
iactantem, diuina voce firmauit. Nec succẽ-
seat ista recens illuminatus in carne, ꝙ eũ di-
ximus in suæ fide tyrocinio, qñ adhuc quis
esset qui eum sanauerat nesciebat, minus cir-
cunspectã protulisse sñiam, quia peccatores
Deus nõ exaudit: cum ipsi Apostoli dñi præ
cęteris electi, & laterib. cohęrentes, eiusque
ore pendentes, multa reperiant improbanda
dixisse, quæ cõmemorare prolixum est, ita vt
16. beatus Petrus de quibusdam verbis suis, non
10. solũ reprehendi, sed etiam satanas appellari
meruerit. Quanquam in cõparatione iustitię
Dei, si nec sancti in cœlis angeli iusti esse di-
B cant, non mihi vr̃ importuna sñia, non quia
vt hoc essent, a iustitia lapsi sunt, sed quia fa-
cti sunt, & Deus nõ sunt, tantumq; spiritalis
luminis hr̃e non pñt quantũ habet ille a quo
facti sunt. Ibi.n. summa iustitia, vbi summa
sapientia, & hoc Deus est, de quo dictum est,
Soli sapienti Deo. Sed alia quæstio est, quan
tum iustitiæ ipsius capiant angeli, quantunq;
non capiant. Cuius enim participatione iu-
11. sti sunt, eius comparatione nec iusti sunt. Sed
alia est, vt dixi ista quæstio, alia de syderibus
& Sole & Luna, vtrum vel rõnales habeant
spũs in his conspicuis corporib. lucidisque;
quæ corpora esse qui dubitat, quid sit oĩno
corpus ignorat. Neq; ista multum ad nos ꝑ-
tinent, vt ea sũmo studio indagare curemus,
q̃ remota sunt a sẽsib. nostris, & ab intellectu
infirmitatis humanę, nec in ipsis scripturis
ita po sita, vt nobis eorũ sit mãdata cognitio.
Imò vero ne ꝓcipiti suspitione in fabulas sa
crilegas irruamus, clamat scriptura diuina,
Altiora te ne q̃sieritis, & fortiora te ne scruta Eccle. 3.
tus fueris, sed q̃ tibi præcepit dñs illa cogita
semꝑ, vt magis in istis temeraria ꝓ̃sumptio,
q̃ cauta ignoratio culpãda videat. Certe ait
Apostolus, Siue sedes, siue dñationes, siue
principatus, siue ptãtes. Et esse itaque sedes, Colo. 1.
dñationes, principatus, ptãtes in cęlestib. ap- C
paratib. firmissime credo, & differre inter se
aliq̃d indubitata fide teneo. Sed quo me cou
tẽnas, quẽ magnũ putas esse doctorẽ, q̃ nam
ista sint, & qđ inter se differant, nescio. Nec
ea sanè ignorantia periclitari me puto, sicuti
inobediẽtia, si dñi ꝓcepta neglexero. Et ideo
puto spũ Dei per authores nr̃os, scriptores
sanctorũ eloquiorũ, non plenè exposita, sed
raptim tacta atq; perstricta, vt sicubi forte ta
li quales nos sumus per altiorem reuelatio-
nem aliquid hmõi fuerit demonstratum, nõ
se inferiores fuisse credat eos: per quos nobis
canonicarum scripturarũ sancta preconia
ministrata sunt. Quãtum.n.cunq; sciendo ꝓ
fecerit, infra illas literas se inuenit, quas De⁹
tanq̃ firmamẽtum supra oĩa humana corda
constituit. Nõ itaq; opus est plus sapere, sed
sapere ad tẽperãtiã, sicut vnicuiq; Deus par Rom. 12.
titus est mẽsurã fidei. Docebunt te ista fortas-
se doctiores, si ad illos afferas tantã discendi
sciẽtiam, q̃tam sciẽdi hẽs curã, ne incognita
pro cognitis opineris, ne nõ credẽda credas,
vel credẽda nõ credas. Imò docebit ille vn⁹
magister & verus, siue per illos, siue quibus D
modis voluerit, qui te pro sua ecclesia labo
rantem intus inspicit, vbi & hoc in te contu
lit: ipse reserabit latius veritatem, qui pulsan
tem puidet, q̃ donare dignatus est charitatẽ.
Aliud est in Adam peccasse, vnde dicit Apo
stolus, In quo oẽs peccauerũt, & aliud est ex Rom. 5.
tra Adã, nescio vbi peccasse, & ideo in Adã,
idest in carnem, quę ex Adam propagata est,
tanq̃ in carcerem trudi: Illã vero opinionẽ,
ꝙ ex vna fiũt oẽs aĩæ, nec discutere volo nisi
necesse sit, atq; vtinam ista de qua nunc agi-
mus, si vera est, sic abs te defendatur, vti hoc

Cap. 12. necesse iam non sit. Quanuis autem desidera
tiue rogem, votis ardentibus exoptem, & ex
pectem, vt per te mihi dñs huius rei auferat
ignorantiã, tamen si, quod absit, minime me
ruero, patientiam mihi peto a dño Deo no-
stro. In quẽ sic credimus, vt aliqua nobis nõ
aperiri etiã pulsantibus, nullo modo aduer-
Ioan. 16. sus eum murmurare debeamus. Memineri-
mus ipsis Apostolis dictum, Multa vobis di-
cere habeo, sed non potestis illa portare mo
do. In his quantum ad me attinet etiam hoc
deputem, nec qui hoc sciam indigner indi-
gnum, ne hoc etiam conuincar indignior.
Multa enim alia similiter nescio, quæ cõme-
morare vel numerare non possum & hoc to
lerabiliter ignorarem, nisi metuerem ne ali-
qua istarum opinionum, contra illud quod
firmissima retinem⁹ fide, incautis obreperet
D mentib. sed antequam sciam quæ iam earum
potius eligenda sit, hoc me non temere senti
tire profiteor, eam quę vera est non aduersa
ri robustissimæ ac fundatissimę fidei, qua
Christi ecclesia nec paruulos homines recẽ-
tissime natos a damnatione credit, nisi per
gratiam nominis Christi, quam in suis sacra-
mentis commendauit, posse liberari.

Sermo Arrianorum, vbi numeri propterea
sunt locis singulis annotati, vt cum rñsio
legi cœperit, qui voluerit attendat, vtrum
cuiq; loco apte diligẽterq; respõsum sit,
quia eosdẽ numeros habet etiã ipsa rñsio,
per quos cui loco respondeatur appareat.

1 DOminus noster Iesus Christus,
Deus vnigenitus, primogenit⁹
totius creatoris. Volũtate Dei
2 & patris sui, ante omnia secu-
E la constitutus, Voluntate et
præcepto ipsius, cœlestia & terestria, visibi-
3 lia & inuisibilia, corpora & spiritus ex nullis
existentibus, vt essent sua virtute fecit. Et ante
quam faceret vniuersa omnium futurorum
4 Deus & dominus, rex & creator erat consti-
tutus, & omnium futurorum in natura hẽns
præscientiam, & in faciendo in omnibus ex-
pectans patris sui iussionem, ipse voluntate
& præcepto patris descendit de cœlo, & ve-
nit in hunc mundum, sicut ipse ait, Nõ enim
Ioan. 8. a meipso veni, sed ille me misit. Et quia de
5 omnibus spiritalibus & rationalibus gradi-
bus, propter infirmitatem & fragilitatẽ cor-
poris, paulominus ab angelis inferior mino
ratus homo videbatur, ne se vilem speraret,
& de salute sua disperaret, dominus Iesus ho
norans facturam suam, dignatus est humanã
carnem suscipere, & ostendere, quia non est
homo vilis, sed pretiosus, sicut scriptum est,
Magnus homo & pretiosus vir. Et ideo solũ
hominem patri suo hæredem, sibi cohære-
dem, facere dignatus est, vt quod minus ac-
ceperat in natura, plus hr̃et in honore. Cum,
inquit, venit plenitudo temporis, misit Deus 6
filium suum natum ex muliere, ipse qui vo-
luntate patris carnem suscepit, ipse & volun
tate & præcepto eius in corpore conuersa-
tus est, sicut ipse ait, Descendi de cœlo non
vt faciam voluntatem meam, sed volũtatem
eius qui me misit. Ipse & voluntate patris tri F
ginta annorum baptizatus est, voce & testi-
monio patris manifestatus. Volutate & præ-
cepto patris euangelium regni cęlorum prę
dicabat, sicut ipse ait, Et aliis ciuitatib. opor-
tet me euangelium prædicare, in hoc enim
missus sum: Et ipse mihi mandatum dedit q̃d
dicam, aut quid loquar. Et sic voluntate &
præcepto patris ad passionem & mortem ꝑ
perauit, sicuti ipse ait, Pater, trãseat calix iste
a me, non tamen quod ego volo, sed quod
tu vis, & Apostolo afferente & dicente, Obe
diens, inquit, factus patri vsque ad mortem,
mortem autem crucis. Is & in cruce pen- 7
dens, voluntate & præcepto patris carnem
humanam quam de sancta virgine Maria su-
scepit, in manus hominum dereliquit, & di-
uinitatem suam in manus patris commenda
uit, dicens, Pater in manus tuas commendo
spiritum meum, quia Maria moriturum cor
pus peperit, Deus autem immortalis immor G
talem filium genuit, ergo mors Christi non
diminutio est diuinitatis, sed dispositio cor-
poris. Sicuti enim generatio eius ex virgine
non fuit corruptio deitatis ipsius, sed susce-
ptio corporis, ita & in morte eius non fuit
passio & defectio deitatis ipsi⁹, sed separatio
carnis eius sicuti enim qui indumentum cõ-
scindit, induto facit iniuriam, ita & qui car-
nem eius crucifixerunt, diuinitati ipsius con
tumeliam intulerunt. Is qui voluntate & præ 8
cepto patris totam dispensationem adimple
uit, voluntate & præcepto patris corpus suũ
a mortuis suscitauit, & cum ipso corpore, vt
pastor

pastor cũ oue,& sacerdos cum oblatione,et
rex cum purpura,& Deus cũ templo a patre
6 assumptus est in gloriam.Is qui voluntate pa
tris descendit & ascendit,volũtate & præce-
pto patris sedet ad dexteram eius,audiens pa
trem sibi dicẽtem.Sede ad dexteram meã,do
.109 nec ponã inimicos tuos scabellum pedũ tuo
rum.Is qui volũtate & præcepto patris sedet
ad dexteram eius,is volũtate & p̃cepto patris
he.4. in consummatione seculi venturus est, Apo-
stolo vociferãte & dicẽte,Et ipse,inquit,dñs
in iussu,in voce archãgeli, & in tuba Dei,de
scendet de cęlo. Is qui volũtate & præcepto
patris venit, volũtate & pręcepto patris iudi
caturus est totum mundum in æquitate, &
H redditurus est singulis secundum fidẽ & ope
.5. ra sua,sicut ipse ait:Pater iudicat neminẽ,sed
m. omne iudicium filio dedit.Itẽ, sicuti audio,
iudico, & iudicium meum verum est, quia
nõ quæro voluntatem meam, sed volũtatem
eius qui me misit.Vnde & in iudicãdo patris
præsentiam præponit,& suã diuinam digni-
tatem & p̃tãtem secundam postponit dicẽs,
t.25. Venite benedicti patris mei. Ergo iustus iu-
dex est filius, iudicantis vero honor & autho
ritas,patris imperiales leges,sicuti & spũssan
cti officiosa aduocatio & consolatio,vnige-
10 niti Dei iusti iudicis est dignitas. Ergo filius a
patre est genitus, spiritus sanctus per filium
11 est factus.Filius patrem prędicat,spiritus san
12 ctus filium annunciat. Primum & pręcipuũ
opus est filii genitoris gloriam reuelare:pri-
mum & præcipuum est opus spũs sancti, in
animas hominũ Christi dignitatem manife-
13 stare.Filius testis est patris,spũs testis est filii:
filius mittitur a patre, spirit⁹ mittitur a filio.
14 Filius minister est patris, spũs sanctus mini-
15 ster est filii.Filius iubetur a patre, spũs sanct⁹
16 iubetur a filio. Filius subditus est patri, spũs
I sanctus subditus est filio. Filius quæ iubet pa
17 ter hæc operatur,spũs sanctus quæ mandat fi
18 lius,hæc loquitur. Filius adorat & honorat
hono- patrem,spiritus adorat & honorat filium,ip
rui. so filio dicente, Pater ego te glorificaui* su-
.17. per terram,opus quod dedisti mihi consum
19 maui.Et de spiritu sancto ait, Ille me honori
.16. ficabit,quia de meo accipiet,& annunciabit
20 vobis. Filius a se nõ potest quicquam, sed in
.5. omnib. patris expectat nutum. Spiritus san-
21 ctus a se non loquitur, sed in omnib. Christi
expectat præceptum,non,inquit,a se loque-
tur,sed quæcunque audierit loquetur,& vẽ-
tura annunciabit vobis. Filius pro nobis in- 22
terpellat patrem,spiritus pro nobis postulat
filium.Totius bonitatis,& sapientię,& virtu 23
tis patris viua & vera & propria & cõdigna
imago est filius. Totius sapientiæ & virtutis 24
filii manifestatio est spiritus sanctus. Non est
pars nec portio patris filius, sed proprius & 25
dilectissimus,perfectus & plenus vnigenitus 26
filius. Non est pars nec portio filii spiritus,
sed primum & præcipuum opus vnigeniti 27
Dei præ cęteris vniuersis. Pater maior est fi- 28
lio.Filius incomparabiliter maior & melior
est spiritu.Pater Deus & dominus est filio.Fi 29
lius Deus & dominus est spũi. Pater immobi 30
liter & impassibiliter volens filium genuit. 31
Filius sine labore & fatigatione sola virtute 32
sua spiritum fecit. Filius vt sacerdos adorat 33
Deum suum,& ab hominib. adoratur vt De⁹ K
& creator omnium, pater vero solus nullũ
adorat, quia nec maiorem,nec æqualem ha-
bet quem adorat: nulli gratias agit,quia nul-
lius beneficium consecutus est, omnibus vt
essent ob bonitatem suã donauit, ipse quod
est a nemine accepit.Ergo hæc trium substã-
tiarum,patris,& filii & spiritus sancti distin-
ctio,& trium rerum,Dei ingeniti,& Dei vni
geniti,& spiritus aduocati differentia,& pa-
ter Deus & dominus est filio suo, & omniũ
quæ per virtutem filii voluntate ipsius facta
sunt, filius minister & summus sacerdos est
patris sui,omnium vero operum suorũ do-
minus & Deus est patre volente. Et sicuti ne-
mo potest sine filio ad patrem transire,ita ne 34
mo potest sine spiritu sancto filium in verita
te adorare, ergo in spiritu sancto adoratur
filius. Per filium glorificatur pater. Spiritus 35
sancti opus & diligentia est sanctificare, & 36
sanctos custodire, & non solum rationabi-
lia, vt quidam putant, sed & irrationabilia L
plura sanctificare, & eos qui ceciderunt pro
pter suam negligẽtiam, ad pristinum statum
reparare,ignorantes docere,obliuiscẽtes ad
monere peccantes arguere, pigros hortari,
de salute sua cogitare & solicite agere,errã-
tes ad viam veritatis deducere, infirmos cu-
rare,& fragilitatem corporis per claritatem
animæ continere, & ad amorem pietatis &
castitatis confirmare, & omnes illumina-
re,super omnia fidem & charitatem prębere
singulis,pro studio quoque & diligẽtia, pro

syncceritate & simplicitate mentis,pro men-
sura fidei & merito cõuersationis gratiam ad
2. Co. 3. vtilitatem diuidere, & vnumquenq; in quo
opere & propositio fuerit habilis,in ipso or
37 dinare.Aliũ esse a filio,natura & ordine,gra-
du & affectu, dignitate & potestate, virtute
& operatione, sicut & filius natura & ordi-
ne,gradu & affectu,diuina dignitate & pote
38 state, vnigenitus Deus alius est ab ingenito
Deo. Impossibile ergo est vnum eundemq;
esse patrem & filium,generantem & nascen-
tem,cui testimoniũ perhibet, & eum qui te-
stimonium perhibet, maiorem & eum qui
maiorem esse cõfitet, eum qui ad dexteram
sedet aut stat,& eum qui sedis dat honorem:
eum qui missus est, & eum qui misit,nec di-
scipulum & doctorem, vt ipse docuit di-
Ioan. 8. cens,Sicut docuit me pater sic loquor,similẽ
M & imitatorem,& eũ cuius est similis,& quẽ
imitatur, & eũ qui orat ei qui exaudit,& eũ
qui gratias agit,ei qui benedicit, eum qui su
scepit mandatum,& eum qui dedit mandatũ
& ministrum præcipienti, supplicem eminẽ
ti,subditum superiori, primogenitum sempi
terno, vnigenitum ingenito, sacerdotẽ Deo
39 vnum atque eundem esse. Sed & Deus sine
principio præscius erat,se vnigeniti Dei pue
ri sui patrem futurum. Deum autem se futu-
rum nunquam præsciuit,quia ingenitus est,
& nunquam cœpit, nec præscire,nec scire.
Quid est aũt præscientia,nisi futurorum sciẽ
tia? Pater aũt generando filium ab ipso filio
est nuncupatus,& ipso reuelante,ab omnib.
Christianis Deus, & Pater vnigeniti Dei est
40 cognitus, & magno maior, & bono melior
est manifestatus.Et quia Homusiani dicũt Sal
uatorem nostrum humilitatis gratia hęc oĩa
de patris præscientia, & de sua subiectione
A esse locutum, nos vero Christiani credimus
patre imperante & filio obtemperante, hæc
omnia esse eum locutum, dicimus & proba
mus & hæretici ex suis dictis arguuntur &
reprehenduntur. Si enim se humiliauit, ipsa
humilitas eius obedientiam ostendit,ipsa ve
ro obedientia alium supereminentem,alium
subsistentem & subiectum declarat, sicuti ait
Apostolus, Humiliauit se obediens factus
patri vsque ad mortem. Et ipsa humilitas
Philip. 2. eius, veritas est non falsitas. Quis enim vel
quando sapiens contentus est se humiliare,
nisi habeat maiorem & meliorem cui festi-
net per humilitatem placere? Et ego, inquit, Ioan.
quæ placita sũt ei,facio semper,Semel enim
ante omnia secula volũtate Dei natus,ad vo-
luntatem ipsius omnia operatur. Si autem se
humiliauit, & mentitus est, quod absit,& si
veritas mentitur, quod impossibile est, ubi
quis quærat veritatem? Sed veritas nec menti
titur, nec variat, qui ad hoc venit vt veritatẽ
doceret,quia non est ignorantię doctor, sed
veritatis magister,vt ipse dixit, Nolite vobis Mat.
vocare magistros super terrã, vnus est enim
magister vester Christus. Si autem dixerint,
quia propter incarnationem suam humi-
lians se super terram, propter homines hæc
loquebatur,ostendamus illius maiora & fir-
miora esse illa testimonia,quæ de subiectio-
ne filii in scripturis sunt posita, de iis quæ in
Euangelio aguntur. Si enim propter homi- B
nes supra terram se humiliauit, & non vt
obediens & subiectus filius cum in compa-
rabili dilectione & gratiarum actione patri
suo obsequebatur, quia quantum sublimis
est in potestate, tantum humilis est in obse-
quio, antequam carnem susciperet, quare
iussus obaudiuit, & modo sedens ad dexterã Ro.
Dei interpellat pro nobis,& in corpore con
stitutus super terram, in cœlo se patrem ro-
gaturum promittebat dicens,Et ego rogabo Ioan.
Patrem meum, & alium aduocatum dabit
vobis.Et si adhuc in his omnib. propter duri
tiam & cęcitatem cordis sui credere nolue-
rint, sed ausi fuerint dicere, quod hæc om-
nia humilitatis causa fiunt post consumma-
tionem seculi,nisi se natura & voluntate sci-
ret subiectum & obedientem, vt quid se hu-
miliaret,vbi propter homines humilitas ne-
cessaria non est? Quòd autem & post con- C
summationem seculi, quando illi omnia fue 1. Co.
rint subiecta,quia modo natura quidem om
nia sunt subiecta, vt creatura creatori,volun
tate autem propter liberũ arbitrium non om
nia illi subiecta videmus,tunc vero in die iu
dicii,quando in nomine Iesu omne genu fle Phil.
ctetur,cœlestium,terrestrium,& infernorũ,
& omnis lingua confitebitur,quia Dominus
Iesus Christus est in gloria Dei patris,omnia
sine fine,& voluntate & natura,illi erunt su-
biecta, & ipse post omnium sibi subiectio-
nem in ea subiectione & charitate manẽs, in 1. Co.
qua semper, & ipse vt filius subiectus erit ei
qui illi subdit omnia, nullus audiens Chri- Ro.
stianus

ſtianus ignorat, quia fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, vt ſit Deus omnia in omnibus, ſemper monarchiam & poteſtatem habens omnium, cui gloria & honor laus & gratiarum actio, per vnigenitum eius filium Dominum & Saluatorem noſtrum in ſpiritu ſancto nunc & per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, Contra Sermonem Arriano-rum.

LIBER VNVS.



eorũ. detra ni. Horum * prædedenti diſputationi * hac diſputatione reſpondeo, quòd cum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fatentur quidem Deum, ſed Deum verum, & cum patre vnum Deum nolunt fateri, duos nobis inducunt Deos diuerſę diſpa-
D riſque naturæ, vnum verum, alterum non verum, contra illud quod ſcriptum eſt, Audi
n. 3. Iſrael, dominus Deus tu⁹ Deus vnus eſt: Hoc enim ſi de patre dictum volunt intelligi, ſequitur vt Chriſtus non ſit dominus Deus noſter. Si autem de filio, pater non erit dominus Deus noſter. Si vero de ambobus, profectò pater & filius, vnus eſt dominus Deus noſter: Ac per hoc illud quod in Euangelio
n. 17. ſcriptum eſt, Vt cognoſcant te vnum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum hoc eum dixiſſe accipiendum eſt, vt te & quem miſiſti Ieſum Chriſtum cognoſcant vnum verum Deum. Quia & de Chriſto dictum eſt
2 a Ioanne Apoſtolo, Ipſe eſt verus & Deus & vita æterna. Item cum dicunt Chriſtum voluntate Dei & patris ſui ante omnia ſecula
E conſtitutum, coguntur confiteri filium patri eſſe coæternum. Si enim aliquando pater ſine filio fuit, erit ante filium aliquod tempus, quo pater ſine illo ſolus fuit. Et quomodo erat ante omnia ſecula filius, ante quem fuit tempus quo ſine illo erat pater? Porrò ſi ante omnia tempora filus erat, non enim aliter intelligendum eſt, In prncipio erat verbum,
n. 1. & omnia per ipſum facta ſunt, quia & tempus ſine aliquibus creaturæ motibus non poteſt eſſe, & ideo per illum facta confitemur & tempora, per quem facta ſunt omnia, proculdubio coęternus eſt patri filius. Sed voluntate patris dicunt conſtitutum, nolentes dicere Deum de Deo æqualem genitum atque coæternum. Nuſquam autem legunt, voluntatem patris filium ante omnia ſecula cōſtitutum. Sed hoc propterea dicunt, vt prior illo videatur voluntas patris, qua eum conſtitutum volunt. Et argumentatio eorum talis eſſe ſolet, Interrogant enim, vtrum pater filium volens an nolens genuerit, vt ſi reſponſum fuerit, quòd volens genuerit, dicant, Prior eſt ergo voluntas patris. Quòd autem nolens genuerit, quis poteſt dicere? Sed vt nouerint quàm inania loquantur, etiam ipſi interrogandi ſunt, vtrum Deus pater volens an nolens ſit Deus, Non enim audebunt dicere nolle ſe eſſe Deum. Si ergo reſponderint quòd volēs ſit Deus, eo modo illis referenda eſt vanitas ſua, qua dici poteſt prior illo eſſe voluntas eius, quo quid dicitur ſtultius? Deinde dicunt eum voluntate & præcepto patris, cœleſtia & terreſtria, & viſibilia & inuiſibilia, corpora & ſpiritus, ex nullis extantibus, vt eſſent ſua virtute feciſſe. Vbi ab eis quærimus, vtrum & ipſe a patre ex nullis extantibus factus ſit, hoc eſt, ex nihilo. Quod ſi dicere non audebunt, ergo Deus eſt de Deo, non ex nihilo factus a Deo. Quę res indicat vnam & eandem patris filiique naturam. Neque enim homo, pecus, auis, piſcis, poſſunt eiuſdem naturæ gignere filios, & Deus non potuit. Si autem tanto impietatis abrupto audebunt ire præcipites, vt dicunt, & vnigenitum filium a patre ex nihilo conſtitutum, quærant per quem factus ſit a patre ex nihilo filius. Non enim per ſeipſum fieri potuit, tanquam iam eſſet antequam fieret, vt eſſet ipſe per quem fieret idem ipſe. Et quid opus erat, eum fieri qui iam erat?
Aut quomodo fiebat vt eſſet, qui iam erat G
antequam fieret? Porrò ſi per aliquem alium a patre factus eſt, quis eſt ipſe alius, cum omnia per ipſum facta ſint? Si autem a pa-
tre per neminem factus eſt, quomodo per Ioan. 1.
neminem aliquid a patre factum eſt, cum per filium, hoc eſt, per eius verbum facta ſint omnia? Et antequam faceret, inquiunt,
vniuerſa, omnium futurorum Deus & do- Cap. 3.
minus rex & creator erat conſtitutus: & 4
omnium futurorum in natura habens præ-

Cap. 2. 3 F

ſcientiam,& in faciendo in omnib. expectãs
patris ſui iuſsionem,ipſe voluntate patris de
Ioan. 8. ſcendit de cęlo & venit in hunc mundum,ſi
cuti ipſe ait,Nõ.n.a meipſo veni,ſed ille me
miſit.Vellē iſti vt dicerent, vtrum duos cõſti
Rom. 11. tuant creatores.Quod ſi nõ audent, vnus eſt
enim q̃m ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo sũt
oĩa.Vnus quippe Deus eſt ipſa Trinitas:et ſic
vnus Deus,q̃uo vnus creator,q̃d eſt quod di
cunt,iubēte patre oĩa creaſſe filium,tanq̃ pa
al. per filium. ter nõ creauerit,ſed per filiũ * creari iuſſerit?
Cogitent qui carnaliter ſapiunt,q̃b.aliis ver
bis iuſſerit pater vnico verbo. Formãt enim
H ſibi in phãtaſmate cordis ſui, quaſi duos ali-
quos,& iuxta inuicem, in ſuis tñ locis cõſti-
tutos,vnum iubētem,alterum obtemperan-
tem.Nec intelligunt ipſam iuſsionem patris
vt fierent oĩa,non eſſe niſi verbum patris per
quod facta ſunt oĩa. Quod aũt miſerit pater
Ioan. 16. filium, negari nõ poteſt.Sed cõſiderēt ſi pñt,
q̃uo eum miſerit,cum quo ipſe venit.An ille
mētitus eſt qui ait,Non ſum ſolus, q̃m pater
mecũ eſt. Sed quomodolibet miſſum intelli
gant,nunquid ideo diuerſa natura eſt,q̃a pa-
ter mittit & mittitur filius? Niſi forte poteſt
homo pater mittere hoĩem filium vnius eiuſ
demq; ſubſtãtiæ,& non poteſt Deus cũ ho-
mo miſſus ab hoĩe mittente ſeparetur,quod
Deus nõ poteſt. Sed ignis mittit ſplendorem
ſuum,nec poteſt ſplendor miſſus ſeparari ab
igne mitente, quãuis & iſta quia creatura eſt
viſibilis, nõ omni ex parte huic rei ſit cõpa-
rabilis,cum.n.ſplendorem mittit ignis, lon-
gius peruenit ſplēdor,quo ignis non ꝑuenit.
Vnde ſplēdor ab igne qui eſt in lucerna miſ-
ſus,ſi loqui poſſet, nõ vtiq; poſſet verum di-
cere in pariete,quo ſine lucernæ igne perue-
nit,ignis qui me miſit mecum eſt,potuit aũt
I miſſus a patre filius dicere, Pater mecum eſt.
Cum igitur hęc a patre miſsio filii prorſus
ineffabilis ſit,nec capi vlliꝰ cogitatione poſ-
ſit,q̃uo hinc oſtēdant filium alterius atq; in-
ferioris eſſentiæ nõ inueniũt, q̃nquidem nec
Cap. 4. homo miſſus ab hoĩe, diuerſam naturã mit-
tentis & miſsi eſſe demonſtrat.Hic aũt etiam
hoc poteſt intelligi, vt eo ipſo a patre miſſus
filius eſſe dicatur, ꝙ filius hominib.apparuit
in carne, non pater. Quis enim mittitur illò
vbi eſt?Vbi autem non eſt ſapiētia Dei quod
Sapie. 7. eſt Chriſtus, de qua legitur, Atringit a fine
vſq; ad finem fortiter & diſponit omnia ſua
uiter?Cũ ergo vbiq; ſit etiam filius,quo mit-
tendus fuerat vbi nõ erat,niſi apparēdo ſicut
apparebat? Quanq̃ & ſpiritũſanctũ miſſum
legamus,qui certe in vnitatem perſonæ ſuæ
naturam nõ aſſumpſit humanam.Nec a ſolo
filio miſſus eſt, ſicut ſcriptum eſt, Cum ego *Ioan.*
iero mittam illũ vos: ſed a patre quoq; ſicut
ſcriptum eſt. Quem mittet pater in nomine
meo,Vbi oſtēditur quod nec pater ſine filio, *Ioan.*
nec filius ſine patre miſit ſpiritum, ſed eum
pariter ambo miſerunt.Inſeparabilia quippe *Ae...*
ſunt opera Trinitatis.Solus pater non legitur *ſũ op...*
miſſus, q̃m ſolus non habet authorem a quo *Tri...*
genitus ſit,vel a quo procedat.Et ideo nõ ꝓ- *inſepa...*
pter naturæ diuerſitatem, quæ in Trinitate *bil...*
nulla eſt,ſed propter ipſam authoritatem ſo K
lus pater non dr̃ miſſus.Non enim ſplendor
aut feruor ignem,ſed ignis mittit ſiue ſplen-
dorem, ſiue feruorem. Quanuis hæc longe
ſint diſsimilia. Nec inuenitur aliquid vel in
ſpiritalib. vel in corporalib. creaturis,quod
ei Trinitati, quæ Deus eſt, merito cõferatur.
Dicunt etiam,Et quia de omnib. ſpiritalibus *Cap.*
& rationalibus gradib.propter infirmitatem
& fragilitatem corporis paulominus ab an-
gelis inferior minoratus homo videbat̃, ne *Pſal.*
ſe vilem ſperaret,& de ſalute ſua deſperaret,
dñs Ieſus honorãs facturam ſuam, dignatus
eſt humanam carnem ſuſcipere,& oſtēdere,
quia non eſt homo vilis, ſed pretioſus ſicut
ſcriptum eſt.Magnus homo & pretioſus vir. *Prou.*
Et ideo ſolum hominem patri ſuo hęredem,
ſibi cohæredem facere dignatus eſt,vt,quod
minus acceperat in natura, plus haberet in
honore. Hæc dicentes hoc volunt intelligi,
quia humanam carnem ſine humana anima *Ar...*
Chriſtus aſſumpſerit. Quæ propria hæreſis *cum...*
Apollinariſtarum eſt. Sed etiam iſtos, ideſt, *linar...* *cõue...*
Arrianos in eorum diſputationib. nõ ſolum
Trinitatis diuerſas eſſe naturas, ſed etiã hoc L
ſentire deprehendimus, quòd animam non
habeat Chriſtus humanam. Verum id in hu-
ius diſputationis conſequentibus euidentius
apparebit. Nunc ad hæc eorum verba quę ꝓ
poſuimus hoc rñdemus, vt recolant in epi-
ſtola,quæ ad Hæbreos eſt,de Chriſto eſſe in
tellectum quod ſcriptum eſt,Minoraſti eum *Heb.*
paulominus ab angelis, & videant non ad di
uerſitatem & inæqualitatem naturæ patris &
filii valere quod dixit, Pater maior me eſt,
ſed ad illud potius ꝙ in forma ſerui propter *Ioan.*
infirmi-

infirmitatem, in quo pati & mori potuit, mi
. 6. nor etiam angelis factus est. Item dicũt, Cũ,
at. 4. inquit, venit plenitudo tpis, misit Deus filiũ
suũ natum ex muliere, ipse qui volũtate pa-
tris carnẽ suscepit, ipse & voluntate & præce
n. 6. pto ipsius in corpore conuersatus est, sicut
æ. 3. ipse ait, Descendi de cælo nõ vt faciam volũ-
tatem meam, sed volũtatẽ eius qui me misit.
Ipse & voluntate patris triginta annorum ba
æ. 4. ptizatus est, voce & testimonio patris mani-
. 12. festatus. Volũtate & pcepto patris Euangeliũ
regni cœlorum prædicauit, sicut ipse ait, Et
aliis ciuitatib. oportet me Euangelium prædi
care, in hoc.n. missus sum. Et ipse mihi mãda
A tum dedit qđ dicam, aut quid loquar, Et sic
voluntate & præcepto patris ad passionem
.26. & mortem properauit, sicut ipse ait, Pr̃, tran
seat a me calix iste, nõ tñ quod ego volo, sed
quod tu vis. Et Apostolo asserente & dicẽte,
p. 2. Obediens, inquit, factus patri vsq; ad mortẽ,
mortem aũt crucis. His testimoniis sanctarũ
scripturarum qd persuadere conantur, nisi
propterea patris & filii diuersas esse naturas,
quia obediens patri ostẽditur filius? Quod tñ
de hominib. non vtiq; dicerent, Neq; enim
si homo filius homini patri suo sit obediens,
7. ideo amborum diuersa natura est. Quanq̃ &
6. hoc ipsum qđ dicit Iesus, Descendi de cœlo
nõ vt faciam voluntatem meam, sed volũta-
tem eius qui me misit, ad illud referatur qđ
5. homo primus Adã, de quo dicit Apostolus,
Per vnum hoĩem peccatum intrauit in mun
dum, & per peccatũ mors, & ita in oẽs homi
nes pertransiit, in quo oẽs peccauerunt, faciẽ
do voluntatem suam, non eius a quo factus
est, vniuersum genus humanum propagine
vitiata, culpæ & pœnæ fecit obnoxium. Vnde
a contrario, per quem liberãdi fueramus, nõ
B fecit volũtatem suam, sed eius a quo missus
est, Ita qppe hoc loco dr̃ voluntas sua, vt in-
telligat̃ esse propria, contra volũtatem Dei.
Neque.n. cum obedimus Deo, eaq; obedien
tia dicimur eius facere voluntatem, nolentes
id facimus, sed volentes, ac per hoc si volen-
tes id facimus, qũo voluntatem nostram nõ
facimus: nisi quia illa dr̃ voluntas nostra, qñ
scriptura ita loquit̃, quæ intelligitur esse pro
pria contra voluntatẽ Dei. Hanc habuit Adã:
vt in illo moreremur. Hanc nõ habuit Chri-
stus, vt in illo viueremus. De natura quippe
humana hoc recte dici potest, in qua existit
per inobedientiam voluntas propria, q̃ Dei
volũtati esset aduersa. Cæterum quod attinet
ad diuinitatem filii, vna eademq; volũtas est
patris & filii. Nec põt vllo modo esse diuer-
sa, vbi est natura Trinitatis immutabilis vni-
uersa. Vt aũt mediator Dei hominum homo 1. Tim. 5.
Christus Iesus nõ faceret propriã, quæ Deo
aduersa est, volũtatem, nõ erat tm̃ homo, sed
Deus & homo, per quam mirabilem singula
remq; gratiam, humana in illo sine peccato Ioan. 6.
vllo posset esse natura. Propter hoc ergo ait,
Descẽdi de cœlo nõ vt faciã voluntatẽ meã,
sed volũtatem eius qui me misit, vt ea causa
esset tãtæ obedientiæ, quæ oĩno sine vllo pec
cato esset hoĩs quem gerebat, qa de cælo de-
scenderat, hoc est, non tm̃ homo verumetiã C
Deus erat. Vnam quippe ostendit esse perso-
nam in vtraq; natura, hoc est, Dei & hoĩs, ne
si duas faciat, quaternitas ĩcipiat esse, nõ Tri-
nitas. Qm̃ itaq; gemina qdem substantia, sed
vna persona est, propterea quod dictum est,
descendi de cœlo, refert̃ ad Dei excellẽtiam,
quod vero adiunctum est, non vt faciam vo
lũtatem meam, propter Adam qui fecit suã,
refertur ad hoĩs obediẽtiam, vtrunq; autem
Christus, i. Deus & homo, tñ obedientia in
illo quæ cõtraria est inobedientiæ primi ho
minis, secundum id quod homo est commẽ
datur. Vnde ait Apostol⁹, Sicut enim per in-
obedientiam vnius hoĩs, peccatores consti- Rom. 5.
tuti sunt multi, ita & per obedientiam vnius
hominis iusti constituentur multi. Nec quia Cap. 8.
dixit hominis, separauit Deum, qui hominẽ
assumpsit, quia sicut dixi, & valde commen-
dandum est, vna persona est. Ipse nãq; vnus
Christus est & Dei filius semper natura, &
hominis filius qui ex tempore assumptus est,
non vt prius creatus post assumeretur, sed vt
ipsa assumptione crearetur. Ac per hoc pp D
istam vnitatem personæ in vtraq; natura in-
telligendam & filius hominis dr̃ descendisse
de cœlis, quanuis sit ex ea quæ fuerat in terra
virgine assumptus, & filius Dei dr̃ crucifixus
mortuus & sepultus, quanuis hæc non in di-
uinitate ipsa, qua est vnigenitus patri coæter
nus, sed in naturæ humanæ sit infirmitate per
pessus. Nam filium hominis descendisse de Ioan. 3.
cœlo ipsum dixisse sic legimus, Nemo ascen
dit in cœlum nisi qui de cælo descedit, filius
hominis qui est in cœlo. Vnigenitum vero
filium Dei crucifixum & sepultum, omnes

etiam

etiam in ſymbolo cõfitemur. Vnde eſt & il-
1. Cor. 2. lud Apoſtoli, Si.n.cognouiſſent, nunquam
dñm gloriæ crucifixiſſent. Hanc vnitatem ꝑ-
ſonæ Chriſti Ieſu dñi nr̃i, ſic ex natura vtraq;
conſtantem diuina, ſ. atq; humana, vt quęli-
bet earũ vocabulum ẽt alteri impartiat, & di
uina humanę, & humana diuinæ, beatus oſtẽ
dit Apoſtolus, vbi nos cũ ad humilitatem mi
ſericordẽ per Chriſti exhortaretꝰ exemplum:
Phili. 2. Hoc sẽtite, inquit, in vobis qđ & in Chriſto
Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, nõ rapinã
D arbitratus eſt eſſe ſe ęqualẽ Deo, ſed ſeipſũ
exinaniuit formã ſerui accipiens in ſimilitu-
dinem hoĩum factus, & habitu inuentus vt
homo, humiliauit ſeipſum factus obediens
vſq; ad mortem, mortem aũt crucis. Cũ er-
go Chriſti nomen ex eo illi ſit ꝙ ſcriptũ eſt
Pſal. 24. in Prophetia, Vnxit te Deus Deus tuus oleo
exultationis præ participib. tuis, vnde ad id
ꝙ homo factus eſt pertinet, i. ꝙ formam ſer
ui accipiens habitu eſt inuẽtus vt homo, qui
vtiq; habitus cępit ex tp̃e, de ipſo tñ eodẽq;
Chriſto dictum eſt, Cum in forma Dei eſſet:
cum profecto in forma antequam ab illo for
ma ſerui eſſet accepta nondũ erat filius Dei,
cui patris æqualitas rapina non erat, ſed na-
tura. Non.n. erat vſurpando elatus, ſed hoc
erat natus, & ideo veritas. Nondũ ergo erat
Chriſtus, quod eſſe cœpit cum ſemetipſum
exinaniuit, non formam Dei amittens, ſed
formam ſerui accipiẽs. Verum ſi quęramus,
Quis eſt ille qui cum in forma Dei eſſet, non
rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo? rñ-
detꝰ nobis voce Apoſtolica, Chriſtus Ieſus.
Ergo & illa diuinitas huius humanitatis no-
men accepit. Item ſi q̃ramus, Quis nã ſit fa-
ctus obediens vſq; ad mortem mortem autẽ
crucis? rectiſſime rñdet, Ille qui cum in for-
ma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe
æqualis Deo. Ergo & iſta humanitas illiꝰ di-
uinitatis nomẽ accepit, apparet tñ idem ipſe
Chriſtus, geminę gigas ſubſtantiæ, ſecũdum
q̃d obediens, ſecundum quid æqualis Dei: ſe
E cundum quid filius hoĩs, ſecundum quid fi-
lius Dei, ſecũdum q̃d dicat, Pater maior me
eſt, ſecundum quid, Ego & pater vnum ſu-
mus: ſ̃m quid, Non faciat voluntatem ſuam,
Ioan. 14. ſed eiꝰ a quo miſſus eſt: ſ̃m quid, Sicut pater
Ioan. 10. ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filiꝰ quos
Ioan. 6. vult viuificat. Item ſequunt̃ & dicũr, Is & in
Ioan 5. cruce pendens volũtate & præcepto patris,
Cap. 9.

carnem humanam quã de ſancta virgine Ma
ria ſuſcepit in manus hoĩum dereliquit, & di
uinitatem ſuam in manus patris commenda
uit, dicens, Pater in manus tuas commendo
ſpm̃ meum, quia Maria moriturum corpus
peperit: Deus aũt immortalis immortalẽ filiũ
genuit, ergo mors Chriſti non diminutio eſt
diuinitatis, ſed depoſitio corporis. Sicuti.n.
generatio eius ex virgine nõ fuit corruptio
deitatis ipſius ſed ſuſceptio corporis, ita &
in morte ipſius non fuit paſsio & defectio
deitatis ipſius,, ſed ſeparatio carnis ipſius. Si-
cuti.n. qui indumentum conſcindit, induto
facit iniuriã, ita & qui carnẽ ipſius crucifixe
runt, diuinitati ipſius contumeliã intulerũt.
Ecce in quib. verbis ſuis oĩno manifeſtãt ne
gare ſe, ꝙ ad vnitatem perſonę Chriſti etiam
humana aĩa pertineat, ſed in Chriſto carnem
& diuinitatem tantummodo confiteri. Qñ-
quidem cum penderet in ligno, illud vbi ait,
Pater in manus tuas commẽdo ſpm̃ meum,
diuinitatem ipſam volunt eum intelligi com
mendaſſe patri, non humanum ſpiritũ quod
eſt aĩa. Merito in iſta ipſa diſputatione ſupe-
rius vbi voluerunt intelligi Chriſtum patris
voluntatem feciſſe, non ſuam, hinc eum mi-
noris atq; diuerſæ putantes eſſe naturę, illud
commemorarunt, quod ait, Pater, tranſeat a
me calix iſte, non tñ quod ego volo, ſed qđ
tu vis, illud aũt noluerũt quod ait, Triſtis eſt
anima mea vſque ad mortem. Audiant ergo
iſta commemorantibus nobis, Triſtis eſt ani
ma mea vſq; ad mortem: Poteſtatem habeo
ponendi animam meam: Maiorem hac cha-
ritatem nemo habet, quàm vt animam ſuam
ponat quis pro amicis ſuis. Et quod de illo
intellexerunt Apoſtoli prophetatum, Quo-
niam non derelinques animam meam in in-
ferno. Et his atque huiuſmodi ſanctarũ ſcri-
pturarum teſtimoniis non reſiſtant, fatean-
turque Chriſtum, non tantum carnem, ſed
animam quoque humanam verbo vnigeni-
to coaptaſſe, vt eſſet vna perſona, quod Chri
ſtus eſt, verbum & homo, ſed ipſe homo, ani
ma & caro, ac per hoc Chriſtus, verbum ani
ma & caro. Et ideo ſic intelligendus geminæ
ſubſtantiæ, diuinæ ſcilicet & humanæ, vt ipſa
humana ex anima conſtet & carne. Aut ſi eo
mouentur ꝙ ſcriptum eſt, Verbum caro fa-
ctum eſt, nec illic anima nominata eſt, intel-
ligant carnem pro homine poſitum, a parte
totum

totum significante locutionis modo, sicuti
. 64. est, Ad te oĩs caro veniet: Item, Ex operib. le-
. 3. gis non iustificabitur omnis caro. Qđ apertius
4. 3. alio loco dixit. Ex lege nemo iustificabitur.
at. 2. Iteq; alio, Non iustificabit homo ex operib.
legis. Ita ergo dixit, Oĩs caro, ac si diceret,
oĩs homo. Sic itaq; dictum est, Verbũ caro
im. 2. factum est, ac si diceret, verbũ homo factum
est. Veruntñ isti cũ eius solã humanam carnẽ
velint intelligi hoĩem Christũ, non.n. nega-
bũt hoĩem, de quo apertissime dr̃, Mediator
. 14. Dei & hoĩum hõ Christus Iesus: miror ꝙ no
. 8. lint cõsentire, ꝑꝑ hanc humanam quocunq;
naturã dici potuisse, Pater maior me est: non
ꝑꝑ illam de qua dictũ est, Ego & pater vnũ
H sumus. Quis.n. ferat, si quãtuscunq; homo di
cat, ego & Deus vnum sumus? Et quis nõ ac-
an. 1 cipiat, si hõ dicat, Deus maior me est? Quale
10. illud est, qđ ait beat⁹ Ioãnes, Maior est Deus
corde nostro. Itẽ dicunt, Is qui voluntate &
pręcepto patris totam dispensationem adim
pleuit, volũtate & pręcepto patris corp⁹ suũ
a mortuis suscitauit, & cum ipso corpore, vt
pastor cũ oue, & sacerdos cum oblatione, &
rex cum purpura, & Deus cũ templo a patre
assumptus est in gloriam. Quærẽdum est ab
eis qui ista dicũt, qualem ouẽ pastor reporta
uerit patri. Si.n. caro sine aĩa est quã reporta-
uerit, quid est ouis ista nisi terra sine sensu, q̃
nec agere gratias potest, quia sine aĩa caro
quid põt? Item sequunt̃, & dicunt, Is qui vo-
11. luntate patris descendit & ascẽdit, voluntate
& pręcepto patris sedet ad dexteram eius au
diens patrem sibi dicentem, Sede ad dexterã
109. meam, donec ponam inimicos tuos scabellũ
pedum tuorum. Is qui volũtate & præcepto
patris sedet ad dexteram eius, is voluntate &
præcepto patris in consummationem seculi
he. 4. venturus est, Apostolo vociferãte & dicẽte,
I Et ipse, inquit, dñs in iussu, in voce archange
li, & in tuba Dei descendet de cœlo. Is qui
voluntate & pręcepto patris venit, volũtate
& præcepto patris iudicaturus est totũ mun-
dum in æquitate, & redditurus singulis ſm fi
dem & opera sua, sicut ipse ait, Pater iudicat
neminem, sed omne iudiciũ filio dedit. Itẽ,
Sicuti audio iudico, & iudicium meum ve-
lem. rum est, quia non quęro voluntatem meam,
sed volũtatem eius qui me misit. Vnde & iu-
dicando patris præsentiam præponit, & suã
diuinam dignitatem & potestatem secũdam
postponit dicens, Venite benedicti Patris
mei. Ergo iustus iudex est filius, iudicantis ve
ro honor & authoritas, patris imperiales le-
ges, sicuti & spũssancti officiosa aduocatio *Mat. 25.*
& cõsolatio, vnigeniti Dei iusti iudicis est di
gnitas. Iam quæ superius rñdimus, etiam ad-
uersus ista similiter valent. Quòd.n. voluntati
& pręcepto patris obediens est filius, nec in
hominib. demonstrat diuersam imparemq;
naturam, patris præcipientis, & filii obedien
tis, huc accedit ꝙ Christus non tm̃ Deus est,
qua natura æqualis est patri, sed etiã homo
qua natura maior est pater, cuius etiam non
solum pater, verum & Dñs est. Nam inde est
& illud propheticum, Dñs dixit ad me filius
meus es tu: ibi est quippe inferior substantia,
qua pater maior sit, & serui forma cui Dñs *Psal. 2.*
sit. Hæc aũt forma humanitatis eius, quã ma- K
nente forma diuinitatis accepit, vt in simili- *Philip. 2.*
tudine hoĩum fieret, & habitu inueniretur vt
homo, in iudicio quoq; apparebit, quo vi-
uos mortuos iudicabit. Ideo dictum est de *Ioan. 5.*
patre, ꝙ non iudicabit quenq̃, sed omne iudi
ciũ dedit filio, Forma nanq; in Christo filii
hoĩs tunc ab eo iudicãdi videbunt impii, de
quib. dictum est, Videbunt in quem confixe- *Zach. 12*
rũt. Dei vero formã in eodem ipso Christo,
qua ęqualis est patri, vtiq; non videbũt. Vn-
de Prophetia præcessit, Tollat̃ impius vt nõ
videat claritatẽ Dei. Quia & ad hoc ꝑtinet,
Beati mundo corde, qm̃ ipsi Deum videbũt.
Deniq; hoc apertissime testat̃ vbi dicit, Pote *Esa. 26.*
statem dedit ei & iudicium facere, quia filius *Mat. 5.*
hominis est, non ergo quia filius Dei est: nã *Ioan. 5.*
secũdum hoc coęterna illi cum patre & vna
eademque potestas est, sed quia filius homi-
nis est quod esse cœpit ex tempore, vt pote-
stas ei daretur in tempore. Quod non ita dr̃,
tanquam eam sibi & ipse non dederit, idest
naturæ in se humanæ non dederit potestatẽ, L
illa quæ in eo natura diuina est, absit hoc cre
dere. Quomodo enim aliquid faceret pater,
nisi per vnigenitum filium, nec sine spiritu-
sancto, quia inseparabilia sunt opera Trinita
tis: Ac per hoc ꝙ potestatem filio dedit, quo
niam filius hominis est, per eundem ipsum
ipsi dedit. qm̃ filius Dei est. Omnia enim per *Ioan. 1.*
ipsum facta sunt, & sine ipso factum est ni-
hil. Sed honorifice & competẽter tribuit pa-
tri, quod etiam ipse facit vt Deus, quia de pa
tre est Deus. Ipse nanque Deus est de Deo,
pater

pater autem Deus,sed non de Deo. Audiuit,
Cap. 12. inquiunt,a patre,Sede ad dexteram meam:et
Psa.109. ideo sedit ad dexteram patris, tanq̃ paterna
iussione nõ etiam sua id fecerit ptãte.Hoc q-
dẽ nisi spiritaliter acceptũ fuerit, filio pater
ad sinistrã erit. Quid est aũt patris dextera,ni
si æterna illa ineffabilisq; fęlicitas, quo pue-
nit filius hoĩs,etiam carnis immortalitate p-
cepta?Nam si velut manũ Dei patris,non ẽm
lineamenta corporis,q̃ in Deo non sunt, sed
ẽm effectiuam virtutem sapienter & fideliter
cogitemus,quid intelligimus,nisi ipsum vni
Esa.53. genitum per quem facta sunt omnia?De quo
etiã Propheta dixit, Et brachium dñi cui re-
uelatũ est?Quomodo autem filius audiat pa-
trem,quomodo dicunt a patre multa verba,
M vnico verbo, quomodo trãseunter loquit̃ ei
quem stabiliter loquit̃,quomodo aliq̃d tem
poraliter ei dicit, in quo sibi coæterno iam
erãt omnia quę congruis quibusque tempo-
ribus dicit,quihæc audeat quærere, quis va-
Psa.109. leat inuenire?Et tñ,Dixit dominus dño meo,
sede ad dexteram meam, & quia dictum est
ideo factum est.Hoc ergo iam erat in verbo,
Ioan.1. quod verbum caro factum est. Et quia in ver
bo ante carnem iam erat veraciter, ideo in
carne completum est efficaciter.Qui in ver-
bo iam erat sine tempore, ideo in carne cõ-
pletum est suo tempore. In qua carne ascẽ-
dit in cœlum,qui de cęlo nõ recessit, etiam
cum inde descendit, & in qua sedet ad dexte
ram patris brachiũ patris,& qua descẽsurus
Cap. 13. est ad iudicium in iussu, in voce archangeli,
& in tuba Dei.Vbi illi minorem volunt vide
ri filii potestatẽ, q̃a in iussu dictus est descen
surus.Sed quærendum est ab eis, iussu cuius?
Si patris,interrogandi sunt iterum,quib.tem
poralib. iubeat verbis pater ęterno suo ver-
bo vt descendat de cœlo?Siquidem ipsa Dei
A iussio,quæ fiet in tempore suo,iam erat ante
oĩa tempora in ipso Dei verbo.Quod si fili⁹
Dei per hoc quod filius hoĩs est,descẽdit de
cęlo,ergo per hoc quod verbum est,per ip-
sum iubetur vt descendatur de cœlo. Nam si
non per ipsum pater iubet,non ergo pater p
suum verbum iubet: aut aliud erit verbum, p
quod iubeat vnico verbo. Et miror si iam il-
lud vnicũ erit, si & aliud erit.Factæ suntqui-
Mat. 3. dem partris ad filiũ, quædam etiam tempo-
& 7. raliter voces,sicut de nube sonuit, Tu es fili⁹
meus dilectus, nõ tñ vt filius vnigenitus p il-
las aliq̃d disceret,sed hi poti⁹ quos ita opor-
tebat audire.Ac per hoc etiam ille trãseuntiũ
verborum sonus,nõ sine filio factus est filio,
alioquin non oĩa per ipsum facta sunt. Sed
nunquid,cum iubebit vt descendat de cęlo,
talib.sonis & vocib.opus erit,quib.filius pa-
ternam nouit volũtatem? Absit hoc credere.
Quicquid ergo illud erit quod fieri oporte-
bit ad filium, nõ faciet pater nisi per eũdem
filium.Ad ipsum,i.quia filius hominis est,&
factus est inter omnia.Per ipsum aũt,quia fi-
lius Dei est,etiam per illum fiunt a patre om
nia.Si autem quod dictum est,In iussu,in vo
ce archangeli, ipsius archangeli iussum vo- B
lunt intelligi, sicut verba ipsa vident̃ sonare,
quid eis restat, nisi vt angelis etiam minorẽ
dicãt vnigenitum filiũ, quorũ iussis obedire
perhibetur, si iubente minor est cui iubetur?
Quanuis quod dictum est, In iussu, in voce
archangeli, posit etiam sic intelligi, vt ipsa
vox archangeli iussu Dei fieri accipiatur,i.vt
angelus qui tuba Dei esse intelligendus est, à
domino Deo iubeat̃ emittere vocẽ suam, qđ
inferiori creaturę necessarium erit audire,
cum filius Dei descendet de cœlo.Ipsa est.n.
tuba de qua dicit alio loco, Canet. n.tuba &
mortui resurgẽt incorrupti.Dixit ergo filius.
Sicut audio, iudico: siue ex humana subie-
ctione,quia & filius hoĩs est,siue secundum
illam incommutabilem sinplicemq; naturã:
quę sic est̃ filii,vt tamen ei de patre sit,in qua
natura nõ est aliud audire,aliud videre,aliud
esse,sed quod est esse hoc audire,hoc videre.
Vñ ab illo ei est audire:a quo illi est ipsũ esse.
Nam & illud quod alibi ait, Nõ potest filius
a se facere quicquam,nisi quod viderit patrẽ
facientem, multo est ad intelligendum diffi-
cilius,q̃ hoc quod isti posuerunt, vbi dicit,
Sicut audio iudico.Si enim non potest filius
a se facere quicquam, nisi qđ viderit patrem
facientem,quomodo poterit iudicare,si pa- C
trem non viderit iudicantem?sed pater nõ iu
dicat quenquam,omne quippe iudicium de
dit filio. Iudicat ergo filius, accepto a patre
nõ aliquo,sed omni iudicio, quãuis patrem
non videat iudicantem,q̃a ille neminem iu-
dicat.Quomodo igit̃ filius,non põt a se face
re quicquam, nisi qđ viderit patrẽ facientẽ,
cum iudicet,nec patrem videat iudicantem?
Nõ.n.ait, nõ põt filius a se facere quicquam,
nisi qđ audierit patrem iubentem: sed, quod
viderit

viderit patrem facientem. In ista intendant,
ista cogitent, ista considerent, & eorum quo
dammodo, q̃tum fieri pôt excarnet intentio,
qui carnalib. cogitationib. moliunt vnam tri
nitatem eandemq; naturã, & substantiarũ se
parare distantia, & ptãtum gradib. ordinare.
Ideo .n. dictum est, qđ non faciat aliq̃d filius
a se, q̃a non est a se, & ideo q̃cquid facit, pa-
trem videt faciẽtem, q̃a videt ex ipso faciẽdi
se hr̃e potentiã, ex quo se videt existendi hr̃e
naturã. Et ꝙ ait se nõ posse, non deficiẽtis est,
sed in eo qđ de patre natus est permanentis,
tamq; laudabile est oĩpotẽtem nõ posse mu-
tari, q̃ laudabile est ꝙ oĩpotens non pôt mo
ri. Posset .n. filius facere qđ non vidisset patrẽ
D faciẽtem, si posset facere qđ per illum nõ fe-
cit pater, hoc est, si posset peccare, neq; natu
ræ immutabiliter bonæ, quæ a patre genita
est, conuenire. Hoc aũt quia non pôt, nõ de-
ficienter non pôt, sed potenter. Eadem nanq;
.15. sunt opera patris & filii, nõ ꝙ filius sit idem
ipse qui pater est, sed q̃a nullum opus est fi-
lii, qđ non per eum pater facit, nec vllum pa
tris, qđ non per filium simul facientem facit.
.5. Quæcunque .n. pater facit, hæc eadem filius
similiter facit. Euangelica est & ista sñia, filii
ipsius consequenter ore prolata. Nõ sunt er-
go alia filii, & alia patris opera, sed hæc ea-
dem, nec dissimiliter fiunt a filio sed simili-
ter. Cum aũt non alia similia, sed eadem fiãt
a filio, quæ fiunt a patre, quid est, similiter, ni
si non dissimili facilitate, non dissimili pote
state? Si .n. hæc eadem ambo q̃dem faciũt, sed
alter altero facilius & potentius, non vtiq; si
militer ea facit filius. Cum vero & hæc eadẽ
& similiter, profecto nec alia sunt filii q̃ pa-
tris opera: nec operantium est diuersa poten
tia, nec vtiq; sine spũsancto. Neque enim a fa
ciendis bonorum operib. vllo modo ambo-
E rum separabit spũs. Miro itaq; eodemq; vti-
que diuino modo ab omnib. fiunt opera om
nium, ab omnib. etiam singulorum. Nã om-
nium opera sunt cœlum & terra, omnisque
creatura. De filio quippe dictum est, Omnia
.1. per ipsum facta sunt. Quis aũt ab spũsancto
audeat alienare opera quarumlibet creatura
rum quẽ cernit operari dona sanctorũ? De
.12. quib. scriptum est, Omnia autem hæc opera
tur vnus atq; idem spũs, diuidens ꝓpria vni-
.8. cuiq; pro vt vult. Postremo cum sit Christus
.9. dñs omnium & sup̄ omnia benedictus Deus
in secula, q̃d ex omnib. negari potest, etiam
spũssancti opus, qui est ipsum Christum in
vtero virginis operatus? Cum enim angelo
futurum partum sibi annuncianti virgo di-
xisse, Quomodo fiet istud quoniam virũ nõ
cognosco: rñsum accepit, Spũssanctus super *Lucæ. 1.*
ueniet in te. Singulorum aũt opera dñr, quæ
ad vnamquamq; eorum manifestant pertine
re personã. Sicut natus ex virgine non nisi fi-
lius. Et vox de nube, Tu es filius meus dilect⁹:
ad solius personam pertinet patris. Et specie *Mar. 1. et*
corporali, sicut columba, solus apparuit spi- *Mat. 3.*
ritussanctus, tñ & illam carnem solius filii, &
illam vocem solius patris, & illam speciem
solius spũssancti, vniuersa Trinitas operata
est, non ꝙ inualidus sit vnusquisque eorum, F
sine aliis quod operat implere, sed nõ potest
operatio esse diuisa, vbi non solum æqualis
est, verumetiam indiscreta natura, ita vt cum
tres sint, & eorum singulus quisque Deus sit,
tres tamen dii non sint: nam & pater Deus
est, & filius Deus est, & spũssanctus Deus est,
nec filius idem qui pater est, nec idem spũs-
sanctus qui aut pater aut filius, sed pater sem-
per est pater, & filius semper filius, & ambo-
rum spiritus nunquam cuiquam eorum aut
pater aut filius, sed semper vtriusq; spiritus,
vniuersa tamen Trinitas vnus est Deus. Quis
itaque neget, non patrem, non spiritumsan-
ctum, sed filiũ ambulasse super aquas? Solius
enim filii caro est, cuius carnis illi pedes aq̃s
impositi & per aquas ducti sunt. Absit autem
vt hoc sine patre fecisse credatur, cum de *Mat. 14.*
suis operibus vniuersaliter dicat, Pater au-
tem in me manens, facit opera sua, aut sine *Ioan. 14.*
spiritusancto, cũ similiter opus sit filii quod
eiiciebat dæmonia. Illius quippe carnis ad
solum filium pertinentis lingua erat, qua im *Marci. 1.*
perabatur demonibus vt exirent, & tamen di
cit, In spiritusancto eiicio dæmonia. Item G
quis nisi solus filius resurrexit, q̃a solus mori *Mat 9.*
potuit, qui carnem habuit, & tamen ab hoc *Marci. 3.*
opere quo solus filius resurrexit, non erat pa
ter alienus, de quo scriptum est, Qui suscita
uit a mortuis Iesum. An forte se ipse non su- *Gala. 1.*
scitauit? Et vbi est quod ait, Soluite templum
hoc, & triduo suscitabo illud, Et quòd pote- *Ioan. 2.*
statem habere se dicit ponendi & iterum su- *Ioan. 10*
mendi animam suam? Quis autem ita desi-
piat, vt spiritumsanctum resurrectionem ho
minis Christi dicat non cooperatum, cum
ipsum

ipsum hominem Christum fuerit operatus?

Cap. 16. Est in hoïe simile quiddam, q̃uis nequaquã illius Trinitatis, quæ Deus est, excellentię cõparãdum, ille.n.Deus est, ista creatura, habet tñ aliquid & ista, vbi qualicunque modo id quod de illa ineffabili Dei natura dr̃, possit intelligi. Neq; enim frustra non est dictum,
Gene. 1. Faciamus hoïem ad imaginem tuam, tanquã pater filio loqueret, aut ad imaginẽ meã, sed dictum est, ad imaginem nostram. Quod ex persona ipsius Trinitatis rectissime accipit.

H Tria itaq; ista in hoïs aïa cogitemus, memoriam, intelligentiam, voluntatem, ab his trib. fit omne quod agimus. Et cum tria ista bene recteq́ sese habẽt, & bonum & rectum est oẽ quod facimus, si nec memoriã decipiat obliuio, nec error intelligẽtiam, nec iniquitas volũtatem. Ad Dei quippe imaginem sic reformamur. Omne igit op⁹ nostrum ab his trib. fit. Nihil.n.agimus quod non hæc tria simul agãt. Deinde cum de singulis loquimur etiã quod ad singula ptinet agit ab omnib. Neq; enim sermonem quem de sola memoria facimus, memoria sola facit, sed intelligenia voluntasq; cooperant, q̃uis ad solam memoriã pertinentem. Hoc & de duob. cæteris videre facillimum est. Nam q̃cquid de ipsa intelligẽtia loquit, sine memoria & voluntate non loquit. Et quicquid de seipsa voluntas dicit aut scribit, sine intelligẽtia memoriaq; nõ facit. Quatenus sint aũt ista similia, & rursus quantum dissimilia illi incommutabili Trinitati, q̃ Deus est longũ est enucleatissime disputare. Sed ideo tm̃ hoc cõmemorãdũ putaui, vt etiã de ipsa creatura aliquid adhiberẽ: vnde isti si pñt intelligant, q̃ non sit absurdum qd̃ de patre & filio & spũsancto dicimus, inseparabilia fieri ab omnib. opera, nõ solũ ad oẽs,
Cap. 17. verumetiam ad singulos ptinẽtia. Sicut ergo audit filius, iudicat, siue q̃a & filius hoïs est, siue q̃a nõ de seipso est, sed verbũ patris est. Quod.n.nobis est cũ audimus, verbũ accipere, hoc illi est a patre verbũ esse. Qm̃ sic di-
I ci potest pater dedisse filio verbũ, hoc est, vt verbũ sit, quemadmodum dr̃ dedisse filio vi-
Ioan. 5. tam, hoc est, vt vita sit. Ipse nanque ait, Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit filio hr̃e vitam in semetipso, non vtiq; vt aliud sit ipse, aliud vita quæ in ipso est, sed vt eadem vita sit idẽ ipse. Sicut nec pater aliud quam vita, quæ in ipso est, sed eam filius patri nõ dedit, q̃a patrem non genuit, dedit aũt pater filio vitam, sicut est etiam ipse vita, non autem sic genuit verbum tanquam & ipse sit verbũ. Vitam quippe cum dicimus, põt esse de nullo alio, sicut est patris vita, vel qd̃ expressius dr̃, pater vita cui de alio nõ est vt sit, cum vero dr̃ verbum, nullo modo potest nisi alicuius intelligi, & illius vtiq; de quo est, non itaque sicut est filius Deus de Deo, lumen de lumine, vita de vita, ita dici põt verbum esse de verbo, quoniam solus est verbum, & sicut patri proprium est generare verbum, ita filio K
proprium est esse verbum: & ideo sicut audit iudicat, quia sicut genitum est verbum, vt idem verbum sit veritatis, ita secundum veritatem iudicat. Et iudicium eius vtique iustũ est, quia non quærit voluntatem suam, sed voluntatem eius qui eum misit. Hoc enim dicens, ad illum hominem voluit referre intentionem nostram, qui voluntatem suam quærendo, non eius a quo factus est, non habuit iustum iudicium de seipso, sed iustum iudicium habitum est de ipso. Ipse quippe faciẽs voluntatem suam non Dei, moriturum se esse non credidit, sed hoc iudicium eius, non iustum fuit: denique fecit & mortuus est, q̃a iudicium Dei iustum est. Quod iudicium facit Dei filius non quærẽdo voluntatem suã, cum sit etiam hominis filius, non quia ipsius in iudicando nulla voluntas est, quis enim hoc insipientissimus dixerit? sed quia nõ ita est voluntas eius propria, vt sit a voluntate patris aliena. Hæc isti si cogitarent, non carnalibus cogitationibus sic Trinitatis potestates vel officia gradibus imparibus ordinarent, vt tanquam tres homines inæqualis ac dissimilis dignitatis facerent, tanquam imperatorem patrem, iudicem filium, aduocatũ spiritumsanctum. Secundum quas enim iudicat filius, velut imperiales leges patris esse asserunt in quibus honorem & authoritatem filii constituunt iudicantis, officiosam vero aduocationem & consolationem spiritussan- L
cti ad dignitatem iudicis hoc est Dei vnigeniti pertinere, tanquam iudicis sit dignitas quòd habeat aduocatum, sicut imperatoris est dignitas, quòd secundum suas imperiales leges iudicaturum iudicem mittit. Qua sua cogitatione carnali, tamẽ naturæ diuersitatẽ, de qua iter nos & ipsos maxima quæstio est, in his tribus personis demonstrare non possunt.

ſunt.Cum enim ad humanos mores iſta refe-
runt, & ab humani generis cõſuetudine quã
cogitando pñt capere nõ recedunt, aĩalis.n.
o.2. hõ nõ percipit ea quæ ſunt ſpirit⁹ Dei, quid
aliud nos admonet,niſi quia & imperator &
iudex & aduocat⁹ hoĩes ſunt? Proinde iudex
imperatore etiã ſi poteſtate minor eſt, nõ mi
nus homo eſt. Nec minus ꝙ̃ iudex homo eſt
aduocatus, etiam ſi officio vr̃ iudici eſſe ſu-
biectus. Patris ergo & filii & ſpirituſſancti,
etiam ſi diſparem cogitent poteſtatem,natu-
ram ſaltem confiteantur æqualẽ.Quid ꝙ eos
deteriore etiam ꝙ̃ humana eſt conditione cõ
fingunt?Fieri enim poteſt in reb.humanis,vt
qui iudex fuerit, etiam imperator fiat. Hoc
iſti in illa trinitate nec imperatoris vnico fi-
M lio præſtare dignant̃.Quod ſi forte ex huma-
ni iuris vel conſuetudinis formula, maieſta-
tis crimen, etiã in filio nimiũ reformidant,
aduocato certe puto quod cõcedere dẽant,
vt ad iudiciariam poteſtatem etiam aliqñ ꝑ-
ueniat.Ne hoc qdem volunt. Deterior ergo
eſt,qđ abſit, in illa trinitate ꝙ̃ in generis hu-
19. mani mortalitate conditio. Porrò ſcriptura
ſancta,quæ iſtos diuinosactus non dñia pote
ſtatum,ſed operũ ineffabilitate metit̃, aduo-
catum noſtrũ etiam ipſum iudicem nouit,di
m.2 cente Apoſtolo Ioanne, Si quis peccauerit,
aduocatũ hẽmus apud Patrẽ Ieſum Chriſtũ
14. iuſtum. Quod etiam ipſe ſignificat vbi dicit:
Rogabo Patrem, & alium aduocatum dabit
vobis. Neq; enim eſſet ſpũſſanctus aduocat⁹
alius,niſi hoc eſſet & filius.Qui tñ vt inſepa-
rabilia ſua & patris opera demonſtraret ait,
Cũ ipſe iero,mittam eũ ad vos. Quãuis alio
16. loco dicat,Quem mittet Pater in noĩe meo,
14. vbi oſtendit quod & Pater & Filius miſerint
ſpm̃ſanctum.Sicut oſtendit per Prophetã ꝙ
& pater & ſpũſſanctus miſerint filium. Nam
A quis niſi filius per Eſaiam aduentum ſuũ præ
8. nunciãs dixit, Audite me Iacob & Iſrael quẽ
ego vocabo,ego ſum primus, & ego in ęter
nũ,& manus mea fundauit terrã; & dextera
mea ſolidauit cœlos,vocabo illos & aſtabũt
ſimul,conuenient etiam vniuerſi & audient,
quis illis annunciauit hæc? Diligens autẽ te,
feci voluntatem tuam ſuper Babylonem, vt
tollat̃ ſemen Caldæorum·Ego locutus ſum,
ego vocaui,adduxi illum, & proſperam viã
eius feci,conuenite ad me & audite iſta,nec
enim ab initio in obſcuro locutus ſum: cum
fiebant ibi eram, & nunc Dominus miſit me
& ſpũs eius. Quid euidentius?Ecce ipſe ſe di
cit miſſum a ſpũſancto, qui fundauit terram
& ſolidauit cœlum. Vbi agnoſcitur vnigeni
tus per quem facta ſunt omnia.Conſolatorẽ
vero,quod officium tanquã perſonæ infimæ
in illa Trinitate iſti ſpũiſancto deputãt, Deũ
dicit Apoſtolus,ſicut in Epiſtola eius legim⁹
ad Corinthios,Is qui conſolat̃ humiles, con 2.Co.7.
ſolatus eſt nos Deus in præſentia Titi. Sãcto
rum ergo Deus eſt cõſolator. Ipſi ꝗppe ſunt Dani.3.
humiles. Vnde tres viri illi in camino dicũt,
Benedicite ſancti & humiles corde dominũ.
Deus eſt itaq; ſpũſſanctus qui cõſolatur hu- B
miles.Proinde iſti aut, quod nolunt, fateant̃
Deum eſſe ſpiritumſanctum,aut ſi hoc de pa
tre,vel de filio dictum ab Apoſtolo volũt ac
cipi,deſinant conſolationis tanquam mune-
re proprio ſeparare a patre & a filio perſo-
nam ſpũſancti. Iam illud, ꝙ ideo ſpiritum- Cap. 20.
ſanctum filio minorem conãtur oſtendere,
ꝙ iſte ſit illius tanquam iudicis aduocatus,
etiam homines ſanctos eidem mira cæcitate
præponunt,de quib. ait idem Dominus, Se- Mat. 19.
debitis ſuper duodecim ſedes,iudicãtes duo
decim trib.Iſrael. ibi reſpondeant, quid erit
ſpirituſſanctus,cum filio iudex,an apud ho-
mines etiam iudices aduocatus?Abſit autem
iſta a fideli corde vecordia,vt,ſit iudicib. mi
nor aduocatus ſpirituſſanctus,cum illi vtiq;
vt iudices ſint,repleantur ſpirituſancto,ſecũ
dum quem viuentes fiunt ſpiritales.Spiritalis
enim omnia iudicat.Quomodo ergo minor 1.Co.2.
eſt iudice qui iudices facit, cum facit vt mẽ-
bra ſint iſtius iudicis & ſuum templum,dicẽ
te Apoſtolo, Corpora veſtra membra ſunt 2.Co.6.
Chriſti.Eodemque dicente, Corpora veſtra
templum in vobis eſt ſpirituſſancti.Et tamen
ſi apertiſsime legerent in ſanctis ſcripturis Sa
lomonem regem lignis & lapidib. iuſſu Dei
templum ſtruxiſſe ſpirituiſancto, Deum eſſe C
ſpiritumſanctum dubitare non poſſent, cui
tanta religionis ſeruitus quæ latria dicitur,le
gitime exhiberetur in populo Dei,vt illi etiã 3.Reg.9.
templum fabricaretur,cum Dominus dicat, Deu.6.
Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli
ſeruies,quod in Græco eſt, λατρεύσεις.Et eũ
negare audent Deum, qui non ligna & lapi-
des,ſed membra Chriſti habet templum.Sic
enim ſpiritumſanctum ſubiiciunt poteſtati
Chri,cũ eius templum mẽbra ſunt Chriſti:
Quem-

Quemadmodum ipsum filium imperialibus legib.Dei cum ipse sit verbum Dei,nec vllo modo imperatoris verbum legibus subia-
Cap. 21. ceat,sed leges faciat. Isti sanè quorum dispu
10 tationem accepit,cui rńdeo,non audent idē dicere factum est quod genitum, & duo ista discernunt, ita vt a patre filium genitum dicant,factum vero & a filio spiritumsanctum. Quod in scripturis sanctis nusquā legunt,cū
Ioan. 15. filius ipse dicat, ꝙ spūssanctus a patre procē
11 dat.Filius,inquiūt,patrem prædicat,spūssan-
Marci. 1. ctus filium annunciat. Quasi non annuncia-
Mat. 3. uerit filius spiritumsanctum esse venturū,aut & pater non predicauerit filium, dicendo.
12 Hic est filius meꝰ dilectus in quo mihi bene complacui,ipsum audite.Ac per hoc non solum patris gloriam filius, verumetiā filii gloriam reuelat pater, nec solū filii spūssanctus,
13 sed etiam filius manifestat sanctispūs dignitatem. Et ideo sicut filius patri, ita & pater filio,& sicut spūssanctus filio,ita & filius spūi-
D sancto perhibet testimonium. A patre autem & filio missus est spiritussanctus, & a patre
Cap. 22. & spiritu, missus est filius. Filius, inquiunt,
14 minister est patris, spiritussanctus minister est filii. Nec attendunt ꝙ isto modo meliores faciunt spiritusancto Apostolos sanctos: qui cum se Dei ministros esse dicūt,non eos isti vtiq; etiam Dei patris ministros negabūt. Eius quippe ministri facti sunt, in cuius nomine etiam baptizauerunt, i. patris & filii & spūssancti. Ac per hoc secūdum istorum vaniloquia,meliores erūt Trinitatis ministri,si propterea minor est spūssanctus, quia solius
15 minister est filii.Filius,inquiunt,iubetur a pa
Philip. 2. tre,spūssāctus iubet a filio. Nusquam hoc in scripturis sanctis legunt, quanuis obedientē filium legamus secūdum formam serui, qua
16 maior est pater: non secūdum formam Dei, in qua vnum sunt ipse & pater. Legitur itaq;
E in scripturis sanctis filius subditus patri. Ibi est enim forma serui in qua & parentib. hominib.subditus erat,sicut Euāgelium loquit̃,
Lucæ. 3. Et descendit cum illis & venit Nazareth: &
17 erat subditus illis.Non aūt alicubi sancta scriptura dicit spiritumsanctum subditum filio. Proinde & quæ iubet pater, operatur filius ꝑꝑ formam serui.Et quæ pater operat̃,operatur & filius ꝑꝑ formam Dei. Nō enim ait,
Ioan. 5. quæcunque pater iubet, hæc filius facit, sed ait, Quęcunque pater facit, & filius facit similiter. Porrò si spiritumsanctum ideo hæc loqui dicunt quæ mādat filius,qua scriptum est, De meo accipiet & annunciabit vobis: cur nō & filius ea loquitur quæ mādat spūssanctus,cum dicat Apostolus,Quæ Dei sunt nemo scit nisi spūs Dei, & cum ipse Iesus de seipso impletum esse confirmet, qđ scriptū est, Spūs domini sup me ꝑꝑ quod vnxit me euangelizare pauperibus?Si enim ꝑꝑ hoc vnctus est euangelizare pauperib. quia spiritus domini super eum erat, quid euangelizabat pauperib. nisi quod spiritꝰ domini habebat: quo repletꝰ erat? Nam & hoc de illo scriptū est,quod repletus sit spiritusancto. Filius,inquiunt, adorat & honorat patrem, spiritus-
sanctus adorat & honorat filiū. Hic nō opus 18
est scrupulose velle discernere,inter honorare & adorare,q̄d distet,Propter formā enim serui dicuntur ista de filio. Dicant si possunt, vbi legerint adorari filium a spiritusancto. Quod enim subiiciūt vnde hoc probare conētur,quia videlicet scriptum est, Pater ego te honorificaui super terram,opus quod de-
disti mihi cōsummaui, & de spiritussancto, F
ille me honorificabit, quia de meo accipiet & annunciabit vobis, ad rem de de qua agit̃ non pertinet. Honorat enim omnis qui adorat, non autem adorat omnis qui honorat. Nam & fratres secundum Apostolum inuicem se honore præueniunt, nec tñ inuicem adorāt.Alioquin si honorificare,hoc est adorare,dicant,si placet, ꝙ filiū adoret & pater, & hoc iubente filio qui ei dicit,Honorifica me. Quod autem dixit de spiritusancto, De meo accipiet,soluit ipse quæstionem,ne putetur quasi per quosdā gradus sic de illo esse spiritussanctus, quomodo est ipse de patre, cum ambo de patre,ille nascatur,ille procedat.Quæ duo in illius naturæ sublimitate di-
scernere, omnino difficile est. Ergo ne hoc G
putaretur,vt dixi, continuo subiecit, Omnia quæ hēt pater,mea sunt, propterea dixi, de meo accipiet. Ita sine dubio intelligi volens ꝙ de patre accipiat.Sed ideo de ipso,q̄a omnia quæ habet pater,ipsius sunt. Hæc autem non est diuersitatis naturæ, sed vnius principii commendatio.Secundum hoc itaque spiritussanctus non a seipso loquitur, quia non est a seipso qui de patre procedit.Sicut nec filius potest a se facere quicquam,quia nec ipse a seipso est, sicut iam superius exposui,

non

non ꝙ in omnibus nutum patris expectet:
non.n.ait, Nisi quod viderit patrē innuen-
tem: sed quod viderit patrem facientem,
21 secundū ea quæ iā disputauimus. Quod aūt
in omnibus spiritussanctus Christi pręceptū
expectet vt dicunt, legant si possunt. Quod
H enim dictū est, nō a se loquetur, nō est dictū
quęcunq; a me audierit, sed quæcunq; audie
rit loquetur. Cur autem dictū sit, paulo ante
iam claruit ex ipsius quā cōmemoraui do-
mini expositione, vbi ait, Oīa quę habet pa-
ter, mea sunt, propterea dixi de meo acci-
piet: Vnde autē accipiet, inde est proculdu-
bio quod loquitur, quia inde audit vnde pro
cedit. Scit.n. Dei verbū procedēdo inde vn-
de nascitur verbū ita vt sit communiter spiri
tus & patris & verbi. Nec moueat ꝙ futuri
24. temporis verbū est, accipiet: quasi nondū ha
beret. Indifferenter quippe dicuntur tēporis
verba, quamuis sine tempore manere intelli
gatur æternitas. Nā & accepit, quia de patre
processit: & accipit, quia de patre procedit:
& accipiet, quia de patre procedere nun-
quā desinet: sicut Deus & est & fuit & erit, &
tñ initiū vel finē tēporis habet, nec habebit.
25. Filius, inquiunt, pro nobis interpellat patrē,
& spiritus pro nobis postulat filium. Sicut le
22 gunt, ꝙ filius interpellat patrem, secundū ea
quę superius nos etiam commemorātes dis-
seruimus ita inueniant vnde proferant, quod
spiritus postulet filium. Quod.n. dicit Apo-
8. stolus, Quid.n. oremus sicut oportet nesci-
mus, sed ipse spiritus interpellat gemitibus
inenarrabilibus: qui aūt scrutatur corda, scit
quid spiritus sapiat, quia secundū Deū inter
pellat pro sanctis, quomodolibet isti acci-
piant, multum.n. ad eos est hoc sic accipere
queādmodū accipiendū est, nō est dictū, in-
terpellat Christū aut interpellat filiū: interpel
lat autem spiritussanctus dictū est, quia inter
22. pellare nos facit. Sicut Deus dicit, Nunc co-
gnoui: quasi ante nesciret: quod quid ē aliud,
4. nisi feci vt cognoscas? Vnde est & illud Apo
stoli, Nunc aūt cognoscentes Deū, immo co
I gniti à Deo. Ne sibi tribuerent ꝙ cognoue-
runt Deū: sic ergo ait, cogniti a Deo, vt intel
ligerent ꝙ illos gratia sua Deus fecit cogni-
tores suos. Secundum istum locutionis mo-
dum dictum est, Et nolite contristare spiri-
4. tum sanctum Dei: hoc est, nolite nos contri-
stare qui secundum spiritum Dei contrista-
mur ex nobis. Charitate quippe contristabā
tur, quam diffundebat spiritussanctus in cor-
dibus eorū, & per hoc eos de malis fratrum
tristes ipse faciebat. Deniq; idem Apostolus, Rom.8.
Accepistis, inquit, spiritū adoptionis filiorū,
in quo clamamus abba pater. Et alibi eundē
sensum commemorans, Misit, inquit, Deus
spiritū filij sui in corda vestra, clamātem ab- K
ba pater. Qūo ibi in quo clamamus, quomo Galat.4.
do hic clamantē, nisi quia clamantē hic ait,
clamare facientem? Vt aūt secundum ipsorū
sensum sic accipiamus clamantē tanquā nō
clamare nos faciat, sed ipse clamet: ecce di-
cendo, abba pater, non interpellat filium sed
patrem. Nō.n. audebunt dicere filiū Christi
esse spiritumsanctum. Nā vtiq; ne hoc dice-
rent, non genitum à filio, sed factum dicere
maluerunt. Non ergo scimus per nosipsos
quid oremus sicut oportet, sed ipse spiritus
interpellat, i. interpellare nos facit quæ sunt
secundum Deū. Quod nisi faciat, nō oramus
nisi secundum istum mundum, ad exemplan
dam concupiscentiam carnis, & cōcupiscē-
tiam oculorū, & ambitionem seculi, quę nō
sunt a patre, sed ex mundo sunt. Quāuis nō-
nulli id quod dictum est, ipse spiritus inter-
pellat gemitibus: de spiritu hominis intelli-
gendū arbitrentur. Totius bonitatis & sapiē- Cap.26.
tiæ & virtutis patris viuā & veram, propriā 23
& cōdignam imaginem dicunt filiū. At Apo
stolus Paulus, non virtutis Dei, & sapientiæ
imaginē, sed eū ipsum esse dicit Dei virtutē
& Dei sapiētiam. Eo ipso igitur ꝙ imago pa-
tris est filius, virtus eius & sapientia est. Ima
go aūt plena atq; perfecta, idest non ab illo
ex nihilo facta, sed de illo genita, nihil minus
habet quā ille cuius imago est. Patris quippe
imago summa, i. ita similis vt in ea dissimile
aliquid nō sit, filius est vnigenitus. Non sunt 24
tamē ausi dicere imaginem filij spiritum san-
ctum, sed manifestationem. Propter hoc nec
genitum, sed factū ab illo esse dixerunt. Qđ
de scripturis sanctis omnino non intelligūt.
Quis autem catholicus dixerit, patrem pa- L
tris esse filium aut patrem filij spiritum san- Cap.27.
ctum? Quod ita negandum putauerunt, tan- 25
quam inter nos & ipsos nulla inde sit quæ-
stio. Eiusdem naturæ dicimus esse Trinitatē
non aliquā ibi personā partē cuiuspiā nūcu-
pamus: Sed q̃ ita negāt patrē patris esse filiū,
vt tamen dicant proprium & dilectissimum

perfectum & plenum vnigenitũ filium: quę-
Ioan. 1. rendũ est ab eis, quos filios suos facit Deus
voluntarie, gignens eos verbo veritatis, cũ
ad eam perfectionem peruenerint, vt perfe-
ctiores esse nõ posint, vtrũ sint ẽt ipsi proprij
& dilectißimi, perfecti & pleni filij Dei? Qđ
si erunt, nec vnigenitus ille erit, quia ęqua-
les multos habebit, sed tantũ modo primo-
A genitus. Si aũt non erunt, qũo accipienda est
illius plenitudo atq; perfectio, nisi vt sit pror
sus gignenti ęqualis, & in nullo omnino dis-
similis: atq; vt id breui⁹, planiusq; dicamus,
sint isti filij gratia, ille natura: quia in istis est
participatio diuinitatis, in illo est plenitudo.
Cap. 28. Quãuis & ille ꝙ suscepit hoĩe, & verbũ ca-
ro factũ est, non sit natura. Deinde rñdeant,
26 quia nõ filiũ, sed primum & pręcipuũ opus
filij pre cęteris vniuersis dicũt esse spiritum
sanctũ: vtrũ illi filij meliores futuri sint spi-
ritusancto quos voluntarie genuit pater ver-
bo veritatis? Quomodo enim non cogun-
tur hoc dicere, cum proculdubio melius sit
filios esse patris, quã opus filij? Hæc cogitent
& emendent vanas impiasq; blasphemias, at
que fateantur in illa Trinitate nullã personã,
pręter ꝙ filius manẽs Deus, homo factus est,
omnino esse creaturã, aut aliquid a Deo fa-
ctũ esse: sed totum quicquid est, summũ ve-
27 rum immutabilẽ Deũ. Absit enim vt queád-
modum sapiunt, pater maior sit filio suo, se-
cundũ id quod verbum caro factum est. Sed
quid mirum, quando in eadẽ carne factus est
etiã angelis minor? Absit vt quemadmodum
blasphemant incomparabiliter maior & me
28 lior sit filius spiritusancto. Et quod insanißi-
Psal. 2. mum est credere, templũ minoris sint mem-
29 bra maioris. Pater quidẽ, & Deus dominus
est filio suo, quia in eo forma seruilis, quę
prophetabatur, cũ diceretur, Dominus dixit
ad me filius meus tu. Cui etiam in eadẽ pro-
Psal. 42. phetia dicit idẽ filius, De ventre matris meæ
Deus meus es tu. De ventre quippe matris
eius vbi hominem assumpsit, Deus eius est.
30 Qui propter quod eum non solũ ante ventrẽ
matris, sed ante omnia coæternum genuit,
pater eius est. Vbi autẽ in somnis audierunt,
scripturam sanctam dixisse filium Deum &
B dominum esse spiritussancti? Pater, inquiunt,
31 immobiliter & impaßibiliter volens filium
genuit: filius sine labore & fatigatione sola
virtute sua spiritum fecit. O præcipuam lau-
dem filij & spiritussancti: Quasi nos pater
mobiliter & paßibiliter inuitus genuerit, q
nos voluntarie genuit verbo veritatis: aut fi-
lius cum labore & fatigatione cęlũ & terrã
creauerit? Aequentur ergo ista opera secun-
dũ istos, vel filio vel spirituisancto: aut si nul 3
lo modo ęquantur quid profuit hoc dicere
vnde nulla sit quæstio, quod scilicet sine vllo C
labore & fatigatione vel gignat pater vel fa-
ciat filius? Videant sanè quomodo dicant, ꝙ
sola virtute sua filius fecerit spiritũ sanctum.
Isto enim modo coguntur fateri aliquid fe-
cisse filium, quod non viderit patrem facien
tem. An placet eis dicere, ꝙ etiam pater fece
rit spiritumsanctum? Nõ ergo eum sola virtu
te sua fecit filius. An alterũ fecit prior pater,
vt posset filius facere quem fecit, qui nõ po-
test facere nisi quod viderit patrem faciẽtẽ?
Et quid est quod nõ alia similia, sed quæcũ-
que pater facit, hac eadẽ filius facit similiter?
Si hæc cogitare conentur, proculdubio tur
babuntur eis omnia quę sibi carnali cogita- Cap.
tione cõponunt. Verũ est autem, quod pater 3
omnibus quæ sunt dedit vt essent, & ipse qđ
est a nemine accepit: sed æqualitatem suam
nulli dedit, nisi filio qui natus est de illo, &
& spirituisãcto qui procedit de illo. Quę cũ
ita sint, non est ista, quam volunt isti differẽ-
tia Trinitatis: quia indifferens in Trinitate na Ioan.
tura, indifferens in Trinitate potentia est, vt
omnes honorificent filium sicut honorificãt D
patrem, quod ipse ait, Et qui volunt pie viue
re, dominum Deũ suum adorent, & illi soli
seruiant. Quod & antiquis patribus Dei lege
præceptũ est, nec vllo mõ aliter fieri potest,
vt soli dño Deo nostro ea quæ Deo debetur
seruitute seruiamus: ipsa est enim quæ Gręce appellatur λατρεία. Quod verbũ ibi posi- Matt.
tum est cum diceretur. Illi soli seruies. Nullo
modo inquã hoc fieri potest, nisi ipse domi-
nus Deus noster vniuersa sit Trinitas. Alio-
quin istã seruitutẽ, quę latria dicit, quã non
debẽt serui eis quos scđm carnẽ dños habẽt,
sed oẽs hoĩes soli dño Deo suo. Hãc ergo ser
uitutẽ nõ exhibebimus filio, si de patre dictũ
est, & illi soli seruies. Aut nõ exhibebimus pa
tri, si de filio dictũ est, & illi soli seruies. Iã
vero si aliquibus terræ molibus spirituisan-
cto templũ fabricamus, quis dubitaret ei nos
latria, id ẽ, ista đ qua nũc loquor seruitute ser
uire? Qũo ergo nõ ei seruitutẽ, quæ latria dr,
exhibemus,

exhibemus, cui templũ nõ facimus, sed nos
ipsi sumus? Et quõ non & ipse Deus noster
r.3. est, de quo dicit Apostolus, Nescitis quia tẽ-
plũ Dei estis, & spũs Dei habitat in vobis? Et
paulopost, Glorificate ergo Deũ in corpore
vestro. Corpora aũt nostra, templũ in nobis
dicit esse spũssancti. Cũ igitur & patri & filio
& spirituisancto ista quæ latria vocatur serui
tute seruiamus, audiamusq; legem Dei præ-
D cipientẽ, vt nulli alteri, sed soli dño Deo no-
stro hanc exhibeamus: proculdubio vnus &
solus dñs Deus noster est ipsa Trinitas, cui
vni & soli talẽ seruitutem pietatis iure debe-
30. mus. Sicuti nemo põt, inquiunt, sine filio ad
34 patrẽ transire: ita & nemo põt sine spiritusan
cto filiũ in veritate adorare: quasi & ad filiũ
sine patre quisquã possit venire, cũ ipse di-
6. cat, Nemo venit ad me nisi pater q̃ misit me
traxerit illũ, aut ad spũsanctum sine patre &
filio peruenire possemus, quia eũ sua nobis
conferunt gratia. Quid est.n. aliud ad eos ve
nire, nisi eos habitãtes in nobis habere? Hoc
enim modo & ipsi ad nos veniunt, cũ Deus
vbiq; sit, & nullo corporali contineatur lo-
co. Ipse Saluator dicit de se & de patre, Ve-
.14. niemus ad eum & mansionẽ apud eũ facie-
mus. Et de spiritusancto dicit, Nisi ego abie-
.16. ro, aduocatus non veniet ad vos. Quid est er-
go ꝙ dicunt, Sicuti nemo põt sine filio ad pa
trem transire, ita & nemo põt sine spiritusan
cto filiũ in veritate adorare: & deinde subiũ
gunt, Ergo in spiritusancto adoratur filius.
Nunquid nã hęc indicant dr̃iam naturarum,
de qua inter nos & illos vertitur quæstio?
Nam si nemo potest sine spiritusancto filiũ
in veritate adorare, & in spiritusancto adora
tur filius, profecto veritas est ẽt spiritussan-
ctus: quia cũ in illo adoratur filius, sicut ab
eis dictũ est in veritate adoratur, vt ipse filius
14. ait, Ego sum veritas: ergo & in seipso adora-
tur, cũ in veritate adoratur. Ac per hoc & in
ipso & in spũsancto adoratur filius. Quis aũt
ita sit impius, vt inde separet patrem? Quõ.n.
E nõ & in illo adoramus, in quo viuimus, mo-
uemur & sumus? Proinde adorari filiũ in spi
.17 ritusancto ẽt nos dicimus, Adorari aũt filiũ
31. ab spiritusancto, legant si possunt. Nã per fi-
35 liũ glorificari patrẽ, quis negat? Sed & filium
17. glorificari per patrẽ negare quis audeat? Cui
dicit ipse filius, Glorifica me. Cui etiã dicit,
Ego te glorificaui. Glorificare aũt & hono
rificare & clarificare, tria quidem verba, sed
res vna est, ꝙ Græce dicitur δοξάζειν inter-
pretum aũt varietate, aliter atq; aliter positũ
est in latino. Spiritussancti opus & diligentia Cap.32.
est, inquiunt, sanctificare & sanctos custodi-
re, & nõ solũ rationabilia, vt quidam putãt,
sed & irrationabilia plura sanctificare: & eos
qui ceciderunt propter suam negligentiam,
ad pristinũ statum reuocare: ignorantes do-
cere, obliuiscentes admonere, peccantes ar- F
guere, pigros hortari, de salute sua cogitare
& solicite agere, errantes ad viã veritatis de-
ducere, infirmos curare, & fragilitatẽ corpo
ris per alacritatem animæ continere, & ad a-
morem pietatis & castitatis confirmare, &
oẽs illuminare: super omnia fidẽ & charita-
tem præbere singulis: pro studio quoque &
diligentia, pro simplicitate & synceritate mẽ
tis, pro mensura fidei & merito conuersatio
nis, gratiã donationis ad vtilitatem diuide-
re, & vnusquisq; in quo opere & proposito
fuerit habilis in ipso ordinare. Facit hæc qui
dem spiritussanctus. Sed absit vt sine filio fa-
ciat. Quis.n. sic deuiet a via veritatis, vt ne-
get a Christo custodiri sanctos, lapsos aũt in
statum pristinũ reparari, ignorantes doceri,
obliuiscentes admoneri, peccantes argui, pi
gros hortari, errantes ad viã veritatis adduci,
infirmos sanari, cęcos illuminari, & cętera
quæ isti spirituisancto, tanq̃ solus ea faciat,
tribuenda putauerunt? Vt.n. de cęteris, ne lõ-
gum sit, taceam, quõ negabunt a Christo do-
ceri sanctos, quibus idem dicit, Nolite voca Mar.23.
ri ab hominibus rabbi, vnus est.n. magister
vester Christus? Quõ negabunt a Christo il-
luminari, de quo scriptũ legunt, Erat lumen
verũ ꝙ illuminat omnẽ hominem? Spiritus Ioan.1.
ergo sanctus, sicut sine Christo nõ docet aut
illuminat quenquam, ita sine Christo nõ san
ctificat quicquam. Illud autem ꝙ per Pro-
phetã Deus dicit, Vt sciant quia ego sum qui Exo.31.
sanctifico eos: eligant a quo dictũ velint cre-
dere. Si a patre, cur ab eo separant opera san
ctificatoris spiritussancti, cũ sanctificari san- G
ctos a spiritusancto tanquam proprie ac se-
parabiliter putãt? Si a filio, saltem ab ipso nõ
separent opera sanctificatoris spiritussancti.
Si ab spiritusãcto, Deus est ẽt spiritussanctus
quod illi nolũt, qui per Prophetam dicit, vt
sciãt quia ego sum qui sanctifico eos. Si aũt,
quod melius intelligitur, vox illa p'ius Tri-

nitatis est per Prophetã:nullo dubitãte, vnus
Deus est pater & filius & spũssanctus,ex quo
Rom. 11. omnia,per quem omnia, in quo omnia,ipsi
gloria in secula seculorũ.Amen. Cũ itaq; fa-
Cap. 33. teamur fieri a spũsancto quæ ab illo fieri cõ-
37 memorauerũt,nõ est ex eo consequens ꝙ ad
iungunt,Aliũ esse a filio spm sanctũ natura &
ordine,gradu & affectu, dignitate & ptãte,
virtute & operatione.Qñquidẽ nec hominũ
diuersa natura est, quorũ separabilia opera
H esse possunt,ꝗ Trinitatis esse nõ possunt. Or
do aũt,gradus,affectus,qui inuenitur in crea
turæ disparilitate & infirmitate, nullus est in
illa coæterna & æquali & impassibili Trini-
tate.Dignitas vero,potestas,virtus, quõ non
æqualis est omnib. qui & eadem & similiter
operantur? Quod.n. dicunt eos operatione
diuersos,hoc omnino falsum esse conuinci-
Cap. 34. mus:Quod aũt in isto sermone subnectunt,
38 Impossibile esse vt vnus idemq; sit pater &
filius, generans & nascens, cui testimonium
perhibetur & qui testimoniũ perhibet: ma-
ior, & is qui maiorẽ confitetur: is qui ad dex
terã sedet aut stat, & is qui sedis dat honorẽ:
qui missus est, & is qui misit: discipulus &
Ioan. 8. doctor, vt ipse docuit dicens, Sicuti docuit
me pater,sic loquor:similis & imitator: & is
cuius est similis,& quæ imitatur: is qui orat,
& is qui exaudit:is qui gratias agit, & is qui
benedicit:is qui suscipit mandatũ, & is qui
dedit mandatũ:minister & præcipiens, sup-
plex & eminens,subditus & superior, vnige
nitus & ingenitus,sacerdos & Deus. Ex par-
te aliqua verissime dicunt, sed ea cõtra Sabel
lianos,non contra catholicos dicunt. Illi.n.
vnũ & eundẽ dicunt filium esse qui pater est.
Nos aũt patrẽ gignẽtẽ & filiũ genitum duas
dicimus esse personas, sed non duas diuer-
sasq; naturas.Non ergo vnus & idẽ est pater
& filius,sed vnũ sunt pater & filius.Quod ve
ro maior est pater, non pertinet ad naturam
gignentis & geniti, sed hominis & Dei. Secũ
dũ quã formã suscepti hominis, & ad dexte-
I rã patris sedet vel stat, & orat & gratias agit:
& sacerdos est, & minister est:& supplex est,
& subditus est. Secũdũ aũt formã Dei in qua
æqualis est patri vnigenitus est & gignẽti co
Col. 1. æternus. Et licet sit primogenitus omnis crea
turæ,quia in illo condita oĩa, priusq; ille est
genitus ꝙ hæc condita, tñ sempiternus est si-
cut pater, nec cœpit ex tpe.Nã & patrẽ rectis
sime dicimus priorẽ esse ꝙ vniuersa quæ cõ-
didit,quãuis genitus non sit, Nihil.n.tã pri-
mũ ꝙ id ante ꝙ nihil est. Sed sicut nihil est
ante patrẽ,ita nihil est ante vnigenitũ filium,
patri vtiq; coæternũ. Neq;.n.quia ille genuit
ille genitus est, ideo est pater tempore ante-
rior. Nã si inter patrẽ gignentẽ & genitũ fi-
lium aliquod tps est, profecto tps est ante fi- K
lium. Et nõ est iã filius primogenitus omnis
creaturæ, quia & tps vtiq; creatura est. Nec
omnia per ipsum,si tps ante ipsum: sed om-
nia per ipsum, nullũ ergo tps ante ipsum. Ac
per hoc quemadmodũ ignis & splendor qui
ex igne gignitur & circunquaq; diffunditur,
simul esse incipiunt, nec genitus a gignente
præceditur: sic Deus pater & Deus de Deo
filius esse simul incipiunt,quia pariter sine vl
lo initio tẽporis sunt, nec genitus a gignente
præceditur. Et sicut ignis gignens & splẽdor
genitus coæui sunt,ita & Deus pater gignẽs,
& Deus filius genitus, coæterni sunt. Sed qa
iste est de illo,non ille de isto, ideo & man-
datum accepit a patre, cum mandatũ ipse sit
patris:& docet eũ pater,cum ipse sit paterna
doctrina. Sic.n.accepit a patre vitã, cum si-
cut pater ipse sit vita:ita est & patri similis, vt
in illo sit omnino dissimilis. Testimoniũ ve-
ro cum inuicẽ sibi perhibeant pater & filius
quõ isti alterum eorum faciant testimonium
perhibentem, & alterum cui testimoniũ per
hibeatur,ignoro.Nonne pater dicit, Hic est Mat.
filius meus dilectus? Nonne filius dicit, Te- Ioh.
stimonium perhibet de me qui misit me pa-
ter? Cur ergo eos ita distinguunt, vt patrem
dicant cui testimonium perhibetur, & filiũ
qui perhibet? Cur vsq; ad ista sunt vani, vsq;
ad ista surdi, vsq; ad ista cœci? De patre autẽ
mittente & misso filio, iam in superioribus
huius disputationis partibus satis abundeq;
tractatum est. Nunquam sanè, vt impietas Ca.
ista delirat, pater præscius erat se vnigeniti 35
Dei patrem futurum: quia nunquam non pa
ter erat,habens filium coæternum, & gene-
rans sine tempore, per quẽ condidit tẽpora. L
Et sicut Deum se non præsciuit futurũ quod
semper erat: sic nec patrem, quia cum filio
semper erat,nec magno filio maior, nec bo
no melior:quia non patri tãtum,sed vniuer-
sæ Trinitati dictum est, Tu es Deus solus ma Psal.
gnus: Nec de patre tantum, sed de vniuersa
Trinitate recte intelligitur dixisse idẽ filius:

Nemo bonus nisi vnus Deus. Tunc inquam,
tt. 10. hoc dixit, quando eum appellauit magistrũ
bonum qui eum modũ intelligebat Deum:
Tanquam diceret, Si vocas bonum intellige
Deũ:nemo enim bonus nisi vnus Deus. Tri-
nitas ergo vnus solus magnus & bonus, cui
vni soli, sicut pręcepit lex eius, illa quę latria
M dicitur seruitute seruimus. Absit autem vt di-
p. 36. camus, humilitatis, non veritatis gratia filiũ
40 aliquando sic loqui, vt se patri subijciat eũ-
que maiorem esse testetur. Nouimus quip-
pe in filio formam serui, non fictam simula-
tamque, sed veram: propter quem scilicet hu
manum habitũ, & propter quod ipse de pa-
tre, non pater de illo Deus est, dicit illa om-
nia, de quibus isti occasionem accipiunt, di-
uersas patris & filij credere ac prędicare na-
turas. Et cum se tanta ista voragine impietatis
immergant, nos tãquam opprobrio noui no
minis homousianos vocant. Ita enim sese ha
bet catholicæ veritatis antiquitas, vt ei om-
nes hęretici diuersa nomina imponant, cum
ipsi sua singula sicut ab omnibus appellan-
tur obtineãt, Arriani quippe & Eunomiani,
non alij hęretici nos vocitant homousianos,
quia contra eorum errorem, Græco vocabu
lo ὁμοούσιον defendimus patrem & filium &
spiritumsanctum, idest vnius eiusdemq; sub-
stãtię, vel vt expressius dicatur, essentię, quę
ὀυσία Gręce appellatur: quod planius dici-
tur vnius eiusdemq; naturæ: Et tamen si quis
istorum qui nos Homousianos vocant filiũ
suum non cuius ipse esset, sed diuersę dice-
ret esse naturę, exhęredari se ab eo mallet fi-
lius quam hoc putari. Quanta itaque impie-
tate isti cęcantur, qui cum confiteantur vni-
genitum Dei filium, nolunt eiusdem naturæ
cuius pater est confiteri, sed diuersæ atq; im
paris & multis modis rebusque dissimilis tã
quam non de Deo natus, sed ab illo de nihi-
lo si creatus: Ac per hoc & ipse creatura sit,
gratia filius non natura. Ecce qui nos quasi
macula noui nominis vocant homousianos,
A nec seipsos cum ista sentiunt intuentur in-
sanos. Quod autem ante omnia secula natũ
p. 37. fatentur filium, quomodo non sibipsi con-
trarij sunt, eum natum dicere ante omnia se-
cula, cuius natiuitati anteponunt aliquid tem
poris, quasi non aut secula aut seculorum
partes quęcunque sint tempora? Quod vero
dicit Apostolus, etiam in futuro seculo pa-
tri filium subiectum futurum, vbi ait, Tunc
& ipse subiectus erit ei qui illi subiecit om- 1. Cor. 15.
nia, quid mirum, quãdoquidem illa in filio
forma humana mensura est qua semper ma-
ior est pater? Quanuis non defuerint, qui il-
lam tunc filij subiectionem, ipsius humanę
formę in diuinam substantiam commutatio
nem intelligẽdam putauerint, tanquam hoc B
cuique rei subijciatur, quod in eam conuer-
titur & mutatur. Sed nos quid hinc sentia-
mus ostendimus, magis ideo dixisse Aposto
lum etiam tunc patri filium subiectum fu-
turum, ne quis in eo putaret spiritum & cor
pus humanum aliqua conuersione peritu-
rum: vt sit Deus omnia, non tantum in illius
vnius forma hominis, sed in omnibus, id-
est, vt ad habendam vitam, & satiandum in
bonis desiderium nostrum, natura diuina
sufficiat. Tunc enim Deus omnia erit in om-
nibus, cum pręter ipsum nihil omnino ha-
bere velle cęperimus. Omnia quippe ipse no
bis erit, quando ipso sufficiente, nihil deerit.
Iussum vero obaudisse filium antequam ac- Cap. 38.
ciperet carnẽ, vnde isti existimẽt nescio. An
accipere carnẽ iussus est, vt hoc videatur fe-
cisse iussus, quod fecit missus? Iterum ergo
ad illa redeant, quę superius disputata sunt,
& quęrant atque inueniant si possunt, pater
vnico verbo quo alio iusserit verbo & vtrũ
dignum fuerit, & temporali iubentis uerbo
uerbum subderetur æternum. Atque hinc in-
telligant, quia non eum patris iussio, tan-
quam suæ non fuerit potestatis, compulerit:
sed semetipsum exinaniuit formam serui ac
cipiens. Quod autem humiliauit semetip- Phil. 2.
sum, factus obediens vsque ad mortem, iam
utique acceperat carnem. Arbitror me ad Cap. 39.
omnia respondisse quæ continet Arriano-
rum sermo, qui nobis ut ei responderemus
a quibusdam fratribus missus est. Qui ut pos
sit inspici ab ijs qui hæc legũt, & utrũ, ad om
nia responsum fuerit explorare desiderant,
huic eum nostræ disputationi præscribendũ
putauimus: ut prius legat ipse, ac deinde no-
stra rñsio: Quoniam non ubique tex- L
tum uerborũ eius interposuimus:
ne nimis longum faceremus
hoc opus nostrum,
quod tãdem isto
fine cõcludi
mus.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

Contra Maximinum hæreticum Arrianorũ Episcopum. Liber Primus.

D

Al. l. Huius operis non meminit in libro Retractationum tamen phrasis est Augustinianæ.



Vm Augustinus & Maximinus Hipponeregio vnum in locũ conuenissent, pręsentibus multis, tam clericis quam laicis, MAX. dixit, Ego non ob istã causam in hanc ciuitatem adueni, vt altercationem proponam cum religione tua, sed missus à comite regis multa contemplatione pacis adueni. Reuera.n. Heraclio presbytero amicabili pactione mecum tractanti, responsum dedi vt valui, ita tamen ab ipso prouocatus, quiq; intantum exarsit, vt etiã & aduentũ tuũ contra me prouocaret. Et quia dignata est religio tua mihi facere iniuriam, si interrogat, in quibus valeo responsum dabo: si aliquod rationabile dixeris, necesse est vt sequar. Si quid.n. de diuinis scripturis ptuleris, quod cõmune est cũ omnibus, necesse est vt audiamus. Hæ vero voces quæ extra scripturam sunt, nullo casu a nobis suscipiũtur. Pręterea cũ ipse dominus moneat nos & dicat: Sine causa colunt me, docentes mandata & præcepta hominum. Augu&st. dixit, Si ad ista omnia rñdere voluero, id etiã ego agere videbor, ne veniatur ad causam. Proinde vt cito agamus quod instat, dic mihi fidẽ tuam de patre & filio, & spiritusancto. Max. respondit, Si fidem meam postulas, ego illã teneo fidem, quæ Arimini a trecentis, & triginta Episcopis, non solum exposita, sed etiã subscriptionibus firmata est. Aug. dixit, Iam dixi, & hoc ipsum repeto, quia respondere noluisti: Dic mihi fidem tuam de patre & filio & spiritusancto. Max. respõdit, Cum.n. nõ defecerim a responsione, cur accusor a tua religione quasi responsum non dederim? Aug. dixit, Propterea dixi te rñdere noluisse, qa dum ego q̃rerem vt diceres mihi fidẽ tuã de patre & filio spiritu sancto, quod & nunc posco tu mihi nõ dixisti fidẽ tuã: sed nominasti Ariminense concilium: Fidem tuã volo nosse, quid credas, quid sentias de patre & E filio & spiritu sancto. Si dignaris, ore tuo audiam: Noli me mittere ad ea scripta, quæ modo aut prę manu non sunt, aut eorum authoritate non teneo. Dic quid credas de patre & filio & spiritu sancto: Max. respondit, Nõ ad excusandũ me Ariminensis concilij decretũ interesse volui, sed vt ostendam authoritatẽ patrum, qui secundum diuinas scripturas fidem nobis tradiderunt illã, quam à diuinis scripturis didicerunt. Sin vero placet, qa corde creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutem: instructi etenim sumus & parati ad respondendũ omni exposcenti de nobis rationem de fide & spe quæ in nobis est: & pręterea cum dominus ipse Iesus dicat: Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cęlis: Et qui negauerit me coram hoĩbus, negabo & ego eũ corã patre meo qui in cęlis est: istud periculum timens, quanuis leges imperiales nõ ignoro, tamen pręcepto Saluatoris edoctus, qui monuit nos & dixit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autẽ non possunt occidere: respondeo euidẽter, Credo quod vnus est Deus pater, qui a nullo vitam accepit: Et quia vnus filius, qui quod est & quod viuit, a patre accepit vt esset. Et quia vnus est spiritus sanctus paracletus, qui est illuminator & sanctificator animarum nostrarũ, & hoc de diuinis scripturis assero. Si iubes, prosequor testimonia: si in aliquo reprehendit religio tua, dabo responsum in his in quibus reprehẽdi videor. Aug. dixit, Mouet me quod ita posuisti proprie illuminatorẽ nostrum spiritũ sanctum, quasi Christus non sit illuminator noster. Hinc primo abs te volo audire quid sentias. Max. respondit. Nos enim vnum authorem Deũ patrem cognoscimus, à quo illuminatio omnis per gradus descendit. Nam deniq; & Apostolus Paulus profert de se testimonium in Actibus Apostolorum dicens: Quoniã sic mandauit enim nobis Deus: & inter cętera, Posui te in lumen gentium. Si Apostolus in lumine gentium positus est vt doctor, quanto magis spiritus sanctus, qui illuminator est Apostoli: in quo & Apostolus locutus est secundũ ipsius Apostoli dicta, quia nemo potest dicere dominũ Iesum, nisi in spiritu sancto. Vtiq; illuminator est spiritus sanctus qui illuminauit Apostolum: Sed spiritus sanctus à Christo accepit, secundum ipsius Christi testimoniũ, sicut ait in Euangelio Christus: Multa habeo vobis dicere, sed

Mat. 15. (beside "data & præcepta hominum")

Rom. 10. F · *1. Pet. 3.* · *Mat. 10.* · H · *Ibidem.* · *Act. 13.* · *1. Cor. 12.* · G · *Ioan. 16.*

nō poteſtis portare modo: cū aūt venerit ille ſpūs veritatis, diriget vos in oēm veritatem. Non.n.loquetur a ſe, ſed quæcunq; audierit loquetur,& ventura annunciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Ergo ſpūſſanctus accepit a Chriſto, ſecūdū teſtimoniū Xp̄i. Sine dubio
…7. aūt Chriſtus ipſe confitetur, ꝙ doctrina mea non eſt mea, ſed eius qui me miſit patris, &
H ꝙ vidi & audiui apud patrē meū, loquor. ſiue ergo Chriſtus docens nos illuminat, pater illuminat qui eū deſtinauit: ſiue ſpūſſanctus illuminat, illuminatio ad authorē recurrit, qui eſt fons bonitatis: a quo cōſecutus, ſiue beatus Apoſtolus, ſiue ēt oēs ſancti, illuminant quidē credentes, ſed hæc illuminatio ad vnū authorē recurrit. Et ea de cauſa dicebat Propheta: Dn̄s illuminatio mea, & ſalus
…6. mea, quē timebo? AVG. dixit, Ego nō nego illuminare ſpm̄ ſanctū, ſed vtrū & Xp̄s illuminet per ſeipſum, & pater illuminet per ſeipſum, an nō illuminēt iſti niſi per ſpm̄ ſanctū: hoc requiſiui breuiter, hoc requiro. MAX. reſpondit, Credo non latere religionē tuam,
…3. beatū dixiſſe Apoſtolū Paulū: Cum aūt benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ q̄ fecimus nos, ſed ſecundū ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit, per lauacrū regenerationis & renouationis ſpūſſancti, quē effudit in nos abunde, per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrū. Secundū hanc regulā dico ſpm̄ ſanctū, & profiteor illuminatorē per filium: vt ante dictū eſt, quem effudit in nos abunde, per Ieſum Xp̄m Saluatorem noſtrum. Iam dedi rn̄ſum: qm̄ ſiue Paulus illuminat, ad authorē Deum patrē recurrit hæc illuminatio: ſiue ſpūſſanctus illuminat, ad authorē recurrit illuminatio: ſiue Chriſtus illuminat, ad authorē recurrit illuminatio. Et hoc magiſterio Xp̄i edo-
…10. ctus, proſequor ſicut ait ipſe Xp̄s: Oues meæ vocē meā audiunt, & ſequuntur me, & ego vitā æternā do eis, & nō peribunt in æternū, & nō rapiet eas quiſquā de manu mea. Pater meus ꝙ dedit mihi, maius omnib. eſt, & nemo pōt rapere illud de manu patris mei. Et
I iterū ſic ait: Ego & pater vnū ſumus. Ergo ad
…14. defendendas oues, i. ad illuminandas, pater & filius vnū ſunt, concordes atq; vnanimes ſecundū hanc rationē quā audiſti: qm̄ nemo pōt rapere de manu mea oues quas mihi dedit pater, ſimili modo nec de manu patris. AVG. dixit, Res loqueris, neceſſarias quidē, ſed non ad cauſam. Ad interrogationē meā non rn̄diſti, & tam multa dixiſti. Si velis relicta qōne quæ inter nos vertitur, reddere totū Euangeliū qui dies ſufficiunt, quanti tēporis ſpatiū neceſſariū eſt? Breuiter mihi dic, qm̄ interrogaui te, vtrum illuminet per ſeipſum Chriſtus, an non illuminet niſi per ſpiritum K
ſanctū. Non ſolum hoc reſpondere voluiſti, ſed ſi me non fallit ꝙ audiui, magis ſpiritūſanctum per Xp̄m illuminare dixiſti. MAX. reſpondit, Non decet in religione, præterea cū de Deo loquamur, calumniā inferre. Ego & reſponſum dedi, & ſi non ſufficiunt quæ diximus, addimus teſtimonia, quia per Ieſū Chr̄m ſpūſſanctus effuſus eſt in omnes credentes. Sic.n. legimus beatū Petrum dixiſſe: Hunc Ieſum ſuſcitauit Deus, cuius nos oēs Acto. 2.
teſtes ſumus. Dextera itaq; Dei exaltatus, promiſſione ſpūſſancti accepta a patre, effudit hoc donū ꝙ nunc vos & videtis & auditis. Dixi.n. ꝙ omnia quæcunque ſuggerit nobis ſpirituſſanctus, a Chriſto conſecutus ſit. Recurre ad teſtimonia ante lata, & inuenies ita. AVG. dixit, Cum vis conari probare ꝙ ipſe non nego, in rebus ſuperfluis neceſſariū tempus abſumis. Ego non nego per Chriſtum diffuſum fuiſſe ſuper credentes ſpiritumſanctū. Sine cauſa hoc per tātas moras teſtimonijs probare voluiſti, ꝙ ipſe confiteor. Ego hoc dixi, hoc quæſiui, hoc iterū dico: vtrum Chriſtus per ſpm̄ ſanctū illuminet, an ſpūſſanctus per Chriſtum illuminet: quia dixiſti ſuperius per Chriſtum illuminare ſpiritumſanctū. Si aūt nō recolis, recitentur verba tua in geſtis, vt appareat ea nos iuſſiſſe recitari, & probabo te dixiſſe ꝙ quæro. MAX. reſpōdit, Probatio erat neceſſaria, ſi non ipſe temetipſum placaſſes. Iam.n. proſecutus es in teſtimonijs quæ protuli, vel in ratione quam L
dedi, quod & ipſe ſic habeas. Cum finita ſit ergo iſta quæſtio, propone aliam ad quā tibi rn̄deam: Nam profeſſus es iam in qōne iſta ſatisfactum tibi fuiſſe. AVG. dixit, Dixiſti ſpiritumſanctum per Chriſtum illuminare, an non dixiſti? Rogo te vt vnum de duobus breuiter mihi reſpondere digneris: Reſponde, dixiſti, an non dixiſti? MAX. reſpondit, Ego ſpiritumſanctū profeſſus ſum ſcd̄m Saluatoris magiſteriū, quia ſiue illuminat, a Chriſto

accepit: siue docet, a Xp̄o accepit: omnia q̄cūq; gerit spūssanctus, ab vnigenito Deo cōsecutus est, & si parua sunt, testimonia addo. AVG. dixit, Ne dicat nos calūniari, legantur verba ipsius paulo superius. Antonius notarius ad locū recitauit. Dico spm̄sanctum, & profiteor illuminatorē per filiū, vt ante dictū est, quē effudit abunde in nos, per Iesum
M Xp̄m Saluatorē nostrū. Cumq; recitatū esset. MAX. rñdit, Vt vr̄, ipse potius dilationi studes, vt non ad principalem causam recurramus, sed per totū diē vis argumentis nos in vna detinere qōne. Nos.n. recitauimus, ꝙ ꝑ filiū spiritussanctus sit effusus, & non tm̄ beatum Paulū testē produximus, verumēt & Petrū priorē Apostolorū. Habet.n. prosecutio
Ioan.16. nostra ꝙ spiritussanctus a Christo accepit, secundū præcedens testimoniū: Ille me glorificabit, quia de meo accipiet & annūciabit vobis. Idē itidē cōpulsus iterū dico, quia siue illuminat spūssanctus, siue docet, siue instruit, omnia a Xp̄o consecutus est, quia per Xp̄m facta sunt omnia, & sine illo factū est
Ioan.1. nihil. Christus dicit, quia a genitore suo omnia hæc consecutus est, & viuit ꝑꝑ patrem,
Phil.2. & omnis lingua confitetur, quia dn̄s Iesus Xp̄s in gloria est Dei patris. Et quia omnis viri caput Christus est, caput aūt mulieris vir, caput aūt Christi Deus. Et quia filio spūssan-
2.Co.11 ctus est subiectus: Et quia filius patri est subiectus vt charissimus, vt obediens, vt bonus a bono genitus: Nec.n. pater cōtrariū sibi genuit, sed talē genuit, qui ēt clamat & dicit:
Ioan.8. Ego q̄ placita sunt patri, facio semper. AVG. dixit, Si & Christus illuminat per spm̄sanctū, & spūssanctus illuminat per Xp̄m, par potestas est. Lege aūt tu mihi subiectū Christo spm̄sanctum, ꝙ pauloante dixisti. Quod aūt dicis dn̄m dixisse de spūsancto, De meo accipiet: ideo dictū est, quia de patre accepit & omnia quæ sunt patris, sine dubio & filij
Ioan.16. sunt. Nā ipse cū hoc dixisset, adiecit: Ideo dixi, De meo accipiet: quia omnia quæ habet pater mea sunt. Dic ergo ꝙ interrogaui, & testimonijs proba subiectū Christo spm̄sanctū:
A cū potius legamus ipsum dicentē, Spūs
Esa.61. dn̄i super me, ꝑꝑ ꝙ vnxit me, euangelizare
Luc. 4. pauperib. misit me. Si super se ipse dixit spiritumsanctū, q̄uo tu dicis spm̄sanctum Xp̄o esse subiectū? Dixit aūt Xp̄s, super se spm̄sanctum: non quia super verbum Dei est, ꝙ est

Deus, sed quia super hominē, ꝙ verbū caro factum est. Vbi.n. scriptū est, Verbū caro factum est, nihil aliud est q̄ verbum homo factum est: Quia videbit omnis caro salutare Dei: nihil aliud q̄ omnis hō. Et in lege nō iustificabitur omnis caro: nihil est aliud q̄ omnis homo. Propter ꝙ ergo uerbū caro factū est, & ille semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, ex ipsa forma serui dixit: Spūs dn̄i super me. Nā par potestas est, una substātia est, eadem diuinitas: Ideo quanuis Trinitatē colamus, quia pater non est filius, nec filius est pater, nec spūssanctus aut pater aut filius: tn̄ vnū Deū colimus, quia ipsa Trinitas ineffabilis & excelsa coniunctio, unū Deum ostendit, unū dn̄m. Ideo dictū est: Audi Israel, Dn̄s Deus tuus, Deus unus est. Quid nobis vultis facere duos deos & duos dn̄os? Dicitis dn̄m patrē & Deū patrem, dicitis dn̄m Xp̄m & Deū Christū: Interrogo, utrū ambo simul vnus sit? Rn̄detis, duo dij: Superest vt eis & tēpla & idola faciatis. MAX. rn̄dit, Religionis authores nunquā in calumniā uertū tur. Interrogasti testimonia, ut ea q̄ professus sum testimonijs docerē: Et ipse pares atque æquales profiteris tres, patrē & filium & spm̄sanctū: Et præterea cū tres æquales professus sis, iterū conuersus protulisti quidem testimoniū diuinarū scripturarū: nō ad æqualitatē pertinens, sed ad singularitatē omnipotentis Dei, ꝙ unus sit omniū author. Ergo qa & ætate p̄cedis & authoritate maior es, profer, instrue prius testimonijs, ꝙ tres sint ęquales, tres omnipotentes, tres innati, tres inuisibiles, tres incapabiles, & tunc demū necesse est testimonijs ut acquiescamus: si quo minus reddere rationē de diuinis scripturis nō ualueris, necesse me est, ut ad omnia quæ in præcedenti dixi: siue n. patrem solū qui ꝙ viuit a nemine accipiens: siue filiū, ꝙ sum professus, quia ꝙ viuit a patre accepit: siue de spiritusancto quæ dixi, ēt quanta desideras testimonia proferā. AVG. dixit, Ego ꝙ quæsiui vt dicere dignareris non dixisti, quo testimonio probares subiectū Christo spm̄sanctum: rn̄debo tn̄ ad ea quæ proposuisti. Sic non dicimus tres omnipotentes, q̄uo non dicimus tres deos. Si.n. de singulis interrogemus: utrū Deus sit pater, Respondemus Deus: Vtrum Deus sit filius, Respondemus Deus: Vtrum Deus sit spiritussanctus, Respōdemus Deus.

Cum

(Right margin: Ioan.1. Luc.3. Rom.3. Phil.2. B Deu.6 C)

Cum aũt de omnibus interrogati fuerimus,
vtrũ tres ſint, referimus nos ad diuinam ſcri-
pturã dicentem: Audi Iſrael, Dñs Deus tuus,
m. Deus vnus eſt: Et in hac diuina præſcriptio-
ne condiſcimus, eãdem ipſam Trinitatẽ vnũ
eſſe Deũ. Sicq; de ſingulis ſi quæratur, vtrum
pater omnipotẽs ſit? Rñdemus, omnipotẽs.
Si filius? hoc idẽ rñdemus. Si ſpirituſſanctus?
nec ipſum negamus. Nec tñ dicimus tres om
nipotentes, quõ non dicimus tres deos: Sed
ſicut ſimul illi tres vnus Deus, ſic ſimul illi
D tres, vnus omnipotens eſt, & inuiſibilis, vnus
Deus pater & filius & ſpũſſanctus eſt. Sine
cauſa ergo putas nos numero coarctari, cũ
diuinitatis potentia ẽt rationẽ numeri exce-
dat. Si.n. animæ multorũ hominum accepto
ſpirituſancto, & quodãmodo conflatæ igne
charitatis vnã animã fecerunt, de qua dicit
Apoſtolus: Erat.n. eis anima & cor vnũ: tot
.4. corda, tot millia cordiũ, vnũ cor fecit chari
tas ſpirituſſancti: tot millia animarũ vnã ani-
mã dixit ſpũſſanctus, quã ipſe vnã animã fe-
cit: Quanto magis nos vnũ Deũ dicimus, sẽ-
per ſibi inuicẽ & inſeparabiliter & ineffabili
charitate cohærentes, patrem & filiũ & ſpm̃
ſanctũ? MAX. rñdit, Ac per hoc pares atque
æquales dixiſti, ꝙ quidẽ teſtimonijs docere
non valuiſti, & ob iſtã rẽ ad aliã cauſam di-
uertiſti. Nos.n. non diffidimus, ſed certa co-
gnoſcentes fide, ꝙ erat cor vnũ & anima vna
omniũ credẽtiũ. Nec.n. hoc p̃iudicat religio
ni noſtræ ſed magis cõcordat: Sine dubio.n.
ſi omniũ credentiũ erat cor, & anima vna,
quare aũt non pater & filius & ſpũſſanctus
in conſenſu, in conuenientia, in charitate, in
vnanimitate vnũ eſſe dicantur? Quid.n. fecit
filius ꝙ non placuit patri? Quid præcepit pa
ter in quib. non obtẽperauit filius? Qñ.n. ſpi-
rituſſanctus cõtraria Chriſto, aut patri tradi-
dit mandata? Et conſtat ſecundum Saluatoris
ſnĩam ꝙ ait: Ego & pater vnũ ſumus: eſſe il-
n.19. los in concordia & in cõſenſu vnũ. Sicut aũt
ipſe profeſſus es: pater pater eſt, qui nunquã
fuit filius: filius filius eſt, q̃ ſemper filius ma-
E net: & ſpũſſanctus ſpũſſanctus eſt: ꝙ eſt & ꝙ
legimus, profitemur de ſpirituſancto, in hũc
ſpm̃ſanctum, qui tantus ac talis eſt, vt ẽt an-
geli ipſi concupiſcant in eũ proſpicere. Tan
Pet.1. tus eſt iſte ſpirituſſanctus, vt ſufficiat vbique
omniũ poſtulationes ſuſcipere & aduocatio
ne fungi: Et in hoc teſtẽ profero beatum Pau
lum qui ait: Nã quid oremus ſicut oportet,
neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro no- Rom.8.
bis gemitib. inenarrabilibus. Quod lego cre-
do, quia gemitibus inenarrabilibus poſtulat
ſpirituſſanctus: Et ideo iſto eruditus magiſte
rio, intantũ dico ſubiectũ eſſe ſpm̃ſanctum,
vt gemitibus poſtulet pro nobis: Vnũ autem
profiteor Deũ, non vt tres vnus ſit, ſed vnus
Deus eſt incõparabilis, immenſus, infinitus,
innatus, inuiſibilis: quẽ & filius ipſe & ora-
uit & orat, apud quẽ & ſpirituſſanctus aduo F
catione fungitur. Nã quia orat filius patrẽ,
quãuis.n. ſoleatis omnia illa teſtimonia quę
in ſancto legimus Euangelio corpori appli-
care, attñ noſtrũ eſt perſcrutatis diuinis ſcri-
pturis oſtendere, quia & nunc ſedens ad dex
teram patris interpellat pro nobis. Ea.n. de
cauſa dixi, & orauit & orat, quia nunc vtiq; Rom.4.
interpellat pro nobis, ſicut ait Apoſtolus:
Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus
qui iuſtificat, Quis eſt qui cõdẽnet? Chriſtus
qui mortuus eſt, imo magis qui & reſurre-
xit, qui & eſt in dextera Dei, qui & interpel-
lat pro nobis: Aeque cum diſcipulis poſitus
Chriſtus, ſic ſe rogaturũ promiſit dicens: Si Ioan.14.
diligitis me mandata mea ſeruate, & ego ro-
gabo patrem, & aliũ aduocatũ dabit vobis,
vt vobiſcũ ſit in æternũ, ſpm̃ veritatis, quem
hic mundus accipere non poteſt, qm̃ non vi
det eum, nec nouit eũ: Vos aũt vidiſtis eum,
& cognoſcitis eum, quia apud vos manet, &
in vobis eſt. Si ſufficiunt hęc, bene eſt. Si quo
minus, addã quanta iubes teſtimonia. AVG.
dixit, Ea quæ noſipſi cõfitemur, probare no-
bis non debes. Hoc.n. faciendo, nihil aliud,
ſicut ſuperius dixi, q̃ neceſſarium tp̃s abſu-
mis. Scimus filiũ Dei filiũ eſſe Dei: Scimus
a ſeipſo non eſſe, ſed genitũ eſſe a patre: pa-
trem vero ipſum ingenitũ eſſe, a nullo eſſe,
a nullo vitã accepiſſe: filiũ vero a patre acce
piſſe vitã, ſed non ita tanquã fuerit aliqñ ſine
vita, vt acciperet vitam. Dedit.n. ei vitam, gi-
gnendo vitam: gignẽdo vitam eum, dedit ei Ioan.5.
vitam. Aequalitatem aũt oſtendit dicendo:
Sicut.n. habet pater vitã in ſemetipſo, ſic de- G
dit & filio vitam habere in ſemetipſo. Vitam
in ſemetipſo habet pater. Aequalem vitæ pa-
tris, vitam in ſe habet filius, ſed tñ filius a ſe-
ipſo vitã non accepit, quia non a ſeipſo na-
tus eſt, a patre natus eſt. Gignendo dedit, nõ
quia iam erat filius ſine vita, & dedit ei vitã:

quomodo

quomodo nos peccatores facti sumus sine vita, & per indulgentiā & gratiā accepimus vitam: ille vitā accepit a patre, quia vita natus est a patre: Ac per hoc tu non potuisti dicere subiectū esse filio spm̄ sanctum, nisi quia
Rom. 8. gemitib. interpellat pro nobis. Vr̄.n. tibi illa perfectio sanctitatis in gemitib. semper esse nec respirare a gemendo. O æterna miseria:
G intellige locutionē, blasphemiam deuitabis. Sic.n. dictū est, gemitib. interpellat, vt intelligeremus, gemitib. interpellare nos facit. Ad-
Galat. 4. est.n. nobis, & infundendo charitatē nobis,
Rom. 8. facit nos interpellare gemitibus. Deniq; alio loco cū dicit Apostolus, Clamantē, abba pater: alio loco dicit, In quo clamamus abba pater: exposuit quid sit, clamantē abba pater: dicendo, in quo clamamus. Ac per hoc quid
Galat. 4. est clamantē, nisi clamare facientem? Do exēplum locutionis huius: Nonne Deus est omniū pſcius futurorū? Quis hoc negabit insanus? Tñ ait Apostolus: Nunc aūt, cognoscentes Deū, imo cogniti a Deo. Si nunc eos cognouit Deus, nō eos nouerat, non elegerat, nō prædestinauerat ante mundi constitutionē: sed sic dixit, Nunc aūt cognoscētes Deū, imo cogniti a Deo: vt intelligerent Deum fecisse in eis cognitionem suam, cognoscentes Deum. Quid est, cognoscentes Deū? Nolite vobis arrogare, nolite superbire: Cogniti estis a Deo. Quid est cogniti estis a Deo? Cognitores suos vos Deus fecit. Deus vobis de-
Gen. 22. dit vt cognoscatis. Qūo est & illud dñi: Nūc cognoui, dicit Abrahæ dñs, qm̄ timeas dominum: qñ attulit filium suum ad holocaustum Abraham, dicit ei Deus, Nunc cognoui: ipsa est tota Dei præscientia. Tunc cognouit, quando dixit, Nunc cognoui: Sed quid est, nunc cognoui? Idest nunc cognoscere te feci. Si ergo has locutiones sicut libris diuinis eruditus agnosceres, de gemitibus illis q bus dictum est gemitibus interpellare sanctū spm̄, non eum faceres miserum. Quid est.n. aliud, semper gemere q̃ semper esse miserū?
H Ideo nos gemimus, quia miseri sumus. Et gratias spirituisancto, quia charitate æterni seculi facit nos gemere, pp ꝙ dictus est gemere: Facit nos clamare, propter ꝙ dictus est clamans. Facit nos cognoscere Deum, propter ꝙ dictum est, imo cogniti a Deo. Facit Abraham Deus cognoscentem, pp quod ei dixit: Nunc cognoui. MAX. rñdit, In quibus nos reprehendis, in ipsis ipse detegeris: Certum est.n. & diuina nos monet scriptura, quod ex multiloquio non effugies pctm̄, parcens Pru.
aūt labijs sapiens eris: Quamuis ēt & si per totū diem quisq; de diuinis scripturis proferat testimonia, non in verbositate illi imputabitur reuera: ꝙ si aut literaria arte vsus, aut expressione spūs sui: quisq; continuet verba I
quæ non cōtinuent sanctæ scripturæ: & otiosa sunt & superflua. Sufficit mihi qui ad istā regulam te adduxi, vt profitearis ꝙ pater est, quia innatus est, quia a nemine accepit vitā, & quia filius a patre consecutus est vitam, & quia spiritussanctus est. Dicendo aūt vnum 1
Deum, bene quidem faceres, si confitendo vnum Deū, non patrem & filiū & spiritumsanctum vnū diceres Deum, contra tuam sen
tentiam veniens. A nobis vnus colitur Deus 2
innatus, infectus, inuisibilis, qui ad humana 3
contagia, & ad humanam carnē non descen- 4
dit. Est aūt & filius secundum Apostolū, non 5
pusillus, sed magnus Deus. Sic ait beatus Pau 6
lus: Expectantes beatam spem & aduentum Tit.
gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu 7
Christi. Iste.n. magnus Deus Christus dicit, Ioan.
qui ascendo ad patrem vestrum, Deum meū 8
& Deum vestrum, de sua.n. subiectione vnū 9
statuit Deū. Iste est ergo vnus Deus, vt iam recitauimus testimonijs, quem Christus & spiritussanctus adorāt, & omnis creatura veneratur & colit, vel hac ratione vnum profite-
mur. Non tñ ꝙ copulatio vel permixtio filij 1
cum patre, aut vel certe spiritussancti cū filio, vel cum patre faciat vnum Deum: Sed 1
quia ille solus vnus perfectus est Deus, qui vt ipse prosecutus es, vitā a nemine accepit, qui filio dedit suo exemplo habere vitam in
semetipso: Copulatos quidē dicimus in cha 1
ritate & in concordia. Iam ut superius reddidimus rationem, alterum esse patrem, & non ipsum filium, ipse nos instruit Saluator dicē do, Si ego testimonium dico de me, testimonium meum non est verū: Alius est qui testi-
ficatur de me. Et ne psumptorio spiritu quidam putarent, quod aut de Ioanne Baptista K
dixerit, alium: aut forte de Petro Apostolo vel Paulo: ipse prosecutus est, Vos misistis ad Ioannē, & testimonium reddidit veritati. Ego aūt testimoniū ab homine nō accipio: sed hæc dico, vt vos saluemini. Ille, inqt, lucerna fuit ardens & lucens, vos aūt voluistis

ad

ad horã exultare in lumine eius. Ego aũt ha-
beo teſtimonium maius Ioanne. Opera quæ
dedit mihi pater vt perficiam ea, ipſa opera
quę ego facio teſtificãtur de me, quia pater
me miſit. Et qui miſit me pater, ipſe teſtifica-
tur de me. Quis tam ſtultus eſt, vt non intelli
13 gat qm̃ alius de alio teſtimoniũ perhibuit:
L pater de filio, qui vtiq; & dicebat: Hic eſt fi-
lius meus dilectus, in quo bene cõplacui, ip-
.17. sũ audite. Dilectũ lego, & credo ꝙ pater eſt
14 qui diligit, & filius qui diligitur. Vnigenitũ
audio Chriſtũ, & nõ dubito quia vnus ab v-
no eſt genitus. Primogenitũ Paulus clamat,
I. dicens, Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primo
genitus vniuerſæ creaturę: Et profiteor ſecũ-
dum ſententiam diuinarum ſcripturarum, ꝙ
eſt filius primogenitus, & non ingenitus. Et
quia in illo creata ſunt omnia, quę ſunt in cę
lis, & quæ ſunt in terra, viſibilia & inuiſibi-
lia, ſiue throni, ſiue dñationes, ſiue principa-
15 tus, ſiue poteſtates, omnia ꝑ ipſum facta ſunt
& in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante oẽs, &
omnia in ipſo cõſtant: & iſte filius Dei, Deus
vnigenitus, cum ſit ante oẽs. Ipſe enim dicit:
.8. Quod vidi apud patrem meũ, loquor. Iſte fi-
.14. lius etiã ꝙ vos carni aſcribitis, in ſancto ait
Euangelio: Si diligeretis me, gauderetis vti-
que, quoniã vado ad patrẽ, qm̃ pater maior
me eſt. Iſta.n.legentes credimus & ꝓfitemur
ſcd̃m Apoſtolũ, ꝙ ei oĩa ſubiecta ſint vt ma-
gno Deo. Iſte.n.magnus Deus, quem talẽ ge-
nuit pater, vt ipſe proſecutus es, vtiq; maio-
rẽ patrẽ cõfeſſus eſt, vt ſtatuat illũ vnũ Deũ,
in cuius & ſinu deſcribitur a Ioãne Euange-
liſta: Audi vtiq; ipſum clamantẽ & dicentem
.I. de inuiſibilitate omnipotentis Dei, ꝙ Deum
nemo vidit vnquã vnigenitus filius qui eſt in
ſinu patris ipſe narrauit. Hic inſtructus Pau-
lus clamat, & dicit: Beatus & ſolus potẽs rex
im.6 regũ & Dñs dñantium, qui ſolus habet im-
mortalitatẽ, & lucẽ habitat inacceſsibilem,
quem vidit hominum nemo, neq; videre po
teſt, cui honor & poteſtas in ſecula, Amen.
De hoc iterũ dicit, Soli ſapienti Deo per Ie-
16 sũ Chriſtũ, cui gloria in ſecula, Amẽ. Et ideo
17 vnus Deus a nobis pronunciatur, quia vnus
eſt ſuper omnia Deus ĩnatus, infectus, vt ꝓ-
M ſecuti ſumus. Filium autẽ natum ſi Paulo nõ
18 credis dicenti, Primogenitũ vniuerſę creatu
I. ræ: vel ipſi filio crede dicenti ad Pilatũ, cũ
ei diceret: Ergo tu rex es? Ait Chriſtus. Ego

in hoc natus ſum. Natum lego: profiteor qđ
lego: primogenitũ lego, non diſcredo, vnige
nitũ lego, ẽ ſi ad eculeũ ſuſpendar, aliter nõ
ſum dicturus: quod docent nos ſanctę ſcri-
pturæ, confiteor. Tu.n.qui dicis, ꝙ vnus ſit
pater & filius, dic patrẽ vnigenitum, dic pri-
mogenitũ, dic quę ſunt patris in filio, dic fi-
lium ingenitũ, dic in natum, dic quia nemo A
eũ vidit vnquã, neq; videre põt. Proſequere 19
de ſpũ ſancto talia qualia de patre legimus,
vt ęqualẽ oſtendas ſpiritũ ſanctum patri. Dic
rogo, habe me diſcipulũ. Proſequere de filio
ꝙ filius ſit innatus, ꝙ ſit ſine origine. Si ęqua 20
lis, vtiq; talia: ſi talis, vtiq; innatus. Si ĩnatus,
vtiq; nec vidit eũ quiſquã hominum. Da te-
ſtimonia, & inſtrue & doce, & habebis me
diſcipulum. Aug. dixit, A vobis vnum Deum
coli dixiſti, ſicut te loquente aduertere po-
tui: conſequens eſt aut non colatis Chriſtũ,
aut non vnum Deum colatis, ſed duos. Di-
xiſti etiam de patre, ꝙ ad humana contagia 1
& ad humanã carnẽ non deſcenderit. Si for-
te neſcis, contagia vbi dicuntur, aliquam cõ
tamitationem ſignificant. Voluiſti ergo Chri
ſtum intelligi veniſſe ad humana contagia.
Ergo humana carne inquinatum profeſſus es
Chriſtum. Ego autem dico, immo catholica
fides, quam cum eccleſia Chriſti teneo, di- 2
cit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſic
factum eſſe verbum carnem, vt nulla de hu-
mano genere, & de humana carne conta-
gia pateretur. Venit enim mundare, non co-
inquinari. Suſcepit ergo animam humanam,
& carnem humanam ſine illa peſte contagij:
& vtrunque, ideſt & animam humanam &
carnem humanam, in ſeipſo ſaluare digna-
tus eſt. Sed quia de eius inuiſibilitate verita- 3
ti quãtum video nõ vis acquieſcere, rogo te
vt cogites ſecundum carnem & ſecundum
hominem fuiſſe viſibilem Chriſtum. Nam ſe
cundũ id quod verbum eſt Deus apud Deũ,
& ipſe inuiſibilis eſt: Sapientia Dei eſt Chri-
ſtus. Humana ſapientia inuiſibilis eſt: Et Dei
ſapientia viſibilis erit? Quantũ ergo attinet
ad illam naturam, in qua æqualis eſt patri: pa B
riter eſt Deus, pariter omnipotens, pariter in
uiſibilis, pariter immortalis. Dixiſti & quan- 4
tũ aduerti, ſic accipiendum eſſe quod ait A- 1. Tim. 6
poſt. Qui ſolus hẽt immortalitatẽ: ut in hac
ſententia ſolus pater accipi debeat. Ergo ver-
bũ Dei mortale vis eſſe. Sapientia Dei nõ eſt
immor-

immortalis secundũ te. Non intelligis, quia
nõ potuisset vllo modo mori filius, nisi car-
nẽ mortalẽ suscepisset a nobis. Deniq; caro
in illo mortua est, nõ ipse mortuus est, quan
tũ ad Deũ pertinet, quantũ ad diuinitatẽ atti
net, qua ęqualis est patri. Sic.n. hominib. ait,
Luc. 12. Nolite timere eos q corpus occidũt, & post-
ea nõ habẽt q̃d faciãt. Quia anima mori nõ
C põt, verbũ Dei mori põt? sapientia Dei mori
põt? vnigenitus ille nõ assumpta carne mori
5 potuit? Assumpta aũt carne qua factus est hõ,
Ioan. 10. sicut æqualẽ se nouit q̃n dicit, Ego & pater
Ioan. 1. vnum sumus, sicut se nouit minorẽ, quia ver
Phil. 2. bũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Non
rapinã arbitratus est esse ęqualis Deo. Natu-
ra.n. erat, non rapina. Nõ.n. vsurpauit hoc:
Ibidem. sed natus est hoc. Veruntñ semetipsum exina
niuit formam serui accipiens. Agnouisti ę-
qualem, iã incipe agnoscere minorem. For-
mã serui accipiens in similitudinẽ hominũ
factus, & habitu inuentus vt homo. Ecce qua
forma maior est pater, discerne dispensatio-
nẽ suscepti hominis, a manente immortaliter
diuinitate, & non erras in verbis, quæ multũ
6 amas dicere, & ea non dignaris sapere. Pro-
fiteor aũt sicut dicis, patrem innatũ, filium na
tum, Sed nõ ideo sunt diuersæ naturæ atque
substantiæ, quia ille non natus est, ille natus
est. Etenim si natus est, filius est, si filius est,
verus filius est, q̃a vnigenitus est. Nã & nos
dicti sumus filij: Sed nunquid vnigeniti su-
mus tot filij? Aliter ille filius vnigenitus: ille
natura filius, nos gratia filij: ille vnigenitus
de patre natus, hoc est quod pater secundum
naturã, secundum substantiam. Qui aũt dicit
eũ propterea quia natus est, ideo alterius es-
se naturæ, negat verũ filiũ. Habemus aũt scri-
pturã, Vt simus in vero filio eius Iesu Chri-
sto, ipse est Deus verus & vita ęterna. Quare
1. Ioan. 4 verus Deus? Quia verus Deus filius. Si enim
animalibus dedit vt nõ generent nisi q̃ sunt,
hõ hominẽ gñat, canis canẽ, & Deus Deũ nõ
gñat? Si ergo eiusdẽ substantiæ est, quare di
cis minorẽ? An forte, quia homo pater quan
D do generat filiũ, & si homo hominẽ gene-
rat, tñ maior minorẽ gñat? Expectamus ergo
vt crescat Christus, qũo crescunt oẽs quos
gñant hoĩes. Si aũt Chrs ex quo natus est q̃
nõ ẽ à tpe, sed ab æternitate, q̃ est hoc ẽ, &
tñ minor est, melior est humana cõditio: q̃a
hõ vel & crescere pt, & aliq̃n venire habet

ad ætatem patris sui. ad robur patris sui, ille
nunquã, qũo verus filius? Vsqueadeo aũt fi-
liũ agnoscimus Deũ magnũ, vt patri dica-
mus ęqualem. Itaq; sine causa nobis q̃ valde
profitemur, testimonijs, & multiloquio pro
bare voluisti. Dicit aũt, Deũ meũ & Deũ ve-
strũ: attendens formã hominis in qua erat.
Cęterũ quantum attinet ad illud quod dixit
Ioannes, In principio erat verbũ, & verbũ
erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: non est
pater Dei Deus, sed Deus est Xp̃i, quia Chri-
stus factus est hõ. Vnde & ipse dicit in Psal-
mis, cur illi sit pater Deus: De ventre matris
meæ Deus es tu. Q̃n dicit de ventre matris si-
bi illũ esse Deũ, ostendit p̃p hoc esse Deũ pa
trẽ filio, quia homo filius, sc̃d̃m q̃ pr̃ maior
est filio. Vnde dicit, Deũ meũ & Deũ vestrũ.
Inde est & illa subiectio, quã non habemus
mirari secundũ hominẽ redditã patri, q̃n si-
cut scriptũ est, Etiã parentibus subditus erat.
Et de illo scriptũ est, Minorasti eũ paulo mi-
nus ab angelis. Vellẽ autem hic etiam aliqui-
bus scripturarũ testimonijs doceres nos vbi
legatur adorari patrẽ a spiritusancto. A filio
aũt accipio, etiã si non proferas testimonia,
q̃m hic adorat Deũ. Admittitur facile, sc̃d̃m
hominẽ dictũ, quanuis nec hoc legas: tamẽ
specialiter de te exigo vt adoratũ patrẽ à spi
ritu sancto legas nobis, aut cõmemores testi-
monium diuinũ: fortasis.n. sit, sed me fugiat:
vt si inueneris, respondeã qũo id accipi de-
beat, sicut de gemitibus scripturarũ solenni
locutione r̃ndi. Quod aũt dicis, q̃ per illam
copulationẽ ineffabilem nõ sit vnus Deus pa
ter & filius & spiritus sanctus: vis nosse quan
tũ valeat ista copulatio? Non ex locutionib.
nostris sed ex diuinis eloquijs certe manife-
stũ est, aliud esse spiritũ hominis, aliud esse
spiritũ Dei. Vnde dicitur: Deus spiritus est,
idest, quia corpus nõ est: & tñ ait Apostolus,
Qui adhæret meretrici, vnũ corpus est: Qui
autem adhęret Deo, vnus spiritus est. Si ergo
ista adhæsio diuersarum naturarum spiri-
tus, quia alius est hominis, alius Dei fecit v-
num spiritũ, non vis vt tantum adhęreat pa-
tri filius vt sit vnus Deus? Hoc accipe etiam
de spiritu sancto qui Deus est. Cęterum si
Deus spiritus sanctus nõ esset, templum vti-
que nosipsos non haberet. Scriptũ est quip-
pe in Apostolo. Nescitis quia templum Dei
estis, & sp̃us Dei habitat in vobis? Et iterum,

Nescitis quia corpora vestra templũ in vobis
Co. 5. est spũssanċti quẽ habetis a Deo? Nonne si tẽ
Cor.6. plũ alicui sancto angelo excellentissimo de
lignis & lapidib. faceremus, anathematizare-
mur a veritate Xpi & ab ecclesia Dei, qm̃
creaturæ exhiberemus eã seruitutẽ, quæ vni
tm̃ debetur Deo? Si ergo sacrilegi essemus fa
ciendo templũ cuicunq; creaturæ, qũo non
est Deus verus cui nõ tẽplũ facimus, sed nos-
12 ipsi tẽplũ sumus? Qũo aũt dixerit Christus,
n.5. Sicut habet pater vitã in semetipso, &c. supe
rius respõdit. Cõcordia aũt & charitate qua
dicis factũ fuisse, vt vnum sint pater & filius,
qñ mihi protuleris dictũ esse, q̃ vnũ sint que
H sunt diuersæ substãtiæ, tũc cogitabo quid de
o. 3. beã rñdere. Legimus.n. Qui plantat & qui ri-
gat vnũ sunt, sed ambo hoĩes erant, eiusdem
.17. substantiæ fuerant non diuersæ. Itẽ legimus
ipso Christo dicente: Vt sint vnũ sicut & nos
vnũ sumus, Non dixit, vt ipsi & nos vnũ, sed
vt ipsi sint vnũ in natura sua, & in substantia
sua, concordi æqualitate quodãmodo vniti
atq; cõflati, sicut pater & filius & spũssanctus
vnũ, pp indiuiduã eandemq; naturã. Aliud
est.n. vnũ sunt: aliud, vnus est. Qñ dr̃, vnum
sunt, & si non dicatur, quid vnũ, intelligitur
vna substantia. Qñ dr̃, vnus est, de duab. diuer
sisq; substantijs, necesse est vt q̃ratur quid v-
nus. Verbi gratia, Diuersa substãtia est aĩa &
corpus, tñ vnus hõ: diuersa substãtia est, spũs
hominis & spiritus Dei, tñ cũ dño adhæret
r.6. vnus spũs. Addit, spiritus: non dixit, vnũ sunt.
Vbi aũt dr̃, vnũ sunt, vna substantia significa
tur, q̃ vos non vultis, & audetis dicere verũ
13 Christum Dei filiũ vos confiteri. Non aũt id-
eo maior est pater, quia testimoniũ dicit de
filio: Nã & Prophetæ perhibuerunt filio te-
stimoniũ. Alius est quidẽ qui perhibuit testi-
moniũ, alius cui perhibet, q̃a pater pater est,
filius filius est. Non quia vnum non sunt, aut
vnus Deus non sunt, qñ cohærentes atq; con
14 iuncti sunt, q̃ semper sunt. Sic aũt dicis hinc
inter patrẽ & filiũ esse diuersitatẽ, quia pater
I diligit, & filius diligitur, quasi negare possis,
q̃ filius diligat patrẽ. Si ambo se inuicẽ dili-
15 gunt: cur negatis eos vnius esse naturæ? Quid
dixi de patre vnde dictus sit maior: quia pp
formã serui dictũ est: hoc dico & de inuisi-
bilitate, qm̃ visibilis filius pp eandem formã
serui dictus est. Cæterum quantum attinet ad
ipsam diuinã substantiam, vel patris, vel fi-
lij, vel spũssanċti, omnino est inuisibilis. Nã
qñ se patrib. diuinitas ostendebat, per subie-
ctam creaturã se visibilem demonstrabat. Nã
per ipsam suã naturam vsqueadeo inuisibilis
est, vt ipse Moyses ei cũ quo facie ad faciem
loquebatur, diceret: Si inueni gratiam ante Exo. 33.
te, ostende mihi temetipsum manifeste. Vole
bat.n. eũ videre sicut vr̃ Deus oculis cordis.
Beati.n. mundo corde, quia ipsi Deum vide- Matt. 5.
bunt. Sic volebat dicere Moyses eũ cui dice-
bat, Ostende mihi temetipsum manifeste: si- Exo. 33.
cut & inuisibilia Dei, per ea q̃ facta sunt in-
tellecta conspiciuntur. Sic.n. ait Apostolus, Rom. 1.
Inuisibilia.n. eius per ea q̃ facta sunt intelle- K
cta cõspiciunt, sempiterna quoq; virtus eius
ac diuinitas. Ecce intelligendo cõspiciuntur Ioan. 1.
inuisibilia Dei, & tñ inuisibilia dñr. Et omnia
per ipsum facta sunt Christũ, & visibilia &
iuisibilia, & ipse a nobis credi visibiliter põt.
Hinc ẽt dicis de patre tm̃ intelligi debere q̃ 16
ait Apostolus, Soli sapienti Deo Ergo solus Rom. 16.
est pater Deus sapiens, & non est sapiens ip-
sa Dei sapientia, q̃ est Christus. De quo ait
Apostolus, Xpm Dei virtutẽ & Dei sapien- 1.Cor. 1.
tiã. Superest vt dicatis, quid.n. non audetis?
insipientẽ esse sapientiã Dei. Sic aũt dicis pa 17
trẽ infectũ, quasi filius factus sit, per quẽ fa-
cta sunt omnia. Scito factum esse filiũ, sed in
forma serui. Nã in forma Dei vsqueadeo nõ
est factus, vt per illum facta sint omnia. Si.n.
ipse factus est, nõ per illũ sunt omnia facta,
sed cętera. Non itaq; dico filiũ ingenitum, 18
sed patrẽ genitorẽ, filium genitũ. Hoc tñ ge-
nuit pater q̃ est, alioquin non est verus fi-
lius, si q̃ est pater, non est filius: sicut de par-
tibus animalium supra diximus, quia veri fi-
lij hoc sunt per substãtiam q̃ parentes. Quid 19
est aũt q̃ poscis, vt ostendã tibi æqualem pa
tri spm̃sanctum esse, quasi tu ostenderis pa-
trem maiorẽ esse spiritusancto, sicut potuisti
ostendere de filio pp formã serui? Scimus.n.
dictum esse patrẽ filio maiorem esse, quia in
forma serui erat filius, & adhuc in forma est
humana filius, quam leuauit in cęlum. Pro- Rom. 8.
D stis tẽplum. Hæc interim post collationem
nostrã, qua præsentes alternatim locuti su-
mus,te admonuisse suffecerit. Si aũt dñs no-
luerit,qm̃ lõgum est, & tu remeare festinas,
prosecutiones nostras ante oculos eorum,
qui legere voluerint, quanta potero perspi-
cuitate constituam, & te veris quidem testi-
monijs diuinis, falsa tamen vestra dogmata
probare voluisse velis nolis ostendam.

Alia manu AVG. Eps subscripsi.

Item econtra,alia manu, MAX.

Cum explicueris hunc libellum,& ad me
transmiseris, nisi * ad omnia responsum de- Al.
dero, culpa explicaberis. * Al.

ANTONIVS, gesta contuli.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, E

Contra Maximinum hæreticum Arrianorũ Epm, Liber Secundus.


Isputationi Maximini Arriano
rum Epi,cuius prolixitate spa-
tium diei, quo præsentes con-
ferebamus, assumpsit, respon-
sionẽ debitã reddens,ad ipsum
loqui debeo utiq;, siue adhuc existimet con-
tradicendum esse cũ legerit, siue dño in eius
corde mirabiliter operante, manifeste con-
sentiat ueritati. Quid tibi uisum est ò homo
Arriane,tam multa dicere, & pro causa quæ
inter nos agitur nihil dicere, quasi hoc sit re
spondere posse, ꝙ est tacere non posse? Prius
itaq; ostendã refellere te non potuisse, quæ
dixi:deinde quãtum necessarium uidebitur,
ego refellam quæ ipse dixisti. De duob.dijs C
quę ipse dixisti, ego certe respondens uerbis
tuis,ubi aisti a uobis unũ Deum coli, Conse
quens est, inquã, ut aut non colatis Christũ,
aut non unũ Deum colatis, sed duos. Ad hoc
tu respondere conatus, multũ quidem locu-
tus es, asserens ꝙ & Christum Dei colatis,
Sed duos deos a uobis coli, quamuis non ne-
gaueris, tñ non ausus es confiteri. Sensisti.n.
duos deos esse colendos, Christianas aures
ferre non posse. O quã de proximo te corri-
gerem, si timeres credere ꝙ dicere timuisti.
Cũ.n. clamat & Apostolus, Corde creditur Ro.
ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutem: si
ad iustitiã putas pertinere ꝙ credis, cur hoc
ad salutem ẽt ore non confiteris? Si aũt duos
deos colendos ad salutẽ non pertinet confi- F
teri, sine dubio nec ad iustitiã pertinet cre-
dere. Qui ergo non uis tali confessione reũ
teneri os tuũ, quare non mundas a tali credu
litate cor tuum? Tene cum catholica fidẽ re-

ctam,

ctam, non te pudeat emendare peruersam.
Tene cum catholica, patrē quidem non esse
qui filius est,& filiū non esse qui pater est, &
Deum esse patrem & Deū esse filiū, verum-
tñ ambos simul non duos deos esse, sed vnū.
Isto modo solo fiet, vt & patrem colas & fi-
liū,nec tñ duos deos esse colendos dicas,sed
vnū ne reatu impietatis tua conscientia com
pungatur, qñ sonuerint in auribus tuis dicta
diuina, quia nullus Deus nisi vnus. Et, Audi
G Israel,dñs Deus tuus est:vt qñ audis,dominū
Deum tuū adorabis,& illi soli seruies: secu-
rus possis non soli patri, sed & filio ea quæ
vni Deo debetur seruitute seruire. Memento
ergo non te respondisse ad illud, ꝙ obiece-
ram, non a vobis coli vnum Deū, sed duos.
p.2. Secundo loco egi tecū de verbis tuis,vbi di-
xeras,Deum patrē ad humana nō descendis-
se contagia, quasi Christus illa in carne per-
pessus sit:& admonui, qūo contagiū intelligi
soleat,non vtiq; nisi in aliquo vitio,a quibus
omnibus immunē nouimus Christū. Nec ad
hoc quicquā respondere potuisti. Testimo-
nia quippe diuina, quæ abs te cōmemorata
sunt,nihil te adiuuare potuerunt, Non.n.eis
probare potuisti humano Christū attamina-
tum esse contagio. Quod.n. Apostolum di-
Cor.5. xisse cōmemoras, Qm̄ Christus cum pecca-
tor non esset,pctm̄ pro nobis fecit: lege dili-
gentius:& ne forte mendosum incurreris co
dicē,aut Latinus interpres errauerit, Græcū
inspice:& inuenies non Christum pro nobis
fecisse pctm̄, sed a patre Deo ipsum Christū
factum esse pctm̄,i.sacrificium pro peccato.
Ait.n. Apostolus, Obsecramus pro Christo
reconciliamini Deo, eū qui nō nouerat pec-
catum,pro nobis pctm̄ fecit. Non ergo fecit
ipse peccatum, sed eū Deus pro nobis pec-
catū fecit:hoc est,vt dixi, sacrificiū pro pec-
cato.Si ergo recolas vel relegas, inuenies in
libris veteris testamenti, peccata appellari sa
crificia ꝓ peccatis.Similitudo ēt carnis pec-
cati,in qua venit ad nos,dicta est & ipsa pec-
m.8. catū. Misit,inquit, Deus filiū suū in similitu-
H dine carnis peccati,& de pctō damnauit pec
catū in carne:hoc est, de similitudine carnis
peccati,quæ ipsius erat,dānauit pctm̄ in car-
ne peccati,quæ nostra est. Propter hoc ēt de
n.6. illo dr̄. Quod.n.mortuus est peccato, mor-
tuus est semel:ꝙ autem viuit, viuit Deo Pec-
cato.n.mortuus est semel,quia in similitudi-
ne carnis peccati mortuus est, qñ moriendo
exutus est carne: vt per hoc mysteriū signifi-
careet eos, qui in morte ipsius baptizantur,
mori peccato vt viuant Deo. Sic ēt per cru- Galat.3.
cē factus est pro nobis maledictum. Pendēs
quippe in ligno, mortem quæ de maledicto
Dei venerat, suspendit in ligno, atq; ita ve-
tus homo noster simul fixus est cruci,Vt non Rom.6.
mendaciter dictum intelligatur in lege, Ma- Deu.21.
ledictus omnis qui pendet in ligno. Quid est Gene.3.
maledictus, nisi terra es & in terram ibis? Et
quid omnis,nisi quia & ipse Christus:qui cū
esset vita,mortuus est tñ vera morte,nō ficta?
Si intelligas ista mysteria, simul intelligas nō I
esse contagia.Sed quid ad nos,si more tuo lo
quens, contactū forte mortaliū voluisti ap-
pellare cōtagium: cum tñ nobiscum sentias,
dñm Iesum nec in spiritu, nec in carne vllū
habuisse pctm̄?Tertio loco de inuisibili Deo Cap.3.
cum agerem,admonui vt crederes, inuisibi-
lem non solum patrem, sed ēt filium secun-
dum diuinitatem, non secundum carnem,in
qua eum visibilem mortalib. apparuisse quis
negat?Vnde & alio loco postea disputaui.Tu
aût cedens manifestissimę veritati,consensi-
sti esse inuisibilem filium: ac per hoc destru-
xisti ꝙ dixeras, vnū inuisibilem patrem. Sed
rursus tua consensione turbatus,quia inuisi-
bilem etiam filiū esse consenseras,ausus es di
cere, minora videri a maioribus, maiora ve-
ro a minoribus non posse videri. Dicens an-
gelos videri ab archangelis, animas ab ange-
lis, angelos vero ab animabus non videri:
Vnde ēt Christum secundum diuinitatis suæ
substantiam non solū ab hominibus, sed nec
a virtutibus cęlestibus videri asseris. Ideo pa
trem solum inuisibilem esse dixisti, quia su-
periorem non habet, a quo circunspiciatur.
Dic nobis rogo te, qñ tibi indicauerunt ar-
changeli, ꝙ ipsi videant angelos, non autem
videantur ab angelis? Quibus narrantib. an-
gelis cognouisti,ꝙ ipsi videant animas, ani-
mæ illos non videant? A quo hoc audisti,vn- K
de didicisti, vbi legisti? Nonne melius diui-
nis libris animum intenderes, vbi legimus &
ab hominibus angelos visos qñ voluerunt,
& qūo voluerunt videri, iubente vel sinente
omniū creatore? Veruntñ qui dixeras, ideo
solum dicendum inuisibilem patrem, quia
non habet superiorem a quo circūspiciatur,
confessus es postea, filio esse visibilem, con-

tra

tra teipſum profereus Euangelicum teſtimo-
Ioan.6. nium, vbi dicit ipſe filius, Non quia patrem
vidit quiſquam, ſed qui eſt a Deo, hic vidit
patrem. Vbi te quidem veritas apertiſsime vi
cit, ſed tu nolens ab errore liberari, noluiſti
ſalubriter vinci. Cum.n.contra te cõmemo-
raſſes Euangelicũ teſtimonium, quo claruit
a filio videri patrẽ dicente ipſo filio, Sed qui
L eſt a Deo, hic vidit patrẽ: mox addidiſti de
tuo, ſed vidit incapabilẽ. Interim ꝙ dixeras
perdidiſti, ſolũ eſſe inuiſibilem patrem, quia
non habet ſuperiorẽ, qñquidem veritate vi-
ctus, eũ videri ab inferiore confeſſus es. Vos
enim dicitis inferiorẽ filium, a quo tñ patrẽ
videri teſte filio cogente dixiſti. De incapabi
li poſtea videbimus, vt ẽt te illic veritas vin-
cat. Non.n.de capabili & incapabili, ſed de
viſibili & inuiſibili inter nos quæſtio verſa-
batur, in qua quæſtione ſi tibiipſi tuipſe viſi-
Cap.4. bilis es, victũ te eſſe vides. Quarto loco egi
1.Tim.6 tecũ de immortali Deo, ẽt filio, qm̃ tu illud
ꝙ ait Apoſtolus, Qui ſolus habet immortali
tatem: ſic intelligi voluiſti, tanq̃ de ſolo pa-
tre ſit dictũ, cũ ille hoc non de patre dixerit,
ſed de Deo, ꝙ eſt pater & filius & ſpirituſſan
ctus. Oſtendi ergo & filiũ habere immorta-
litatem ſecundũ ſubſtantiam diuinitatis ſuæ.
Nam ſecundũ carnem, quis negat eum fuiſſe
mortalẽ? Tu aũt cum mihi reſpõdere ad hũc
locũ velles perſpicua veritate concluſus, ẽt
Deum filiũ immortalitatẽ habere confeſſus
es. Victus es igitur in eo ꝙ dicebas de patre
tm̃ dixiſſe Apoſtolũ, ꝙ ſolus habeat immor-
talitatem. Neq;.n.propterea vinculis verita-
tis elaberis, qm̃ dicis habet quidem filius im
mortalitatem, ſed accipiens a patre: nõ quæ-
ritur vnde habeat, ſed utrum habeat. Tu.n.de
patre ſolo uis intelligi ꝙ ſcriptum eſt, ſolus
habet immortalitatem. Prorſus a nullo acce-
ptam habet immortalitatem, & a patre acce-
ptam filius habet immortalitatẽ, tñ & pater
& filius habet immortalitatem. Alioquin ſi
M eam non habet filius, pater eam non dedit
filio, aut acceptam perdidit filius. Dedit au-
tem pater filio, nec perdidit filius. Nec pater
dando perdidit ꝙ generando dedit. Habet er
go immortalitatem & pater & filius, non pa
ter ſolus. Cogeris itaque confiteri non de ſo
lo patre dictum eſſe, qui ſolus habet immor
talitatem: quia iam coactus es cõfiteri quod
& filius habeat immortalitatem: habet autẽ
hanc ſolus, ſed Deus, ꝙ non ſolus eſt pater:
quia hoc eſt & filius, & uterq; adiũcto ſpiri
tuſancto unus eſt Deus. Sed quare ſolus Deus
dictus ſit habere immortalitatem, cũ & ani-
ma pro ſuo modo ſit immortalis, & alia ſpi-
ritalis cęleſtiſq; creatura, poſtea videbimus.
Nunc autem ſufficit nobis, ꝙ ad ea quæ dixi
nihil reſpondere potuiſti: & non ſolum pa-
trem, ſed quamuis ab ipſo, habere tñ immor A
talitatem etiam filium coactus es confiteri.
Quinto loco oſtendi, unde maior ſit pater Cap.5.
filio: quia non Deo maior eſt, unde illi co-
æternus eſt filius, ſed homine maior eſt, ꝙ
ex tempore factus eſt filius. Ibi commemo-
raui Apoſtolicum teſtimonium, Quia cum Phil.
in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus
eſt eſſe ſe æqualem Deo. Natura quippe illi
fuerat Dei æqualitas, non rapina. Ad quod tu
reſpondens dixiſti, Quis.n.negat filium eſſe
in forma Dei? Quod.n.ſit Deus, ꝙ ſit dñs, ꝙ
ſit rex, iam puto latius expoſuimus. Et quia
non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem
Deo, hoc nos beatus Apoſtolus Paulus in-
ſtruit, ꝙ ille non rapuit, nec nos dicimus.
Hæc verba tua non ſolum nihil habẽt aduer-
ſus nos, ſed magis apparent eſſe pro nobis.
Si.n. confiteris Dei formam, cur non aperte
Dei filiũ Deo confiteris æqualem? Pręſertim
quia de verbis Apoſtoli ubi ait, Non rapinã
arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: non po-
tuiſti pro tuis partibus inuenire quod dice-
res. Et quia hoc dixiſſe Apoſtolum nõ potui-
ſti negare, ideo dixiſti, ꝙ ille non rapuit, nec
nos dicimus tanquam hoc ſit, non rapuit, ꝙ
eſt non habuit, i. ęqualitatẽ Dei. Atque ita di-
ctum ſit, Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe
æqualem Deo: ac ſi diceretur, Non arbitra-
tus eſt, eſſe rapiendam æqualitatem Dei, eo
ꝙ ab illo fuerit aliena. Raptor.n. rei alienæ
vſurpator eſt: tanquam hoc filius cũ poſſet
rapere noluiſſet. Quod vides quanta inſipien
tia ſentiatur. Ergo intellige Apoſtolum ideo
dixiſſe, non rapinam arbitratus eſt eſſe ęqua- B
lis Deo: quia non alienum arbitratus eſt eſſe
quod natus eſt: ſed tñ quamuis æqualitatem
Dei non fuerit arbitratus alienã ſuam, ſemet
ipſum exinaniuit, nõ quærens quæ ſua ſunt,
ſed quę noſtra ſunt. Quod ut noueris ita eſſe,
attende unde ad hoc Apoſtolus uenerit. Cũ
enim Chriſtianis humilitatẽ pręciperet cha- Phil.
ritatis, Alter alterutrum, inquit, exiſtimantes
ſupe-

ſuperiorē ſibi,nõ q̃ ſua ſunt vnuſquiſq; intendētes,ſed quæ aliorũ.Deinde ut exemplo Chriſti hortaretur nõ ſua quærere uel intendere,ſed quę aliorũ ſunt,Singuli quiq;,inq̃t, hoc ſentite in uobis, quod & in Chriſto Ieſu,Qui cũ ĩ forma Dei eſſet,quę illi erat ſua, C non rapinã arbitratus eſt:hoc eſt,non alienũ arbitratus eſt eſſe æqualis Deo:ſed tñ quęrēs noſtra non ſua, ſemetipſum exinaniuit, non formã Dei amittens,ſed formam ſerui accipiens. Non.n.eſt mutabilis illa natura, ut ſe exinaniret perdendo quod erat,ſed accipiēdo quod non erat:nec conſumendo quæ ſua ſunt, ſed aſſumendo quę noſtra ſunt,ac deinde in forma ſerui obediendo ſicut homo uſq; ad mortē crucis. Propter ꝙ & Deus eũ exaltauit,& donauit ei nomē quod eſt ſuper omne nomen: & cętera. Homini ergo donauit iſta,non Deo. Neq;.n.cũ in forma Dei eſſet non excelſus erat,aut non ei genua flectebant cęleſtia,terrena & inferna. Sed cũ dicitur,Propter ꝙ eũ exaltauit: apparet propter quod exaltauerit, id eſt, propter obedientiã uſq; ad mortē crucis. In qua ergo forma crucifixus eſt,ipſa exaltata eſt,ipſi donatũ eſt nomen quod eſt ſuper omne nomen: ut cũ ipſa forma ſerui nominetur,filius unigenitus Dei intelligatur. Non itaq; facias imparem Deo formã Dei, quod nec in ipſis hominibus dici poteſt. Nam cum dictũ fuerit iſte homo in in forma eſt illius hominis, nemo intelligit niſi æqualis. An forte non uis ſic accipere ꝙ dictũ eſt, Cũ in forma Dei eſſet: ut in forma Dei patris intelligas filium,ubi nihil aliud q̃ æqualitas apparet amborũ: ſed in forma Dei apparet intelligēdũ, in forma ſua,quia & ipſe utiq; Deus eſt? Non multũ curo ſi etiã ſic intelligas: Vbi.n.plenitudinē formę ætatis incrementa nõ faciunt, ſed Deo gignente perfectus eſt patris filius: [l.per-ctus na est fi-is.] * proculdubio ſi forma filij formę patris non eſt ęqualis, nõ uerus eſt filius, Scriptũ eſt autē, Vt ſimus in uero filio eius Ieſu Chriſto. Forma ergo ueri filij, [Ioan.5] formę Dei patris eſſe non põt inæqualis. Proinde nec huic loco proſecutionis meę, D ubi de uerbis Apoſtoli æqualē patri filium comprobaui, reſpondere aliquid pro ueſtra intentione potuiſti. Sexto loco, ut eiuſdē na- [ap.6.] turę cuius& pater eſt, oſtenderē filiũ, etiam mortaliũ fętus animaliũ immanitati ueſtri erroris obieci, increpans cor ueſtrũ, qui eiuſdē naturæ cuius pater eſt, negatis eſſe Dei filiũ,quanuis uerũ eſſe filiũ nõ negatis:cũ De⁹ ipſe dederit animalibus hoc gignere ꝙ ipſa ſunt:ubi nõ ſolũ hominis hominē, uerũetiã canis canē filiũ nominaui: non ad ſimilitudinem Dei, ſed ad confuſionē detrahentiũ filio Dei: qui cũ uideant corruptibiles mortaleſque naturas, habere tamen naturę de ſuis parentibus vnitatē,filio Dei uero nolunt E concedere communionem naturæ unius habere de patre: cũ ſit inſeparabilis a patre,& corruptibilis ęternuſq; cũ patre. Vnde etiam dixi ꝙ melior ſit ſecundũ uos humana conditio, ubi conceditur creſcere, ut ad robur parentũ uel creſcendo poſsint filij ꝑuenire. Filius aũt Dei,ſicut dicitis & docetis minor patre genitus ſic remanſit, atq; ut ad patris formã non poſſet peruenire, nec creuit. Hic tu,apparet quã magna ueritatis mole pręmereris, omnino ad rē non rñdiſti:ſed tanquã deficienti flatu anhelares, reprehendendũ me putaſti, dicens quod tam fęda cõparatio,de filio,ſ.hominis ſiue canis, in illã tantã immēſitatē produci nõ debuit. Hoc rñdere eſt, an potius inopiã reſponſionis oſtēdere? Quaſi ego propterea terrenarũ naturarũ iſta exempla produxerim, ut incorruptioni corruptionē,immortalitati mortalitatem, inuiſibilibus uiſibilia, æternis tēporalia coęquarē: ac nõ potius ut nos in magnis & ſummis rebus errātes, de rebus paruulis infimiſque conuincerem, qui non uidetis bonum quod creator ſumme bonus dedit etiam extremis uilibuſq; creaturis, vt cum lõge aliud ſint quã eſt ipſe hoc tamē generēt quod ſunt F ipſæ. Nec atenditis quid mali dicatis,ut cum hoĩes & canes & cętera huiuſmodi, habeãt filios ueros,quos illis gignentibus creat ueritas,non ſit uerus Dei filius ipſa ueritas. Aut ſi ſancta ſcriptura cogente permittitis,ut uerus filius ſit, rogamus permittite ut degener nõ ſit. Et degener quõ? Audiant catholici unde erubeſcant hæretici. Filius uiri fortis ſi non habet fortitudinē degener dicitur,tamen homo eſt quod & pater eius eſt: atq; in diſsimili vita, non eſt tamen aliena ſubſtantia. Vos vnigenitũ Dei filiũ ita degenerē vultis,ut ipſam patris ei ſubſtãtiã denegetis: minorē natũ,minorē remanſiſſe iactatis. Nõ ullam datis ętatem, qua poſsit augeri, non datis eandem formam,qua poſsit ęquari. Cuius natu-

ræ tanta ſubtrahatis, miror vero filiũ, qua frõ
te dicatis: niſi q̃a infęlicisſimo errore nõ vos
putatis ad vnius patris gloriã, niſi per vnici
Cap. 7. filij contumeliã peruenire. Septimo loco di
xi, vſqueadeo aũt filiũ agnoſcimus magnum
Deũ, vt patri dicamus æqualẽ. Itaq; ſine cau-
G ſa, inquã, nobis ꝙ valde profitemur, teſtimo
nijs & multiloquio cõprobare voluiſti. Et
his verbis meis addidi diſputationẽ, in qua ra
tionẽ reddidi, quare filius cũ ſit patri æqua-
Ioan. 20. lis dicat eũ tñ Deũ ſuũ, vbi ait, Aſcendo ad
patrem meũ & ad patrẽ veſtrum, Deũ meum
& Deũ veſtrũ. Qm̃ tu cõmemoras hoc Euan
gelicũ teſtimonium, quo te probare exiſtima
ſti, ꝙ filius patri non eſſet ęqualis. Ego itaq;
tibi ad iſta reſpondens, dixi patrem propte-
Pſal. 21. rea etiam Deũ eſſe vnigeniti filij, qm̃ factus
eſt homo & natus ex fęmina: & hoc eſſe qđ
dicit in Pſalmo, vbi ꝙ futurũ fuerat prænun
uit, De vẽtre matris meę Deus meus es tu: vt
oſtenderet & patrem hinc eſſe Deũ ſuũ, quia
homo factus eſt. Homo. n. de vẽtre matris eſt
natus, & ſecũdũ hominẽ de virgine natus eſt
Deus: vt non ſolum pater illi eſſet, qui eũ de
ſeipſo genuit, verũetiã Deus eius eſſet, quem
de ventre matris hominẽ creauit. Ad hæc tu
cum reſpondere voluiſſes, multa dixiſti, mul
ta teſtimonia, quæ te nihil adiuuãt, protuli-
ſti. Quõ tñ dictum ſit, De ventre matris meę
Deus meus es tu: quãuis eadẽ ſcripturę ſan-
ctæ verba memoraſſes, nullo mõ inuenire
Pſ. 109. potuiſti. Cur aũt in eo loco poſueris Pſalmi
alterius teſtimoniũ, vbi ſcriptũ eſt, Tecũ prin
cipium in die virtutis tuæ in ſplẽdoribus ſan
ctorũ, ex vtero ante luciferũ genui te: omni-
no non video. Non enim filij perſona eſt di-
centis, Ex vtero tuo, aut de ventre tuo, Deus
meus es tu. Illa ineffabilis generatio, etiam ſi
ex vtero patris accipitur, hoc ſignificatũ eſt,
quia de ſeipſo, hoc eſt, de ſubſtãtia ſua Deus
H Deũ genuit: ſicut ex vtero matris quando na
tus eſt, homo hominẽ genuit: vt intelligere-
mus in vtraq; generatione non diuerſas eius
qui natus eſt, & eorum de quibus natus eſt,
eſſe ſubſtantias. Diuerſa quidem ſubſtantia
eſt Deus pater, & homo mater: non tamen
diuerſa ſubſtantia eſt, Deus pater & Deus fi-
lius: ſicut non eſt diuerſa ſubſtantia, homo
mater, & homo filius: Sed audi quid dicat in
Prophetia iſte filius, De ventre, inquit, matris
Pſal. 21. meę Deus meus es tu. Noli multis verbis, ad
rem non neceſſarijs, conari operire res cla-
ras. Qui eſt pater filio ex vtero ſuo, de ven-
trę matris ſuæ Deus eius eſt, non de ſuo. Ad
hoc ergo prorſus nihil reſpondere potuiſti.
Octauo loco de ſubiectione qua ſubiectus ẽ Ca.
patri filius, reſpondi tibi, qm̃ dixeras de ſua
ſubiectione vnũ ſtatuit Deũ. Rñſpondi ergo I
etiã hoc ſcd̃m hominẽ recte accipi, ꝙ filius
ſubiectus eſt patri. Neq; hoc eſſe mirandũ,
cũ legatur vtiq; ſecundũ ipſam ſerui formã
etiam parentibus ſubditũ. Et de illo ſit ſcri-
ptũ, Minoraſti eũ paulominus ab angelis. Ad Luc.
ꝙ tu quaſi reſpondẽs dixiſti me optime pro- Pſ.
ſecutũ, qm̃ & parentibus propter formã ſer
ui eſſet ſubiectus. Deinde volẽs velut pro te
eſſe oſtendere, quod cõtra te eſſe cernebas,
ac ſic incautis minuſq; attentis hominibus,
quicunque eſſent iſta lecturi quam reſpon-
dentem te facere, vbi quod diceres non ha-
bebas, adiungis & dicis, Si enim parẽtib. ſub Ioa.
iectus inuenitur, quos ipſe creauit, quia om-
nia per ipſum facta ſunt. Nec. n. poſt tẽpora
ſed ante tempora nouimus filium genitum à
patre. Si ergo parẽtibus, inquis, ſubditus, vt
diuinarum ſcripturarũ authoritas luce cla-
rius prædicat: quanto magis vtiq; illi ſuo ge-
nitori eſt ſubditus, qui tãtũ ac talem eum ge-
nuit, ſecundum id quod ait Paulus, Cũ om- 1. Co.
nia fuerint filio ſubiecta, tunc & ipſe filius
ſubiectus erit illi, qui ſibi ſubiecit oĩa. Hæc
verba tua poſsẽt a me putari dicta eſſe, & oĩ-
no mea eſſe, niſi te audiẽtibus cũ dicerẽtur,
& poſtea hæc cũcta legẽtibus, euidentius ap
pareret te illa dixiſſe. Quis. n. crederet, cõſen
tire poſſe nos vobis ſcd̃m formã ſerui, ac ꝑ
hoc non ſecundũ formã Dei Chriſtum eſſe
ſubiectum? Nono loco abs te quęſiuimus, vt Cap.9.
ſcripturas diuinas oſtẽderes ſi valeres, verum
adoret patrẽ ſpũſſanctus. Hoc. n. dixeras: ſed
ſicut ipſa tua ꝓſecutio cui rñdi, ſatis idicat,
nõ probaueras. Ad hãc ergo inquiſitionem
meã vide quid poſteriore proſecutione rñ-
deris. Cũ. n. dixiſſes quantũ voluiſti de iudi-
cio filij, quod & nos fideliſsime credim⁹, & K
de ſubiectione, quã ſecundũ formã ſerui fi-
liũ patri reddere nõ negamus: vbi veniſti vt
probares a ſancto ſpiritu adorari patrẽ, redi
ſti ad illos gemitus de quibus tibi iã ante re-
ſponderã, ſcd̃m morem ſanctarũ ſcriptura-
rũ, qua locutione ſit dictũ. Et ipſe ſpiritus in- Rom. 8.
terpellat gemitib. inenarrabilibus: ne creda-
mus

mus ſpiritumſanctũ nunquam eſſe ſine gemitibus poſſe, qm̃ nullus dies, nulla hora, nullum momentũ temporis inuenitur, quo non a ſanctis orationes Deo vbiq; fundantur, ab alijs hic, ab alijs alibi: cũ tñ ab orationib. ſanctorum nullũ ſit tp̃s immune, q̃n quidem diebus, & noctibus, cũ alij cibo ac potu reficiũtur, alij quodlibet aliud agunt, alij dormiũt, non vtiq; deſunt quos deſideriũ ſanctũ orare cõpellat. Ita fit vt ſpirituſſanctus, qui vbiq;
L omnib. adeſt, aliquantulũ ceſſare a gemitibus non ſinatur, ꝙ eſt extremæ miſeriæ, cum pro quibuſcunq; orantibus cogitur gemere. Niſi gemitib. inenarrabilibus interpellare ſic intelligatur, vt dixi, i. quia gemitibus ſanctorum deſideriorum interpellare ſanctos facit, quibus affectũ piũ gratiæ ſpiritalis infundit. Sed cũ ſimiles locutionũ modos, q̃n per efficientem ſignificatur id ꝙ efficitur: ſicut frigus pigrum dicimus, quia pigros facit: & diẽ triſtẽ vel lætũ, quia triſtes vel lætos facit: ẽt de ſcripturis ſanctis cõmemorauerim, vbi Deus dicit ad Abraham, Nunc cognoui: ꝙ nihil eſt aliud, q̃ nunc vt cognoſceres feci. Nõ .n. tũc Deus dicendus eſt cognouiſſe, ꝙ anteq̃ fieret nunq̃ potuit ignorare. Quos locutionis modos de diuinis eloquijs a me prolatos, qũo aliter interpretareris non inueniſti: nullo modo itaq; ad iſtos gemitus redire debuiſti. Nemo .n. ſic de ſpirituſancto ſapit, niſi qui ſecundũ carnem, non ſecundum ſpm̃ ſapit. Quãuis & ſi tibi concederetur, qũo tu ſentis, dicis ſpm̃ ſanctũ interpellare ꝓ ſanctis: aliud eſt interpellare vel orare, aliud adorare. Omnis qui orat, rogat: non omnis qui adorat, rogat: nec omnis qui rogat adorat. Recole conſuetudinẽ regũ, qui plerunq; adorantur, & non rogantur: aliq̃n rogantur, & non adorantur. Ac per hoc a ſpirituſancto adorari patrẽ nullo modo demonſtrare potuiſti. Decimo loco egi tecũ vt intelligeres, qũo per ineffabilẽ copulationẽ ſit vnus Deus ipſa Trinitas, quã didicimus vnius eſſe ſubſtantiæ: q̃n quidẽ ẽt diuerſas ſubſtantias inuenimus, hoc eſt
M ſpm̃ hominis, & ſpm̃ dñi per copulationem qua homo adhæret dño vnum ſpiritũ dictũ, vbi ait Apoſtolus, Qui aũt adhęret dño, vnus ſpũs eſt Ad ꝙ tu reſpondens, vel potius non tacens, cnatus es oſtendere, qũo pater & filius vnum ſint, non vnitate naturæ, ſed volũtatis. Ho c quidem dicere ſoletis, ſed tunc ſoletis cũ vobis obijcitur ꝙ ait dñs, Ego & pater vnũ ſumus. *Ioan. 10.* Ego aũt hoc loco nõ hoc volui probare, ꝙ pater & filius & ſpirituſſanctus vnũ ſint, ꝙ quidem ꝑꝑ vnitatem ſubſtãtiæ fideliſſime certeq; credimus, ſed ꝙ eadẽ Trinitas vnus eſt Deus: aliud eſt quippe, vnũ ſunt: aliud, vnus eſt Deus. Diſcerne, eſt, & ſunt Nec ait Apoſtolus, Qui adhærent dño, vnum ſunt, qm̃ diuerſa ſubſtantia eſt: ſed ait, Qui adhæret dño, vnus ſpiritus eſt. *1. Co. 6.* Si aũt vos cũ de duob. dr̃, vnus eſt, & dr̃ quid vnus, ſicut dicit Apoſtolus, vnus ſpũs eſt: hoc idem A putatis eſſe, ꝙ eſt cũ de duob. dr̃, vnum ſunt, nec dr̃ quid vnum: ſicut ait Saluator, Ego & *Ioan. 10.* pater vnũ ſumus: cur non dicitis, pater & filius vnus eſt Deus? Quare q̃n auditis, Audi Iſ *Deu. 6.* rael, dñs Deus tuus Deus vnus eſt: de patre tm̃ vultis intelligi? Nẽpe pater dñs Deus eſt, & filius dñs Deus eſt. Cur nõ apud vos vterque vnus dñs Deus eſt, ſicut apud beatũ Apoſtolũ ſpũs hominis & ſpũs dñi vnus ſpũs eſt? Quid aũt prodeſt cauſæ veſtræ, quia per conſenſionẽ volũtatis hoc dicitis fieri? Quod q̃dẽ ita ſit, ſed vbi eſt diuerſa natura: ſicut diuerſa natura eſt hominis & dñi, & tñ qui adhæret dño, ꝑ conſenſionẽ vtiq; voluntatis vnus ſpũs eſt. Si ergo non vultis per vnitatẽ ſubſtãtiæ, certe per conſenſionẽ voluntatis dicite, tñ aliq̃n dicite, quoquo modo dicite, pater & filius vnus Deus eſt. Sed non dicitis, ne ꝙ nunq̃ voluiſtis, cogamini cõfiteri de vtroq; dictũ eſſe, non de patre ſolo. Audi Iſrael, dñs Deus tuus Deus vnus eſt: qm̃ ſpm̃ ſanctũ nõ vultis Deũ, non vultis dñm confiteri. Dicite, inquã, ratione qua vultis, ꝙ pater filius vnus dñs Deus eſt, vt patri & filio ſeruientes, non duob. Dijs & duob. dñis contra præceptum Dei & dñi vnius ſeruiatis. Sed nunc de hac re ſatis dictũ ſit. Puto cũ iſta legeris, nihil te reſpondere potuiſſe ad id ꝙ de Apoſtolo cõmemoraui. *1. Cor. 6.* Qui adhæret dño vnus ſpũs eſt: ſi contentionẽ depoſueris non negabis. *Cap. 11.* Vndecimo loco, Deũ eſſe ſpm̃ ſanctũ, de templo eius ꝙ nos ipſi ſumus, teſte Apoſtolo oſtendi, *1. Cor. 3* *1. Cor. 6.* vbi ait, Neſcitis quia templum Dei eſtis, B & ſpiritus Dei habitat in vobis? Et iterũ, Neſcitis quia corpora veſtra templum in vobis eſt ſpirituſſancti, quem habetis a Deo? Tu aũt ad iſta reſpondiſti nihil. Aiſti .n. Suſcipio quę protuliſti. Neſcitis quia templum Dei, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Neq; enim Deus,

inquis,

inquis,habitat in homine, quē non ante spi-
ritussanctus sanctificauerit atq; purgauerit.
Atque isto modo intelligi voluisti, non spiri
tumsanctum esse dictum Deum, nec templū
spiritussancti nos esse, sed Dei:& hoc esse di-
ctum,templum Dei estis: Sed ideo additum,
spiritus Dei habitat in vobis:quia purgat spi
C ritussanctus templum Dei, nō suum, vt cum
ipse purgauerit, tunc illic inhabitet Deus.
Quem sensum tuum quanta sequatur absur-
ditas,nolo nunc dicere. Illud.n.nunc osten-
dere debeo,quō multa dicendo, nihil quod
ad rem pertinet dixeris. Dimisisti enim cau-
sam, & perrexisti in laudem spiritussancti,
eamq; copiose contra teipsum executus es.
Contra teipsum ideo dixi, qm̄ non vis eum
dicere Deum, cuius tantam diuinitatem per
laudem coactus es confiteri, ut cum sit unus
ubiq; sit præsens, & nemini sanctificādo de-
sit, ubicunq; quisq; Christianus esse & Deū
orare uoluerit, simul se omnibus exhibēdo,
siue in Oriente, siue in Occidente baptizen-
tur jn Christo: hoc & nos dicimus. Sed quē
dicimus talem ac tantū, absit a nobis ut eum
negemus Deum, ꝙ etiam per suū templum,
ꝙ nosipsi sumus, citissime & facile ostendi-
tur. Neque.n.nisi Deus noster esset, templū
nosipsos habere potuisset: ꝙ tu ut occulta-
res,& in sermone tuo mentes hominum a lu
ce ueritatis auerteres, de tēplo Dei quodcun
que dixisti, quem noluisti intelligi spm̄san-
ctum: de templo aūt spūssancti, ꝙ apertissi-
me demonstratum est, omnino tacuisti. Cū
enim tibi duo testimonia Pauli Apostoli pro
posuerim. Vnum vbi ait, An nescitis quia tē-
plum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uo-
1.Cor.3. bis? Alterum ubi ait, Nescitis quia corpora
uestra templum in uobis est spiritussancti:
quare tam fraudulenter egisti, ut unum horū
1.Cor.6. cōmemorares, quod dictum est, Templum
Dei estis:& alterū taceres, ꝙ est, Corpora ue
D stra templum in uobis est spiritussancti? Cur
hoc fecisti, rogo te, nisi qa nullo modo pos
ses argumentari, quō Deus noster non esset,
qui templū nosipsos haberet: quem sine du-
bio Deum cognosceremus, si ei templū de
lignis & lapidibus per diuinam scripturam
facere iuberemur. Duodecimo loco admo-
Cap.12. nui te, ut proferres si posses, qua diuina au-
thoritate sit dictum, ꝙ unum sint, ubi substā-
tiæ sunt diuersæ. Tu aūt respondere ad hoc
uolens, nihil tale proferre potuisti: sed ma-
gnis coarctatus angustijs affirmare ausus es,
ꝙ Apostoli unū sint cū patre & filio. Quod
Christus omnino non dixit. Sic.n.abs tę di-
ctum est, tanquā pater & filius & Apostoli
unum sint. Christus aūt nō ait, ut ipsi & nos
unum simus: sed ait, ut sint unū, sicut & nos
unū sumus: Nā & uerba ipsa Euangelica po- Ioan.
nam, Pater sancte, inquit, serua eos in nomi-
ne tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut E
& nos unum. Nunquid dixit, ut nobiscum
sint unum, aut, ipsi & nos simus unum? Item
post aliquantum, Non inquit, pro eis rogo
tantum, sed & pro eis qui crediture sunt per
uerbum eorum in me, ut omnes unum sint.
Neq; hic dixit, ut nobiscum unū sint. Dein-
de sequitur, Sicut tu pater in me, & ego in
te, & ipsi in nobis unum sint. Et hic non di- Ar
xit, unū simus: aut unum nobiscum sint: sed,
unum sint in nobis: ut qui natura unum sunt,
quia homines sunt, etiā in patre & filio sint
unū: non cum ipsis unum, i. non ut ipsi & isti
sint unum. Adhuc adiungit & dicit. Vt mun-
dus credat quia tu me misisti. Et ego clarita-
tem quam dedisti mihi dedi illis, ut sint unū
sicut nos unū sumus. Ego in eis & tu in me,
ut sint consumati in unum. Cum ergo totiēs
dixerit, ut sint unum: non tñ alicubi dixit, ut
ipsi & nos simus unus: hoc est, ut nobiscum
sint unū: sed aut in nobis dixit, aut sicut nos,
idest ipsi secundū naturam suam, nos secun-
dum nostram. Volebat.n.eos, qui natura unū
erant, in hoc ipso ꝙ unum erant, esse perfe-
ctos. Non enim quia dicit, Estote ergo & uos Ma
perfecti, sicut pater uester cęlestis perfectus
est: vult illos Deo naturæ unitate coniunge-
re, tanquam illorum & illius una eademque
natura sit: sed perfectos vult esse in natura
sua, sicut est Deus perfectus in sua, quamuis
diuersa non una: quod nisi in ipso simus, om
nino esse non possumus. Nō sicut in illo sunt
omnes, quia ipse continet oīa, quæ creauit.
Propter quod dictus est, non longe positus Ac
ab unoquoq; nostrū, quia in illo uiuimus & F
mouemur & sumus. Sed sicut in illo sūt tales
qualibus dictū est. Fuistis.n. aliqñ tenebræ, Ep
nūc autem lux in domino. Vnde & illud est, 1.
Cui vult nubat, tantum in dño. Non igitur
proferre potuisti ubi dictum sit, unum sunt,
quorum est non una, sed diuersa substantia:
& tanquam in obscuro loco nobis surrepere
voluisti,

voluiſti, vt diceres Apoſtolos vnũ eſſe cũ patre & filio, tanquã vnum eſſent Apoſtoli & pater & filius, cũ Apoſtolorũ ſubſtãtiã manifeſtum ſit a patre & filio eſſe diuerſam. Sed quoniã, ut ipſi & nos vnum ſimus, aut nobiſcum ſit vnũ, nuſquam Chriſtũ dixiſſe manifeſtũ eſt, te quoq; nobis reſpondere non potuiſſe, & fraudẽ facere voluiſſe manifeſtũ ſit. Tertiodecimo loco te cõmonui, non iõ
13. G patrẽ filio eſſe maiorẽ, quia teſtimoniũ perhibuit pater filio. Nã & Prophetas ei teſtimoniũ perhibuiſſe memoraui, quos maiores illo eſſe nõ potes dicere. Dixeras enim quod pater filio perhibuerit teſtimoniũ, quod ſic accepi, tãquam hinc ipſe probare volueris, illo cui teſtimoniũ perhibuit eũ eſſe maiorem. Sed quoniam poſteriore tua proſecutione hinc omnino tacuiſti, taciturnitatẽ tuam
con is. in locum conſenſionis * accepi: & fieri põt, vt ideo cõmemoraueris patrẽ filio perhibuiſſe teſtimoniũ, vt hinc illũ eſſe aliũ, iſtum aũt alium, non vt illum iſto probares eſſe maiorem, alium vero eſſe patrem alium eſſe filiũ, quoniã nõ eſt pater ipſe qui filius, & vobis & nobis contra Sabellianos eſt dogma cõmune. Illi enim dicunt, non alium, ſed eundem filiũ eſſe qui eſt pater. Nos aũt alium quidẽ eſſe patrẽ, & aliũ filiũ, ſed tamen quod pater eſt, hoc eſſe dicimus filiũ. Quartodecimo lo-
14. co ad illud quod dixeras, dilectũ lego & credo, ꝙ pater eſt qui diligit, & filius qui diligitur: reſpondens dixi, Sic autem dicis hinc inter patrem filium eſſe diuerſitatẽ, quia pater diligit, & fili⁹ diligiẽ, quaſi negare poſsis, ꝙ filius diligat patrẽ. Deinde addidi, Si ambo ſe inuicem diligunt, cur negatis eos vnius eſſe naturæ? Quod vtiq; ideo dixi, ne hinc vnã naturã negaretis amborũ, quia illũ diligere, hunc diligi ipſe dixiſti. Ad hoc tu reſpondẽs conſenſiſti quidẽ, quod & filius diligat patrẽ ſed vnius eſſe naturæ conſentire noluiſti: tanquam filius ita diligat patrem, ſicut creatura creatorẽ, non ſicut vnigenitus genitorẽ, quẽ diuerſitate ſubſtantæ vultis eſſe degenerem:
H 15. Quintodecimo loco dixi pariter eſſe inuiſibilem Trinitatem, non ſolum patrem: ſed apparuiſſe tamen viſibilem filium in forma ſerui, propter quam dixit Pater maior me eſt.
14. Sed quoniam patribus ſe diuinitas demonſtrabat, dixi per ſubiectam creaturam id eſſe factum, non per naturam ſuam, qua eſt inuiſibilis Trinitas. Atq; vt hoc probarem, Moyſen commemoraui ei dicentem, cum quo facie ad faciẽ loquebatur, Si inueni gratiã *Exo. 33.* ante te oſtende mihi temetipſum manifeſte: vt intelligeres quomodo eum videbat, quẽ ſibi cupiebat oſtẽdi: quia vtiq; ſi Deũ in ſubſtãtia qua Deus eſt videret, profecto vt ſe illi I oſtenderet non rogaret. Dixi etiã eſſe Chriſtum viſibilium & inuiſibilium creatorem, vt ipſum probarem per ſubſtantiam ſuã non eſſe viſibilem, a quo creari non ſolum viſibilia, verumetiam inuiſibilia potuerunt. Ad ꝙ tu reſpondere conatus, quã multa quę ad rẽ non pertinent dixeris, intueãtur qui legunt: & tamen de Moyſe, cur ſibi Deũ cũ quo loquebatur vellet oſtendi, ſi eius naturam ſubſtãtiãq; cernebat, prorſus nihil auſus es diceret: & adhuc affirmare nõ deſtitiſti, Dei filiũ inuiſibilium creatorem, & anteꝗ formã ſerui acciperet, in forma Dei fuiſſe viſibilem: quem ſuperius in forma ſerui videri potuiſſe, in ſubſtantia vero ſuæ diuinitatis eſſe inuiſibilẽ, iã fueras & ipſe confeſſus. Sextodeci- *Cap. 16.* mo loco, quia de patre tantũ dixiſſe Apoſtolũ dixeras. Soli ſapienti Deo: ego dixi, Ergo ſolus pater eſt Deus ſapiens, & non eſt ſapiẽs ipſa Dei ſapiẽtia, quod eſt Chriſtus. De quo ait Apoſtolus, Chriſtũ Dei virtutẽ & Dei ſa- *1. Cor. 1.* pientiam. Deinde addidi, Supereſt vt dicatis, quid enim non audetis? inſipientem eſſe ſapientiam Dei. Ad hęc tu, Sapientem ſolum, inquis, patrem prædicat Paulus beatus Apoſtolus, dicens ſic, Soli ſapienti Deo. Sed requirenda eſt, inquis ratio quemadmodũ ſolus ſapiens, nõ quod Chriſtus non ſit ſapiẽs. Sequeris deinceps & adiungis quomodo ſapientem cofitearis & Chriſtũ: nam poſt nõnulla quæ ad rem non pertinentia texuiſti, vt ſermonem tempuſq; produceres, etiam hoc inſeruiſti verbis tuis vt diceres, Sed vere ſolus ſapiens pater: quaſi Apoſtolus dixerit, ſoli ſapienti patri: ſed dixit, ſoli ſapienti Deo: quia Deus eſt & filius & vos vultis: Deus eſt K & ſpirituſſanctus, etſi non vultis. Et iſta Trinitas eſt ſolus ſapiens Deus, qui nec potuit vnquam eſſe inſipiens omnino, nec poterit: non per gratiam particeps ſapientiæ, ſed ſapiens immobilitate atq; immutabilitate naturæ. Nã ſi tibi dicam, Itane vero ò homo, ꝗ chriſtiano nomine gloriaris, Chrs ſic eſt ſapiẽs, vt nõ ſit vere ſapiẽs: ergòne Chrs qui eſt

verus

verus Deus nõ est vere sapiẽs? nonne ita sub hac interrogatione turbaberis, vt cõtinuo respondeas, Christum vere esse sapientem? Quid est ergo ꝙ dixisti, sed vere solus sapiẽs est pater? Nempe quo perueneris, & a quanta blasphemia te debeas reuocare, iam sentis.

Cap. 17. Septimodecimo loco egi tecũ, quod etiã filius non solus pater infectus est, hoc est, factus nõ sit. L Dixeras.n. ideo a nobis vnũ Deũ pronũciari, quia vnus est super omnia innatus, infectus. Respondens ergo huic audaciæ tuę. Sic aũt inquam dicis patrem infectum, quasi filius factus sit, per quẽ facta sunt omnia: Deinde addidi, Scito factũ esse filiũ, sed in forma serui, nam in forma Dei vsqueadeo non est factus, vt per illũ facta sint omnia. Si enim ipse factus est, in quam, non per illum facta sunt omnia, sed cętera. Ad hæc tu cum tota tui prolixitate sermonis, ita nihil quod diceres inuenisti, vt hinc omnino tanquã id non audieris, conticesceres.

Cap. 18. Octauodecimo loco etiam de innato patre, i. ingenito, quia & hoc dixeras, tecum agẽdũ putaui, & dixi, Nõ itaq; dico filiũ ingenitum, sed patrem genitorem, filium genitum. Hoc tamen genuit pater quod est, alioquin nõ est verus filius, si quod est pater, non est filius: sicut de partubus animalium supra iam diximus. Etiam ad hoc tu nec falsum aliquid protulisti.

Cap. 19. Nonodecimo loco, qui poposceras a me, vt ostenderem ęqualem esse patri spiritum sanctum: respõdi tibi dicens, Quid est aũt quod poscis, vt ostendam tibi ęqualem patri esse spiritumsanctũ, quasi tu patrem ostenderis maiorem esse spiritu sancto: sicut potuisti ostendere de filio propter formam serui? Scimus.n. inquam, dictum esse patrem filio maiorem, quia in forma serui erat filius, & adhuc in forma serui erat filius, quã leuauit in cęlũ: propterea de illo dictũ est, ꝙ & nunc interpellat pro nobis. (Rom. 8.) Et sempiterno erit in regno hęc eadem forma immortalis: M propter quod dictum est, Tũc & ipse filius subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia. (1. Co. 15.) Nam de spiritusancto qui nullam suscepit creaturam ad vnitatem personę suę, quamuis se per subiectam creaturam visibiliter & ipse, siue per columbæ speciem, siue per linguas igneas sit demonstrare dignatus, (Matt. 3. Acto. 2.) nunquam dictus est eo maior pater, nunquam dictus est spiritus adorasse patrem, nunquam dictus est minor patre. Ad hæc tu quasi rñdens, non tñ rñdisti, non.n. potuisti ostendere spiritusancto alicubi patrem dictum fuisse maiorem, sicuti filius propter formã serui dixit, Pater maior me est. (Ioa) Et cum ego dixerim, spiritumsanctũ nõ ad vnitatem personę suę vllam suscepisse creaturam: tu ita spirtumsanctũ in columba & igne apparuisse dixisti, sicut apparuit Christus in hoie: A quasi colũba & spiritus, vel ignis & spiritus vna persona sit, sicut verbum & & homo vna persona est. Ad horã quippe apparuerunt illa, quæ spiritũsanctũ significãdo monstrarẽt visibiliter inuisibilẽ, columba propter amorẽ sanctũ, ignis autem propter charitatis lumen atq; feruorẽ. Et peracto significatiõis officio, corporales illę species transierunt atq; esse vlterius destiterunt, sicut colũna nubis, nebulosa per diem: luminosa per noctem. (Ex) Deniq; ne putaretur colũba vel flãma ad substantiã pertinuisse spiritussancti, vel quod se in hæc visibilia tantę maiestatis natura conuerterit, aut in vnitatẽ personæ suę ista susceperit nunquã post ea sic apparuisse legitur spiritussanctus. Christus aũt, qui humanam non ad horã sumpsit effigiem, in qua hominibus appareret, ac deinde illa species pręteriret: sed in vnitatẽ personæ suę, manente inuisibili Dei forma, accepit visibilem hominis formam, nõ solum natus est in ea de homine matre, verumetiã creuit in ea, & manducauit, & bibit, & dormiuit in ea: & occisus est in ea, & resurrexit in ea, & ascendit in cęlum, & sedet ad dexteram patris in ea, & ad iudicandos viuos & mortuos est venturus in ea, & in regno suo, ei qui illi subiecit oĩa, erit subiectus in ea. (1.) Hæc tu in mea responsione breuiter dicta, q̃ nunc aliquanto latius, vt vel sic intelligeres explicaui attendere & considerare noluisti: irruẽs in tantã blasphemiã, vt naturã diuinã Dei spũssancti, conuertibilẽ proh nephas, & mutabilẽ diceres. B Tua nanq; ista sunt verba. Ea, inquis, quæ de inuisibilitate omnipotẽtis prosecutus sum, ẽt & ipse, licet alio ꝓposito attamẽ tuis verbis affirmasti, qđ spiritussanctus in specie colũbę sit visus, necnõ & ĩ specie ignis. Filius sanè in forma hominis: pater autem neque in specie columbæ, nec in forma hominis: nec aliqñ vertit se in formas, nec aliquando vertitur. De quo scriptum est, Ego sum qui sum, & non sum mutatus.

Deinde adiungis & dicis, Filius ſanè in for-
ma Dei cõſtitutus iã vt ipſe protuliſti, formã
ſerui accepit, qđ nõ pater: ipſe ſpũs ęq; ſan-
ctus ſuſcepit ſpẽm colũbæ, q̃ nõ ſuſcepit pr̃.
Scito ergo, inquis, q̃a vnus eſt inuiſibilis, vn⁹
ẽt incapabilis atq; immẽſus. Hęc nunq̃d di-
ceres, ſi ſm ſpm̃ non ſm carnẽ poſſes cogita
re q̃d diceres? Hõ es.n. qui legis in ſcripturis
sanctis, Ego sũ qui ſum. Et, Nõ ſum mutatus.
3. Et cũ verba iſta ſint, nõ patris ſolius, ſed ip-
c.3. ſius Trinitatis, q̃ eſt vnus Deus, tu ea patri tm̃
modo tribuẽs filiũ mutabilẽ credis. Vnigeni
7. tum, per quẽ facta ſunt oĩa, mutabilẽ credis.
C Eũ de quo dicit Euangeliũ, In principio erat
verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat
verbũ, & oĩa per ipsũ facta ſunt, mutabilem
credis. Quid iã dicã de ſpũſancto, qñ illum
quẽ verũ filiũ Dei & verũ cõfiteris Deũ, mu-
tabilẽ credis? Qđ vtiq; nõ crederes, ſi formã
ſerui a forma Dei eẽ ſuſceptã, nõ formã Dei
in formã ſerui eſſe mutatã, tanq̃ catholicus
crederes, & uiſibili homine aſſumpto, per-
mãſiſſe inuiſibilẽ Deũ, nõ carnaliter, ſed ſpi
ritaliter cogitares: nec cõtendendo diffide-
res, ſed intelligẽdo cõſpiceres, & ſpm̃ ſanctũ
inuiſibili ſua manẽte natura, nullo modo in
2. ignis aut colũbæ ſpẽm mutata atq; cõuerſa,
3. ꝑ ſubiectã creaturã apparuiſſe, ſicut uoluit
uiſibiliter, tu poſſes cõſiderare fideliter. Me-
mẽto tñ, nec maiorẽ patrẽ ſpũſctõ, nec ado-
ratũ patrẽ ab ſpirituſancto vllis diuinis teſti
20. monijs cõtra propoſitionẽ meã te demon-
ſtrare potuiſſe. Viceſimo loco, qm̃ dixeras
de filio, Si æqualis pr̃i, vtiq; talis: ſi talis, uti-
que innatus: Ego rñdens tibi, ſed dicis ĩquã
de filio, ſi æqualis, utiq; talis. i. vt q̃a non eſt
ingenit⁹, nõ videat̃ talis: poſſes dicere nõ eẽ
hominẽ quẽ genuit Adã, q̃a ipſe Adã nõ eſt
D genitus, ſed factus a Deo. Si aũt potuit Adã
& non eſſe genitus, & tñ hoc generare qđ
erat ipſe, nõ uis vt potuerit Deus Deũ ęqua
lẽ ſibi? Ad hæc nõ miror nullũ te inueniſſe
rñſum, ſed planè laudo nec rñdere conatũ.
atq; utinã hoc vbiq; feciſſes. Nuſquã.n. ĩ ſer
monibus noſtris, q̃d recte rñderes inuenire
potuiſti, & tñ penè ubiq; tacere noluiſti. Sed
cum in aliis tam multa dixeris, cauſæ q̃ inter
nos agit̃ nõ neceſſaria, & tẽpus loquẽdo cõ-
ſumpſeris: gratiæ tibi agendæ ſunt, ubi non-
nulla ſic uidiſti te refutare non poſſe, ut ea
malles ſummo ſilentio pręterire.

D. AVRELII AVGVSTINI
Hipponenſis Epiſcopi, Contra
Maximinum hęreticum
Arrianorum Epi
ſcopum.

LIBER TERTIVS.

RES iã poſtulat, vt in eo qđ reliquũ
eſt, opitulãte dño impleam pro-
miſsionẽ meã. In operis quippe
huius exordio, prius, inq̃, oſten-
dam refellere te nõ potuiſſe q̃ dixi. Deinde q̃
tum neceſſarium videbit̃, ego refellam quæ
ipſe dixiſti. Quia ergo ſicut adiuuante Deo
potui oſtendi ea q̃ dixi nõ te potuiſſe refelle- E
re, ſupereſt vt ea q̃ dixiſti, ego refellam, ſicut
adiuuante potuero. Priores itaq; proſecutio
nes tuas, q̃b. continuo reddidi meas, in hac
diſputatione q̃ nunc a me ſuſcepta eſt, non
retractabo: Ad illam vero vltimã tã prolixã,
vt mihi de illa ſpaciũ rñſionis auferret, ita re
darguã, ſi voluerit qui nos regit, vt acquie-
ſcas lumini veritatis, ſi cõtentionis tenebras
nõ amaueris. In primis ergo ſuperflua detra
ham neceſsitati rñſionis meæ. Cauſa quippe
inter nos agit̃, vtrum pater & filius & ſpũſſan
ctus, diuerſæ, vt vos dicitis, an potius, vt nos
dicimus, vnius ſint eiuſdẽq; ſubſtantię, vnuſ-
que Deus ſit ipſa Trinitas, cũ cõueniat inter
nos patrẽ non eſſe qui eſt filius: nec filiũ eſſe
qui eſt pater, nec patrem eſſe vel filium qui
ſpũſſanctus eſt. Quicquid igit̃ tãta tuæ proſe
cutionis prolixitate dixiſti, vnde oſtenderes
alium eſſe patrẽ, alium eſſe filium, alium eſſe
ſpiritumſanctum: qñ nobiſcum agis ſuper-
fluũ ꝓrſus eſſe cognoſcis. Et ſi tibi expugnan
di occurrerint Sabelliani, ĩ eos iſta nobis vo
biſque cõia, ſi placet, arma conuerte. Multa
etiam locutus es, vt probares magnũ Deum F
eſſe dñm Ieſum Chriſtum. Et hoc q̃d ad nos,
cum hoc dicamus & nos? Laudes quoq; ſpi-
rituſsãcti magnas veraſq; fudiſti. Sed nos eas
augere poſſumus, nõ negare. Nõ itaq; opus
erat, vt eas cõtra nos diceres, quas dicimus
tecum. Chriſtum ſedere ad dexteram pa-
tris, nonne pariter confitemur? Quod ta-
men teſtimoniis diuinorum eloquiorum ſic
probare voluiſti, tanquam id alicubi nega-
remus. Chriſtum in carne veniſſe, vtrique
nouimus & tenemus. Sic adhibuiſti vt hæc

diceres diuina teſtimonia, tanquã repugne-
mus. Hæc & alia quæ ſuis oſtendam locis, in
quib. operam ſuperuacuam cõtriuiſti vt mo
ras necteres tempusq; produceres, comme
morando attingere debeo, non redarguere
Cap. 1. diſputando. Dicis me auxilio principum mu
nitum, loqui non ſecundum timorem Dei:
cũ ſcias nobis eſſe pręceptũ orare ꝑ regib.
vt in agnitionem veniant veritatis, quod in
quibuſdam eſſe impletum, nos Deo agimus
1. Tim. 2. gratias, vos doletis. Verba aũt noſtra recte in
telligentib. indicant, quis noſtrum loquatur
ſecũdum timorem Dei, vtrum qui ſic laudat
Deum patrem, vt ad eius laudem referat,
ꝙ ſibi filium generauerit ęqualem. An ille
qui ſic genitorem dehoneſtat & genitum, vt
& illum dicat non potuiſſe gignere per oĩa
G ſui ſimilem filium, & iſtum dicat non dege-
neraſſe iam natum, ſed degenerem natũ. Di-
Cap. 2. cis vos Chriſtum colere, vt Deum oĩs crea-
turæ, cui flectiť omne genu, cęleſtium, terre-
ſtrium & infernorũ: quem tñ Deo patri eſſe
non vultis æqualem, qa hoc pater ei dona-
uit: ait enim Apoſtolus, Propter qđ & Deus
Philip. 2. eum exaltauit, & donauit ei nomen qđ eſt
ſup omne nomen, vt in nomine Ieſu omne
genu flectatur: & cætera. Nec quęritis cui do
nauerit, vtrum homini, an Deo. Quomodo
enim donauerit, euidenter apparet. Humilia
uit, inquit, ſemetipſum vſq; ad mortem, mor
tem autem crucis. Propter quod & Deus eũ
exaltauit, & donauit ei nomen. Si ergo pro-
pterea donauit ei nomen qđ eſt ſuper omne
nomen, qa factus eſt obediens vſq; ad mor-
tem crucis: nunqd antequam hoc fieret, non
erat altus Dei filius Deus, Dei verbum, Deus
apud Deum, ſed poſteaquam ꝑꝑ hoc axalta
tus eſt, qa factus eſt obediens vſq; ad mortẽ
crucis tunc cępit eſſe altus Dei filius, vnicus
H Dei, Deus: tunc cœpit habere nomen, quod
eſt ſuper omne nomen? Quis hoc inſipiẽtiſsi
mus dixerit? Hoc ergo illi donatum eſt vt ho
mini, ſecundũ quem filius factus eſt obediẽs
vſque ad mortem crucis, quod iam habebat
idẽ ipſe Dei filius, Deus de Deo natus æqua-
lis. Obiicis mihi, ꝙ dicam ſpiritumſanctum
Cap. 3. æqualem eſſe filio. Dico planè: Da, inquis, te
ſtimonia vbi adorať ſpiritusſãctus? Vt video,
hinc eũ vis oſtendi æqualem Chriſto, ſi ado
ratur vt Chriſtus. Iam ergo cõfitere Chriſtũ
patri æqualem, quem tu ipſe adorari cõfite-
ris vt patrem. Quales autem homines eſtis,
quàm religioſæ humilitatis, qui ſpiritumſan
ctum adorare non vultis, cum legatis, Litera
occidit, ſpũs autem viuificat? Non vultis er- 2. C
go adorare, quem viuificare animas non ne-
gatis, cum pater Abraham homines adoraue
rit, qa conceſſerũt ei monumentum, vbi po-
neret mortuæ corpus vxoris. Sic enim ſcri-
ptum eſt, Venit aũt Abraham plangere Sarã Ge
& lugere. Et ſurrexit Abraham de ſupra mor
tem eius, & dixit filiis Heth, Peregrinus &
aduena ſum ego vobiſcum, date ergo mihi
poſſeſsionem monumenti, vbi ſepeliã mor-
tuum meum. Rñderunt autem filii Heth ad
Abraham dicentes, Abſit hoc domine. Audi
nunc & nos, Rex a Deo tu es in nobis. In ele-
ctis monumentis noſtris ſepeli mortuum
tuũ, nemo enim noſtrum prohibet te a mo-
numento ſuo, vt ſepelias mortuum tuũ ibi. I
Surgens autem Abraham adorauit plebem fi
liorum Heth. Et vos ſpiritumſanctum non
permittitis adorari, vt ipſi Dei gratiæ rema-
neatis ingrati. Sed da, inquis, teſtimonia vbi
adorať ſpiritusſanctus, quaſi non ex iis quæ Ex i
legimus, aliqua etiam quæ nõ legimus, itelli legi
gamus. Sed ne quærere multa compellar, tu mul
vbi legiſti patrem Deum ingenitum vel inna non
tum, & tñ verum eſt? Quod vero aliquotiens mus
dixiſti, etiam filio eſſe incomparabilem pa- ligi
trem, nec legitur, nec verum eſt. Si autem re-
ligionem qua colitur Deus, ſicut dignum eſt
cogitares, multo plus eſſe cerneres quod hẽt
ſpũſſanctus templum, q̃ ſi eum legeres ado-
ratum. Et homines enim ſicut ſupra docui, a
ſanctis nouimus adoratos. Templum non eſt
factũ ab hominibus, niſi aut vero Deo, ſicut
Salomon fecit, aut eis qui pro diis habentur, K
ſicut gentes quæ ignorant Deum. Spiritus au Act
tem ſanctus, quod cum magno honore de 1. C
Deo dictum eſt, non in manu factis templis
habitat, ſed corpus noſtrum templum eſt ſpi
rituſſancti. Et ne corpora noſtra contemnas,
membra ſunt Chriſti. Qualis ergo eſt Deus,
cui templum ędificať, & a Deo, & de mẽbris
Dei? Dicis Chriſtum eſſe in dexteram Dei, et Cap
interpellare pro nobis. Quod cur nobis obii Rom
cis, ſi eum non ſolum Deum, verumetiã ho-
minem agnoſcis? Quid te ergo adiuuat, ꝙ ſe
dere ad dexteram patris vel aſsidere legitur?
Quid nobis, non quidem inanibus teſtimo-
niis, ſed tamẽ inaniter probare niteris quod
fate-

fatemur? Dicis vos spiritumsanctum compe-
5. tẽter honorare vt doctorẽ, * vt ductorem,
vt illuminatorem, vt sanctificatorem: Chri-
stum colere, vt creatorem: patrem cum syn-
cera deuotione adorare, vt authorem. Si au-
thorem propterea dicis patrem, quia de ipso
est filius, nõ est aũt ipse de filio, & quia de il
lo & filio sic ꝓcedit spũssanctus, vt ipse hoc
dederit filio gignendo eũ talem, vt etiam de
eo procedat spũssanctus: si creatorem sic di-
cis filiũ, vt creatorem nõ neges patrem nec
spiritumsanctum. Si deniq; spiritumsanctũ
sic dicis, doctorem, ducatorem, * illuminato
rẽ, sanctificatorẽ, vt hæc opera nec patri au-
deas auferre, nec filio ista tua etiã nostra sunt
verba. Si aũt talia tibi idola ponis in corde,
vt duos facias Deos vnum maiorem, i. patrẽ:
alium minorem, i. filium, spm̃ vero sãctum
ita omnium trium minimum fingas, vt nec
L Deum nuncupare digneris: non est hæc no-
stra fides, qm̃ non est Christiana fides, ac per
hoc nec fides. Etiã hoc tibi ignoscim⁹, ꝙ im
perite vsus verbo, Christum significasti ad
terrena descendiisse cõtagia. Et q̃a hoc inter-
rogare volui, vti scires contagia qũo appella
re deamus: calũnias esse istas dicis, & eas de
philosophiæ artis instructione venire arbi-
traris. Sufficit mihi ꝙ ita putasti Christũ ad
terrena descẽdisse cõtagia, vt tñ cõfiteris nul
lum habuisse peccatum. Illud sanè ꝙ cõme-
moraui partus aĩalium, quę cum terrena sint
atq; mortalia, hoc tñ gignunt quod ipsa sũt,
vt homo hoĩem, canis canem, puto ꝙ non
aspernatus horruisti, sed te aspernari atque
horrere finxisti, dicens, tam fœdam compa-
rationem in illam tam immensitatem nõ de
6. buisse produci. Cur.n. hoc dixisti, nisi q̃a ti-
mebas ne tibi de ipsis corruptibilib. fœtibus
M fauces veritas premeret, & te respirare nõ si-
neret, sicut & facit? Qñquidem creaturã cor-
ruptibilem cernitis, hoc quod ipsa est gigne
re fœtũ suum, & Deũ patrem oĩpotentẽ cre-
7. ditis non potuisse nisi eius degenerante natu
ra gignere vnicum suum. Sed dicis, Dñs do-
minum genuit, Deus Deum genuit, rex regẽ
genuit, creator creatorem genuit, bonus bo-
num genuit, sapiens sapientem, clemens cle-
mentem, potens potentem. Si sub his verbis
cauere te putas quod vobis obiicitur, nõ vos
credere Deum nõ potuisse gignere id q̃d est
ipse, & iõ dicis, Dominus dñm genuit, Deus
Deum genuit, & cætera, cur ergo sicut dixi-
sti, potẽs potentem, nõ dicis oĩpotens oĩpo-
tentem? Si aũt sicut sentis vis dicere, dic, Dñs
maior dñm minorẽ genuit: Deus maior Deũ
minorẽ, rex melior, regem minorẽ: creator
maior, creatorẽ minorẽ, melior bonum, sa-
pientior sapiẽtem, clemẽtior clemẽtem, po-
tentior potẽtem. Si aũt ista non dicis, & nihi
lominus q̃ pater habet, filium hr̃e consentis,
cur non dicis æqualem? Et illa omnia cur nõ
sic percutis vt dicas, Dñs æqualem dñm ge-
nuit, Deus æqualẽ Deum, rex ęqualem regẽ,
creator æqualem creatorem, bon⁹ æqualiter
bonum, sapiens ęqualiter sapientem, clemẽs
æqualiter clementem, potẽs æqualiter poten
tem? Si aũt negas ęqualem, aperte dic esse de
generem. Non.n. quem Deum minorem, de
Deo maiore natum esse dicitis, saltem sicut
infantem crescere finitis, vt aliqñ suo patri A
possit esse æqualis. Ad hoc.n. eum perfectum
dicitis esse natum, non vt hinc laus eius cre-
sceret, sed vt minor eius natura remaneret. Et
cum ista sentiatis, sequeris tñ & dicis, Nihil
subtraxit pater in generando filium. Qũo ni
hil subtraxit pater in generãdo filium, quem
non æqualem genuit, sed minorem? An ideo
nihil subtraxit, quia nihil eorum quæ gignẽ-
do dedit, abstulit genito? Ita sane nihil subtra
xit, sed & filiis hominũ qui prospere nascun
tur, nihil aufert creator iam natis, quin po-
tius addit, vt accedat crescentibus quod na-
scentibus defuit. Quid ergo de patre magnũ
dixisti erga vnicum filium, qui non ex nihi-
lo vel ex aliqua materia factus, sed ex ipso
natus est? Quid magnum est quia non subtra
xit, quod dedit, si quod dare potuit non dan
do subtraxit? Vbi est, quòd eum inuidũ non
esse dixisti? An forte dare non potuit? Vbi est B
omnipotentia Dei patris? Prorsus ad hunc
articulum res colligitur, vt Deus pater ęqua
lem sibi gignere filium, aut non potuerit, aut
noluerit. Si non potuit, infirmus: si noluit, in
uidus inuenitur. Sed vtrunque hoc falsum
est. Patri ergo Deo filius verus æqualis. Si er-
go vt laudas placet tibi quod a me comme- Rom. 1.
moratum est, Inuisibilia enim eius per ea q̃
facta sunt intellecta conspiciũtur, per id q̃d
factum est in creatura visibili, vt parentes id
quod ipsi sunt, generẽt, intellige inuisibilem
natiuitatem veri filii Dei, ne Deum patrem
dicas id quod nõ est ipse, genuisse. Si autem

hoc genuit quod eſt ipſe, vnam patris & filii
Cap. 8. eſſe ſubſtantiam negare nolite. Iam vero ſe-
quentia, ſic cõnexuiſti, vt de cruce vel incar-
natione Chriſti probare nobis velles qđ pa-
riter credimus: ſeruaſti morẽ tuũ, ſed nihil ti
bi ad iſta rñdens, etiã ego ſeruo promiſſum
Cap. 9. meũ. De inuiſibili filio cũ ageremus, quẽ cõ
ſenſiſti eſſe inuiſibilem ſm diuinitatem, qui
prius ſolum patrẽ inuiſibilẽ eſſe præſumpſe
ras, ad rem nõ pertinentia multa dixiſti de in
uiſibilib. creaturis: qđ poterunt iudicare qui
legerint: De inuiſibili Deo inter nos agit. Et
hoc eſt qđ qõnem facit, qa vos inuiſibilem
1. Tim. 1. ſolum patrem dictũ putatis, vbi Apoſtolus
ait, immortali, inuiſibili ſoli Deo. Si dixiſſet,
ſoli patri: difficili' fortaſſe quęſtio ſolueret.
Quia vero dixit, ſoli Deo: nõ eſt vtiq; cõtra
nos, & vnigenitus quippe in forma Dei: &
ſpũſſanctus in ſua natura eſt inuiſibilis. Vnus
enim & ſolus Deus, a nobis ipſa Trinitas præ
dicat. Quod vtrũ verũ ſapiamus, in aliis lo-
G cis a nobis eſt demõſtratũ, & vbi adhuc op'
fuerit demonſtrabit. Nunc in iſta qõne non
immerito põt mouere, qũo de ſolo Deo, qui
eſt ipſa Trinitas, dictũ ſit, Inuiſibili ſoli Deo:
cum ſit ẽt qdam inuiſibilis creatura. Propter
Colo. 1. qđ dictum eſt de Chriſto, qa in ipſo cõdita
ſunt oĩa viſibilia & inuiſibilia. Quia ergo sũt
dii falſi viſibiles, ideo dictũ eſt, Inuiſibili ſoli
Deo honor & gloria. Et ſi. n. eſt creatura in-
uiſibilis, non tñ Deus nobis eſt. Sed & ſi non
dictum eſſet, ſoli Deo: ſed dictum eſſet, Regi
aũt ſeculorum, immortali, inuiſibili, ſoli ho
nor & gloria, quis niſi Deus eſſet? Honor er
go & gloria ſoli Deo, q Deus inuiſibilis eſt,
nõ qui ſolus inuiſibililis, qm̃ eſt vt diximus,
& creatura inuiſibilis. Itẽ quæri poteſt qũo
Ioan. 1. dictum ſit. Deum nemo vidit vnquam, cum
Mat. 18. eiuſdem dñi verba ſint, Neſcitis quia angeli
eorum ſemper vident faciem patris mei qui
in cęlis eſt? Quæ ſñia vos redarguit, qui ne-
Ioan. 6. ſcitis quemadmodum dicatis inuiſibilem pa
H trem. Illud aũt quod ait, Non qa patrem vi-
dit quiſquam niſi qui eſt a Deo, hic vidit pa-
trem, ad hoĩes referri poteſt qđ dictum eſt,
quiſquam. Et qa ipſe homo erat qui tunc lo
quebat in carne: ita hoc dixit, ac ſi diceret,
Non qa patrem vidit quiſquam hoĩum, niſi
ego, ſicut dictũ eſt, Quis ſapiens & intelliget
Pſa. 106. hęc? Non. n. & de ſãctis angelis id accipi po
teſt. Vnde Apoſtolus de inuiſibili Deo aper-
tius poſuit, Quem nemo hoĩum vidit, nec vi
dere põt. Nõ. n. ait, nemo: ſed, nemo hoĩum.
Vbi oſtendit quemadmodũ intelligi debeat 1. Ti.
qđ dictum eſt, Deum nemo vidit vnquam, i.
nemo hoĩum, ſicut, nemo aſcendit in cœlũ, Ioa.
cũ angeli ſoleant illuc aſcendere, quia ſolẽt
inde deſcendere. Nec tamẽ Apoſtolus dixit,
Nemo hoĩum poterit videre Deum: ſed, ne-
mo põt. Poterit. n. homo, ſed tunc cum æter-
nũ erit fideliũ pręmiũ, videre Deũ. Propter
qđ Ioannes apoſtolus, Dilectiſsimi, inquit, Io.
filii Dei ſumus, & nondum apparuit qđ eri-
mus, Scimus qa cũ apparuerit, ſimiles ei eri-
mus, qm̃ videbimus eũ ſicuti eſt. Quid eſt er
go q dicis, ſolum eſſe inuiſibilẽ patrem, qđ
fruſtra diceres, etiam ſi a ſolo filio videretur.
Nunc vero cum diuina teſtent eloquia eum
videri & ab angelis, videndum etiam ab ho-
minib. cum facti fuerint æquales angelis, qd
eſt quod dicis? Vbi eſt qđ definire auſus es, Mt.
minora videri a maiorib. maiora aũt a mino
rib. non videri? Quod qdem poſtea perdidi-
ſti, qñ videri a filio cõfeſſus es patrem, cum
& in ipſa ſubſtantia diuinitatis dicas filiũ mi I
norem, patremq; maiorem. Sed quid dictu-
rus es de angelis, qui ſemper vident faciem
Dei patris? Nũquid pp regulam tuam, quam Ma.
ſine conſideratione finxiſti, putandi ſunt an-
geli patre Deo eſſe maiores? Sed eleganter te
exiſtimas inueniſſe quod diceres, vbi aiſti de
filio, Vidit ergo patrẽ, ſed vidit incapabilem.
nec attẽdis, qa & ſi vidit incapabilem, quem
ſicut putas capere non potuit, non tñ inuiſi-
bilem quem videre potuit. Tu aũt nobiſcũ
non de capabili & incapabili, ſed de viſibili
& inuiſibili, cum iſta diceres, diſputabas, qa
nec Apoſtolus ait, incapabili: ſed ait, inuiſibi
li ſoli Deo. Vnde hoc teſtimoniũ pro te ad-
hibendum putaſti, vt hinc etiam decolora-
res filium, tanq̃ ipſe in Dei forma inuiſibilis
non ſit. Sed qm̃ veritate conuictus & filium K
confeſſus es inuiſibilem, præparaſti tibi quã
tum exiſtimo ſic dicere, Inuiſibilis inuiſibi-
lem genuit: quomodo dixiſti, potens poten-
tem, vt cum diſcutereris, hoc a te quomodo
diceretur, rñderes, Inuiſibilior inuiſibilem
genuit, ſicut potentior potentem, ſapientior
ſapientem, & cętera tua.* Sed quã ſapienter a.l.
oſtendiſti filio incapabilem patrem, filium
vero capabilem patri. Dixiſti enim. Vidit er-
go patrem, ſed vidit incapabilem. Pater aũt,

inquit,

inquis, sic videt filium vt tenens in sinu suo et habens. Sic non sapiunt nisi qui carnaliter sapiunt. Sinum quippe tibi fingis vt video, aliquam capacitatem maioris patris, qua filiũ minorem capiat atq; contineat, sicut hoĩem corporaliter capit domus, aut sicut sinus nutricis capit infantem. Ergo inter mirabilia Christi & hoc deputabitur, q̃a in forma serui creuit, & maior est fact⁹ q̃ in forma Dei fuerat, vt cum prius portaret in sinu patris, nunc sedeat ad dexte. ã patris. Abiice ista puerilia vel anicularia phantasmata de corde tuo, & sinum patris ideo dictũ accipe, vt intelligat iste genitus, ille genitor: nõ vt ille maior, hic minor. Nã si incapabilis est pater, filius vero
G incapabilis nõ est: non veraciter dictum est,
n.16. Omnia quæ habet pater, mea sunt: qñ q̃dem rñderi ei põt, Ecce incapabilitatem habet pater, quæ nõ tua est. Sed qm̃ veraciter dictum est q̃d veritas dixit, Et omnia quæ hẽt pater filii sunt: non põt non esse filii quãtacunque sit incapabilitas patris. Ec hanc dñi sentẽtiam vbi ait, Omnia quæ hẽt pater, mea sunt: tanq̃ rectissimam regulam ad vos, sine conuincendos, siue quod magis cupimus corrigendos, per multa adhibere debemus, vt vbicunque aliquid tribuitis patri quod filio denegatis, ipsam fidelissimam testem contra errores vestros, vel cõtra mẽdacia producamus. Quid opus est aũt in eo tibi resistere, ꝙ humanam sapientiam, contendis esse visibilem, cum ipsam aĩam humanam, in qua est vtique humana sapientia, inuisibilem esse concesseris? Sed quodlibet sentias de vniuersa inuisibili creatura, quantum ad Deum pertinet de quo in-
. 10. ter nos agitur, satis tibi demõstratum est non esse solum inuisibilem patrem. Putas Deum patrem cum filio & spũ sancto vnum Deum
H esse non posse: times.n. ne pater solus non sit
ẽ.d.19 vnus Deus, sed pars vnius Dei qui constat ex
c est. trib. Noli timere, nulla fit partium in deitatis vnitate diuisio. Vn⁹ est Deus pater & filius & spũsctũs, hoc est ipsa Trinitas, vnus est Deus
1.6. de quo dictum est, q̃a nullus Deus nisi vnus: & qui dixit, Audi Israel, dñs Deus tuus Deus vnus est. Cui vni & soli Deo seruire nos sine vllo scrupulo agnoscimus qñ audimus aut legimus, Dñm Deum tuum adorabis, & illi
t. 4. soli seruies. Ne forte pp hęc Verba Christo,
o.6. cuius membra sumus, vel spũisancto, cuius
o.3. templum sumus, seruire nolimus, si q̃d dictũ
. 6.

est Domino Deo tuo soli seruies, sic acceperimus tanquam de solo patre & nõ de ipsa Trinitate sit dictũ. Vos aũt cum quærit a vobis, quem credatis esse de quo scriptum est. Dñs Deus tuus Deus vnus est rñdetis, Deus pater est. Itemq; cũ quærit de quo dño dictũ sit, Dñm Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies: rursus rñdetis, de Deo patre. Tũc vobis dr̃, Si dñs Deus noster Deus vnus est, & hic pater est, quare vos facitis duos dños, dicẽdo etiã Christũ esse dñm Deum? Itẽ si pater est, cui vni dño Deo nostro soli seruiẽdum est, qũo obtemperatis huic præcepto, qui tanq̃ dño Deo seruitis & Christo? Neque.n. illi soli, seruitis & huic. Secundũ fidem aũt rectã, quicunq; ipsam Trinitatẽ vnum dñm Deum esse nostrum didicimus, profecto cum ei soli ea quæ Deo debet seruitute seruimus, dño Deo soli nos seruire confidimus. Ergo inqs, I
Deus pater pars est Dei? Absit. Tres.n. personæ sunt pater & filius & spũs sanctus. Et hi tres q̃a vnius substantiæ sunt, vnum sunt, & summe vnum sunt vbi nulla naturarum, nulla est diuersitas volũtatum. Si aũt natura vnũ essent, & consensione non essent, nõ summe vnum essent, si vero natura dispares essent, vnum nõ essent. Hi ergo tres qui vnum sunt propter ineffabilem cõiunctionem deitatis, qua ineffabiliter copulantur, vnus Deus est. Porrò aũt Christus vna persona est geminæ substantiæ, quia & Deus & homo est. Nec tñ Deus pars huius personæ dici potest, alioq̃n filius Dei Deus antequam susciperet formã serui, nõ erat totus, & creuit cum homo diuinitati eius accessit. Quod si in vna persona absurdissime dr̃, quia pars rei vllius esse non potest Deus, quanto magis pars Trinitatis esse non põt, quicunq; vnus in tribus? Deinde
vbi ait Apostolus, Qui adhæret domino, vn⁹ K
spiritus est. Nunquid huius vnius pars est do- 1.co.6.
minus? Si enim hoc dicimus, quid aliud dicere deprehendimur, nisi quod augeatur adhærente homine, & recedente minuatur? In Trinitate ergo quæ Deus est, & pater Deus est, & filius Deus est, & spiritus sanctus Deus est, & simul hi tres vnus Deus: nec huius Trinitatis tertia pars est vnus, nec maior pars duo quam vnus est ibi: nec maius aliquid sũt omnes quam singuli, quia spiritalis hęc, non corporalis est magnitudo. Qui potest capere capiat, qui autẽ non potest, credat & oret, Mat.16.

a.l. neque enim illi soli seruit, qui seruit & huic.

vt quod credit intelligat. Verum eſt.n. quod
dr̃ per Pro phetam, Niſi credideritis, non in-
Eſa.7. telligeris. Tu nempe dixiſti, vnum Deum nõ
ex partib. eſſe cõpoſitum. Et q̃a de patre hoc
vis intelligi, Ille inquis quod eſt virtus eſt in
genita ſimplex: & tñ in hac ſimplici virtute q̃
multa commemoraueris, vide. Nam ſuperio
ra verba tua ſunt. Deꝰ Deũ genuit, dominus
dñm genuit, rex regẽ genuit, creator creato
rem genuit, bonus bonũ genuit, ſapiens ſa-
pientẽ genuit, clemens clementem, potẽs po
tẽtem. Cur ergo in virtute ſimplici quod eſt
Deus, non timuiſti tot commemorare virtu
tes? Vt.n. omittam quatuor, quas loco ſupe-
riore poſuiſti, & alias quatuor dicam, quas
enunciare vſitatis nominib. poſſumus: nun-
quid bonitas & ſapientia & clementia & po
tentia partes ſunt vnius virtutis, quam ſimpli
L cem eſſe dixiſti? Si dixeris, partes ſunt, ſim-
plex ergo virtus ex partib. conſtat, & ſimplex
iſta virtus te definiẽte vnus eſt Deus. Vnũ er-
go Deũ ex partib. compoſitũ eſſe dicis. Non
dico inquis. Non ſunt ergo partes, & tñ qua-
tuor ſunt, & vna virtus eſt, eademq; ſimplex
eſt. Si ergo in vna partis pſona, & plura inue
nis, & partes non inuenis, quãto magis pater
& filius & ſpũs ſanctus, et propter indiuiduã
deitatem vnus Deus eſt, & pp vniuſcuiuſque
proprietatẽ tres perſonæ ſunt, & pp ſingulo
rum perfectionem partes vnius Dei nõ ſunt?
Virtus eſt pater, virtus eſt filius, virtus eſt ſpi
ritus ſanctus. Hoc verum dicis. Sed ꝙ virtu-
tem de virtute genitam, & virtutem de virtu
te procedentẽ non vis eandem habere natu-
ram, hoc falſum dicis, hoc contra fidem re-
Cap. 11. ctam & catholicam dicis. Redis vt quæras a
me, qũo ſit inuiſibilis filius, vnde iã dixi ſu-
perius, quod viſum eſt eſſe dicendum. Sed ſi
M ob hoc inquis, filius inuiſibilis a te pronun-
ciaẽ, eo ꝙ oculis humanis contemplari non
poſsit, cur non & cœleſtes virtutes pariter
inuiſibiles pronuncias, qñ nec ipſæ obtutib.
humanis videri pñt? Ita hoc dicis, quaſi poſ-
ſit ab homine comprehendi quis ille ſit mo-
dus quo cęleſtes virtutes ſunt inuiſibiles: aut
ad hoc quærendum eſſe debeamus intenti, di
cente ſcriptura, Altiora te ne quęſieris. Quod
Eccle. 3. præceptum ipſe contemnens, auſus es dice-
re, angelum videri ab archangelo, archange
lum ab angelo non videri. Satis ſit, ꝙ oſtendi
non eſſe cõſequens vt ideo credamus in for
ma Dei viſibilem filium, q̃a ſcriptum eſt, In-
uiſibili ſoli Deo. Quod tu de patre ſic te ac- 1. Tim.
cipere demonſtrabas, tanq̃ filius inuiſibilis
non ſit, cũ eum & inuiſibilium creatorẽ ſcri
pturæ teſtentur. Verumtñ reſtat vt dicas, Am
bo q̃dem inuiſibiles ſunt, i. & pater & filius,
ſed pater inuiſibilior eſt; ac ſi dando aliquid
patri quod non ſit filii, mendacem facis eun
dem filium dicentem, Oĩa quę habet pater,
mea ſunt. Hoc & de potentia ſapis, ꝙ, ſ. ſit
q̃dem potens & filius, ſed potentior pater fi
lio, vt authorib. & doctorib. vobis, potuerit
potentem potens, nec potuerit omnipoten-
tem gignere omnipotẽs. Ac per hoc ſi habet
pater omnipotentem q̃ non habet filius, fal-
ſum eſt quod ait filius, Omnia, quæ habet pa
ter mea ſunt. Deinde ſi aliq̃d facit pater qđ
facere non poteſt filius, merito dr̃ potentior A
pater q̃ filius. Cum vero dicat, Quæcunque Ioan. 5.
pater facit, hæc & filius ſimiliter facit, nõne
melius auditur ipſe quam vos, meliusq; ipſi
creditur docenti quam decipientibus vobis?
Sed potentiam pater inquis, a nemine, filius
vero accepit a patre. Fatemur & nos filium
ab illo accipiſſe potentiam, de quo natus eſt
potens, patri vero potentiam nullus dedit,
quia nullus eum genuit. Gignendo enim de-
dit potentiam pater filio, ſicut omnia, q̃ ha-
bet in ſubſtantia ſua, gignẽdo dedit ei quem
genuit de ſubſtantia ſua. Sed quæritur vtrum
tantam quanta ipſi eſt potentiam pater fi-
lio dederit, an minorem? Si tantam, nõ ſolum
potentem potens, verumetiam omnipoten-
tem genuiſſe dicatur, credatur, intelligatur
omnipotens. Si minorem, quomodo om-
nia quæ habet pater filii ſunt? Si patris omni
potẽtia fili nõ eſt, quomodo quęcũque pater
facit, hæc & filius facit ſimiliter, quod vtiq; B
nõ poteſt: ſi omnipotẽs nõ eſt? Ac per hoc ait
Apoſtolus, Beatus & ſolus potẽs: non cogor
de patre tãtum modo accipere, ſed de Deo, 1. Tim.
qđ eſt ipſa Trinitas: Loquẽs enim ad Timo-
theum, Pręcipio, inquit, tibi coram Deo qui
viuificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimo
niũ reddidit ſub Põtio Pilato bonam cõfeſ-
ſionem, vt ſerues mãdatum ſine macula irre
prehẽſibile, vſq; ad aduẽtum dñi noſtri Ieſu
Chriſti, quem temporibus propriis oſtẽdit
beatus & ſolus potẽs, rex regum & dominus
dominantium, qui ſolus habet immortalita-
tem, & lucẽ inhabitat inacceſsibilem, quem
nemo

nemo hominũ vidit, nec videre poteſt, cui
eſt honor & gloria in ſecula ſeculorũ, amé.
Nihil hic video dictum quod non cõueniat.
Trinitati. Sed vt nunc taceam de ſpũſancto,
quem nec ſaltem minoré filio Deum vultis,
quia omnino Deum eſſe non vultis, ſufficit
vt vos de patre cõuincamus & filio. Nunqd
Tim.6. enim qa dixit Apoſtolus, Teſtificor tibi corã
Deo qui viuificat oĩa, pater ſolus, nõ & filius
viuificat oĩa? Si dixeris patrẽ ſolũ viuificare
omnia, qũo ergo q̃cunq; pater facit & filius
n.5. ſimiliter facit? Qñquidem pater, vt putas, vi-
uificat omnia qđ filius non facit. Deinde vbi
ait: Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat,
C ſic & filius quos vult viuificat, qũo verũ eſt,
ſi pater ſine filio viuificat oĩa? Proinde quod
addidit, Et Chriſto Ieſu qui teſtimoniũ red-
didit ſub Pontio Pilato, bonam confeſsionẽ:
de filio proprie dicere voluit, qa filius qdẽ
ſicut pater viuificat oĩa: ſed ſub Pontio Pila-
to in forma ſerui filiũ nouimus paſſum fuiſ-
ſe, non patrem. Deinde ſubiungit, Vt ſerues
mandatum ſine macula irreprehenſibile vſq;
ad aduentum dñi noſtri Ieſu Chriſti, quem
temporib. propriis oſtendet beatus & ſolus
potens: quem, ſ. aduentum dñi Chriſti oſten
dit vtiq; Deus quod non ſolus eſt pater, qa
ſm veritatem, non ſm veſtrum errorẽ, Tri-
nitas vnus eſt Deus, beatus & ſolus potẽs rex
regũ & dñs dominantiũ. Nunquid. n. vel vos
dicere audetis filium non eſſe regem regũ &
dñm dominantium? De quo inter cętera ſcri
Apo. 19. ptum eſt in Apocalypſi Ioannis: Et ipſe cal-
cat torcular vini potẽtis, & intunica & in fe-
more habet nomen ſcriptum: Rex regum &
dñs dominantiũ. Sed ne forte dicatis, ꝙ no-
men patris filius habeat ſcriptum in veſte &
in femore, alio loco eiuſdẽ libri ſuperius le-
Apo. 17. gitur. Et agnus vincet eos, qm̃ dominus do-
D minãtium eſt & rex regum. Quapropter ſm
vos, duo ſunt reges regum & dñi dominan-
tium, & contra vos, ſi de patre tantũ ait Apo
1. Tim.6. ſtolus: Beatus & ſolus potens, rex regum &
dominus dominantium. Verum ſecundum
rectã fidem ipſa Trinitas vnus eſt Deus, bea-
tus & ſolus potens, rex regum & dñs domi-
nantium, qui ſolus habet immortalitatem, &
Iſa.33. lucem habitat inacceſsibilem. Et quomodo
erit verum, Accedite ad eum & illuminami-
ni, niſi quia hoc nemo poteſt ſi de ſe quiſq;
præſumpſerit, ſed ſi ipſe donauerit? Immor-
talitatem autem Deus habere dr̃ ſolus, quia
eſt immutabilis ſolus. In omni. n. mutabili na
tura non nulla mors eſt ipſa mutatio, quia
facit aliquid in ea non eſſe qđ erat. Proinde
& ipſa anima humana, quæ propterea dr̃ im *De aĩæ ĩmortalitate et mortalitate.*
mortalis, quoniam qualitercunque ſecundũ
modum ſuum nũquam deſinit viuere, habet
tñ pro ipſo ſuo modo quandam mortẽ ſuã,
quia ſi iuſte viuebat & peccat moritur iuſti-
tiæ, ſi peccatrix erat, & iuſtificatur, * morit̃
peccato, vt alias eius mutationes taceam, de *a. l. uiuificatur.*
quibus lõgum eſt diſputare. Et creaturarum
natura cœleſtium mori potuit, quia peccare
potuit: Nam & angeli peccauerũt, & dæmo
nes facti ſũt, quorum eſt diabolus princeps:
Et qui non peccauerunt, peccare potuerunt: E
& cuicunq; creaturæ rationali præſtatur vt
peccare non poſsit, non eſt hoc naturæ pro-
priæ, ſed Dei gratiæ. Ac per hoc ſolus Deus
habet immortalitatem, qui non cuiuſquam
gratia, ſed natura ſua, nec potuit, nec poteſt
aliqua conuerſione mutari, nec potuit nec
poterit aliqua mutatione peccare. Quẽ ſecũ
dum naturam qua Deus eſt, nemo hominũ
vidit, nec videre poteſt, ſed potuerit aliquan
do, ſi ad illum numerum hominũ pertinet,
de quib. dictũ eſt: Beati mundi cordes, qm̃ ip *Mat. 9.*
ſi Deum videbunt: Cui Deo, i. patri & filio
& ſpũiſancto, quę Trinitas vnus eſt Deus, ho
nor & gloria in ſecula ſeculorum amẽ. Abſit
autem vt quomodo putas, ideo ſit potentior
pater filio, quia creatorẽ genuit pater, filius
autem non genuit creatorem: Neque. n. non
potuit, ſed non oportuit. Immoderata enim
eſſet diuina generatio, ſi genitus filius nepo-
tem gigneret patri, qa & ipſe nepos, niſi auo
ſuo pronepotẽ gigneret, ſm veſtram mirabi
lem ſapientiã, impotens diceret̃. Similiter ẽt F
ille ſi nepotẽ non gigneret auo ſuo, & prone
potẽ proauo ſuo, nõ a vobis appellaret̃ om-
nipotẽs: nec impleret̃ generationis ſeries, ſi
ſemꝑ alter ex altero naſceret̃, nec eam perfi
ceret vllus, ſi non ſufficeret vnus omnipotẽs.
Itaq; omnipotentem genuit filium, qm̃ quæ-
cunq; pater facit, hæc & filius facit ſimiliter. *Ioan. 5.*
Filium qppe ipſum genuit vtiq; patris natu-
ra, non facit. In illo etiam teſtimonio, vbi ait
Apoſtolus ſoli ſapienti Deo: nõ diſsimilis er *Cap. 13. Rom. 16.*
ror eſt veſter, ſed qđ vobis rñdimus de potẽ-
tia, hoc ẽt de ſapientia rñdemus. Si. n. dixiſſet
Apoſtolus, Soli ſapienti patri: nec ſic inde fi-

lium ſuperaret. Nõ enim quia in Apocalipſi
Apo. 19. de filio legit̃, Habens nomẽ ſcriptum qđ ne-
mo ſcit, niſi ipſe, ideo pr̃ neſcit hoc nomen,
a quo eſt inſeparabilis filius. Sicut ergo ſcit
& pater qđ nemo ſcire dictus eſt niſi filius,
q̃a inſeparabiles ſunt, ſic etiã ſi dictum eſſet,
ſoli ſapiẽti pr̃i, ſimul intelligi dẽret & filius,
q̃a inſeparabiles ſunt. Cum vero nõ ſit dictũ,
ſoli ſapienti patri: ſed, ſoli ſapienti Deo, &
Deus vnus ſit ipſa Trinitas, multo eſt facilior
nobis huius ſolutio q̃onis, vt ſic intelligamꝰ
ſolum Deum ſapiẽtem, ſicut intelligimus ſo
lũ potentem, i. patrẽ & filium & ſpm̃ ſanctũ,
G qui eſt vnꝰ & ſolus Deus, cui ſoli ſeruire iuſ
ſi ſumꝰ, ne male intelligẽtes, vel potius nõ in
telligẽtes, contra hoc pręceptũ facere videa
mur, quia & dño Chriſto ea quæ Deo debet̃
ſeruitute ſeruimus. Non. n. dictum eſt: Dñm
Mat. 4. Deum tuum patrem adorabis & illi ſoli * ſer
a. l. plu. uies, vt ſeruire permitteremur & filio, plus
tñ patri tanq̃ maiori, minus aũt filio tanquã
maiori Deo, ſed dictum eſt, Dñm Deum tuũ
adorabis, & illi ſoli ſeruies, ſoli. i. omnipotẽ
ti, ſoli ſapiẽti Deo, vt vos repelleremini, qui
nolentes accipere vnum ſolum Deum patrẽ
& filium & ſpiritum ſanctum, & dicẽtes vnũ
dñm Deum, cui ſoli ſeruiendum eſt, nõ eſſe
niſi Deũ & patrem, & tñ etiam filium Deum
& dñm confitentes, apertiſsime duos Deos
& dominos, maiorem vnum, minorem alte-
rom dicitis, & reos vos, ſm̃ errorem veſtrũ,
præcepti huius violati eſſe monſtratis, quia
non ſolum maiori, verumetiam minori, ea
q̃ domino Deo debet̃ ſeruite ſeruitutis. Vbi
aũt dixit Apoſtolus, Soli ſapienti Deo, cum
Rom. 16. ſcriberet ad Romanos, in fine Epiſtolæ ſic
locutus eſt: Ei aũt qui potens eſt, inquit, vos
confirmare ſecundum Euangelium meũ, &
H præconium Ieſu Chriſti, ſecundum reuela-
tionem myſterii temporib. æternis taciti, ma
nifeſtati aũt nunc per ſcripturam Propheta-
rum, ſm̃ præceptum æterni Dei in obedien-
tiam fidei in omnes gentes cogniti, ſoli ſapiẽ
ti Deo per Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſe-
cula ſeculorum: Hoc eſt, ei qui potẽs eſt vos
confirmare ſoli ſapienti Deo gloria in ſecu-
la ſeculorum. Quod aũt interpoſitum eſt, p̄
Ieſum Chriſtum, vtrum ſoli ſapienti Deo p̄
Ieſum Chriſtum accipi dẽat, vt, ſ. ſolus Deus
ſapiens per Ieſum Chriſtum ſapiens eſſe in-
telligat̃, non participando, ſed gignendo ſa-
pientiã, quod eſt Chriſtus Ieſus, an vero non
per Ieſum Chriſtum ſapienti: ſed, per Ieſum
Chriſtum gloria ſoli Deo ſapienti, vr̃ ambi-
guũ. Sed quis audeat dicere, per Ieſum Chri
ſtum fieri, vt ſi ſapiens Deus pater, cum ſm̃
ſubſtantiam ſuã non dubitãdum ſit eum eſſe
ſapientem, potiusq́; ſit ſubſtantia filii per gi
gnentẽ patrem, q̃ ſubſtantia patris per genitũ
filium? Reſtat ergo vt ſoli ſapienti Deo glo-
ria ſit per Ieſum Chriſtum, hęc eſt clara cũ
laude notitia, qua innotuit gentib. Deus Tri-
nitas. Ideo p̄ Ieſum Chriſtũ, vt alia taceam,
ipſe pręcepit baptizari gentes in nomine pa
tris & filii & ſpũſſancti: Vbi præcipue com- Mat.
mendata eſt huius indiuiduæ gloria Trinita-
tis. Deus itaque, qđ eſt ipſa Trinitas, propter- I
ea ſolus ſapiens recte dr̃, quia ſolus ſecundũ
ſubſtantiã ſuam ſapiẽs eſt: non ſm̃ accipien-
tem, vel accidentẽ participationem ſapiẽtię:
ſicut ſapiens eſt rõnalis quęcũque creatura.
Quod vero additum eſt, cui: vt diceretur, cui
gloria cum ſufficeret ſi dictum eſſet, ei autẽ
gloria: inuſitatã noſtrę linguæ indicat locu-
cutionẽ, non ſenſum quẽ requiramus, vel de
quo ambigamus inſinuat: Quid. n. ſenſui de-
perit, ſi dicat̃, ei gloria, cui p̄ Ieſum Chriſtũ
gloria? hoc eſt nanque, per Ieſum Chriſtum
cui gloria: quod eſt, cui per Ieſum Chriſtum
gloria. Sed alter horum inuſitatus, alter vſita
tus eſt ordo verborũ. Quæris a me: Si de ſub-
ſtantia patris eſt filius, de ſubſtantia patris eſt Cap.
etiam ſpũſſanctus, cur vnus filius ſit, & alius
nõ ſit filius? Ecce rñdeo, ſiue capias, ſiue non
capias. De patre eſt filius, de patre eſt ſpũſſan
ctus: ſed ille genitus eſt, iſte procedens: Ideo
ille filius eſt patris, de quo eſt genitus: iſte aũt
ſpũs vtriuſque: quoniam de vtroq; procedit.
Sed ideo cum de illo filius loqueretur, ait, Ioan.
De patre procedit: quoniam pater proceſsio
nis eius eſt author, qui talem filium genuit, K
& gignendo ei dedit vt etiam de ipſo proce-
deret ſpũſſanctus. Nam niſi procederet & de
ipſo, non diceret, diſcipulis. Accipite ſpiritũ
ſanctum: eumq́; inſuflando daret, vt a ſe quo Ioan.
que procedere ſignificans, aperte oſtẽderet
flando qđ ſpirãdo dabat occulte. Quia ergo
ſi naſceret̃, non tantum de patre, nec tantum
de filio, ſed de ambob. vtiq; naſceretur, ſine
dubio filius diceretur amborum: Ac per hoc
quia filius amborum nullo modo eſt, non
oportuit naſci eũ de ambob. Amborum eſt

ergo

ergo spūssanctus procedendo de ambobus.
Quid aūt inter nasci & ꝓcedere inter sit, de
illa excellentissima natura loquēs explicare
quis potest? Non omne qđ procedit nascit̄,
q̄uis omne procedat quod nascit̄: Sicut non
omne quod bipes est, homo est, q̄uis bipes
sit omnis qui homo est: Hæc scio. Distingue
re aūt inter illam generationem & hanc pro
cessionem nescio, nō valeo, nō sufficio. Ac ꝑ
hoc q̄a & illa & ista est ineffabilis, sicut Pro
.53. pheta de filio loquens, ait Generationē eius
ei⁹ quis enarrabit? ita de spūsancto verissime
dr̄: processionem eius q̄s enarrabit? Satis sit
ergo nobis, quia nō est a seipso filius, sed ab
L illo de quo natus est, non est a seipso spūssan
ctus, sed ab illo de quo procedit. Et quia de
vtroq; procedit, sicut iā ostendimus, vnde &
spiritus patris dictus est, vbi legit̄, Si autem
spūs eius qui suscitauit Christum a mortuis
.8. habitat in vobis, & spūs filii, vbi legitur: Qui
autē spiritum Christi non habet, hic non est
eius. Non.n.duo sunt spūssancti, tanquā sin-
guli singulorum vnus patris & alter filii, sed
.12. vnus poti⁹ patris & filii: De quo vno spiritu
scriptum est, Etenim in spū vno nos omnes
in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi,
siue Græci, siue serui, siue liberi & oēs vnum
spiritum potauimus. Et alio loco: Vnum cor
.4. pus & vnus spūs. Quid ergo hęc Trinitas, ni
si vnius eiusdemq; substantię est? Qñ quidem
nō de aliqua materia vel de nihilo est filius,
sed de quo est genitus: itemq; spūssanctus nō
de aliqua materia, vel de nihilo, sed inde est
vnde procedit. Vos aūt nec filium de patris
substantia genitum vultis, & tñ eum nec ex
nihilo nec ex aliqua materia, sed ex patre es-
se cōceditis. Nec videtis quam necesse sit, vt
qui non est ex nihilo, nō est ex aliqua re alia,
M sed est ex Deo, nisi ex Dei substantia esse non
possit, & hoc esse quod Deus est, de quo est,
hoc est De⁹ de Deo. Quocirca Deus de Deo
natus, q̄a non alius prius fuit, sed natura co-
æterna de Deo est, non est aliud q̄ est ille de
quo est, hoc est vnius eiusdemq; naturæ, vel
vnius eiusdemq; substantiæ. Quod cum audi
tis, quale cor hēatis ignoro, qui putatis nos
dicere sic filium natum esse de patre, qūo na
scunt̄ de corporib. corpora. Et qm̄ corrupti-
biter ista nascunt̄, accusatis nos tanquam ge-
nerationi vnigeniti quę de patre est corpora
lem passionem corruptionemq; tribuamus.

Carnalibus quippe cogitationibus pleni sub
stantiam Dei de seipsa gignere posse filiū nō
putatis, nisi hoc patiatur quod substantia qñ
gignit patit̄ carnis. Erratis, non scientes scri-
pturas neque virtutem Dei. Qñ legitis: Vt si-
mus in vero filio eius Iesu Christo: verum
Dei filium cogitate. Hunc aūt filiū nullo mo
do verum Dei filium cogitatis, si eum natum
esse de substantia patris negatis. Non. n. iam
erat hominis filius, & Deo donāte factus est 1. Ioan 5
Dei filius, ex Deo q̄dem natus, sed gratia, nō
natura. An forte & si nō hoīs filius, tñ aliqua
iam erat qualiscunq; creatura, & in Dei filiū
Deo mutante conuersa est? Si nihil horū, er-
go aut de nihilo aut de aliqua substātia natus
est. Sed ne crederemus, de nihilo esse Dei fi- A
lium vos putare, iam nos ab ista solicitudine
liberasti. Affirmasti.n.non vos dicere, de ni-
hilo esse Dei filium: De aliqua ergo substātia
est. Si non de patris: de qua? Dicite. Sed non
inuenitis, Iam igitur vnigenitum Dei filium
Iesum Christum dñm nostrum de patris es-
se substātia non vos vobiscū pigeat cōfiteri.
Pater ergo & filius vnius sunt eiusdemq; sub
stātiæ. Hoc est illud Homousion qđ in cōci-
lio Niceno aduersus hęreticos Arrianos a
catholicis patribus veritatis authoritate &
authoritatis veritate firmatum est: quod po-
stea in concilio Ariminensi, ꝑꝑ nouitatem
in verbis minus q̄ oportuit intellectum, quā
tñ fides antiqua pepererat, multis paucorū
fraude deceptis, hæretica impietas sub hęre-
tico imperatore Cōstantio labefactare tēta-
uit. Sed post nō longum tp̄s libertate fidei ca
tholicę ꝑualente, posteaquam vis verbi sicut
debuit, intellecta est, Homousion illud catho
licæ fidei sanitate longe lateq; defensum est.
Quid est.n. Homousion, nisi vnius eiusdēq; B
substātiæ? Quid est inquam Homousion, ni-
si, Ego & pater vnum sumus? Sed nunc ego Ioan. 10.
Nicenum, nec tu debes Ariminense tāquam
præiudicaturus proferre cōcilium: Nec ego
huius authoritate, nec tu illius detineris: scri ,,
pturarum authoritatibus, non quorumque ,,
propriis, sed vtrisque communibus testibus, ,,
res cum re, causa cum causa, ratio cum ra- ,,
tione concertet. Vtrique legimus: Vt simus
in vero filio eius Iesu Christo: Ipse est verus 1. Ioan. 5
Deus & vita æterna. Vtrique tanti ponderis
molibus cedamus. Dicite ergo nobis, vtrum
iste verus Dei filius, ab eis qui gratia filii sunt
huius

huius nominis quadam ꝓprietate discretus
de nulla substãtia sit,an de aliqua?Non dico,
inqs de nulla,ne de nihilo dicã, Ergo de ali-
qua est: q̃ro, de qua?Si nõ de patris,aliã q̃re.
Si aliã non inuenis,qa oĩno non inuenis, pa
tris agnosce,& filium cum patre Homousiõ
ꝯfitere.Caro de carne nascit̃, filius carnis de
substãtia carnis nascit̃: corruptionem de me
dio tollite passiones carnales a lumine mẽtis
Rom. 1. abiicite, & inuisibilia Dei per ea q̃ facta sunt
intellecta cõspicite. Credite creatorẽ qui de
C dit carni carnẽ gignere qui dedit parẽtib. ve
ros carnis filios de carnis substãtia gñare, ac
sic filios cum parentib.vnius esse substantiæ,
multo magis potuisse verum gignere filium
de sua substãtia, & vnam cum vero filio hr̃e
substãtiam, manẽte incorruptione spiritali,
& lõgissime hinc aliena corruptione carna-
li:Nã de aĩa quid dixeris,nescio.Verba enim
tua sunt vbi dicis:Nec.n.aĩe ingenuitatẽ cõ-
paratis illam tãtam magnificẽtiam,sed ad fra
gilitatẽ corporis.* De corpore vtique,inqs,
a.l.carnis nascit̃ caro, corporalis filius : non tñ de aĩa
aĩa nascit̃.Post istam quasi definitionem tuã,
rursus affirmas animam filios generare. Ad-
iungis.n.dicis: Si ergo nostra aĩa incorrupti
biliter generat & impassibiliter:nullam sen-
tiens diminutionem,non inquinationem ali
quã, sed legitime ẜm iura diuina generatum
a.l. gene- filiũ,sapientiũ consensu, accõmodans * cor
rat filiũ, pori,ipsa integra manet,quanto magis oĩpo
& sapien- tens Deus?Et paulopost dicis,quanto magis
tiam con- Deus pater incorruptibilis incorruptibiliter
sensum ac genuit filium?Iam supra dixi, nescire me qd
cõmodãs. volueris de aĩa intelligi,de qua prius dixisti,
ꝙ nõ nascatur aĩa de aĩas,& postea,ꝙ aĩa in
corruptibiliter gignat filium ? Si anima aĩam
gignit,qũo non nascitur aĩa de aĩa? Si carnẽ,
tu videris qũo sit caro verus aĩæ filius. Chri-
stus enim ꝑꝑ quem putasti hanc adhibendã
similitudinem,verus est Dei filius. Si aũt in-
corruptibiliter gignere animã filium sic ac-
cipi voluisti,qũo ait Apostolus, In Christo
D enim Iesu per euangeliũ ego vos genui: Cur
1. Cor.4. non attendis ꝙ iam erant illæ animæ in ve-
teri vita, quas per Euangelium renouando
Apostolus genuit?Verbum aũt Dei Deus vni
genitus filius,sicut iã disputauimus,nõ prius
aliquid fuit, & renouatione est generatus a
patre,sed cum patre semper fuit,sicut est sem
per atq; erit mirabili atque ineffabili modo
genitus ab ęterno coæternus. Sed si ob hoc
introduxisti hãc dissimilem similitudinem,
vt assereres Deum patrem incorruptibiliter
genuisse noli laborare, confiteor omnino
incorruptibiliter genuisse Deũ patrem, sed
qđ est ipse genuisse. Iterum.n.dico hoc, qđ
vobis sæpe dicendũ est, Aut de aliqua substã
tia natus est Dei filius,aut de nulla: Si de nul
la,ergo de nihilo,qđ vos nõ dicere iam tene
mus.Si de aliqua,nec tñ de patris,nõ ver⁹ est
filius. Si de patris, vnius eiusdemq; substãtię
sunt pater & filius,Qũo aũt nihil filio subtra E
xit vt dicis,si eiusdẽ substantiæ est, & tñ mi-
nor est,nec sicut infans crescere potest? Iam
vero de immortalitate Dei, quia nõ patrem,
sed Deũ,qui & pater est & filius & spũs san-
ctus,solũ habere immortalitatem dixit Apo
stolus,satis superius disputauimus,qñ ipsum
apostolicum testimonium & posui totum
& exposui.Displicet tibi, quòd ęqualem pa-
tri asserimus filum, quasi possit esse inæqua-
lis,qui verus est filius, nõ natus ex tempore,
sed gignẽti coæternus, sicut splẽdor ab igne
genitus gignenti manifestatur æqueuus. Sed
habet,inquis, Dei filius authorem patrem.Si
propterea Deum patrem Deo filio dicis au
thorem, quia ille genuit, genitus est iste, qa
iste de illo est,nõ ille de isto,fateor & conce
do. Si aũt per nomẽ authori minorem vis fa
cere filium, patremq́; maiorem, nec eiusdẽ
substãtiæ filium cuius est pater,detestabor &
respuam,quia & filius hominis, inquantum
est filius,habet authorem, de quo natus est,
patrem,nec tñ ideo non est eiusdem substã-
tiæ cuius est pater,& ꝙ iste minor,maior est
ille, potest tñ ad formam patris valentiamq́;
peruenire crescendo,in qua patrẽ propterea
* non omnino inuenit talem, quia & ille de a.l.
fecit senescendo.Sic enim necesse est variet̃
ætate immortalitas, vbi temporalis est non
æterna natiuitas.Non aũt illa sic est, vbi non
crescit filius,nec senescit pater. Et ideo am- F
borum non impar est ætas, qa vbi est æterni
tas,nõ est ætas.Ideo forma non impar ambo
rum, quoniam verus filius qui nõ vt augeret̃
est natus,ne remaneret degener, æqualis est
natus. Sit ergo natiuitate humana longe me-
lior & excellentior diuina natiuitas incorru
ptibili,& inuiolabili generatione, non tamẽ
sit deterior diuersitate naturæ. Sed vitam fi-
lius,inqs,accepit a patre.Accepit sicut geni-
tus

oan. 16. tus a gignente. Omnia, inquit, quæ habet pa-
ter, mea sunt. Oĩa ergo q̃ habet pater, dedit il
le gignẽdo, accepit iste nascendo: Nec dãdo
ille amisit qđ habuit: nec iste cum esset & nõ
hr̃et, accepit. Sed sicut ille permãsit hñs oĩa,
cum ea quę hẽt filio dederit oĩa: sic iste nun-
quam fuit sine omnib. quæ nõ egẽdo, sed na
scendo accepit vt filius, qa nunq̃ potuit esse
nõ natus, & ea sine quibus nõ est natus, & est
immutabilis natus, semper habuit, quia sem-
per est natus. Si. n. aliquid eorum quę habet
idem. pater non dedit filio, falsum est qđ ait filius,
Omnia quæ hẽt pater, mea sunt, Sed quia qđ
dixit filius verum est, prorsus oĩa quæ habet
pater, dedit vt diximus ille gignẽdo, accepit
iste nascẽdo: Ac per hoc dedit ille vitam, qa
genuit vitam: accepit iste vitam, qa natus est
vita, si minor, si discolor, si diuersa, nõ ergo
quam pater habuit hãc dedit filio: Et qũo ve
n. 16. rum est: Oĩa quæ habet pater, mea sunt? Sed
qs audiat dicere, verum non est quod veritas
G dixit? Quapropter sicut habet pater vitam in
semetipso, sic dedit & filio vitam hr̃e in se-
n. 5. metipso: Si habet, dedit: qđ habet, dedit, qua-
lem habet, talem dedit, quantam habet, tan-
tam dedit. Omnia quæ habet pr̃, filii sunt. Nõ
ergo aliqd minus q̃ pater habet, filio dedit:
Nec amisit pater vitam quam filio dedit: Vi-
uendo. n. timuit quam gignendo dedit. Vita
est autem ipse pater, vita est ipse filius: Et ille
quippe & iste id hẽt qđ est ipse: Sed ille de
nullo vita, iste vita de vita, sed talis qualis il-
la, tanta quanta illa, hoc oĩno quod illa, quia
verus est filius, quia perfectus est filius, quia
nõ est degener ab vno Deo patre, Deus vni-
cus filius: Patri ergo æqualis est filius. Quic-
quid eum dicis a patre accepisse, fatemur &
nos prorsus: Pater dedit, fili[9] accepit. Sed cũ
pater oĩa quæ habet gignendo dederit, æqua
H lem vtiq; genuit, qm̃ nihil minus dedit. Qũo
ergo tu dicis, qa ille dedit, ille accepit, ideo
æqualem filiũ patri nõ esse: cũ eum cui data
sunt oĩa, & ipsam æqualitatem videas acce-
20 pisse? Scriptum est qdem, Beatum est magis
dare q̃ accipere: Sed ĩ hac vita vbi est ĩopia,
qua vtique melior est copia: Melius enim est
hr̃e quam egere: & melius est donare q̃ acci
pere: erogare q̃ mẽdicare. Vbi aũt qui dedit,
gignendo dedit, & qui accepit, nascendo ac
cepit, non inopi subuẽtum est, sed ipsa copia
generata est. Nec põt qui accipit ei qui dedit
esse inæqualis, quia & hoc accepit vt esset
æqualis. Nihil. n. patre minus hẽt ille q dicit, *Ioan. 16.*
Omnia quæ habet pater mea sunt: Aequalis
est igitur: Sed quia semetipsum exinaniuit,
formam serui accipiens, nõ formam Dei per
dens, ita factus est in eadem serui forma obe *Philip. 2.*
diẽs vsq; ad mortẽ crucis, in qua paulomin[9] *Psal. 8.*
minoratus est ab angelis, vt patri in forma
Dei maneret æqualis, quia nõ est forma illa
mutabilis. Quid itaq; mirum est, si ea q̃ com
memoras dicit: Ego quæ placita sunt patri *Ioan. 8.*
meo, facio semper? Et ad monumentum La-
zari: Pater, gratias ago tibi qa audisti me, & *Ioan. 11.*
ego sciebam quia semper me audis, sed pro-
pter eos qui circunstant dixi, vt credant quia
tu me misisti. Et iterum: Me oportet operari *Ioan. 9.*
opera eius qui me misit. Et antequam panes
frangeret, prius patri gratias egit. Si his atq; *Mat. 26.*
huiusmodi testimoniis id ostẽdere voluisses,
quod in forma serui filius minor est patre, &
in ipsa forma Dei iste de illo, non ille de isto
est, quod sæpe significans, multa ita dicit, vt
eum non intelligentes etiam in ipsa diuinita
te arbitrentur minorem, sic teneres rectam I
regulam fidei, vt non contradiceres veritati,
nec per alia testimonia oppugnares euange-
lium, sed doceres. Quę sunt enim placita pa
tri, quæ non sunt & filii? aut vnde potest face
re filius, nisi quæ placita sunt patri, a quo ha-
bet omnia in quib. equalis est patri? Quomo
do nõ gratias agit patri de quo est, præsertim
in forma serui in qua illo minor est? Quomo
do non patrem rogat vt homo, qui cum pa-
tre exaudit vt Deus? Quis autem Christianus
ignorat ꝙ pater miserit, missusque sit filius?
Non. n. genitorem ab eo quem genuit, sed ge-
nitum a genitore mitti oportebat. Verũ hoc
nõ est inæqualitas substantiæ, sed ordo natu
ræ, non ꝙ alter prior esset altero, sed ꝙ alter
esset ex altero. Oportebat ergo operari eum
qui missus est, opera eius a quo missus est. Et K
quæ sũt opera patri, quæ nõ sunt & fiii, cum
dicat idem filius, Quæcũque pater facit, hæc *Ioan. 5.*
& filius similiter facit? Opera tñ patris esse di
cit, Non enim obliuiscitur a quo sit, a patre
quippe illi est, vt operator taliũ operum sit.
Hæc autem vos ita intelligitis, vt hinc etiam
putetis patrem filio esse maiorem, quia dixit
passerem non cadere in terram sine patris vo
luntate, quasi cadat sine volũtate filii. An vs-
queadeo minorem vultis filium, vt non ha- *Mat. 10*

beat in ptãte nec passeres? Sed si non vultis
huic regulæ acquiescere, vt vbicunq; legeri
tis in authoritate diuinorũ eloquiorũ, quib.
minor patri filius videaĩ ostẽdi, aut ex forma
serui dictũ accipiatis, in qua vere minor est
patre, aut ideo dictũ, ꝙ non demonstreĩ ma
ior vel minor vllus esse altero, sed demõstreĩ
esse alter ex altero, si huic, inquã, rectissimę
regulæ nõ vultis acquiescere, certe tñ verum
Dei filium nulla rõne dicetis, si nõ eiusdẽ sub-
stantiæ, cuius pater est, eum esse dicatis. Vt.n.
humanum aliquid dicam ꝑꝑ infirmitatẽ car
nalium, cum hoĩes duo sunt, pater & filius, si
obediẽs sit patri filius, & aliqua existente cã
L roget patrẽ, gratias agat patri, aliquo deniq;
mittaĩ a patre, vbi se dicat non venisse facere
volũtatem suã, sed eius a quo missus est, nun
quid hinc ostendiĩ non eiusdem cuius pater
est esse substãtiæ? Cur ergo vbi de filio Dei ta
lia legitis, statim in tñ sacrilegium corde at-
que ore proruitis, vt veri filii Dei vnam ean
demq; cum patre substãtiam non esse creda
tis atq; dicatis? Quid ꝙ etiã illud cõmemo-
randũ putasti, quod manifestissime vt homo
Ioan.10. loquitur: Ptãtem habeo ponẽdi aĩam meã, et
ptãtem habeo iterum sumendi eam. Hoc.n.
præceptũ accepi a patre meo? Quid hoc ad-
iuuat cãm tuam? Nunquid.n. aliud dixit, nisi
ptãtem hẽo moriendi & resurgendi? Quod
itaq; ait? Nemo eam tollit a me, sed ego eam
pono a me, & iterum sumo eam, quid intelli
gi voluit, nisi se nõ fuisse moriturum, nisi ip-
se voluisset? Nunquid tñ nisi homo esset mo
ri & resurgere potuisset? Si aũt introduxisti
hoc testimonium, vt præloquereris dicens:
Hic sanè & de sua ptãte q̃ a patre accepit, di
cebat: Ptãtem habeo ponendi aĩam meã, &
ptãtem habeo iterum sumendi eam, tanq̃ si
homo nõ esset, positurus esset aĩam suam. Vt
M homo ergo, nõ vt Deus accepit hãc ptãtem:
q̃uis non dixerit, hanc ptãtem: sed, hoc præ-
ceptum accepi a patre meo. Quis aũt nesciat
aliud esse præceptum, aliud ptãtem? Hoc.n.
habemus in ptãte, quod cum volumus pos-
sumus: Pręceptum vero id nobiscum agit, vt
quod iam est in ptãte, faciamus. Si aũt non-
dum est in ptãte, oremus nobis ptãtem dari,
vt quod pręceptum est, impleamus. Quocir-
ca si ea quę aperta sunt, velitis attendere, vt
homo acceperat hanc ptãtem. Sed propter
contentiosos ego ad vtrunq; concludam: Si
vt homo accepit hanc potestatem, nihil tibi
prodesse hoc testimonium & tu vides. Quid
si ex hac ptãte a patre accepta minorem pa-
tre filium vis probare, nec nos dubitamus, ꝙ
inquantum homo est Christus, minor est pa
tre. Si aũt vt Deum vis accepisse hãc ptãtem,
gignendo eum pater æqualem sibi, dedit ei
omnium rerum tantam, q̃ta ipsi patri est, po
testatem. Si enim minus habet in ptãte aliq̃d
quam pater, non sunt eius omnia quæ habet
pater, sed quia eius sunt, tãtam proculdubio
habet ptãtem quãtam pater. Præceptum quo
que, aut vt homo accepit, aut vt Deus. Si vt
homo, nulla quęstio est, quia vt homo est pa A
tre minor. Si vt Deus, non hinc ostendiĩ mi-
nor, quia nascendo id accepit, non indigen-
do. In verbo enim vnico Dei omnia præce-
pta sunt Dei, quæ ille gignens dedit nascẽti,
non cum genuisset addidit indigenti: Ac per
hoc tantum genuit quantus est ipse: quia de
seipso genuit verum filium, & perfectam ge
nuit plenitudinem diuinitatis, nõ perficien-
dam ætatis accessu. Sed humili⁹ a te quęro,
quare filium hominis quemlibet hominem,
si pręceptum accipiat a patre non eum dicis
alterius esse substantiæ, & filium Dei Deum,
ob hoc audes negare paternæ esse substãtię,
quia præceptum accepit a patre? Prorsus, &
præceptum a patre accepit, & eiusdem sub-
stantiæ est, cuius est ille qui dedit. Quis te cõ
tradicentem ferat, si ad te audiendum homi
nes patres filiique concurrant, eiusdem vtri-
que substãtię? Nec ideo filii degeneres, quòd
ita præcepta eis dederint patres. Sed forte di-
cis patres doctos filiis indoctis præcepta de-
disse. Refer nunc te ad Dei filium, de Deo
patre natum Deum, qui vtique imperfectus
est natus, si præceptum accepit indoctus.
Quia vero perfectus est natus, præceptum
dedit ille gignendo, accepit iste nascendo.
Nunquam enim verus Dei filius indoctus B
fuit, filius autem nunquam non fuit. In for- C
ma Dei filium esse non negas, & Deo patri
æqualem negas, maiorem patris formam pu
tans esse quàm filii, tanquam non habuerit
pater vnde formam suam compleret in filio,
quem de seipso genuit, nõ fecit ex nihilo, nõ
ex alio. Aut si formã suam in vnico filio ple-
nam gignere potuit, nec tamen genuit ple-
nam, sed minorem, quid sequatur attendite,
& in viã redite, ne cogamini patrẽ inuidum
dicere.

Deu. 6. dicere. Dicitis Deum filiũ, dicitis dñm, ſed vt duos Deos dominoſq; faciatis, cõtra ſcripturã clamãtẽ. Audi Iſrael, Dñs Deus tuus, Deus vnus eſt. Quid aũt in hoc ſacrilegio vobis ꝓdeſt, ꝙ patri datis tantam formam, quantam nõ datis filio? Nunq́d ſi vnus maior, alter eſt minor, ideo nõ ſunt dii & dñi duo? Si carere cupitis hoc errore, ſic dicite aliũ eſſe patrẽ, & alium eſſe filium, vt tñ ſimulãbos nõ duos dicatis, ſed vnum dñm Deum. Dicitis regem filiũ de rege patre vtiq; natũ, nec intuemini C in genere humano filios regum, etiam ſi non ſint ex regib. reges, eſſe tamen ex hominibus hoĩes, nec hr̃e poteſtatem cum patrib. regiã, & tñ eãdem tenere naturam: Vos autem filio Dei regis regnũ cum patre conceditis, & naturã paternã vanitate impia denegatis, eũq; Deo patri dicitis inæqualem, qui nõ rapinã, hoc eſt, qui non alienum arbitratus eſt eſſe æqualis Deo, ſed tñ non intendens quæ ſua Phili. 2. ſunt, ſed quæ noſtra ſunt, ſemetipſũ exinaniuit, non formam Dei perdens, ſed formam ſerui accipiẽs, in qua patri factus eſt obediẽs vſq; ad mortem crucis: In qua forma eũ non vultis ſic agnoſcere patre Deo minorẽ, vt in Dei forma patri non negetis ęqualem. Nos, inquis, dicti ſumus filii gratia, nõ natura hoc nati: Ideo vnigenitus eſt filius, quia quod eſt ſm̃ diuinitatis ſuæ naturam, hoc eſt natus filius. Hęc non tua ſolum, verumetiam noſtra ſunt verba. Cur ergo quẽ Dei filiũ natura nõ gratia cõfiteris, eiuſdem naturæ cuius pater eſt nõ eſſe contendis, nec quid mali abs te dicat attendis? Nonne regis Dei filio, paternũ regnũ auferre tolerabilius eſt q̃ naturam? De ſpiritu autem ſancto quõ & ipſe de Deo ſit, nec tñ & ipſe filius ſit, qm̃ procedendo, non naſcendo legitur eſſe de Deo, iam ſuperius q̃tum ſatis viſum eſt diſputaui. Nos inquis, in patrem Deum innatum, naturã non accepimus. Et tanquam rationem reddens, cur Dei patris nõ dicatis eſſe naturam, mox adiungis 4. & dicis: Credimus quod ait Chriſtus, Spũs D eſt Deus quaſi Chriſtus ſm̃ id ꝙ Deus eſt, nõ ſpũs ſit, quem tñ natura filiũ eſſe dixiſti. Non ergo pater ideo natura nõ eſt, quia ſpũs eſt. Sed forte quia natus non eſt, ideo eum non vultis eſſe naturã. Putatis. n. ꝙ a naſcẽdo natura ſit dicta. Scitote ergo, ꝙ vnaquæque res eſſe dr̃ per ſubſtantiam, hoc eſſe vtiq: per naturam. Certe ſi non putatis eſſe dicendũ eiuſdem filium cuius pater eſt eſſe naturæ, dicite cuius pater eſt ſubſtantiæ, & ad cauſam quæ inter nos agit, ſufficit nobis. Veruntñ admonendi eſtis, vt intueamini q̃d ait Apoſtolus, His qui natura non ſunt dii, ſeruiſtis. Vbi certe nos Deo qui natura eſt Deus, ſeruire monſtrauit. Galat. 4. Vos ergo qui Deum patrem non natura Deum eſſe creditis, vbi Deum conſtituatis aduertite, & ſi vllus in vobis pudor eſt, erubeſcite. Ecce nos dicimus vobis, non ſeruimus Deo qui natura non eſt Deus, ne ſimus tales, quales fuerunt illi, quib. dictum E eſt: His qui natura non ſunt dii, ſeruiſtis, Vos ſi tales eſſe vultis, petimus ne velitis, & Deũ patrem natura Deum eſſe dicatis, eiusq; filiũ quem non gratia, ſed natura filium iam eſſe dicitis, eiuſdem naturæ cuius pater eſt nõ negatis, ne nihil aliud quam filium eſſe verum negatis: Quomodo. n. dicitis, & verum filiũ vos profiteri, & patri & ſimilem nõ negare, qñ eum negatis vnius cum patre eſſe ſubſtantię? Sicut autem verũ filium indicat vna ſubſtantia, ſic nõ verum diuerſa ſubſtantia. Qũo autem filium patri ſimilem dicitis, cui patris ſubſtantiam dare non vultis? Nonne ſimilis homini eſt pictura vel ſtatua, & tñ filius dici non poteſt, quia diuerſa ſubſtantia eſt? Homo nempe ad Dei ſimilitudinem factus eſt, tamen quia non eſt vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ, nõ eſt verus filius, & ideo fit gratia filius, quia non eſt natura. Si ergo vultis Dei filium verum confiteri, prius illum ac præcipue dicite vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ, vt tanquam verum filium & Dei filium per omnia ſimilem patri eſſe dicatis: Nam quem ſubſtantiã putatis habere diuerſam, plus eũ diſsimilem q̃ ſimilem dicitis, & oĩo verum filium denegatis. Nam vultis noſſe, ad oſtendendum verum filium quantum valeat vna eademq; ſubſtantia, etiam ſi filius hominis homo in quibuſdam ſimilis, in quibuſdam ſit diſsimilis patri, tñ quia eiuſdem ſubſtantiæ eſt, negari verus filius non poteſt, & quia verus eſt fi F lius, negari eiuſdem ſubſtantiæ non poteſt. Vos autem ita dicitis verum Dei filium ſimilem patri, vt ſubſtantiæ velitis eſſe diuerſæ ꝑ quam ſolam poteſt filius verus oſtendi. Nam duo veri hoĩes, & ſi nullus eorum filius ſit alterius, vnius tñ ſunt & eiuſdem ſubſtantiæ. Homo autem alterius hominis verus filius, nullo modo poteſt niſi eiuſdem cum patre

esse substantię, ēt si non sit per omnia similis
patri. Quo circa verus Dei filius & vnius cū
patre substantiæ est, quia verus filius est, & ꝑ
oīa est patri similis, q̃a Dei filius est. Neq;.n.
sicut cōtingit in filiis hoīum, vel quorumcū
que aīalium, ita fas est dicere, verū Dei filiū
substantię q̃dem vnius esse cū patre, sed non
per oīa similem patri. Nicenū ergo nobiscū
tenete concilium, si vultis Christū dicere ve-
rum Dei filiū. Diuersas, inquis, accusamur di
cere naturas. Et quid aliud dicis de Deo pa-
tre, & de Deo filio, q̃d aliud dicis? An ideo
putas ab ista accusatione purgari, q̃a conti-
G nuo subiungis dicēs: Hoc scito qđ nos dici-
mus, ꝙ pater spûs spiritum genuit ante oīa
secula, Deus Deum genuit? Hoc q̃dem dici-
tis, & verum dicitis: sed hoc tacuisti: qđ falsū
& execrabile dicitis. Spûs enim spm̃ genuit,
verum dicitis, sed hoc verum ea intentione
vos dicitis, quia etiā diuersæ naturę dr̃ spûs.
Nam diuersę naturæ sunt spûs Dei, siue spûs
Deus, & spûs hominis, & tñ vterq; dr̃ spûs.
Itē diuersæ naturæ sunt spûs hominis & spûs
pecoris, & tñ nihilominus vterq; spûs dicit̃.
Item dr̃, Deus Deus, & dr̃ Deus homo. Sicut
dictum est: Dii estis. Et sicut dictum est Deus
Psa. 81. Moyses Pharaoni. Et cum sit Dei & hoīs di-
Exo. 7. uersa substātia, tñ vterq; appellat̃ Deus. Pror
sus veraciter arguimini, quanuis dicatis de
Deo patre & de filio, spûs spiritū genuit, na-
turas tñ diuersas dicere, & quanuis dicatis,
Deus Deum genuit, etiam sic nō recedere a
diuersitate naturæ, q̃a non per omnia similē
patri esse dicitis filium: Nā si per omnia simi
lem diceretis, consequēter intelligeremini,
ꝙ eos diceretis etiam vnius eiusdemque esse
naturę siue substātię. Si ergo ab hoc crimine
quod vobis obiicit, Dei patris & Dei filii vos
H dicere naturas esse diuersas, purgare te cogi
tas, sicut dicis, Spûs spiritum genuit, ita dic,
spûs eiusdem naturæ siue substantiæ spiritū
genuit. Item sicut dicis, Deus Deum genuit,
ita dic, Deum eusdem naturæ siue substantię
genuit. Hoc si credideris & dixeris nihil de
hac re vlterius accusaberis. Si autem hoc nō
dixeris, quid prodest quia dicitis, Verus in-
natus pater verum genuit filium, cum ꝓcul
dubio verus filius nō sit, si non est vnius eius-
demq; substantiæ cum illo qui genuit? Dicit
quidem filius ad patrem: Hæc est autem vita
Ioan. 17. æterna, vt cognoscant te solum verum Deū
& quem misisti Iesum Christum, i. te & quē
misisti Iesum Christū, cognoscat solum ve-
rum Deum. In quib. verbis solum patrē non
cū filio verum accipientes Deum, qui aliud
quam filium negatis verū Deum? Quia vero
pater & filius, nō duo dii, sed vnus est Deus,
sine dubio & filius verus est Deus, & adiun-
cto spûsancto, solus est Deus. Neq; enim mo
uere nos debet, ꝙ noīatus non est hoc loco
spûssanctus, tanquam nō sit Deus, aut non sit
verus Deus. Tale est.n. hoc quale si quis dicat 1.Cor.
nescire Christum ea quæ Dei sunt: Qm̃ dicit
Apostolus sic, Ea q̃ Dei sunt, nemo scit nisi
spûs Dei, hoc est enim nemo scit nisi spiritus
Dei, quod est solus scit spiritus Dei: Sicut er
go ab hac scientia, quam nō habere nisi spûs I
Dei dictus est, nō excluditur Christus, sic ab
eo quod pater & Christus est solus Deus, nō
excluditur spiritus sanctus. Sic & nomen il-
lud quod in Apocalypsi nemo nosse dictus Apo
est, nisi ipse qui hoc habebat scriptum, idest
Christus nouerat, vtique & pater, quod nega
re non potestis, nouerat & spiritus sanctus, 1.C
etiam si negetis. Spiritus enim omnia scruta
tur, etiam altitudines Dei, nisi forte q̃a scru-
tator dictus est, negatur apprehendere, neget̃
ergo Deus apprehendere corda & renes ho Psa.
minum. Scriptum est enim: Scrutās corda &
renes Deus. Ita ergo dictus est solus verus
Deus pater & Iesus Christus, vt ab hac veri-
tate deitatis nullo modo alianaretur spiritus
sanctus: Non autem filius, vt tibi videtur, so-
lum potentem, solum sapientem, solum bo-
num patrē dicit esse Deum. Deus autem vnus
& solus est ipsa Trinitas, vt ostendunt ea quę
superius iam sæpissime diximus. Quòd au-
tem non proficientem, sed perfectum Deus
pater genuerit filium Deum, verum dicis.
Sed quòd ipsam filii perfectionem perfectio K
ni patris non vis æquare, hoc falsum dicis, &
veritati qua verus est filius contradicis. Ho-
mo enim si posset, inquis, perfectum mox ge
nerare filium, non paruulum generaret, qui
coaugmentatus annis tandem aliquando sui
genitoris impleat voluntatem, veritatem ve-
rissime omnino contra te loqueris. Sed vt
contra te non sit quod loqueris, agnosce
æqualitatem patris & filii, quia & homo si
posset, filium mox generaret æqualem, nec
expectaret annos, ꝑ quos in forma filii posset
voluntas eius impleri. Deus ergo cur non
æqua-

æqualem genuit filium, cui nec anni necessa
rii fuerũt per quos adimpleretur, nec oĩpotẽ
tia defuit? An forte noluit? Ergo qđ absit, inui
dit: Sed non inuidit, æqualem ergo genuit:
Ac per hoc vnius eiusdemq; substantiæ. Qñ-
quidem homo qui propterea, quia non põt
non gignit æqualem, eiusdem tñ substantiæ
gignit filiũ cuius est ipse. Quod si non esset,
profecto verus filius esse non posset. Quid
est ergo ꝙ dicit, pater talem genuit filiũ, qua
lis & nũc est, qualis & ꝑmanet sine fine? Hoc
bene diceres, si patri æqualem verum filium
non negares. Cũ vero perfectũ dicis & ęqua
lem negas, & talem qualis est natus, sine fine
L permanere non negas, proculdubio minorẽ
patre filium sine fine remanere pronuncias:
Ac per hoc nascitur filius hoĩs minor patre,
& q̃a imperfectus nascit̃, crescendo ad for-
mam ꝑuenit patris. Natꝰ est Dei filius minor
patris: Et q̃a perfectus atq; immortaliter na-
tus est, nullũ accipit incrementum, sed eum
ipsa perfectio a forma patris in æternum effi
cit alienum. Ecce quę creditis, ecce quæ di-
citis, ecce, qđ peius est, quæ docetis. Sed in
auditorũ, inquis, est arbitrio, vt eligãt alterũ
lip. 1. de duob. aut obedientem patri filium, qui se
exinaniuit formam serui accipiens, cui & pr̃
donauit nomen qđ est suꝑ omne nomen: aut
interpretationẽ tuam. Prorsus autores, quib.
donat dñs intellectum, nõ vnũ de duob. istis
eligunt, sed vtrunque, i. & obedientẽ patri, fi
lium, & interpretationem, vel potius exposi
tionem meam, qua ostendi sic obedientem
fuisse in forma serui, vt formã non amitteret
26. Dei, in qua æqualis est patri: Tu vero vide q̃
cõtumeliose filio Dei tribuas obedientiã, cu
ius minuis in diuinitate naturam. Qñ aũt a
me audisti, ꝑꝑ iudęos humilitatis non verita
M tis gratia dixisse filium, ꝙ Deus sit pater eius?
Hoc a me ita nunq̃ audire potuisti, sicut nũ-
quã dixi, sed planè dixi ꝑꝑ formam serui di-
ctum esse. Sicut aũt ipsa forma serui vera, nõ
falsa est, ita patrem suum esse etiam ꝑꝑ illam
Deum suum veraciter dixit, nõ humiliter fin
xit. Quis. n. est humilitatis fructus, vbi detri-
mentum est veritatis? Tu aũt istam certissmã
veritatem ita es refutare conatus, vt diceres
o. ideo verba ista quib. ait dñs, Deum meum &
Deum vestrũ, ad formã serui non pertinere,
eis verbis post resurrectionem vsus est dñs,
quasi formam serui resurrectione consum-
pserit, ac nõ potius in melius commutauerit:
quasi non qui mortuus est ipse ẽt resurrexit,
quasi non forma serui, q́ occisa est, ipsa resur
rexerit, quasi non ipsa in cęlum leuata sit, in
ipsa Dei filius sedeat ad dexterã patris, in ip-
sa venturus sit ad viuos & mortuos iudican-
dos? Nõne clarissima contestatio est angelo
rum dicentium: Sic veniet quemadmodũ vi
distis eum euntem in cœlum? Cur ergo post Acto. 1.
resurrectionem nõ diceret, Ascẽdo ad patrẽ Ioan. 20.
meum & patrem vestrum, Deum meum &
Deum vestrum, qñ in eadẽ forma fuerat ascẽ
surus, ꝑꝑ quam ex tꝑe Deus est eius, qui sine
tꝑe pater est eius? Propter quam formam nõ A
solum post resurrectionem, verumetiã post
iudicium subiectus erit ei, qui illi subiecit
omnia. Quotquot ergo testimonia posuisti, 1. Co. 15.
quib. probares dictum esse Deum, Christi,
eum qui pater est Christi discutere quemad-
modum dicta sint, superfluũ iudico: sed a te
frustra commemorata esse puto, ꝙ nec tu de
beas dubitare. Iam vero illud vbi dñs in eadẽ
carne q̃ resuscitauerat constitutus, & eun-
dem hominem gerẽs, ait ad discipulos suos:
Data est mihi omis potestas in cęlo & in ter Mat. 28.
ra. Euntes docete omnes gentes, baptizantes
eos in nomine patris & filii & spũssancti, do
centes eos seruare oĩa quæcunq; mãdaui vo
bis, vt quid commemoraueris, & quid inde
probare volueris, prorsus nescio. Nũquid. n.
ait, Data est mihi a Deo meo potestas? Quod
si dixisset, ꝑꝑ ipsam humanã formam dictũ
fuisse ambigi non deberet. Quia vero non di
xit, quid isto testimonio volueris agere, non
intelligo: Immo intelligo te id egisse, vt abũ
dantius loquereris. Si enim tanquam Deo da
ta est hæc potestas, nascenti eam pater dedit,
non indigenti, quia gignendo dedit, non au-
gendo. Si vero tanquam homini data est hęc
potestas, quid habet q̃õnis? An forte nos ad-
monere voluisti, ꝙ baptizari dñs iusserit gẽ B
tes, in nomine patris & filii & spiritussancti?
Vbi audis vnum nomen, & vnam non vis in
telligere deitatem. Quod autẽ dicis, & ante
incarnationem Christi, patrem dictum esse Psal. 44
Deum eius, qm̃ scriptum est, Vnxit te Deus
Deus tuus, longe anteq̃ Christus venisset in
carne, ita ne non intelligis in prophetia esse
prædictum, tanquã fuerit factum quod erat
futurum? An nõ sic in Prophetia, ait ipse do- Psal. 21.
minus, Foderũt manus meas & pedes, & cę-
tera

tera quib. passionem suam tãto ante prænunciauit, & quod futurũ erat, tanq̃ iam factum esset expressit? Dictum est ergo in prophetia rerum futurarũ, tanq̃ locutione rerum præteritarũ. Vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participib. tuis: Participes eius significans, qui futuri fuerant serui eius, socii eius, amici ei⁹, membra ei⁹. Prędictũ est ergo qđ futurũ erat, vt vngeret De⁹ Chri, hoiem Christũ: qui tñ sic factus est homo, vt maneret Deus. Vngere aũt nõ visibili & corporali oleo, sed spũsancto, quem scriptura nomine olei exultationis, figurata, vt solet, locutione significat. Dixit aũt, vnxit, nõ dixit, vncturus est, qa in prædestinatione iã factum erat, qđ suo tpe futurum erat: Vbi tu timens ne spũssanctus, quo vnct⁹ est Christus, maior videatur esse q̃ Christus, qa reuera maior est homine Christo, qui.n. sanctificat, eo qui sanctificatur est maior, hoc ergo timẽs, voluisti oleo exultationis eam lætitiã significatã videri, qua filius exultauit cum patre, qñ est cõdita creatura. Et cõmemorasti vt soles testimonia causæ tuæ nõ necessaria, de lætitia patris & filii. Sed quid facturus, quo iturus? Quomodo id qđ est luce clarius, aut negaturus, aut in aliud quodcunq; versurus es, cum recitatur tibi qđ beatus Petrus in Apostolorum Actib. dixit. Hunc Iesum a Nazareth, quem vnxit de spũsancto. Ecce quod prophetabat quãdo dictũ est, Vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, vel oleo lætitiæ præ participib. tuis. Deus enim cui dictum est in eodẽ Psalmo, Thronus tuus Deus in seculũ seculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, odio habuisti iniquitatem, ꝓpterea vnxit te Deus Deus tuus: a Deo patre vnctus est filius, q̃ sic homo factus est vt maneret Deus, qa vnctione plenus erat, i. spũsancto. Propter qđ de illo scriptũ est, Iesus aũt plenus spũsancto, reuersus est ab Iordane. Dicis & in psona spũssancti non posse suscipi quod de filio dictũ est, Oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et hoc ideo dicis, vt quib. poteris persuadeas, qđ vobis male persuasum est, spiritum sanctum nõ esse creatorẽ, quasi legeris, Omnia per ipsum facta sunt sine spũsancto: aut, Omnia per neminem facta sunt nisi per ipsum. Quanquam & si tale aliquid legeris, sic spiritumsanctum ab hac operatione, qua constituta est creatura, credere nõ

Psal. 44.

C

Acto. 10

Psal. 44

D

Lucæ. 4.

Cap. 17.

Ioan. 1.

deberemus exclusum: sicut filius non excluditur ab ea scientia de qua dictum est: Quę Dei sunt, nemo scit nisi spũs Dei. Si aũt qa non est nominatus, q͂ ẽt per illum facta sit creatura, qñ de filio dictum est, Oĩa per ipsum facta sunt, ideo putas Dei spm̃ non esse creatorẽ, proculdubio nec in eius nomine poteris baptizatos dicere, qb. ait Petrus, Agite pęnitentiam, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine dñi nostri Iesu Christi, qa nõ ait, & spũssancti: nec in patris nomine, quia nec ipse ibi est nominatus. Si aũt ẽt non nominatis patre & spũsancto, in nomine Iesu Christi iussi sunt baptizari, & tñ intelligunt nõ baptizari nisi in nomine patris & filii & spũssancti, cur non sic audis de filio Dei, Oĩa per ipsum facta sunt, vt & non nominatum intelligas ibi etiam spm̃ sanctum? Nam quid excellentius in creaturis q̃ virtutes cęlorũ? Scriptum est aũt, Verbo dñi cœli firmati sunt, & spũ oris eius oĩs virtus eorum. Dixeras nempe nõ me talia reperire in scripturis diuinis, qb. spiritumsanctum æqualem asseram filio. Ecce reperi, vbi etiam maior possit videri nisi reuocet pietas, quæ illum veraciter confitetur ęqualem. Nã vtiq; maius aliquid sunt virtutes cœlorum, q̃ firmatę sunt spũ oris domini, i. spũsancto, q̃ cœli qui firmati sunt verbo domini: hoc est, vnigenito filio. Sed si consulas veritatem, res vtraq; ab vtroque firmata est, & id quod de vno dr, & de altero tacetur, de vtroq; intelligitur. Quid autem est inconsideratius, q̃ negare esse spiritum Dei creatorẽ, cum Deo dicatur: Auferes spiritum eorum & & deficiẽt, & in puluerem suum conuertentur. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & innouabis faciem terrę, nisi forte minus idoneus erat spiritussanctus creandis rebus quæ fuerant defuturæ, cum sit idoneus creandis, quę sunt sine fine mansurę? Paulo ante dixi, quid est excellentius in creaturis quàm virtutes cœlorum? Quid dicam de carne creatoris? Quandoquidem creator ipse per quem facta sunt omnia: Panis, inquit, quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita. Quid ergo dicemus? Mundus per filium factus est, & creator est filius: caro eius quæ data est pro mundi vita, per spiritumsanctum facta est, & nõ est creator spiritussanctus? Cum enim virgo Maria dixisset angelo promittenti ei filium, Quomodo istud fiet, quoniam virum non

I. C

Act.

E

Psal.

Psal.

F

Ioa.

Luc.

rum nõ cognoſco? Reſpondit angelus, Spiri
tusſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsi-
mi obumbrabit tibi: Propterea quod naſce-
tur ex te ſanctũ, vocabitur filius Dei. Hic tu,
quod in conſequentibus quodã loco tuę ꝑ-
ſecutionis aduerti, aſſerere conaberis ſpiritũ
ſanctũ pręceſsiſſe, vt mundaret & ſanctifica-
ret per virginẽ Mariã: ac deinde veniret vir-
G tus altiſsimi, hoc eſt ſapientia Dei, ꝙ eſt Chri
ſtus: & ipſa ſicut ſcriptũ eſt, ędificaret ſibi do
mũ: hoc eſt, ipſa crearet ſibi carnẽ, nõ ſpiri-
[Matt. 1.] tusſanctus. Quid eſt ergo quod ait ſanctũ E-
[.62.] uangeliũ, Inuenta eſt in vtero habens de ſpũ
ſancto? Nempe obſtructũ eſt os loquẽtiũ ini-
qua. Si ergo cogitas os veraciter aperire, non
ſolum filium, verumetiam ſpiritumſanctum
creatorem carnis filij confitere: An forte di-
cturus es, ea facta eſſe per ſpiritũſanctũ quę
cõmemoraui: ideſt, ꝙ omnis virtus cęlorũ ꝑ
eũ firmata ſit, ꝙ per eũ creabuntur homines
denuo, qui primo ita creantur vt conuertan-
tur in puluerẽ ſuum, ꝙ ipſe carnẽ operatus
eſt Chriſti, nã de anima nolo aliquid dicere,
cuius difficillima quęſtio eſt: & ſi quid aliud
per ſpiritumſanctũ creatũ potuerit inueniri:
non tamen omnia, ſicut per vnigenitum fi-
liũ de quo dictũ eſt, Omnia per ipſum facta
[.1.] ſunt. Si hoc dicis, non times ne tibi dicatur,
ſapientiorẽ filio eſſe ſpiritumſanctũ, ꝙ ele-
git ſibi meliora quæ facere inferiora digna-
tus eſt. Sed quis hoc ſapit, niſi qui deſipit? Fa
cta ſunt ergo cuncta per filiũ? Abſit, vt ſpiritu
[ſi qs] ſancto ab hoc opere ſeparato: ſicut de illis
[ipit,] magnis operibus dictũ eſt, Omnia aũt hęc o-
[quæ] peratur vnus atq; idẽ ſpiritus: nec tamen ab
[ſunt] hac operatione filius ſeparatur. Magnũ ſanè
aliquid tibi dicere videris, quia dicis, Eilius
erat in principio antequã aliquid eſſet, pater
vero ante principiũ. Vbi legiſti vt hoc dice-
[12.] res? Vnde pręſumpſiſti, vt hoc diceres, ubi
nec authoritas ulla, nec ratio eſt? Quid eſt e-
H nim ante principiũ, quandoquidẽ quicquid
ante eſſet, hoc eſſet principiũ? Si pater ergo
principium eſt, ante ſeipſum eſt: quia & ipſe
principiũ eſt. Quid eſt autẽ, In principio e-
rat verbũ: niſi, in patre erat filius? ꝙ ipſe fi-
lius interrogatus a Iudæis quis eſſet, rñdit,
Principium qui & loquor uobis. Pater ergo
principium non de principio: filius princi-
pium de principio. Sed utrunq; ſimul, non
duo, ſed unũ principium. Sicut pater Deus &
filius Deus, ambo ſimul nõ duo dij, ſed unus
Deus. Nec ſpiritumſanctũ ab utroq; proce-
dentẽ negabo eſſe principiũ, ſed hæc tria ſi-
mul ſicut unũ Deũ, ita unũ dico eſſe princi-
piũ. Quid ſi audieris, inquis, patrem dicentẽ,
Tecũ principium in die uirtutis tuæ in ſplẽ-
doribus ſanctorũ, ex vtero ante Luciferũ ge- I
nui te? Quid promittis, uel qđ minaris, ſi au- [Cap. 18.]
diero, quod frequẽter audio & fideliter cre- [Pſ. 109.]
do? Sed hinc te nihil adiuuari, cur nõ uideas
plurimum miror. Siue enim ex perſona ſua
hoc Propheta dicat ad dominũ Ieſum, ſiue
ex perſona patris ad filium, cũ ego ambas ge
nerationes Chriſti, & ex Deo patre ſine tẽpo
re, & ex homine matre in plenitudine tẽpo-
ris accipiã, uenerer, & prædicem, nõ eſt hoc
teſtimoniũ aduerſum me. Sed moras innecte
re uoluiſſe iudicat te, ubi ego potius intelli-
go, quare ex utero dixerit genui te: quia hoc
& tu ex perſona patris accipis dictũ. Non e-
nim quẽadmodũ corporis humani ſunt mẽ
bra poſita, ſic habet uterum Deus, ſed uerbũ
trãslatũ eſt a corporali ad ĩcorporalẽ ſubſtã
tiã, ut intelligeremus de pr̃is ſubſtãtia genitũ
unigenitũ filium, ac per hoc quid aliud quã
unius eiuſdemq; ſubſtantię? Ego itaq; hoc te
ſtimoniũ proferre contra te debui, ſed gra-
tias ago quia commonuiſti. Conſidera ergo
quantũ mali ſit, ꝙ eiuſdẽ ſubſtantiæ filiũ ne-
gatis, quem genitũ confitemini ex utero pa-
tris, iniuriã grauiſsimã faciẽtes Deo, tanquã
illud quod ipſe nõ eſſet, ex utero gignere po
tuiſſet. Nonne ſentitis uos generationem Dei
credere uitioſam, prędicare monſtruoſam
qui dicere audetis ex utero Dei proceſsiſſe
diuerſam naturã? Si aũt hoc ſicut debetis hor
retis, reſpuitisq; nobiſcũ, iam tandem con-
cilium Nicenum & Homouſion laudate ac
tenete nobiſcũ. Quis aũt non uideat defectũ
tuum, ubi cũ audiſſes, me cõmemorante, in
prophetia dixiſſe Chriſtum ſuo patri, De uẽ K
tre matris meæ Deus meus es tu: ut intellige
remus eius naturę illũ eſſe Deũ quã filius ip
ſius ex tempore de uentre matris accepit, pa
trẽ uero naturæ illius quã de ſeipſo ipſe gñа
uit: tu nõ inueniens quid reſponderes, tñ ne
taceres dixiſti, ex uentre matris natum profi-
teris Chriſtum ſecũdũ carnem: & addidiſti,
quod nec Iudęi diffidunt. Ac deinde quæſi-
ſti. Cur iſta teſtimonia in mediũ nõ proferã-
tur, quæ illã natiuitatẽ demonſtrãt in princi-

pio, ſicut & præcedẽs nos, inquis, inſtruit teſtimoniũ? quaſi ego illam natiuitatem Chriſti non temporalẽ, ſed ęternã, propter quam dictũ eſt, In principio erat verbũ: non credã, non prędicem, non amplectar, ſed tantũ ex
G uentre matris natũ afferã Chriſtũ? Ecce ego dico Deũ filium de Deo patre ſine tempore genitũ. Quomodo ſi autem etiam Deus eius qui pater eſt eius, oſtendi propter hominem quem ſuſcepit, & in quo natus eſt de ventre matris, ſine concubitu hominis patris. Ad ꝙ probãdum teſtimonium dedi, vbi ait in prophetia patri ſuo: De ventre matris meæ Deus
Pſal. 21. meus es tu. Tu qui dicis me ex ventre matris natum profiteri Chriſtum, ꝙ nec Iudæi diffidunt, quaſi ego iſtam natiuitatem Chriſti ſolam profitear: noli per inania conari euadere, & dic potius, quare mihi non reſponderis, vbi dicit Chriſtus patri, De vẽtre matris meę Deus meus es tu. Ad hoc. n. quoniã vidiſti nõ te habere quod diceres, aliã natiuitatẽ quæ Dei de Deo eſt, interponẽdã putaſti, qua fugeres: rogo te, quãdo quid reſpõdeas non habes, quãto melius taceres? Si propter corpus, inquis, in quo ſe exinaniuit, debitorem ſe ſentit ſuo genitori, multo magis quiillum talẽ ac tantũ genuit, neceſſe eſt vt eum veneretur, eiq; offerat ſemper obſequiũ. Qđ libet de veneratione & obſequio filij erga patrẽ carnaliter ſentias, pater eius niſi de vẽtre matris eius nõ eſt Deus eius. Iã quantum vis obſequatur Deo patri Deus filius, quoniã video te non intelligere quanta ſit in illa generatione geniti & genitoris ęqualitas, nũ quid ideo eſt diuerſa natura patris hominis & hominis filij, quoniã filius obſequitur patri? Hoc eſt omnino intollerabile in vobis, quia de obſequio filij diuerſam vultis pro-
H bare ſubſtãtiã patris & filij. Prorſus alia quęſtio eſt, vtrũ ſint vnius eiuſdẽq; ſubſtãtiæ pater & filius, & alia quęſtio eſt vtrũ patri filius obſequatur. Interim verũ filiũ nõ negemus, qui nullo mõ verus eſt filius, ſi nõ eſt ipſius & patris vna eadẽq; natura. Dicite ergo Deũ patrem, & Deũ filium vnius eiuſdemq; eſſe ſubſtantiæ. Extorqueat vobis diuinitas, quod humanitati donauit ipſa diuinitas. Obſequitur homo patri ſuo de quo natus eſt homo, tamen obſequendo eſſe non deſinit homo. Et ſi non dico pariter honoratus, ſed honoratior eſſet filius, gauderet pater, non inuideret: honoraret tñ etiã ille patrẽ, & ſi non paruulus, acceſſu augendus ætatis, ſed ei natus eſſet ęqualis. Aequalẽ vero ſi pater homo potuiſſet, nullo dubitante genuiſſet. Quis ergo audeat dicere, hoc nec omnipotens potuit? Addo etiã, quia ſi poſſet homo, maiorem ſe- I
ipſo meliorẽq; gigneret filiũ, ſed maius vel melius Deo quicquã non poteſt eſſe, ergo ei verũ filiũ credamus æqualẽ. Quod ſi dixeris, eo ipſo maior eſt pater filio, quia de nullo genitus, genuit tamen ęqualẽ: cito reſpondebo, Immo ideo non eſt maior pater filio, quia æqualẽ genuit, non minorem. Originis enim quæſtio eſt, quis de quo ſit, æqualitatis aũt, qualis aut quantus ſit. Proinde ſi admittit ratio veritatis, vt æquali patri filius obſequatur ęqualis, non negamus obſequiũ. Si aũt per obſequiũ minorẽ natũ vultis credere, prohibemus, nullo modo. n. Deus pater vt habere vnici filij poſſet obſequiũ, vellet đ generare naturã. Parentibus aũt vt eſſet ſubditus Chriſtus, non Diuinæ maieſtatis fuit, ſed ætatis humanæ. Fruſtra itaq; dixiſti, ſi paren- Luc. 2.
tibus fuit ſubditus, quos creauit, quanto magis ſuo genitori, qui eũ talem ac tantum genuit? Reſpondetur. n. tibi, Si parentibus fuit ſubditus propter pueritiã, quãto magis Deo propter ipſam hominis formam? Quam formã cũ immortalẽ fecerit, nõ morte perdiderit, quid miraris ſi etiã poſt huius ſeculi finẽ ſubiectus erit in ea illi qui ei ſubiecit omnia? Tu aũt nõ propter formã ſerui dicis filiũ patri eſſe ſubiectũ, ſed q̀a eũ talẽ ac tm̃ genuit, i. magnũ Deũ, quãuis patre ipſo minorẽ. Vbi & patri derogas, q̀ filiũ ſibi vnicũ, aut nõ potuit, aut nõ voluit gignere ęqualẽ: & ipſi filio qui vnicus patri nõ eſt gñatus ęqualis: & ideo perfectus eſt natus, ne vnq̃ vel creſcẽdo fieret, ꝙ nõ potuit eſſe naſcendo. Nos aũt nõ K
vt putas corpus tm̃ filij, i. corpus hois, verũ etiã humanũ ſpũm patri dicimus eſſe ſubiectũ, & ſcđm id ꝙ homo factus eſt intelligimus dictũ, Cũ aũt oĩa illi ſubiecta fuerint, tũc & ipſe filius ſubiectus erit illi qui ſubiecit ei oĩa, ſecũdũ id ꝙ Chriſtus eſt caput & corpꝰ: caput, ſ. ipſe Saluator q̀ ſurrexit a mortuis, & ſedet ad dexterã patris: & Eccleſia q̃ eſt corpus eius, plenitudo eius, ſicut apertiſſime dicit Apoſtolus. Ac per hoc cũ omnia Chriſto ſubiecta fuerint, & capiti & corpori erũt ſine dubio ſubiecta. Nã ſecũdũ id ꝙ ſine

ne

ne tempore dr̃ natus esse, nihil vnquã potuit
ei non esse subiectũ. Scimus q̃ nos cõmemo
randos putasti, quia pater non iudicet quen-
quã, sed omne iudiciũ dedit filio. Vellem tñ
Ioan. 5. diceres nobis, q̃uo pater non iudicet quen-
Ioan. 8. quã sed omne iudiciũ dedit filio, cum dicat
idẽ filius, Ego non quero gloriam meam, est
qui quærat vt iudicet, vt scias ideo dictũ, Pa-
ter non iudicat quenquã, sed omne iudiciũ
C dedit filio: qm̃ iudicãdis viuis & mortuis for
ma hominis apparebit, q̃ non habet pater,
Zach. 12 pp̃ q̃ ait Propheta, Videbunt in quem pupu
gerunt. Sed inuisibiliter ẽt pater erit cum il-
Ioan. 16. lo, quia inseparabilis est ab eo. Si.n.non solũ
solus qm̃ pater mecum est, ait ipse moritu
rus: quanto magis secũ habebit patrem, de
mortuis & viuis iudicaturus? Cum illo erit
ẽt spiritussanctus, Q̃uo.n.deseret cum spũs-
sanctus in regali sede, quo plenus regressus
...u.3. est a Iordane? Quod itaq; scriptũ est ad He-
...b.2. breos, Nunc aũt necdũ videmus omnia sub-
iecta ei: eum aũt modico minus ab angelis
minoratum videmus Iesum pp̃ passionem
mortis, docere nos debes q̃uo intelligendũ
...o.15. est q̃ scriptum est ad Corinthios, Cum autẽ
omnia illi subiecta fuerint: quia secũdum id
dictum est q̃ factus est homo, non secundũ
id q̃ est Deus. Sic ergo in homine apparens,
in quo per passionem mortis minoratus est
modico minus ab angelis, viuos & mortuos
...29. iudicabit, qñ dicturus est, Venite benedicti
patris mei percipite regnum. Quo testimo-
nio non hominem, sed Deum minorem suo
patre quasi probare voluisti: sed sicut ab eis
qui intelligunt respicitur, non probasti. De
...19. spiritussancti aũt gemitibus, quia nõ ipse ge-
mit, sed inspirans nobis desiderium sanctũ,
nos facit gemere quamdiu peregrinamur a
...r.5. dño, iam tibi sufficienter respondisse me exi
stimo. Et tales de scripturis sanctis locutio-
nes, quantum satis videbatur ostendi, qm̃ sic
dr̃ gemere spiritussanctus, quia nos facit ge-
22. mere, sicut dixit Deus, Nunc cognoui: qñ
cognoscere hominem fecit. Non.n. tunc co-
D gnouerat q̃ tunc se dixerat cognouisse, quia
omnia scit antequã fiant. Ad q̃ te responde-
re non potuisse ostendi. Quid prodest, quia
sentis, qñ non cõsentis? Iam ẽt de verbis dñi
vbi ait, Ego & pater vnum sumus: nihil te re
...o. spondere potuisse monstraui. Sed vt hic quo
que ostendam, sic exemplis vt dicis, quibus

ego vsus sum vis probare q̃uo dictũ sit, Ego
& pater vnum sumus: & ob hoc cõmemo- Ioan. 20.
ras Apostolicũ testimoniũ, q̃ a me positum
est, vbi ait, Qui adhæret dño, vnus spiritus
est: dic & tu, cum adhæret patri filius, vnus
Deus est. Non.n. ait Apostolus, Qui adhæret
dño, vnum sunt: sicut dictum est, Ego & pa-
ter vnum sumus: sed ait, vnus spiritus est. Cũ
aũt tu non dicas, Cum adhæret patri filius,
vnus Deus est: vt q̃d & tu adhibes hoc Apo- E
stoli testimonium, vbi ait, Qui adhæret dño, 1. Cor. 6.
vnus spiritus est: nisi vt te etiam a te produ-
cto teste conuincam? Nunc saltem distingue
duo ista, quæ non potuisti cum simul esse-
mus in nostra disputatione distinguere. Dili-
genter itaque intellige quod dico. Quando
de rebus duabus aut pluribus dicitur, vnus
est vel vna est, & additur quid vnus vel quid
vna, & de his quæ diuersæ, & de his quæ sũt
vnius substantiæ dici potest. Diuersæ sunt e-
nim substantiæ spiritus hominis & spiritus
dñi: & tamen dictum est, Qui adhæret domi
no, vnus spiritus est. Vnius autem substantiæ
sunt animæ hominum & corda hominum:
de quibus dictum est, Erat illis anima vna & Acto. 4.
cor vnum. Vbi autem dicitur de duobus, aut
pluribus, vnum sunt: nec additur quid vnum
sint, non diuersæ intelliguntur, sed vnius esse
substantiæ, sicut dictum est, Qui plantat &
qui rigat vnum sunt: Et, Ego & pater vnum
sumus. Tu autem qui patrem & filium diuer
sas vis esse substantias, inuenire non potui- 1. Cor. 3.
sti, vbi de diuersis substantijs dictum fuerit, Ioan. 10.
vnum sunt. Et qui non vis dicere, cum filius
adhæret patri, vnus Deus est: adhibuisti & tu
Apostoli testimonium quod ego adhibue-
ram, sed adhibuisti contra teipsum, vbi ait,
Qui adhæret domino, vnus spiritus est. Si e-
nim de his qui diuersæ substantiæ sunt, recte
dici potuit, vnus spiritus est: Quanto magis
de his qui vnius substãtiæ sunt recte dicitur,
vnus Deus est. Si hæc intelligis, non te ad ea
respondisse iam perspicis, & de consensu vo
luntatis te inaniter tam multa dixisse cogno-
scis. Etiam nos quippe incomparabilem cõ-
sensum voluntatis, atq; indiuiduæ charitatis, F
patris & filij & spiritussancti cõfitemur, pro
pter q̃ dicimus, hæc Trinitas vnus est Deus.
Sed nos hoc etiam, quod vos non dicitis, di-
cimus, propter vnam eandemque naturam
atque substantiam, hi tres vnum sunt. Hæc si

diſtinxeris, & contentioſus eſſe nolueris, nõ
Mat. 14. te ad ea reſpondiſſe aliquid iã uidebis, & de
hac qõne proculdubio iam tacebis. Vbi aũt
dixit filius patri, Verũ non ꝙ ego uolo, ſed
ꝙ tu uis: quid te adiuuat ꝙ tua uerba ſubiun-
gis & dicis, Oſtendit vero uoluntatem ſuam
ſubiectã ſuo genitori: Quaſi nos negemus,
G hominis voluntatẽ uoluntati Dei debere eſſe
ſubiectã? Nã ex natura hominis hoc dixiſſe
Deũ cito uidet, qui locũ ipſum ſancti Euan-
gelij paulo attentius intuetur. Ibi.n.dixit, Tri
ſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ. Nunquid
ex natura uniciuerbi poſſet hoc dici? Sed ho
mo qui putas gemere naturã ſpirituſſancti:
cur nõ ẽt naturã uerbi Dei unigeniti triſtem
dicas eſſe potuiſſe? Ille tñ ne quid tale dicere
tur, non ait, triſtis ſum: quamuis ẽt ſi hoc di-
xiſſet, non niſi ex natura hominis oportuiſ-
ſet intelligi: ſed ait, Triſtis eſt anima mea: q̃
ſicut homo utiq; habebat humanã: quanquã
& in hoc ꝙ ait, Non ꝙ ego uolo: aliud ſe o-
ſtendit uoluiſſe quam pater, ꝙ niſi humano
corde non poſſet, cũ infirmitatem noſtram
in ſuũ, non diuinum, ſed humanũ transfigu-
raret affectum. Homine quippe non aſſum-
pto, nullo modo patri diceret unicũ uerbũ,
Non ꝙ ego uolo. Nunquam.n. poſſet immu
tabilis illa natura quicquã aliud uelle quam
pater. Hæc ſi diſtingueretis, Arriani hæretici
Ioan. 6. non eſſetis. Nam & illud ꝙ dictum eſt. De-
ſcendi de cęlo nõ ut faciam uoluntatẽ meã,
ſed uoluntatẽ eius, qui me miſit: põt quidem
accipi ẽt ſecundũ id ꝙ eſt unigenitum uer-
bum: ut ideo uoluntatẽ non ſuam dixerit eſ-
ſe, ſed patris, qm̃ de patre eſt quicquid eſt fi-
lius: non eſt aũt de filio quicquid eſt pater,
ſecundum ꝙ dictum eſt, Et mea doctrina nõ
Ioan. 7. eſt mea, ſed eius qui me miſit: qm̃ patris do-
ctrina ipſe eſt qui patris eſt, uerbum, & utiq;
H non eſt a ſeipſo, ſed a patre. Et rurſus cum di
Ioan. 16. cit, Omnia quæ habet pater, mea ſunt: patri
ſe oſtendit æqualem. Non abſurdum eſt tñ ut
ẽt hoc, ſecundum id ꝙ homo factus eſt, di-
xiſſe accipiatur. Deſcendi de cęlo non ut fa-
ciam uoluntatẽ meam, ſed uolũtatẽ eius qui
me miſit. Secundus.n. Adam qui tollit pecca
Ioan. 1. ta mundi, iſto mõ ſe diſcreuit a primo Adã,
per quẽ pctm̃ intrauit in mũdũ: quia iſte nõ
fecit uoluntatem ſuam, ſed eius a quo miſſus
Rom. 5. eſt, cũ ille fecerit ſuam, non eius a quo crea-
tus eſt. Nec moueat qũo Xp̃s ſecundum id ꝙ

homo eſt deſcenderit de cęlo, cum de matre
quæ in terra erat factus ſit homo. Hoc.n.pro
pter unitatem perſonæ dictum, qm̃ una per-
ſona eſt Xp̃s Deus & homo. Propter ꝙ etiã Ioan. 3.
nemo, inquit, aſcendit in cęlum, niſi qui de
cęlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cę-
lo. Si ergo attendas diſtinctionem ſubſtantia
rum, filius Dei de cęlo deſcendit, filius homi
nis crucifixus eſt. Si unitatem perſonæ, & fi- I
lius hominis deſcendit de cęlo, & filius Dei
eſt crucifixus, Ipſe eſt.n. dñs gloriæ, de quo
ait Apoſtolus, Si.n. cognouiſſent, nunquam 1. Cor.
dñm gloriæ crucifixiſſent. Propter hãc ergo
unitatem perſonæ, non ſolũ filium hominis
dixit deſcendiſſe de cęlo, ſed eſſe dixit in cę-
lo, cũ loqueretur in terra. Non ergo uolunta
tem ſuã facit, quia pctm̃ non fecit, ſed uolun
tatem fecit illius qui eum miſit. Tunc.n. facit
homo uoluntatem Dei, qñ facit iuſtitiã quæ
ex Deo eſt. Nec ſic arbitremur a patre miſsũ
eſſe filium, ut non ſit miſſus a ſpirituſancto,
cum uox ipſius ſit per Prophetam, Et nunc
dñs miſit me, & ſpiritus eius. Hoc.n. filium Eſa. 48.
dixiſſe indicant ea quæ ſunt dicta ſuperius,
Nam ſic ad iſta uerba peruentum eſt, Audite
me inquit, Iacob & Iſrael quem ego uoca-
bo. Ego ſum primus, & ego ſum in æternũ,
& manus mea fundauit terram, dextera mea
ſolidauit cęlum. Vocabo illos, & aſtabũt ſi-
mul, conuenient etiam uniuerſi & audient.
Quis illis enunciauit hæc? Diligẽs te, feci vo
luntatem tuam ſuper Babylonia, ut tollatur
ſemen Chaldęorum. Ego locutus ſum, ego
uocaui, adduxi illum, & proſperam uiã eius
feci. Conuenite ad me, & audite iſta, Nec.n.
ab initio in obſcuro locutus ſum, cũ fiebant
ibi eram, Et nunc dñs miſit me, & ſpiritus e-
ius. Quid hoc apertius? Nec ſic a patre & ſpi
rituſancto miſſus eſt ut ſe ipſe non miſerit:
ſicut a patre oſtenditur traditus, ubi legitur,
Qui filio proprio non pepercit, ſed pro no- Rom.
bis omnibus tradidit eum. Alio autem loco
de ipſo filio dicitur, Qui me dilexit, & tradi- K
dit ſeipſum pro me. Qũo autem nõ facit uo- Gal.
luntatem ſuam qui dixit, Sicut pater ſuſcitat Ioan.
mortuos & uiuificat, ſic & filius quos vult
uiuificat? Et cum ei dictum eſſet, Si uis, po-
tes me mundare. Reſpondit, Volo mundare. Mat.
Et ad uerbũ continuo factum eſt quod uelle
ſe dixit. Sicut autem facit filius uoluntatẽ pa
tris, ſic & pater facit uoluntatem filij. Nã fi-
lius

lius dicit, Pater volo vt vbi ego sum, & isti
Ioan.17. sint mecũ. Nec dixit peto vel rogo, sed volo:
vt isto volẽte faceret ille, sicut illo volente
faciebat iste: & non alia ille alia iste: sed q̃ il-
le, hæc ẽt iste. Queçũq;.n. pater facit, hęc &
Ioan.5. filius similiter facit. Verba sunt ipsius, verba
Cap.21. veritatis sunt, falsa esse nõ possunt. Suscipere
1.Cor.6 te dicis quod protuli, Nescitis quia tẽplum
Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Qđ
potuisti dicere ideo dictũ esse, quia in nemi-
L ne habitat Deus, quẽ nõ ante spiritussanctus
sanctificauerit atq; purgauerit, quasi templũ
Deo habitaturo nõ sibi sanctificet & purget
spiritussanctus: cum Apostolus hinc ostende
rit ipsum esse Deũ, cuius nos dixerat esse tẽ-
plum, quia nõ ait, & spiritus Dei sanctificat
& purgat vos vt Deus habitet ĩ vobis: sed ait,
Spiritus Dei habitat in vobis: vtiq; in templo
suo Deus habitat. Nã quid est tẽplũ Dei, nisi
habitaculũ Dei? Vidisti aũt ẽt cõsequenter es
se Deũ nostrũ cuius sumus templũ, & nolui-
sti aliud testimoniũ cõmemorare quod pro
tuli. Nescitis quia corpus vestrũ tẽplũ in vo-
1.Cor.7. bis spiritussancti est, quẽ habetis a Deo? Iam
ergo confitere Deũ esse spiritũsanctũ, Neq;
enim nisi esset Deus haberet tẽplũ, & templũ
non manufactũ, sed ædificatũ de mẽbris Dei.
Christus.n. super omnia est Deus benedictus
in secula, cuius mẽbra sunt nostra corpora.
Qui.n. dixit, Nescitis quia corpus vestrum tẽ
plũ in vobis spiritussancti est: ipse dixit, Ne-
scitis qua corpora vestra membra sunt Chri
sti? Ita ne vero cui de lignis & lapidibus Sa-
lomon ędificauit templũ, Deus est: & cui tẽ-
plũ ædificatur de membris Christi: hoc est,
de membris Dei, Deus nõ est? Cũ loquens de
11. Deo beatissimus martyr Stephanus dixerit,
Salomõ ędificauit ei domũ, sed summus nõ
in manufactis templis habitat. Et tñ Christi
mẽbra quorum caput est super omnes cęlos
tẽplũ sunt spiritussancti, quẽ constat venisse
de cęlo. Istũ negare Deũ quid est, nisi non es
se & nolle esse templũ eius? Alloquitur nos
Apostolus dicẽs? Obsecro aũt vos fratres per
miserationes Dei, vt exhibeatis corpora ue-
stra hostiam viuam, sanctam, Deo placentẽ.
Corpora itaq; fidelium hostia sunt Deo, mẽ
M bra Christi, tẽplũ spiritussancti, & Deus nõ
est spiritussanctus? Quis hoc dicit nisi in quo
non habitat? Quoniam in quo habitat, uti-
que templum eius est. Deniq; cum dixisset
Apostolus, Nescitis quia corpus uestrũ tem-
plum in uobis spiritussancti est, quem habe- Act.5.
tis, & non estis uestri, Empti enim estis pre-
cio magno: continuo secutus adiunxit, Glo-
rificate ergo Deũ in corpore uestro. Vbi di-
lucide ostendit Deũ esse spiritũsanctũ, glori
ficandũ scilicet in corpore uestro tanquã in
templo suo. Et quod Ananię dixit Apostolus A
Petrus, Ausus es mẽtiri spirituisancto? Atq;
ostendens Deũ esse spiritumsanctũ, Non es,
inquit, hominibus mentitus, sed Deo. Miror
aũt cor uestrũ quantũ sermone explicare nõ
possum, quomodo cũ sic laudaretis spiritũ-
sanctũ, ut eũ sanctificandis fidelibus ubiq; as
seratis esse præsentẽ, tamen negare audeatis
Deũ. Itane Deus nõ est qui repleuit orbẽ ter-
rarũ? Scriptura enim dicit, Spiritus domini
repleuit orbẽ terrarũ. Sed quid dicamus qđ
repleuit orbẽ, qui repleuit orbis etiam redẽ-
ptorẽ? Dominus enim Iesus plenus spiritu-
sancto regressus est a Iordane: & præsumitis Sapien.1
dicere, q̃a ipse dñs Iesus erat, & spiritus san-
ctus quo plenus erat, non erat Deus: tam ma Mat.3.
le sentientes de spiritusancto, ut no ei tribua
tis, saltẽ quod tributũ est Moysi famulo Dei,
qui non munera gratiarũ, sed plagarũ prodi-
gia in eodẽ spiritusancto, quia ipse est digi-
tus Dei, Aegyptijs ingerebat, & tamen Pha-
raoni Deus erat. Vno loco erat ad affligẽdos
Aegyptios, & Pharaoni Deus erat: Vbiq; ad- Exo.8. & 7.
est spiritussanctus ad hoĩes in ęternam uitã
regenerandos, & non est eis Deus? Imo uero
est, & Deus uerus est, quia Dei ueri mẽbra tẽ
plum eius est: & utiq; subiectum est tẽplum
illicuius est templũ. Quomodo ergo Deus
non est cui sunt mẽbra Dei subiecta? Ac per
hoc & dominus est tẽpli sui. Quis enim hoc
neget, quis ita desipiat, ut dicat non esse ali-
quem dominum domus suæ? Quomodo er-
go spiritussanctus non est dominus, qui do-
minus est mẽbrorum domini? Ipse est quip-
pe spiritus domini de quo uno eodemq; lo-
co dictum est, Cum autem conuersus fuerit 2.Co.3.
ad Deum, auferetur uelamen. Dominus au-
tem spiritus est. Vbi autem spiritus domini,
ibi libertas, Iam creatorem superius demon
straui spiritumsanctum. Quomodo autem B
rex non est, cuius templum est qui membra
sunt regis? Quomodo non consideт patri &
filio, qui repleuit filiũ, qui membra filij suã
possidet domum? Nisi forte quando filius

regressus est a Iordane, plenus erat spiritusancto: & qñ sedere cępit ad dexterā patris, exclusit à se spiritumsanctū? Deinde cum de patre procedat, qūo cū patre non sedeat, Cū ipsa sessio non sit vtiq; cogitanda carnaliter? Alioqnin opinaturi sumus honorabilius filiū sedere quā patrē: Honorabilius quippe sedetur ad dexterā, & videbitur esse consequens, vt pater sedeat ad sinistram. Postremo C qualis vobis persuaserit spiritus, vt sancto spiritui denegetis, quod sanctis hominibus Ephes. 2. sancta scriptura cōcedit, vos videritis. Ait.n. Apostolus, cū essemus mortui peccatis, conuificauit nos Christo: cuius gratia salui facti sumus, & simul excitauit, & simul sedere fecit in cęlestibus in Christo Iesu. Sancti ergo quos sanctificat spiritussanctus conuiuificati Christo: ita simul sessuri prædestinati sunt, ut iā factū dicat Apostolus, quod certū est af futurū, & ipsi spirituisancto subtrahitur a vobis quisquis est ille consessus, tanquā sedere cū patre vel filio sit indignus, qui eadē sede efficit condignos. Cui mouetis etiā quęstionē ꝙ nō adoretur, & hoc vtiq; simillimo errore, cū legatis vt iā supra docui, a sanctis ēt homines adoratos. Et tamen vt inuidiā blasphemantis euites, ita laudas spm̄ sanctum, vt tribuas ei ꝙ nō habet vlla creatura, & detrahas ei quod adipiscitur & humana creatura.

Cap. 22. Dixisse me quod cōmemoras fateor, & nūc dico, ꝙ Saluator noster non dixerit, vt ipsi & Ioan. 17. nos vnū: sed vt ipsi sint vnū. Et de his Euangelicis verbis satis a me recolo iā fuisse respōsum, cū ostenderem refellere te non potuisse quæ dixi: Quoniam poposci, vt proferres vbi legetis vnum sunt, dictū esse aliquibus rebus, quę nō essent vnius eiusdēq; substantię: neq; protulisti. Quid enim te adiuuat ꝙ dilectionis consensione affirmas dictū esse de 1. Co. 3. Paulo & Apollo: Qui plantauit aūt & qui rigat vnū sunt, cū eos nō ostēdas diuersæ fuisse substantię? Ambo quippe homines erant. Si D enim nō diligerent inuicē, natura vnum essent, dilectione non essent. Si autem vnū natura non essent, vnū dici dilectione nō possent. Poscit ergo filius vt ita sint vnum, quomodo ipse & pater vnū sunt, i. non solū natura, quod iam erant, verumetiam perfectione charitatis atq; iustitię, pro suę capacitate naturæ, quantum in Dei regno esse potuerint. Vt etiam ipsi summe vnum sint in natura sua, quēadmodū pater & filius summe vnū sunt, quāuis in excellentiore atq; incōparabiliter meliore natura sua. Dixit ergo ad patrem filius, Pater sancte serua eos in nomine Ioan. 17. tuo quos dedisti mihi, vt sint vnū sicut & nos. Non dixit, vt nos vnū nobiscū: aut, vt simus E vnū ipsi & nos. Itē paulopost, Non pro his autem rogo tantū, sed etiā pro eis qui credituri sunt per verbū eorum in me, vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint. Neq; hic dixit, vt ipsi & nos vnū simus, sed vnū sint in nobis. Qm̄ homines qui natura vnū sunt, summe atque perfecte secundū suū modū vnū esse nō possunt iustitiæ plenitudine, nisi in Deo perficiantur, vt vnū sint in patre & filio, i. in ipsis vnū, non cū ipsis vnū. Adhuc sequitur & adiungit, Vt mundus credat quia tu me misisti, Ibidem. & ego claritatē quā dedisti mihi, dedi illis, vt sint vnum, sicut nos vnū sumus: Ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnū. Neq; dixit, vt nobiscū sint vnū: aut, vt ipsi & nos simus vnū. Deinde cū addidisset, Vt cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti: secutus adiunxit, Pater volo vt vbi ego sum & illi sint mecū. Vbi sum, inquit, mecū sint. Hoc ergo voluit vt cū illo essent, nō vt illi & ipsi vnū essent. Quid est quod dicere voluisti, Dilectionis fecit mentionē, & nō substantię: quanuis tu non eo loco ista domini verba posueris, quo ab ipso sunt posita? Sed quid ad nos? quādoquidē non ipsos & ipse, vel ipsos & patrem dixit aut voluit vnum esse, sed ipsos vnum esse voluit, quos nouerat vnius esse substantię. Sicut & nos, inquit, vnū sumus, quos identidē nouerat vnius esse substantiæ. Tu si vis aliqd respondere, ostende secundū scripturas sanctas de aliquibus rebus dictum, vnum sunt, quarū est diuersa substantia. Hoc.n. Christus non dixit, quod tamen tu ausus es dicere, id F est, Apostolos vnū esse cū patre & filio: in eo quod in omnibus ad voluntatem Dei patris respicientes, ad imitationem filij subditi vni Deo patri & ipsi inueniuntur. Hæc dicens, Deum & homines sanctos vnum esse fecisti. Potest ergo quisquā sanctorum dicere, Ego & Deus vnum sumus? Absit hoc a cordibus & oribus sanctis. Puto autem quod & vos à quocunque hoc audiatis, horrescitis, nec fertis quanquam hominem quantolibet mu-

nere

nere sanctitatis excellat dicentẽ, Ego & Deus vnum sumus: Sed forte arrogantiæ videatur, vt hoc de seipso aliquis dicat. Itane vero qs-quam vestrũ: & si non audet dicere, Ego & Deus vnũ sumus: saltẽ audet dicere, Paulus & Deus vnum sunt: sicut incunctanter dicimus, Paulus & Apollo vnũ sunt: Deus pater
F & Deus filius vnũ sunt? Porro si non audetis dicere quilibet homo sanctus, quilibet Propheta, quilibet Apostolus & Deus vnũ sunt, quis te vrgebat, quis te præcipitabat, vt diceres, Apostoli vnũ sunt cũ patre & filio? Vnũ sunt, inquis pater & filius, non tñ vnus: continuoq; subiungis, Vnũ ad concordiã pertinet, vnus ad numerũ singularitatis. Volebas aũt dicere, Vnũ sunt, ad concordiã pertinet: vnus est, ad numerum singularitatis. Sed te a cõsideratione verborũ tuorũ impetus disputationis auertit. Nã & vnũ & vnus vtiq; ad numerum pertinet singularẽ. Sed ꝙ verum est, vnum sunt: ꝑꝑ id ꝙ additum est, sunt: pluralem indicat numerũ, quadam singularitate connexum: vnus est aũt, apertissime numerus est singularis. Sed nunquid Apostolus diceret, Qui aũt adhęret dño, vnum sunt? Quid enim aliud diceret si hoc diceret, nisi homo sanctus & Deus vnum sunt? Sed absit absit ab illa sapientia ista snĩa, & tamen dixit, Qui autẽ adhæret dño, vnus spiritus est, vt noueris de his dici, vnũ sunt, qui vnius sunt eiusdẽq; substantiæ: sicut quibusdã hominibus dictũ est, Omnes.n. vos vnum estis in Christo Iesu. Et sicut ait ipse Christus, Ego & pater vnũ sumus. Cum aũt vnus dr̃, & quid vnus natura, & quid vnus adijcitur: & de diuersis substantijs dici potest, sicut dictũ est, Qui adhæret domino, vnus spiritus est: & de rebus vnius substantiæ, sicut dictũ est, Erat eis anima vna & cor vnũ. Vnum erat, dixit, non dixit, erant: & quid erat dixit, i. anima & cor. Sic & de patre & filio, vnum sunt dicimus, quia vnius substantiæ duo sunt, & vnus est, dicimus, sed addimus ꝙ vnus, i. vnus Deus, vnus
G dñs, vnus omnipotens, & si quid hmõi. Satis me vobis duarum istarũ locutionũ arbitror inculcasse distantiam. Scrutare itaq; scripturas canonicas veteres & nouas & inueni si potes vbi dicta sunt aliqua, vnum sunt, quæ sunt diuersæ naturæ atq; substantiæ. Sane falli te nolo in epistola Ioannis Apostoli, vbi ait, Tres sunt testes, spũs, aqua & sanguis, & tres vnũ sunt: Ne forte dicas spiritũ & aquã & sanguinẽ diuersas esse substantias, & tñ dictum esse, tres vnũ sunt. Propter hoc admonui ne fallaris. Hæc.n. sacr̃a sunt, in quib. non quid sint, sed quid ostendant semper attenditur: qm̃ signa sunt rerum, aliud existentia, & aliud significantia. Si ergo illa quæ his significantur, intelliguntur, ipsa inueniuntur vnius esse substantiæ: tanquam si dicamus, Petra & aqua vnum sunt, volentes per petram significare Christum, per aquã spiritumsanctum. Quis dubitat petram & aquam diuersas esse H naturas? Sed quia Christus & spiritussanctus vnius sunt eiusdemq; naturæ, ideo cum dr̃, Petra & aqua vnũ sunt: ex ea parte recte accipi põt, quia istæ duæ res quarũ est diuersa natura, aliarum quoq; signa sunt rerum, quarũ est vna natura. Tria itaq; nouimus de corpore domini exisse cum penderet in ligno. Primo spiritum, Vnde scriptum est, & inclinato capite tradidit spiritum. Deinde qñ latus eius lancea perforatum est, sanguinem & aquam. Quæ tria si per se ipsa intuemur, diuersas habent singula quæq; substantias. Ac per hoc non sunt vnum. Si vero ea quæ his significata sunt velimus inquirere, nõ absurde occurrit ipsa Trinitas, quæ vnus solus, verus, summus est Deus, pater & filius & spiritussãctus: de quibus verissime dici potuit, Tres sunt testes, & tres vnũ sunt: vt nomine spiritus significatũ accipiamus Deũ patrem. De ipso quippe adorando loquebatur dominus vbi ait, Spiritus est Deus: Nomine autem sanguinis filium, quia verbum caro factum est. Et nomine aquæ spiritumsanctum. Cum.n. de aqua loqueretur Iesus, quam daturus erat sitientibus, ait Euangelista, Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credẽtes in eum. Testes vero esse patrem & filium & spiritumsanctũ, quis Euangelio credidit, & dubitat? dicente filio, Ego sum qui testimoniũ perhibeo de me, & testimoniũ ꝑhibebit de me qui misit me pater. Vbi & si non est commemoratus spũssanctus, nõ tñ intelligitur separatus. Sed nec de ipso alibi tacuit, eumq; I testẽ satis aperte monstrauit. Nã cum illum ꝓmitteret, ait, Ipse testimoniũ perhibebit de me, Hi sunt tres testes, & tres vnũ sunt, quia vnius substantiæ sunt. Quod aũt signa quib. significati sunt, de corpore dñi exierunt, significauerunt Ecclesiam prędicãtem Trini-

Triplex testimonium.

Ioan. 19.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

Ioan. 7.

Ioan. 8.

Ioan. 15.

tatis vnã eandemq; naturam: qm̃ hi tres qui
trino modo significati sunt, vnum sunt: Ec-
Col. 1. clesia vero eas prædicans, corpus est Christi.
Si ergo tres res quib. significati sunt, ex cor-
pore dñi exierunt, sicut ex corpore dñi so-
nuit, vt baptizarentur gentes in nomine pa-
tris & filij & spiritussancti: in nomine, non in
Mat. 28. nominibus. Hi. n. tres vnum sunt: & hi tres
vnus est Deus. Si quo aũt alio modo tanti sa
cramẽti ista profunditas, quæ in epistola Ioã
nis legitur, exponi & intelligi potest secun-
dum catholicã fidem, quæ nec cõfundit nec
K separat Trinitatẽ, nec abnuit tres personas,
nec diuersas credit esse substantias, nulla ra-
tione respuendum est. Quod. n. ad exercẽdas
mentes fideliũ in scripturis sanctis obscure
ponitur, gratulandũ est si multis modis, non
Cap. 23. tñ insipienter exponatur. Quid est aũt ꝙ po-
scis vt astruã, si pater & filius & spũssanctus
vnus est Deus, cũ hoc astruat voce clarissi-
Deu. 6. ma scriptura diuina dicens, Audi Israel, dñs
Deus tuus Deus vnus est? Quod & vos vtiq;
audiretis si Israel esse velletis, non carnaliter
Ibidem. vt Iudęi, sed spiritaliter vt Christiani. Qui. n.
non vult fideliter audire ꝙ dictum est, Audi
Israel, dñs Deus tuus Deus vnus est: superest
ut eũ qui hoc dixit credat esse mendacem.
Si aũt mendax ille non est, uox ista uera est.
Si uox ista uera est, quæstio ista finita est Pro
culdubio quippe uos ueritas cogit patrẽ &
filium & spm̃sanctum confiteri unũ Deum
Al. l. vnũ dominũ Deum. uerum. * Sed si spm̃sanctum, cuius templũ
non manufactum, sed corpus est nostrũ: cu-
ius templum non ligna & lapides, sed mẽbra
sunt Christi, negatis Deum: de ipso Christo
quid dicturi estis, quẽ Deum & dñm confite
mini? Respondete itaq; nobis, utrũ pater &
filius unus sit dñs Deus? Si. n. nõ est unus, duo
sunt: Si duo sunt, mentitur qui dicit, Audi Is-
Deu. 4. rael, dñs Deus tuus Deus unus est. Mentitur
Deu. 32. Dominus qui dicit, Videte qm̃ ego sum Deus, & non
est alius præter me. Sed quia illum mentien-
tem dicere non audetis, quare uos corrigere
dubitatis, & uenire uel redire ad catholicam
fidem: quæ patrem & filium & spm̃sanctum
non tres dños deos, sed dñm Deum credit &
L dicit, clamantem populo suo, Audi Israel,
dñs Deus tuus Deus unus est. Et, Videte qm̃
ego sum Deus, & non est alius præter me? Si
te dicam surdum & cęcũ, qui nec audis ista
nec uides, cõtumeliosum sine dubio me pu-
tabis. Ecce nõ dico, Expone ergo nobis quõ
accipias, Audi Israel, dñs Deus tuus Deus
unus est: utrum ibi sit intelligendus & Chri-
stus, an non sit. Si. n. dixeris: ibi est, confitebe
ris mecum patrem & filium unũ esse dñm:
Si aũt responderis Christum non esse ibi in-
telligendum, duos contra uocem diuinã in-
troducturus es dños deos, qm̃ non negas ẽt
Christum esse dñm Deum. Similiter abs te
q̃ro quõ accipias, Videte qm̃ ego sum dñs, *Mal.*
& non est alius præter me. Ibi est Christus,
an non est? Si ibi est, profecto pater & filius M
unus est dñs: Si aũt ibi non est, & tñ dñs est:
mentitur qui dicit, non est alius præter me
dñs. Est. n. alius dñs filius, si non est unus dñs
pater & filius. Quantumcunque. n. excellen-
tius laudes patrẽ, & infra eum deprimas fi-
lium, id agis ut æquales non sint: non ut duo
non sint. Clama quantum uis, pater est ma-
ior, filius minor: respondetur tibi, duo sunt
tñ maior & minor. Nec dictũ est, dñs Deus
tuus maior dñs est: sed dictum est, Dñs Deus
tuus, Deus unus est: Neque dictum est, non
est alius æqualis mihi: sed dictum est, Non
est alius dñs præter me. Aut ergo confitere
patrem & filium unum esse dñm Deum, aut
aperte nega dñm Deum esse Christum, sicut
aperte negas dñm Deum esse spiritumsan-
ctum. Quod si feceris, illis quidem te diui-
nis uocibus nõ urgeo, sed alia testimonia di
uina proferam, quibus te & in isto errore de
testabiliore conuincam. Nunc autem & si ne
gas dñm Deum esse spiritumsanctũ: ut istis
tñ uocibus conteraris, satis est ꝙ Christum
Deum & dñm confiteris: qui si non est cum
patre unus dñs Deus, duo dñi Dei uestri erũt
& falsæ illæ Dei uoces erunt. Dñs Deus tuus *Deu*
Deus unus est: & nõ est alius præter me. Sed *Deu*
quanto melius erunt uerba uestra emendata,
quam Dei uerba mendacia? Quæris a me,
utrũ Iudaico modo te horter profiteri unũ
Deum: an de subiectione filij potius, secun-
dum quod fides habet Christiana, ostenda-
tur unus esse Deus: cuius filius nr̃ est Deus:
Ita hoc dicis quasi Iudęorum sit uox, Audi
Israel, dominus Deus tuus Deus unus est: A
aut, Ego sum dñs, & non est alius præter me.
Ipse Deus hoc dixit, agnosce & tace: uel po-
tius edissere quõ uerũ dixerit, quem nullus
uestrum audet affirmare mentitum. Edissere,
inquam, quõ uerum sit, dñs Deus tuus Deus
vnus

vnus est: si dñi Dei nostri vt dicitis duo sunt: vnus maior, alius minor. Edissere q̃uo verũ sit, Ego sum dñs, & non est alius præter me. Quis.n.hoc dixerit quæro, vtrum pater, an filius? Si pater dixit, Ego sum dñs, & non est alius præter me: verũ dixit, quia est alius dñs filius. Si filius hoc dixit, nec ipse verum dixit: quia est alius dñs pater. Si aũt hoc dixit Trinitas, profecto & verũ dicit, & vos falsum dicere ostendit. Trinitas quippe secundũ verã B fidem, i. pater & filius & spũssanctus, in cuius nomine baptizamur, & vnus dñs Deus noster est, & præter ipsum alius nõ est. Ipse est 1. Cor. 8. enim Deus de quo dicit Apostolus, Nullus est Deus nisi vnus. Nã si hoc de patre acceperis dictum, non tibi erit Deus Christus, quia non põt solui scriptura dicens, Nullus Deus nisi vnus: vt hic vobis taceam de spiritusancto, quem superius dñm Deum ostendimus, vobis negantibus. Quapropter si Macedoniani hæretici essetis, qui de solo spiritusancto catholicæ fidei consentire detrectant: patrẽ vero & filiũ duos quidẽ esse, i. illum patrem, illum filium, & æquales esse, atq; vnius eiusdemque substantiæ: nec tñ duos dños deos, sed ambos simul vnũ dñm Deum esse cõsentiunt. Si ergo & vos saltem hactenus erraretis, non vtiq; his diuinis vocibus vrgeremini, Patrẽ quippe & filiũ assereretis vnũ dñm Deum dixisse, non est alius præter me. Vtinã non restaret agere vobiscũ, nisi vt adiungeretis spm̃sanctum, & non dualitatem, sed Trinitatem diceretis vnum dñm Deum. Nunc vero cum sic asseritis, patrem dñm Deum, & filium dñm Deum, vt simul ambos non dicatis vnum dñm Deum sed duos, maiorem vnum, & minorem alterũ, prorsus confodimini gladio veritatis dicẽtis, Audi Israel, dñs Deus tuus Deus vnus est: qui clamat, Ego sũ dñs, & non est alius præter me. Neque enim Deus pater sic vellet Israelitas a cultu deorũ reuocare multorum atq; falsorum, vt eis de vno dño ac Deo mentiretur & diceret, non C esse præter se alium Deum, cũ sciret Deum & dñm esse, suum filium. Absit vt veritas & veritatis pater mendacio deciperet populũ suum: hæreticorum sit hæc, non catholicorum tam horrenda & detestãda blasphemia. Prorsus Deum verum dicit cum dicit, Audi Israel, dñs Deus tuus Deus vnus est: quia pater & filius & spiritussanctus non tres dij, sed vnus Deus: nec tres dñi, sed vnus dñs est. Prorsus verum dicit, Ego sum dñs, & nõ est alius præter me: quia nõ hoc pater ũn, sed ipsa Trinitas dicit, hic est vnus Deus, & non alius p̃ter ipsum. Nã si pater diceret, Ego sum dñs, & non est alius præter me: negaret vtiq; Deũ esse vnigenitum filium. Et quis nostrum auderet eum dñm confiteri, contradicente patre atque dicente, Ego sum dñs, & non est alius præter me? Ac per hoc secundum rectã fidem, D non patris, sed Trinitatis hæc vox est, & patris ergo & filij & spiritussancti. Obticescant igitur linguæ ignorantium ueritatem, Hęc Trinitas Deus unus est. De hoc uno Deo dr̃, Audi Israel, dñs Deus tuus Deus unus est: hic Deus unus dicit, Ego sum dominus, & nõ est alius præter me. Subiectus est quidem patri filius secundum formam hominis: non tamen sunt duo dij & duo domini secundum formam Dei, sed ambo cũ spiritu suo * unus est dñs. Al. l. Sancto. Testimonia quæ de Paulo Apostolo protulisti, contra te loquuntur & nescis. Dicit enim ille, Gratia vobis & pax a Deo patre nostro & dño Iesu Christo. Rom. 8. Q̃uo est autẽ dñs Iesus Christus, si pater dicit, Ego sum dominus, & non est alius præter me? Non ergo solius patris, ut dixi, sed Trinitatis hæc uox est. Adhibes alterum testimonium, & ipsum contra teipsũ, 1. Cor. 8. ubi ait Apostolus, Vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus dñs Iesus Christus, per quem omnia, & nos in ipso, sicut tu locutus es. Apostolus aũt, & nos per ipsum ait, non ait in ipso. Sed hæc quid ad causam? solent ista contingere ex memoria proferentibus testimonia, non ex codice illa legẽtibus. Quod ad rem pertinet potius ituere. 1. Co. 8. Ecce dicit Apostolus, Vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Omnino duas personas, unã patris, alteram filij, sine ulla cõfusione & sine ullo errore distinxit. Neque enim duo sũt E dij patres, sed unus Deus pater. Nec duo sunt domini Iesu Christi, sed unus dominus Iesus Christus. In illa quippe Trinitate quæ Deus est, unus est pater, non duo uel tres: & unus filius, non duo uel tres: & unus amborũ spiritus, non duo uel tres. Et ipse unus pater utique Deus est, & ipse unus filius etiam uobis fatentibus Deus est, & ipse amborum spiritus etiam uobis negantibus Deus est. Sic & domi-

dominum si quæras, singulum quenq; respõdeo, sed simul omnes non tres dños deos, sed unum dñm Deum dico. Hæc est fides nostra, qm̃ hæc fides est recta, quæ fides etiam catholica nuncupatur. Tu aũt qui huic fidei contradicis, quæso expone nobis, et Iesus Christus quomodo sit dñs, qui non Trinitatis, sed solius patris esse asseris uocem, Ego
F sum dñs, & non est alius præter me? Nempe turbaris, nempe quid respondeas non inuenis, nisi quia tacere qñ conuinceris non uis. Si.n. non Deus Trinitas, sed pater tantum dixit, Ego sum dñs, & non est alius præter me: proculdubio negauit esse dñm filium, qm̃ si dominus est & filius, falsum dictum est, non est alius dñs præter me. Non enim agitur de domino, quales sunt domini hominum seruorum, quos Apostolus secundum carnem dominos esse dicit, sed de domino agitur, cui seruitus illa debetur, quæ Græce λατρεία dicitur, secundum quam dictum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Qui dñs Deus si non Trinitas est, sed so-
Deu. 6. lus est pater, prohibemur utique domino
Mat. 4. Deo Christo tali seruitute seruire, in eo ꝙ audiuimus, illi soli seruies, si ita dictum est, ac si diceretur, Deo patri soli seruies. Qui profecto si solus, & non ipsa Trinitas dixit, Ego sum dñs, & non alius præter me, negauit esse filium dñm talem, quali domino seruitus illa debetur, qua non nisi Deo cũ uera religione seruitur. Non.n. dixit, ego sum dominus maior aut melior, & nõ est tantus ac talis præter me: sed uolens sibi soli ea quæ domino Deo debetur seruitute seruiri, Ego sum, inquit, dominus, & non est alius pręter me. Porro si uox ista, Sicut catholica fides dicit, unius Dei est, ꝙ est ipsa Trinitas, sine ulla dubitatione huic soli seruiẽdum est ea seruitute, quæ non nisi domino Deo debetur, quia ipse est dominus, & non est alius præ-
G ter ipsum. Deinde quæro quõ accipias ꝙ di-
2. Cor. 8. ctũ est, Vnus est Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dñs Iesus Christus, ꝑ quem omnia, & nos per ipsum: Nũquid nõ & ex filio sunt omnia? Quandoquidem ipse
Ioan. 5. dicit, Quæcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit. Si autem ita distinguis, ut non sint per patrem omnia, sed ex patre: nec oĩa sint ex filio, sed per filium, quis eorum tibi
Rom. 11. uidet esse ille, de quo idem Apostolus dicit, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, ꝙ̃ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius: Quis.n cognouit sensũ dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Qm̃ ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, Ipsi gloria in secula seculorum, amen. Vtrũ pater est intelligẽdus an filius? Deum nanq; prius nominauit dicens, O altitudo diuitiarum sa- H
pientiæ & scientiæ Dei. Postea vero eum dominum appellauit, vbi ait, Quis enim cognouit sensum domini? Sed hoc non habet controuersiam, utrunq; enim nomen etiam uos assignatis patri & filio. Neque enim sic dicitis Deum patrem, ut negetis esse filium, aut sic dicitis Deum filium, ut negetis esse Deũ patrem. Quamuis in hoc Apostolico testimonio quod adhibuisti, Deus dicatur pater, dominus filius, idest unus Deus pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia. Sed illud attende ubi dictum est, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: Nam siue pater sit iste, siue filius, ex ipso & per ipsum & in ipso sunt oĩa. Quomodo ergo ex patre omnia non ex filio, & per filium omnia non per patrem: quandoquidem quemlibet eorum Apostolus uoluerit hoc loco intelligi, ex ipso, inquit, & per ipsum & in ipso sunt omnia? Si ergo siue de patre siue de filio, uerissime tamen dicitur, quod ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, sine dubio patris & filij demonstratur æqualitas. Si autem quoniam non nominauit patrem & filium & spiritumsanctum, sed Deum & dominum, quod & ipsa Trinitas dici potest, singula horum trium referri ad singulos uoluit, ex ipso dicens, propter patrem, & per ipsum, propter filium, in ipso, propter spiritumsanctum, cur hanc Trinitatem unum dominũ Deum non vultis agno- I
scere? Qñquidem non ait, ex ipsis & per ipsos & in ipsis, sed ait, ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: nec ait, ipsis gloria: sed, ipsi gloria in secula seculorũ, amen. Falleris sane, qui putas de patre solo esse dictũ, Ne- Mar.
mo bonus nisi unus Deus. Si enim dixisset, nemo bonus nisi unus pater: nec sic exclusũ filium, & spiritumsanctũ ab ista unitate bonitatis uoluisset intelligi, quia & illud, ꝙ similι locutione dictum est, quam supra comme- 1. Co
moraui, Ea quæ Dei sunt nemo scit nisi spiritus

ritus Dei: non excludit ab hac ſcientia filiũ
Dei: Quanto ergo nobis latitudo intelligen-
tiæ magis patet, quia non dixit Ieſus, nemo
bonus niſi vnus pater: ſed, nemo bonus niſi
unus Deus: quod eſt ipſa Trinitas. Quærebat
quippe ille cui hoc reſpondit dñs, non bonũ
K qualecũq; ſed bonũ quo fieret beatus: immo
ipſam beatitudinẽ uerã, ideſt vitam deſidera
bat æternam: & interpellauerat tanquam ho-
Mat. 10. minẽ Chriſtũ, neſciẽs eũ eſſe etiã Deũ. Dixe-
rat.n. Magiſter bone, quid faciã vt uitã æter-
nã percipiã? Tunc ait illi, Quid me dicis bo-
nũ? Nemo bonus niſi vnus Deus. Vel ſicut le
gitur apud alium Euangeliſtã, quod tantun-
dem ualet, Nemo bonus niſi ſolus Deus. Tã
Luc. 18. quã diceret, Recte me appellabis bonum, ſi
me noueris Deũ. Nã qñ me nihil aliud quã
hominẽ putas, quid me dicis bonũ? Nõ te fa-
cit bonũ, nec beatũ, niſi bonũ immutabile ꝙ
ſolus eſt Deus. Nã bonus angelus, bonus ho-
mo, bona cętera creatura: hęc non ita bona
ſunt, ut ea quiſquis adeptus fuerit, ſit be us,
nec ulla eſt beata uita ſi non ſit ęterna. Qũo
aũt non eſt tale bonũ Dei filius uerus, cũ ſit
uerus Deus & uita æterna, ad quam cupiebat
ille qui interrogauerat peruenire? Proinde
cũ ego aſſeram, nemo bonus niſi unus & ſo-
lus Deus, de ipſa Trinitate dictũ eẽ qui Deus
unus & ſolus eſt: tu aũt aſſeras de ſolo Deo
patre dictũ eſſe quia ipſe de nullo alio Deus
de nullo alio bonus ẽ, filius aũt de pře Deus,
de patre magnus & bonus eſt: diligenter atten
de quis noſtrũ bene ſentiat de Deo & patre
& de Deo filio, Vtrũ ego qui dico, Deus qui
dẽ pater, nõ de alio Deo Deus eſt: Deus autẽ
filius de patre Deo Deus eſt, ſed tantus iſte đ
illo, quantus ille de nullo: & bonus pater nõ
E de alio bono bonus eſt, filius vero de patre
bono bonus eſt: ſed tam bonus hic de illo, q̃
bonus ille de nullo. An tu qui propterea di-
cis ſolũ eſſe patrẽ Deũ bonũ, qui nec bonus
de alio bono: filium uero ideo patri non eſſe
coæquandũ, quia de illo Deus eſt, de illo bo
nus eſt? In qua ſententia utrunq; blaſphemas
& patrẽ, ſ. quia non tantũ genuit quantus eſt
ipſe, nec talẽ qualis eſt ipſe: & filiũ, quia ta-
lis tantusq; naſci non meruit, qualis quan-
tusq; eſt ille qui genuit. Deniq; iſta ipſa duo
de quibus agimus, hoc eſt, deitas & bonitas,
qñ dictũ eſt, Nemo bonus niſi unus Deus: i
hac tua opinione deficiunt. Tantũ enim quã
tus eſt ipſe, & talẽ qualis eſt ipſe, ſi non po-
tuit gignere, quomodo Deus eſt? Si noluit,
quomodo bonus eſt? Pater inquis, fons boni
tatis eſt, qui ꝙ eſt bonus a nemine accepit.
Nunquid ideo minus bonus eſt filius, qm̃ ꝙ
bonus eſt, ab eo patre accepit, qui naſcenti
filio tantã bonitatẽ quantacunq; illi eſt, quia
Deus eſt, dare potuit: & dedit, quia bonus in- M
uidere nõ potuit? Nã ſi minus bonitatis, quã
quod ipſe habet vnico dedit, minus bonus
eſt & ipſe q̃ debuit. Quod ſentire dementiæ
eſt. Ergo quãtũ ipſe habet bonitatis, tantũ fi-
lio dedit. Et quia natura eſt non gratia filius,
naſcenti non indigenti dedit: & plenus ple-
num, fons bonitatis fontẽ genuit bonitatis,
Ac per hoc nec auxit in ſe hic quod accepit,
nec minuit in ſe ille quod dedit: quia non ha
bet immortalitas unde deficiat, non habet
plenitudo quo creſcat. Quid eſt autem ipſa Ioan. 5.
bonitas, niſi uita uiuificans? Proinde, q̃a fons
fontẽ genuit, ſicut pater ſuſcitat mortuos &
& uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat.
Hoc ipſe filius dixit, non ego. Vnde merito Pſal. 35.
Deo patri dicitur, Quoniã apud te eſt fons
uitę. Quis eſt aũt iſte fons uitę apud patrẽ, ni
ſi de quo dicitur, In principio erat uerbũ, &
uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uerbum, Ioan. 10.
hoc erat in principio apud Deum? De quo
etiam paulopoſt dictũ eſt, Et uita erat lux ho
minum: Hæc uita fons uitę eſt, & lux iſta lux
lucis eſt. Vnde cũ dictum eſſet, Apud te eſt
fons uitę: continuo ſubiunctum eſt, In lumi-
ne tuo uidebimus lumẽ: hoc eſt, In filio tuo
ſpiritumſanctum quem tu quoq; eſſe illumi
natorem in collationis noſtrę prima parte
profeſſus es. Fons ergo de fonte, filius de pa-
tre, & ſimul ambo fons unus, lux de luce, fi-
lius đ patre, & ſimul ambo lux una, ſicut Deꝰ
de Deo, & ſimul ambo utique Deus unus, &
hoc totum non ſine ſpiritu amborũ. Ex hoc
fonte bonitatis, ex hoc fonte uitę, ex hoc im
A mutabili lumine, ex hac indeficienti pleni-
tudine, ideſt, patre & filio, & ſpiritusancto,
uno domino Deo ſolo, ſecundum menſurã
fidei ſuę, qui ueraciter credunt ſumentes bo-
ni fiunt, uiuificantur, illuminantur, implen-
tur: Quibus tu vnigenitum filium, pace tua
dixerim, neſcio qua incredibili temeritate
iunxiſti. Tua quippe iſta ſunt uerba. Siue,
inquis, filius, ſiue qui per filium ſunt facti,
de illo uno fonte bonitatis unuſquiſque
ſecun-

secundum mensuram fidei suæ id sumpserūt ut essent boni. Vbi est ergo quod fueras ante confessus, illū natura filiū esse, non* gratia? *Al.l. nos.* Ecce contra sententiā tuā venis, Ecce iā prodis nefariū secretū hæresis vestrę, quia vnigenitū verū Deū filiū, verū Deū, non natura filium, sed gratia profitemini. Si enim & ipse, sicut verba tua clamant, secundū mensurā fidei suę vt bonus esset, assumpsit, G gratia est ergo filius, non natura: & fuit aliquando nō bonus, & credendo factus est bonus, quia vt esset bonus, quemadmodū dicis, secundū mensurā fidei suæ de illo qui pater est, fonte bonitatis assumpsit. *Luc. 2.* Legimus quidem quod Iesus proficiebat ętate & sapiētia: & gratia Dei erat in illo, Sed secundum formā hominis q̄ pro nobis accepit ex nobis, non secundū formam Dei in qua non alienū arbitratus est esse æqualis Deo. *Phil. 2.* Veruntamē etiam in ipsa forma hominis legimus eū ętate & sapientia ꝓfecisse, non tamen vt ex non bono bonus fieret credendo meruisse. Neq; nunc inter nos quæstio vertitur de natura filij hominis, in qua Dei filius minor est patre: sed de natura filij Dei, in qua vt nos dicimus vos negatis ęqualis est patri: q̄a filius verus, filius vnicus, filius de vero Deo verus Deus, in nullo degenerauit a patre. Proinde incomparabilem patrem filio, nec in scripturis sanctis alicubi legere potuisti. Nec sana fide ipse dixisti: immensum etiam patrem, quem propterea dicis, vt filiū non pariter immensum, sed mensura existimes terminatū. Tecū habeto mensuram tuā, qua tuum falsum dominū metiaris, & de vero domino mentiaris. *Cap. 24.* *Ioan. 14.* Bene confiteris, quod & pater diligat filium, & filius diligat patrem: sed si & hoc confitearis, q̄a non est maior dilectio in patre quā in filio. Quia enim natura diuinitatis ęquales sunt, ęqualiter se inuicē diligunt. Facit aūt filius sicut homo mādatū patris. Nā sicut Deus, ipse est mandatū patris, quia ipse est verbum patris, Vnde alio loco de mandato patris, hoc H est, de seipso dicit, *Ioan. 14.* Scio quia mandatū eius vita ęterna est. Quod aūt ipse Dei filius sit vita æterna scriptura diuina testatur. Vbi autē ait, Qui me videt, videt & patrem: quis nescit ideo dictum, quoniam quisquis per intelligentiam videt filium, patri vtique videt æqualem? Quod vos ideo non vultis, quia ꝑ oculos cordis, quantū in hac vita videri pôt, filium non videtis. *Ioan. 1.* Putas non recte a me dictū esse, quod propter formā serui quam suscepit filius, maior sit pater. *Phil. 2.* Tu enim secundū hæresim vestrā, in ipsa Dei forma patrē filio vis esse maiorem: cui paternam sic inuides formam, vt ideo perfectū velis natū esse filium ęterna perfectione, ne ad paternā formam saltē crescēdo valeat peruenire. Sed inaniter I inuidet homo paternā formā Dei filio cui pater eā non inuidit, quia ęqualē sibi vnicū genuit. Sed dicis non esse Dei patris magnā gloriā, si ea forma serui maior est, qua forma maiores sunt & angeli. Vide si aliud conaris: nisi ad vnius patris gloriam, per vnici filij cōtumeliam peruenire, vt scilicet nō augeatur pater in gloria: nisi minuatur filius in natura. Cohibe te, nescis & patri & filio te ingerere contumeliā, si nec ille potuit aut noluit gignere ęqualē sibi, nec iste nasci ęqualis patri. Non se vult Deus ita laudari patrē, vt filium dicatur de seipso generasse degenerē. Non vult bonus filij dilector ita prędicari forma suā, vt eā non potuerit vnicus eius vel nascēdo sumere, vel crescēdo cōprehēdere. Quod aūt tibi vr̄, nihil magnū de Deo patre dici, si forma serui maior est, q̄a maiores vn̄r & angeli: nō recte cogitas, quē locū in rebus habeat humana natura, quæ cōdita est ad imaginē Dei Maiores angeli dici pñt hoīe q̄a maiores sunt hominis corpore: maiores sunt & animó, sed infirmo, quē peccati originalis merito corruptibilē aggrauat corp⁹. *Anima Christi.* Natura vero humana: qualē naturā Christus humanę mētis assumpsit, quę nullo peccato potuit deprauari, solus maior est Deus. Deniq; ꝑꝑ quid dictū sit, Minorasti eū paulominus ab angelis: *Psal. 8.* aperuit scriptura vbi legitur, *Heb.* Eum aūt modico minus q̄ angelos minoratū vidimus Iesum ꝑꝑ passionē mortis, Nō ergo ꝓpter naturā hoīs, sed ꝑꝑ passionē mortis. Natura uero hominis, quę mēte rōnali & intellectuali creaturas cęteras antecedit, De⁹ solus est maior cui vtiq; iniuria facta nō est, K vbi sciptū est, Maior est Deus corde nostro. Filius ergo Dei susceptū hominē leuaturū ad patrem quādo dicebat, *Ioan.* Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, *Ioan.* quia pater maior me est: non carni suæ solū, sed etiā menti quam gerebat humanam, Deū patrem vtiq; ꝑferebat q̄ tota sine dubio forma agnoscitur serui, qn̄ tota seruit creatura creatori.

Postre-

Cap. 26. Postrema tibi disputatio fuit, quō sit Deus patribus visus, qñ corpus humanū in quo videretur non acceperat Christus, cū inuisibilis sit per seipsa diuina natura. Quod cum ēt tu ita confessus fueris, vt inter cętera, non solū patrē, sed nec ipsum filium in substantia diuinitatis suæ diceres esse visibilem, non solum hominib. sed nec ipsis cęlestib. potestatibus: postea mutata sñia dicis eū & ante incarnationē suā conspectib. apparuisse mortaliū, asserens illud ꝙ ait Apostolus, Quē nemo hominū vidit nec videre pōt

F de solo Deo patre dictū esse, Filiū vero ex initio generis humani videri solitū esse ab hominibus. Quod cū

Tim. 6 probare voluisses, multa de scripturis sanctis testimonia protulisti, quæ te nihil adiuuare potuerūt. Non. n. legis alicubi scripsisse Moysen, sicut dicis, ꝙ ab illo primo homine Adā vsq; ad ipsam incarnationē semper filius visus est. Hoc. n. eum describere pronuncias in Geneseos libro, ꝙ ita falsum est, vt ēt ridiculū sit. Nunquid. n. liber Geneseos ab Adā vsq; ad incarnationē Xpi ea quæ gesta sunt continet? Aut ipse Moyses vsq; ad tpa incarnationis Xpi, vel in carne vixit, vel quæ facta sunt scripsit? Hæc dicis, & putas te aliquid dicere, vel putaris ab eis, qui nec ista possunt, q̃ tam manifeste falsa sunt, cernere. Deinde ꝙ cōmemoras patrem ad filiū dicentem, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, quid hoc ad rem pertinet, rogo te quid ad rem pertinet? Tantum ne tibi vacabit loqui, vt non attendens quid probare susceperis, memoriter nobis & inaniter scripturam Geneseos ventilares? Nūquid hinc probatur ante carnē susceptam visus ab hominib. Xp̄s, quia dixit pater ad filium, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram? Deinde adiungis & dicis, Et fecit Deus hominē: atq; addis, Quis Deus, nisi filius? Et vt mihi de opere quasi præscribas meo: Hoc vtiq;, inqs, & tu in tuis tractatibus exposuisti, Vbi nolo quærere q̃ verum loquaris, qñ video ad causam nihil pertinere ꝙ loqueris. Agitur quip-

G pe inter nos, vtrū per diuinitatis suæ substantiam Xp̄s visibus apparuisset humanis, Et tu dicis, Fecit Deus hominem: & addis, Quis Deus, nisi filius? quasi ꝓpea necesse fuerit vt homo Deū opificem suū videret oculis carneis. Hoc si ita esset, oēs homines viderent Deum. Quis. n. alius eos facit in vteris matrū?

Adhuc adijcis talia & dicis. Iste ergo filius q̄ est Propheta sui genitoris, dicebat, Non est bonū esse solū hominē, faciamus ei adiutoriū secundū se. Gen. 2. Si q̄ram, quis tibi indicauerit quia filius hoc dicebat, in quib. angustijs te videbis? Scriptura. n. quæ dixit, In principio Gen. 1. fecit Deus cęlū & terrā: non exprimens vtrū pater, an filius, an spūssanctus, an ipsa Trinitas fecerit, quæ vnus est Deus: per cętera etiā ita cōmemorat Deū, vt dicat, Et fecit Deus, & dixit Deus, per quæq; opera eius, quorū illū asserit conditorē. H Simili ergo locutione ait, Et dixit Deus, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, Et fecit Deus hominē. Nec aliter locuta est vbi ait, Nō est bonum esse hominē solum, Gen. 1. faciamus ei adiutoriū secundū se. Vnde ergo tibi persuasū est, cętera superiora patrē dixisse, hoc aūt filiū? Vnde quæso distinguis, vnde discernis patrē dixisse, Fiat lux: & cętera? Patrem deniq; dixisse Faciamus hominē. Et filiū dixisse, Faciamus ei adiutoriū: cū tibi scriptura vbiq; non dicat, nisi dixit Deus? Quæ est ista temeritas, quæ præsumptio? Deinde cū ideo patrē maiorem soleatis asserere, quia dixit, Fiat illud, aut illud, tanquā iubens filio: filiū vero ideo minorē, quia iussa perfecit, quid dicturi estis vbi scriptum est, Faciamus hominem? Nō. n. ait sicut in superioribus, Fiat homo, tanquā id iusserit filio: sed, faciamus, inquit, hominē, Quod non quæro quē dixisse arbitreris, Iam. n. verba tua tenemus, ꝙ pr̄ hoc dixerit filio, Cur ergo nō ait, fiat, vel fac: sed ait, faciamus? An cętera Deus imperauit, & filius fecit: hominē vero ambo fecerunt, sed patre & iubente & cooperante filio: filio aūt nō iubente, sed tñ iussa faciente? Sed si propterea patrem iubentē intelligeres, quia scriptū est, Dixit Deus, Faciamus hominē: ergo iussit & filius, quia tuipse non patrē accipis dixisse, sed filium, Faciamus ei adiutoriū. I Et sicut illud vbi dictū est, Et fecit Deus hominē: obedisse iubenti patri filiū vis videri, quia pater dixerat, Faciamus hominē: ita ēt vbi legim⁹, Et immisit Deus soporem in Adam: & sumpsit vnam de costis eius, Gen. 1. & cętera, quib. ostēditur factum homini esse adiutoriū, obedisse patrē iubenti filio, te authore intelligamus, quia non patrē, sed filiū dixisse asseris, Faciamus ei adiutorium. Sed hæc ita loquor quasi ad causam quæ a nobis agitur, quicquā pertineant.

tineant. Quodlibet hinc volueris credere aut
suspicari: prorsus, sicut dicis, pater iusserit vbi
dictũ est, Faciamus hominẽ, & filius obedie
rit vbi dictũ est, & fecit Deus hominẽ: pror-
sus sicut te delectat filius dixerit, Non est bo-
num esse solũ hominem, faciamus ei adiuto
riũ: sed talia dicens ipse nõ iusserit, quia hoc
K vultis: quõ ostendis filiũ qui hominẽ fecerit,
ab homine visum, quõ ostendis filiũ qui di-
xerit, Non est bonũ esse hominẽ solũ, facia-
mus ei adiutorium, ab homine visum, vel ab
ipsa muliere, si eam factã non vis a patre, ne
filio pater obedisse videatur, sed ipse eam fi-
lius tanq̃ sibi iubens sibiq; obediens, & faciẽ
dam dixit & fecit. Demonstra filium visum
esse a muliere. Demonstraturũ te quippe pro
miseras, & antequã incarnaretur visum fuis-
se humanis aspectibus filium. Ostende pro-
missa, quid pergis in vacua? Quid deludis ex
pectationem nostram, nec exhibes pollicita-
tionem tuam? Multiplicas verba non necessa
ria, vt necessaria occupes tẽpora. Si propter-
ea visus est a viro filius, quia fecit eũ, & pro-
pterea visus ab eius muliere, quia fecit eam:
defini si audes, non posse Deum filiũ & ope-
rari videntia, & a suis operibus quamuis alia
videntibus nõ videri. Si aũt hoc potest Deus
filius, ipse quippe vsq; nunc operatur cũcta
videntia, & tñ eorum a seipso creatis oculis
non vr̃, quid est q̃ dixisti? Cur ista de libro
Geneseos in tuo sermone posuisti? Cur no-
bis necessaria temporum spatia superflua lo
quacitate finisti? Sed iste inquis, filius visus
est Adæ, secundũ q̃ legimus Adam dicentẽ,
Vocem tuam audiui deambulantis in paradi
Gen. 3. so, & abscondi me, quia nudus sum. Hoc er-
go prius diceres homo bone, inde inciperes
promissa mõstrare. Quãuis & hic Adam, vo
cem tuam, inquit, audiui: non ait, faciem vel
speciem tuã vidi. Et q̃ ait, abscondi me, quia
L nudus sum: videri se a Deo timuit: non a se
visum esse Deum monstrauit. Nã si vox q̃ñ
auditur, sequitur visio: visus est & Deus pater
quotiens voce attestatus est filio. Nouimus
Mat. 3. quippe in Euangelio uerba patris sonantis at
que dicentis, Tu es filius meus dilectus, &c.
vbi ab hominibus auditus, non tñ uisus est.
Ac per hoc & in illis uerbis quæ adiungis,
ubi dicit, Quis nunciauit tibi, quia nudus es?
& sequẽtia: potuit audiri, & nõ uideri Deus.
Nondũ itaq; aliquid ex eo q̃ promiseras di-
xisse te uide: & dic tandẽ aliquid q̃ discutere
debeamus, aut q̃ pro tua causa esse fateamur.
Hic Deus, inquis, & Abrahę visus est. Visum
esse Deum Abrahæ negare non possumus.
Scriptura q̃ppe fidelissima apertissime hoc
loquit̃ dicens, uisus est aũt illi Deus ad quer
cũ Mãbræ. Sed neq; hic expressum est, utrũ Gen
pater an filius. Cum aũt narret scriptura, quõ
ei uisus sit Deus, tres uiros illi apparuisse de
clarat, in quib. magis ipsa Trinitas, quæ unus M
est Deus, intelligi potest. Deniq; tres uidet,
& non dños, sed dñm appellat, qm̃ Trinitas
tres quidẽ personæ sunt, sed unus dñs Deus.
Sic autem narratur q̃ uidit Abraham, Respi
ciens, inquit, oculis suis ui dit, & ecce tres ui
ri stabant super eum, & uidens procurrit in
obuiam illis ab ostio tabernaculi sui, & ado
rauit super terram & dixit, Dñe, si inueni gra
tiam ante te, ne prætereas seruum tuum. Hic
uidemus tres uiros apparuisse, & unũ dñm
Deum dici, unumque dominum rogari ne
prætereat seruum, quoniam congruit Deo
uisitare famulos suos. Deinde tres personas
pluraliter alloquitur dicens, Sumatur nunc
aqua, & lauem pedes uestros, & refrigerate
sub arbore: & sumam panem manducate, &
postea transibitis in uiam uestram, propter
quod declinastis ad seruum uestrum. Mani-
festum est eos tanquam homines inuitari.
Non enim tale illis præberetur obsequium,
quo indigentia reficerent corpora, nisi ho-
mines putarentur: & scriptura pluraliter eos
respõdisse commemorat, ait. n Et dixerunt,
Sic fac quemadmodum dixisti, Nõ ait, & di-
xit: sed dixerunt. Deinde cum esset parata re-
fectio, dicit scriptura. Et apposuit ante illos,
& ederunt. Non ait, apposuit ante illum, &
edit. Sed vbi ad id ventum est, ut Abrahæ fi-
lius promitteretur ex Sara, quia diuinum of
ferebatur beneficium, non ut hominibus hu-
manum exhibebatur obsequium, unũ narrat A
scriptura dicentem, Vbi est Sara uxor tua? nõ
ait, dixerunt autem ad illum, sed ait, Dixit au
tem ad illum, Vbi est Sara uxor tua? Quis aũt
hoc dixerit, postea manifestat. Vbi cum risis
set Sara, ait eadem scriptura, Et dixit domi-
nus ad Abraham, Quare risit Sara in semet-
ipsa: & cętera usque in finem, tanquam unus
dominus singulariter loquit̃. Ac post hæc, ut
homines pluraliter abire narrantur: & dici-
tur, Exurgentes autem inde uiri, conspexe-

runt in faciē Sodomorū & Gomorræ: Abra-
hā vero ambulabat cū illis deducens. Rursus
autem redit scriptura ad singularē numerū,
ac dicit, Dn̄s aūt dixit, Nunquid celabo ego
puero meo Abraham quę ego facio? Deinde
promittitur Abrahę pręclara & copiosa po
C steritas, & Sodomorū denunciatur interitus.
Sequens aūt scriptura dixit, Et conuersi inde
viri, venerunt in Sodoma, Abraham aūt erat
adhuc stans ante dn̄m. Et approprians Abra-
hā dixit, Ne simul perdas iustū cū impio, &
erit iustus tanquā impius. Et post collocutio
nē dn̄i atq; Abrahę, sequitur scriptura & di-
cit, Abijt aūt dn̄s & desijt loqui ad Abrahā.
16. Et Abrahā regressus est in locū suū. Venerūt
aūt duo angeli in Sodoma ad vesperā. Hi sūt
de quibus pauloante dixerat. Conuersi inde
viri venerunt inde in Sodoma. Sed duos esse
non expresserat, cū ab initio tres viros dixis-
set aparuisse Abrahę, & hospitaliter ab illo
esse susceptos, quos & abeuntes deduxit am
bulans cū eis. Fortasis ergo iam pronuncia-
re festinas vnum fuisse in eis dn̄m Iesum, qui
singulariter promittebat & rn̄debat Abrahæ.
Duos vero angelos, qui venerunt in Sodo-
ma, tanquā missi angeli à dn̄o suo. Sed expe-
cta, quid properas? Consideremus omnia di
ligēter, ac prius intueamur verba dn̄i loquē-
18. tis Abrahę Clamor Sodomorum, inquit, &
Gomorrę multiplicatus est, & peccata eo-
rū magna valde. Descendens ergo videbo,
si secundū clamorē ipsorū venientem ad me
cōsummāt. Hic seipsum descensurū dixit in
19. Sodoma, quo tn̄ nō ipse descēdit, sed ange-
li duo. Ipse quippe abijt vt desijt loqui ad A-
brahā, Abrahā autē regressus est in locū suū.
Venerunt autem sicut dictum est, duo angeli
ad vesperā i Sodoma. Quid si & in illis duo-
bus angelis vnus dn̄s inuenitur, qui secundū
verbū suū in ipsis angelis descendit in Sodo-
ma? Nonne manifestū erit in tribus illis viris
D vnū dn̄m visum fuisse, vbi quid aliud quam
ipsa Trinitas figurata est? Sed videamus vtrū
nobis sancta scriptura demonstret, etiā in il-
lis angelis duobus vt dixi, vnū Deū inuentū,
ne forte hoc ex nostro corde affirmare vi-
6. deamur. Venerunt ergo duo angeli in Sodo-
ma ad vesperam, Loth vero sedebat, vt scri-
ptum est iuxta portam Sodomorum. Videns
autem Loth, surrexit in obuiam illis, & ado-
rauit in faciem in terram. Vides nempe hic
a iusto viro angelos adoratos, & tu non vis
adorari spiritū sanctū, quē vos quoq; omni-
bus angelis sine ambignitate præponitis? Sed
dicturus es, hoīes esse credebat, nā & in ho-
spitium tanquam hoīes inuitauit. Hoc magis
est cōtra te, qui dicis non adorari spiritū san
ctū, omnibus angelis præferendū: cū videas
& hoīes īferiores angelis & a iustis homini E
bus adorari. Sed adhuc dicturus es, Deū ado
rauit. Eū quippe in duob. illis, quos putabat
esse homines, tāquā in Prophetis esse cogno
uit. Iā ergo probatū est, quod me per scriptu
ram sanctā demonstraturū esse promiseram,
eundē Deū qui dictus fuerat abijsse vt cessa-
uit loqui ad Abraham, in illis duobus ange-
lis descendisse in Sodoma sicut dixerat & in
eis ab homine iusto agnitum fuisse. Exhibuit
itaq; hospitalitatē, quomodo sanctis homi-
nibus Dei, in quibus Deū esse cognouit, eū
eos sicut ēt ipse Abrahā angelos esse nesci-
ret. Hi.n. Patriarchę sunt significati in episto *Heb. 13.*
la ad Hebręos, vbi de hospitalitate loquens
ait, Per hanc quidam nescientes hospitio re-
ceperunt angelos. Receptis ergo eis Loth,
nesciens q̄ angeli essent, cognoscens tamen
sicut ipso domino demonstrante cognosce-
re potuit, quis in eis esset, vt ea quæ interea
facta sunt taceā, exijt cū eis de Sodomis: qđ *Gen. 19.*
antequā fieret, sicut scriptura loquitur, dixe-
runt viri ad Loth, Sunt tibi hic generi, aut fi-
liæ, aut si quis tibi alius est in ciuitate, educ
de loco hoc, quoniā p̄demus nos locū hūc:
quia exaltatus est clamor eorū ante Deum,
& misit nos dominus conterere eū. Ecce vbi
apparet illud incendiū Sodomorū per ange
los factū, quos misit dominus, in quibus ta-
men & ipse erat. Neq; enim sic mittit suos vt
recedat ab eis. In his ergo descendit in Sodo
ma, quod se facturū esse prædixerat qn̄ cum
Abraham loquebatur: quod postea quā fecit
abijsse ipse dictus est, & angeli venisse in So-
doma ad vesperam. Deinde paulopost, mox F
vt eduxerunt illum foras & dixerunt, sicut ea
dem scriptura narrat, Saluam fac animam
tuam, ne respexeris retro, ne steteris in tota *Ibidem.*
regione: in monte saluum te fac, ne qn̄ com-
prehendaris. Dixit Loth ad illos, Oro dn̄e,
quia inuenit puer tuus misericordiā ante te
&c. Quę cum finisset loquendo, qđ elegisset
sibi ciuitatem pusillam in qua saluaretur,
sequitur scriptura, & ei dicit esse respōsum,

Ecce miseratus sum faciē tuā,& super verbū hoc,ne euerterē ciuitatē, de qua locutus es. Festina ergo vt saluus sis ibi, Non.n.potero facere verbū,donec tu in illā introeas, Quis hoc ei respondit, nisi ille cui dixerat,oro do mine? Hoc autem ab ambos dixerat, non ad vnū sicut apertiss ime scriptū est, Dixit autē Loth ad illos, Oro domine. Agnouit ergo
G Loth vnū Deū in angelis duobus, sicut Abra gā vnū agnouit in tribus. Nō est cur dicatur, Ille aberat qui dominus erat,& cū Abraham locutus erat,qui in Sodoma illo abeunte venerunt. Omnes enim tres viri dicti sunt,qui apparuerunt Abrahæ, sicut scriptura solet viros etiam angelos nuncupare. Nec eorū alicui vni promptius & humilius Abraham obsecutus est q̄ duobus,sed æqualiter omnibus pedes lauit,æqualiter omnibus epulas ministrauit, Ergo in omnibus Deū vidit. Propter quod scriptura prędixerat,quod visus fuerat
Gen. 18. Deus Abrahæ ad quercū Mambrę,sub cuius vmbra arboris tres viros pauit, quos oculis corporeis vidit: in eis vero Deū, non corporis, sed cordis oculis vidit, i.intellexit atque cognouit:sicut Loth in duobus,cum quo nō pluraliter;sed singulariter loquebatur,eique rn̄debat ēt ipse tanquā vnus. Primo quippe Abrahā per tres viros illū audiuit postea p̄ vnū,qui duobus in Sodoma euntibus manēs locutus est cū eo:Loth aūt per duos, tn̄ & ip se vnū Deū quē pro liberatione sua rogabat, & qui ei rn̄debat audiuit:cū ambo,i.& Abrahā & Loth hoīes putarēt eos qui angeli erāt: Deū vero in eis intelligerent,qui erat, nō putarēt esse qui nō erat.Quid sibi ergo vult ista visibilis Trinitas & intelligibilis vnitas, nisi vt nobis insinuaretur:ꝙ ita tres essent pariter pater & filius & spiritussanctus, vt tn̄ simul non tres dij & domini essent, sed vnus dn̄s
Gen. 18. Deus?Tu aūt dixisti, Hic Deus visus est Abrahæ, sciens te legisse quod scriptū est,visum esse Deū Abrahę ad quercū Mambræ:& vo-
H lens quasi probare dn̄m filiū visum esse illi Patriarchę, declinasti ab illis tribus viris, & eos omnino tacuisti in quibus narrat scriptura Deū visum fuisse Abrahæ:ne tuipse nos admoneres vnius esse substantię Trinitatem Deum, sicut vnius erant substantiæ tres viri, quos vidit Abraham: cum prędixisset scri-
Ibidem. ptura, Visus est Deus Abrahę,nec tamen tres Deos esse, quia & visus est Deus dictum est, nō visi sunt dij. Et ipse Habraham tres vidit, & vnum adorauit. A quo pręteriri noluit,ab vno responsum diuinitatis accepit. Nec aliquos duos eorum duos esse Deos sensit, sed vnū in omnibus: quia & Loth duos vidit,&
I tamen vnum Deū agnouit.Vbi mihi videtur
Gen. 19. per angelos significari filius & spiritussanctus,quoniā se illi angeli missos eē dixerūt. Et de Trinitate quæ Deus est, solus pater nō legitur missus:leguntur autem missi & filius & spiritussanctus,quorū non ideo est diuersa natura. Nā & illi viri, per quos significati sunt,vnius erant eiusdemq; naturę. Hāc ergo scripturā,qua conuinci posses astuto silētio deuitasti.Et cum dixisses, Hic Deus visus est Abrahę,volens filium solum visum putari in eo quod in Genesi legitur, visum esse Deū Abrahę, quomodo sit visus dicere noluisti,ne tibi non solus & filius, sed Trinitas agnosceretur Deus. Dixisti autem,Si vis cre-
Gen. dere, quia filius visus est Abrahæ,vtiq; vnigenitus in sancto affirmauit euangelio dicens sic, Abraham pater vester exultauit vt vide-
Ioan. 8. ret diē meū,& vidit &gauisus est. O disputare. ò probare promissa, quasi dixerit Dei filius,Abraham pater vester cōcupiuit me videre,& vidit,& gauisus est.Quamuis & hoc sic adhuc posset intelligi, ꝙ sanctus Patriarcha oculis cordis viderit Dei filiū,non oculis carnis,vnde inter nos vertit̄ quęstio. Sed cū dixerit Christus,Abrahā concupiuit videre diem meum, & vidit, & gauisus est: cur nō diem Christi intelligimus tempus Christi,quo erat venturus in carne,quod &Abraham sicut & alij Prophetæ in spiritu potuit
Gen. videre, atq; gaudere. Neq; hic igitur quod p̄posueras & pollicitus fueras, probare potuisti.Post hęc venisti ad Iacob, qui luctatus cū angelo,quē scriptura ipsa Geneseos & hominē dicit & Deū, Nā ita legitur. Remansit autē Iacob solus,& luctabatur homo cū illo vsq; in mane. Vidit autē ꝙ non potest ad eū, & tetigit latitudinem femoris eius,& obstu-
K puit latitudo femoris Iacob dum luctaretur cum eo,dixit illi: Dimitte me,ascendit enim aurora. Ille autem dixit, Non te dimittam,nisi me benedixeris. Dixit autem illi, Quod est nomen tuum? Ille autem dixit, Iacob. Et dixit ei, Non vocabitur amplius nomen tuum Iacob,sed Israel erit nomen tuū, quia valuisti cum Deo, & cum hominibus potens es.

Rogauit

Rogauit autem Iacob eum dicens, Enuncia mihi nomen tuum. Et dixit. Quare hoc interrogas tu nomen meũ? Et benedixit eũ illic. Et appellauit Iacob nomẽ loci illius, aspect⁹ Dei, Vidi.n. Deũ facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea. Ex ista lectione vnicũ Dei filiũ & antequã venisset in carne visibiliter ap paruisse conaris ostendere: vbi & non absur de Xp̃s intelligitur figuratus, & ꝑ Prophetiã futura nunciantẽ, q̃a futurũ erat vt Iacob in filijs qui crucifixerunt Christũ prçualuis-
K se Christo videretur: & in filijs suis videret Christũ facie ad faciẽ, & salua fieret anima Israelitarũ qui fideliter hoc viderunt: tñ hũc
Osee 12. hominẽ qui luctatus est cũ Iacob, Osee propheta euidenter angelũ dicit, Sic.n. apud eũ scriptũ est de Iacob, In vtero supplãtauit fratrẽ suũ, & in labore præualuit Deo, & cõfortatus est cum angelo, & potuit. Sicut ergo in Genesi ille qui luctatus est cũ Iacob, & homo & Deus dicitur: ita & ab hoc Propheta & Deus & angelus: ac per hoc ita qui erat angelus, dictus est homo, qũo illi dicti sunt viri qui apparuerunt Abrahæ, qñ nescientes & ipse & Loth hospitio receperũt angelos. Deus ergo erat in angelis, sicut est Deus in homine, maxime qñ per hominẽ loquitur. Ita ve-
Gen. 22. ro per hunc angelum figuratus est Christus sicut per hunc hominẽ. Nã & Isaac filius Abrahæ, quid erat in figura nisi Christus, quã do sicut ouis ad immolandum ductus est, & qñ sicut dñs crucẽ suã, ita & ipse sibi quibus fuera: imponẽdus, ligna portabat? Postremo quid miramur per angelũ figuratum esse Iesum, si non solum per hominem, verumetiã per pecudẽ figuratus est? Nã quis alius erat ille aries, qui cornibus tenebatur in vepre, nisi Christus crucifixus, vel spinis coronat⁹? Hunc autem arietem pro filio, cui parcere iussus est, immolauit Abrahã. Ita.n. homini parci Deus iussit, vt tamen ex pecude propter passionẽ Christi, quæ illo modo prænũciabatur, mysterium sacri sanguinis impleretur. Si aũt putas proprietate, nõ figura Christũ fuisse angelũ, qui luctatus est cum Iacob:
L potes dicere proprietate, nõ figura Christũ
. 17. fuisse arietẽ quẽ Patriarcha immolauit Abrahã. Potes postremo dicere proprietate, nõ figura Christũ fuisse petrã, quę percussa ligno
o. 10. sitiẽti populo potũ largissimũ fudit. Sic.n. dicit Apostolus, Bibebant.n. de spiritali consequente eos petra, petra autẽ erat Christus. Figuræ, non res ipsę fuerunt, quibus figuris ꝓcedentibus res significabantur esse vẽturę: q̃ figuræ per subiectã Deo creaturã, & maxime per angelorũ ministeriũ, mortaliũ exhibeanẽ aspectib. Dei quidẽ agẽte potentia, sed tñ latẽte natura, siue patris, siue filij, siue spũs sãcti. Frustra itaq; asseris filiũ Dei visũ fuisse ab hominibus, parem aũt nõ fuisse visum:
cũ per subiectã sibi creaturam & pater videri potuerit & filius spiritussanctus: per suã vero substantiã nullus illorum visus est. Ergo Deus sicut infirmis hominũ sensibus magis significatus quã demonstratus est, Non itaq; visus est sicut est: hoc quippe in futura vita promittitur sanctis. Vnde dicit Apostolus Ioannes, Dilectissimi, nunc filij Dei sumus, M
& nondũ apparuit quid erimus: scimus autẽ 1. Ioan. 3
quia cũ apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eũ sicuti est. Viderũt ergo & in hoc seculo Apostoli dominũ, sed non viderunt sicut est. Deniq; Moyses eũ sibi cupiebat oñ-
di, quanuis cũ eo facie ad faciẽ scriptura in Exo. 33.
dice loqueretur. Quod cum in mea superius prosecutione dixissem, quasi non audieris ꝓteristi: cum tibi eiusdem meæ prosecutionis recitari ex tabulis vniuersa voluissem. Non aũt discernẽs quid sit uideri per Deum substãtiam suã, & quid sit uideri Deum per subiectã creaturã. in tãtã blasphemiã decidisti, ut vnigenitũ Dei filium pro hoc ipso ꝙ Deus est mutabilẽ diceres: quandoquidem soli patri putasti esse tribuendũ quod scriptũ esse dixisti, Ego sum qui sum, & non sum mutatus: quasi filius uel spiritussanctus sit muta- Exo. 4. Malac. 3.
tus, quando uisibiliter apparuit, uel ille qđ constat natus ex fęmina, uel iste in specie co- Matt. 3.
lumbæ aut igneis linguis se humanis aspectibus monstrans. Acto. 2.
Vnde iam respõdi tibi in eo sermone, ubi ostendi nõ te refellisse q̃ dixi. A
Nunc uero ut intelligas quomodo dixerit Deus, Ego sum qui sum, & nõ sum mutatus: uel quod scriptũ magis inuenitur, Ego.n. do-
minus & non mutor: quoniam nõ solus pa- Exo. 3. Malac. 3.
ter, sed Deus unus hoc dixit, quod est ipsa Trinitas: Psalmum attende ubi legitur, Tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cęli: Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicut uestimentum ueterascent. Et uelut amictum mutabis
eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & Psa. 101.

anni tui non deficient. Hoc aũt ad filiũ Dei di ctum esse in Epistola quę est ad Hebręos, san cta scriptura testatur. Quis vero non intelligat vbi dicitur, Cęli mutabuntur, tu aũt idẽ ipse es: nihil dici aliud, nisi, tu non mutaris?
Heb. 1. Ac per hoc ẽt Deo filio cõuenit dicere, Ego
B sum qui sum, & non sum mutatus. Vel, Ego enim dñs & non mutor. Quod tu ideo soli patri asignasti, vt in sua substantia crederetur esse mutabilis filius: tanquã ita susceperit hominẽ vt in hominẽ verteretur. Hanc tantã blasphemiam nõ emendabis, nisi credideris, in assumptione hominis accessisse filio, q̃d non erat, non autem recessisse vel defecisse ꝙ erat. Deinde quęro, quis apparuerit Moysi in igne quando rubus inflammabatur, &
Exo. 3 non vrebatur? Quanquam & illic angelũ apparuisse scriptura ipsa declarat dicẽs, Apparuit autẽ illi angelus Domini in flãma ignis de rubo. In angelo aũt Deũ fuisse quis dubitet? Sed quis Deus erat, vtrũ pater an filius? Dicturus es filius, non vis.n. patrem vllo modo vel per subiectam creaturam visibus apparuisse mortaliũ. Sed quodlibet horum eligas, ad vtrunq; respondeo. Si pater erat, apparuit pater hominibus. Si filius erat, nõ mutatur & filius, Ibi enim cum quæsisset Moyses, quis esset qui eũ mitteret. Ille respondit, Ego sum qui sum. Quod quid est aliud, nisi mutabilis non sum, sicut propheticum testimoniũ ipse posuisti, Ego sum qui sum, & nõ sum mutatus. Dixit etiam rursus ad Moysen, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Aude si potes negare Deũ patrẽ esse Abrahã, & Isaac, & Iacob, si nõ ipse de rubo, sed filius loquebatur. Si aũt pater, cõfi-
Deu. 6. tere ẽt patrẽ Deũ hominibus visum. Si vero vterque est Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ꝙ esse annuis, quid ambigis vtrunq; vnũ Deũ? Iacob quippe ipse est Israel cuius filijs dicitur, Audi Israel, Dñs Deus tuꝰ Deus vnus est. Quapropter verũ esse agnosce, ꝙ dixi diuinitatẽ non per substantiã suã, in qua inuisibilis & immutabilis est, sed per creaturã sibi subiectam mortalium oculis ap
C paruisse cum voluit. Non itaq; sicut accipere vel accipi mea verba voluisti, ego diuinitatem sic patribus ostendisse se dixi, tanquam eam voluerim credi visibilem, quam prius inuisibilem dixeram esse, sed dixi, quango se patribus diuinitas ostendebat, per subiectam creaturam se visibilẽ demonstrabat. Nã per ipsam suam naturam vsq; adeo inuisibilis est vt ipse Moyses ei, cũ quo facie ad faciem lo-
quebatur, diceret, Si inueni gratiã ante te, o- Exo. 33
stende mihi temetipsum manifeste. Ecce ꝙ dixi relege, & inuenies me verũ dicere, te au tẽ non intelligere voluisse, vel non potuisse quod dixi. Audi ergo idipsum me aliquanto
planius differentem, Ego diuinitatẽ patris & D
filij & spiritussancti in sua natura atq; substã tia mortalibus oculis inuisibilem dico. Eam vero se in formas visibiles vertere, absit, vt dicam, quia & immutabilem dico: Restat ergo vt aspectibus humanis qñ se ostẽdit vt voluit ꝑ subiectã intelligatur hoc fecisse creaturã, quæ põt oculis apparere mortalibus. Quid est aũt ꝙ cũ de patre dixisses. Vnus est inuisibilis, vnde iã satis est disputatũ, addidisti, Vnus ẽt incapabilis atq; immensus? Incapabilẽ quidẽ nõ legimus. Deũ. Cur sanè dicas incapabilẽ, nescio, Si.n. capi nõ põt quõ nõ solũ filius, verumẽt pater veniunt ad hominẽ,
sicut dicit ipse filius, Et mãsionẽ apud eũ fa- Ioan. 1
ciũt? Puto ꝙ capiat eos apud quẽ faciunt mãsionẽ. An forte dicis, nõ ex toto, sed ex parte capiuntur? Dic quod vis, respondetur enim tibi, Nõ sunt ergo incapabiles, q sunt vel ex parte capabiles. An ideo tibi nõ sufficit incapabilẽ dicere, sed addidisti, & immẽsum, vt exponeres quatenus incapabilẽ dixeris, i. q̃ totius capax nõ est humana natura? Immensus est enim verũ hoc & de filio dici põt. Neque enim quisq; sic capit vnigenitũ verbũ, vt eius capacẽ se omni modo audeat profiteri. Prorsus ẽt ipsum nõ esse dubitamus immẽsum. Nam quæro abs te de quo accipias q̃d scriptũ est, Magnus est, & non hẽt finẽ, ex-
celsus & immensus. De ipso quoq; paulo- Baruc
post dicitur, hic Deus noster, nõ æstimabi- Ibidem
tur alius ad eũ, hic inuenit oẽm viã disciplinę, & dedit eã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: Post hęc super terrã visus est, & in
ter hoĩes conuersatus est. Quis est iste, respõ E
de? Quis est inquã, magnus est & non habẽs finẽ, excelsus & immensus, qui super terram visus est, & inter homines conuersatus est? Video quos æstus, quas patiaris angustias. Times dicere, pater est, vbi audis, super terram visus est, & inter homines, cõuersatus est. Tu enim patrẽ ꝑ suã substãtiã reuera inuisibilẽ, nec per subiectã creaturã vis esse ab homini-

bus

bus visum. Times dicere, filius est: vbi audis, non habet finē, excelsus & immensus. Tu.n. patrē tm̄modo esse contendis immēsum. Times dicere, spiritussanctus est: vbi audis, hic Deus noster: Tu.n. nec Deū vis esse spm̄ sanctū. Quid es acturus, quid respōsurus homo, qui non vis esse catholicus, vt Xp̄m sic accipias in forma serui super terrā visum, & inter hoīes conuersatū, vt tñ in forma Dei, in

F qua inuisibilis mansit, confitearis immensū? Hic Deus noster, nō æstimabitur alius ad eū. Quis alius, nisi Antichristus, quē verū Xp̄m fides vera non æstimat, sed eū pro vero Xp̄o execrabilis Iudæorū error expectat? Si oras & petis, vt dicis, discipulus esse diuinarū scripturarū, ad rē pertinentia testimonia diuina considera. Noli per multa quæ te nihil adiuuant euagari. Elige prudenter tacere q̄ inaniter loqui, qn̄ non inuenis quid respondeas manifestissimę veritati. Timere te ostendis, ne te nudem discipulis tuis: Vtinā tu Christo sic induaris, vt discipulos tuos magis ipsius velis discipulos esse q̄ tuos. Nā me non pęnitet quantū dn̄s donat, operā dare, vt tu & discipuli tui sub vno magistro sitis condiscipuli mei. Tractatui aūt meo, cui post tm̄ tēpus adhuc te responsurum esse promittis, si ita responsurus es, vt modo respōdisti, vel interrogationibus vel prosecutionibus meis, non planè aliquid respondebis, sed vt homines non intelligentes quomodocunq; decipias, non tacebis. Ex his ergo omnibus quæ sicut potui disputaui, satis apparet: patris & filij & spiritussancti vnā esse virtutem, vnam esse substantiam, vnā deitatem, vnam maiestatem, vnā gloriā: qui ipsa Trinitas est vnus dn̄s Deus noster, de quo dictum est, Audi Israel, dn̄s Deus tuus Deus vnus est. (ut.6.) Tunc aūt dictū est, qn̄ dn̄s solus deducebat eos, & non fuit in eis Deus alienus. Neq;.n. non eos de-

G ducebat & Christus, cum dicat Apostolus, Neq; tentemus Christum, sicut quidā illorū tentauerunt: (o.10.) quibus Christus non est Deus, aut Christus Deus est alienus. Hic est ergo Deus pater & filius & spiritussanctus, Trinitas vnus Deus, cui vni iubemur ea quæ non nisi Deo debetur seruitute seruire, cum audimus, Dn̄m Deū adorabis, & illi soli seruies. (t.4.) Neque.n. hac seruitute non seruimus Christo, cuius membra sumus, aut spirituisancto cuius tēplū sumus. (or.6.) Hæc Trinitas vnus Deus dicit, Ego sum dn̄s, & non est alius præter me. (Deu.32.) Neque enim non est dn̄s Christus, quem vos quoq; Deum & dn̄m confitemini, Aut spiritussanctus non est dn̄s domus suæ, hoc est, templi sui. Ipse est quippe spiritus dn̄i, de quo dicitur. Dn̄s autem spiritus est: vbi autē spiritus domini, ibi libertas. (2.Cor.3.) Hæc est Trinitas vnus Deus, de quo dicit Apostolus, Nullus Deus nisi vnus. (1.Cor.8.) Non.n. cum hæc auditis,

H Deum negare vnigenitum audetis. Hic Deus Trinitas dicit, Ego sum qui sum, & non sum mutatus. (Exo.3. Malac.3.) Non.n. mutatus est Christus, cui dicitur, Mutabis cęlos & mutabuntur, tu autē idem ipse es. (Ps.101.) Aut mutabitur spiritus veritatis cum sit immutabilis veritas, cui tantum honorem dat ipse Christus vt dicat, Expedit vobis vt ego eā: Nisi.n. ego abiero, paracletus non veniet ad vos. (Ioan.16.) Et, Quicunq; dixerit blasphemiam in filium hominis, dimittetur ei: qui autem dixerit in spiritumsanctum, non dimittetur ei. (Mat.12.) Et cum de seipso dixerit, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationē seculi: (Mat.28.) de illo dixit, Vt vobiscum sit in æternum. (Ioan.14.) His atq; huiusmodi testimonijs, quæ omnia quęrere & colligere longum est, si pacifice acquiescas eris quod orare & optare te dicis, diuinarum scripturarum discipulus, vt de tua fraternitate gaudeamus.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

Contra Felicianum, de vnitate Trinitatis ad Optatum, Liber vnus.



Xtorsisti mihi dilectissime fili, Optate, vt de vnitate Trinitatis quę perfectus Deus semper ac summus est, officij non immemor sacerdotalis, aliquid scriberem: (Cap.1.) idq; a me cū proprię infirmitatis cō-

I scius sępius excusarē, multis modis exegisti, asserens cōis fidei rationē, & religiosos accipere, & sacerdotes debere fidelib. non negare: ne aut illi dū non accipiunt, incipiant ab infidelib. facile decipi, aut ab his cū desiderata non tribuunt, cœlestis thesaurus Christi mēbris nō expendi, sed in terra quodāmodo sterilis peritiæ videatur abscondi. Itaq; victū me fateor probabilib. causis, ne inermes

tradere videar obſiſtentib. malis, dum aduer
ſus infideles non inſtruuntur munimine veri
tatis. Verumtñ quia in hmõi qõnibus quædã
obſcuritas continua oratione frequenter in-
currit, idcirco mihi viſum eſt, vt eum ſermo
nem qui inter me & Felicianum nuper eſt ha
L bitus, prænotatis propter perſonarũ diſcre-
tionem principalib. nominũ literis, præſen-
tis libelli breuitate cõplecterer: Nã cũ ante
hos dies pariter ſederemus, tũ ille inter alia,
Cap. 2. inquit, F E L. Quæ me in veſtris diſputatio-
nibus frequenter offendũt, nihil deterius pu-
to, quam ꝙ ſic præcepta fidei rudibus tradi-
tis, vt non de intelligendarum rerũ ratione,
ſed potius de quadã teſtimoniorum oſtenta
tione colloquentibus præſcribatis. Quod ut
non dicam vafrum, interim quam ruſticum
ſit, nullus ignorat. Primũ ꝙ ſi is qui edoce-
tur literis iam credidit, obtẽperat iſte, non re
pugnat: alioquin non magis tibi q̃ iiſdem te-
ſtimonijs, quæ pro affirmato ingeruntur, ne-
ceſſe eſt cõtradicat. Et ideo melior mihi ad
docendum vr̃ hæc via, qua primũ fidei ratio
ſine teſtimonijs redditur: poſt ratione conui
cto idẽ illud ſcripturis reſpondentibus expo
litur. Et non immerito. Si .n. teſtimonia hæc
eo probantur, ꝙ ratione nõ careant, poſſunt
per ſe illa ſufficere, quæ ẽt hæc non niſi per
ſeipſa videntur aſtruere. Sin contra, quis põt
irrationalib. teſtimonijs, licet illa diuina fin-
gantur, rationabilis fidei colla ſubmittere?
Et illam quidem diſputandi viam fateor in
alijs tolerarem, quos imperitiæ neceſsitas,
quia per ſe ſtare non queunt, cogit ad aliena
confugere. In te vero idcirco nullo modo
iſta perpetior, quia eloquentiã pariter cum
ſcientia fidei tibi video non deeſſe. AVG. Tũ
ego, Non vſq; adeo inquam, me duci putes
laudib. meis, vt iniuriã faciam præcedentib.
M ſanctis. Nec præſumam vnquã in ſapientia
1. Cor. 1. verbi, ne euacuetur crux Chriſti: ſed ſcriptu-
rarum ſanctarũ authoritate contentus, ſim-
plicitati potius obedire ſtudebo q̃ tumori.
Sed melius, inquis, ratione quis, q̃ teſtimo-
nijs edocetur. Quid ergo? Quá rationẽ affer-
re potes, ſi partũ prædicas virginis, ſi reddi-
tos oculos non negas cęcis, ſi ſepultos rediſ-
ſe oſtendas a mortuis? Si ergo horũ & incõ-
prehenſibilis ratio & veritas prõpta eſt, faci-
lius in negocijs fidei teſtimonijs creditur, q̃
ratio inueſtigatur. Verum quia nõ nimis in-
conſequenter duo iſta diſcernis, cũ ratione
præmiſſa ẽt teſtimonia non omittis, idcirco
in hac diſputatione id me fateor ſecuturũ, ꝙ
ipſe probaueris. FEL. Ergo, inquit, qm̃ otio Cap.
ſi ſumus, ad homouſion veſtri quæſtionẽ, de
quo non inter nos tm̃, ſed ẽt inter maiores
noſtros plerunq; tractatum eſt, veniamus. Et
ne longius euagetur oratio, ipſe iam vt ſoles
perſonam proponentis aſſume, & nobis ra- A
tionẽ veſtræ fidei quærentibus, viciſsim red-
diturus inquire. AVG. Tum ego, Dic mihi
inquam, verum ne ſit ꝙ te audio dicere, patri
homouſion non eſſe penitus filium? FEL. Ve
rum eſt, nec perſuaderi mihi poteſt id inge-
nitum eſſe ꝙ genitum, ne eundem patrem
videar prædicare quem filiũ. AVG. Non ita
eſt, nã nec mihi quidẽ iſtud in animo eſt, eũ-
dem ingenitum eſſe quem genitũ: ſed id po-
tius ingenitum eſſe ꝙ genitum. FEL. Et qũo
non eundem ingenitum dicis eſſe quem ge-
nitum, ſi vtrunq; vnum putas eſſe, non alte-
rum? AVG. Animaduerto vim te penitus nõ
attendiſſe verborum: nam dum vtrunq; vnũ
dico, ſubſtantiam veri patris ac veri filij ex
toto non ſeparo. Et dum non eundẽ patrẽ,
quem filium prædico, vtriuſq; perſonam ſer
uata uniuſcuiuſq; proprietate diſcerno. Ita-
que ſi ſubſtãtiã quæris, ipſa Trinitas unus eſt
Deus: ſi perſonã, alter eſt filius. FEL. Et qũo,
& idem eſſe dicis & alterũ filium? AVG. Idẽ
inquam cõione ſubſtantię, alterum proprie-
tate perſonæ. F E L. Neſcio quo pacto una
creditur eſſe ſubſtantia, cũ una non dicatur
eſſe perſona. AVG. Non eſt inquã una per-
ſona, quia una genuiſſe, & altera dicitur ge-
nita: eſt tñ nati & gignentis non diuerſa ſub-
ſtantia, quia non diſsimilis generanti doce-
tur exorta. FEL. Velim quæſo exemplo mi-
hi faciliore dicta dilucides. A V G. In rebus
quidẽ incõprehenſibilibus exempla non ſup
petunt diſputanti: tñ inquantum fieri poteſt, B
etiam in hac parte non deero. Ecce igitur ho
mo pater habet hominem filium. Eſt quidẽ
cõmune utriuſque ꝙ homo eſt, uni tñ quod
filius, alteri proprium uidetur eſſe ꝙ pater
eſt, nam in utroq; ſic perſona diſcernitur, ut
cõmunis humanitas non negetur, dum unus
gignit, alius gignitur: æquè aũt homo & qui
genitus dicit, & ille qui genuit. F E L. Illud Cap. 4
certe dicas uelim, genitus ab ingenito utrum
initio ſeparetur, an non. AVG. Ne id quidẽ
ſpiri-

ſpiritalis intelligentiæ veritate recipitur, vt pater a filio interuentu, non dico tẽporis, qđ diebus conſtat ac noctibus: ſed cuiuslibet æui vel ęternitatis ſpatio ſeparetur. FEL. Hoc
C ſi ita eſt, duo fateris ingenita. Et qũo altera patris, altera filij putatur eſſe perſona, cum per ſignificationẽ cõmunis ingeniti vtraq; videatur eſſe perſona? * AVG. In hoc quidẽ a maioribus veſtris non mediocris calumnię ſophiſma cõtexitur: tñ per auxilium ipſius Trinitatis catholica neceſſe eſt ſimplicitate ſoluatur. Patrem nãq; ingenitum, filium genitũ dico, nec tamen ideo genitum ingenito coæternũ nõ eſſe prædico: eo tantũ docens ingenitũ patrem, quia non proceſsit ex altero: eo genitũ filiũ, & quia nõ extitit a ſeipſo. Nõ eſt commune vtriuſq; naſci: non eſt commune, non gigni: & tamen commune eſt alterũ ab altero interuentu medij tẽporis non diuelli. Itaq; ſi proprium patris quæris, ſufficit quia ſolus non habet patrem: ſi filij, ſatis eſt quia nõ habet prolẽ: vnã autem & coęternã patris & filij dicimus diuinitatẽ. FEL. Quãtũ ad me attinet, non video quid iſta nunc colligas. Nã quamuis Ariſtotelica mecũ ſubtilitate contendas, fieri tamen non poteſt, vt eũ qui genitus eſt, ab eo qui genuit nulla æui intercidentis antiquitate diſcernas. AVG. Scio equidẽ, vt ille ait, quã in difficili loco verſetur oratio: tamen verendum nobis nihil eſt, propter adiutorium ſancti ſpiritus, teſtimoniũ dicimus Deo. Quid ergo dicemus? Eſt ne aliquid in patre quod negatur ingenitũ, aut non? Si eſt, non in toto, ſed in parte potius dicitur ingenitus, alioquin non ex tempore cępit eſſe filius. Nã ſi paternitas nõ cępit patris initium inueniri non poteſt prolis. Si initiũ dicitur prolis, non æterna Paternitas docebitur patris. Et quomodo ſtabit, quia totũ in patre docetis ingenitum, qui ipſius paternitatis nomẽ habere putatis initium, cũ cępiſſe ex
D tempore dicitis filiũ, quo nondũ extante patrem dici non poteſt vocatum? FEL. Nõ ſum tam ſtultus, vt tempus pręferam filio, ſed initium dari certũ eſt genito. AVG. Quid ergo? inter patrem & filium dicis mediũ nihil fuiſſe? FEL. Ita prorſus. AVG. Quomodo igitur negas filium patri coęternum, qui inter patrem & filium fateris nihil eſſe medium, ne idipſum non tam medium cõſtet eſſe quam tertium? FEL. Quoniam me diſputandi arte cõcludis, id quod a maioribus noſtris dictũ eſt, breuiter explicabo. Aiũt enim quoties de initio filij, & patris ęternitate tractatur: Erat quando non erat, & antequã naſceretur non erat. AVG. Quantum aduerto, manente malę credulitatis errore, ſola verba mutata sũt: Dixiſti nãq;: Erat quando non erat. Erat iſtud, ad æuum pertinere vultis, an ad filium? Si ad æuũ, ideſt, velut quoddã ante filij natiuitatẽ ęternitatis ſpatiũ: ecce ad ſuperiorẽ blaſphemiam neceſsitate delaberis, cũ inter patrem & filium tertiũ quoddam tẽpus immittis, dicisq; quia erat ante filium Deus pater, & tẽpus, poſt hæc duo filius, poſt tria iſta quartus ſpiritusſanctus. Quod ſi admitimus, vt ſine tẽpore gigni non potuerit filius: vide quam late pateant iſta quæ dicimus. Nam ſi non ſine tempore eſt filius, certe nec niſi in loco docendus eſt genitus: Hoc admiſſo, ante filium & ſpiritum ſanctum, coęuus quodãmodo patri dicetur & locus. Quod ſi ita eſt, ꝙ ſine loco & tẽpore naſci nõ potuerit filius, in quo loco locũ aut in quo tẽpore factũ locũ dicis & tempus? Si in nullo, ecce ſine tẽpore & loco fieri potuit tempus & locus. Si in aliquo, idipſum tempus videtur & locus, in cuius origine ſimiliter, & locus requiritur & E
tempus. Quod ſi vſque adeo ſine tempore & loco fieri aliquid potuit, vt nec in loco locũ, nec in tempore factum doceas tẽpus: neſcio qua temeritate contendas, quod naſci nõ potuerit filius, qui quantũ ad ſanã fidem, & locum doceatur feciſſe & tẽpus. Sed de hoc ſatis. Nunc quod a maioribus veſtris dictũ pręcas repetamus, Erat inquis, quando non erat. Si erat iſtud, ad tempus referas, ecce ante filium tempus: ſi ad filiũ nunquam non erat qñ non erat tempus, a quo factum dicitur tempus. Sed antequam naſceretur, inqs, non fuit. Qui quæſo non fuit antequam naſceretur filius? Ecce ipſo intellectu ante filiũ fuiſſe dicitur tempus. Si autem antequam naſceretur filius, non erat tẽpus ſequitur vt dicatur patri filius coęternus, inter quem & patrem nullum fuiſſe dicitur tempus: maxime cum inter cętera Euangeliſtis atteſtantibus, etiam tempus feciſſe dicatur filius. Sed Ioan.1.
forte de patre dictum aliquis putet, Erat quãdo non erat filius. Cui ſententię ſecuta non cõcinunt, quibus dicitur. Et antequam naſceretur non erat, nam per ſe pater ſemper exiſtens,

ſtens,etiã à vobis non põt dici natus, qui nõ
ab initio docetur exortus, & in patrẽ cadere
nõ põt,erat qñ nõ erat genitus. FEL. Qm̃ me
verbis,vt mea fert opinio inopinata ſubtilita
te certãtib.nõ mediocriter defatigas,idcirco
quęſo vt ſi fieri põt exẽpla cuiuslibet rei poſ
F ſibile id eẽ ꝙ docere conaris, oſtẽdas. Neq;
.n.aliter credere poſſum, licet vi rationis op
preſſus, coæternũ ingenito eſſe genitum:aut
vtrũq; patrẽ dixeris ſibi. AVG. Qm̃ me ad in
cõparabiliũ rerũ exẽpla cõpellis,idcirco q̃
ſit ignis potentia videamus, ex quo ſemper
ſplẽdor ẽ,ſemper vapor eſt. Vtrũq; de eo na
ſcitur, nec ideo tñ ignis ſine horũ quolibet
aliquatenus inuenitur. Hæc tria nõ ſe inuicẽ
gignũt,ꝗa nõ de ſplẽdore ignis & vapor,aut
de vapore ignis & ſplẽdor, ſed de igne ſplen
dor & vapor ſemper eſt genitus. Quæ cũ ita
ſint, vides ne ẽt in creatura poſſe aliquid na-
ſci, nec oſtẽdi tamen tempus, quo id de quo
natũ eſt ſine genito potuerit inueniri? Si ergo
viſibilibus exẽplis iſta reſpeximus,cur nõ de
patre & filio & ſancto ſpiritu, quantũ ad cõ-
munẽ dũtaxat atq; indifferentẽ æternitatẽ, ſi-
milia prędicamus? Neq;.n.ideo neceſſe ẽ pa
trẽ & filiũ & ſpiritũſanctũ æq; dicamus in-
genitũ,quia nullũ ab altero euo interueniẽte
dicimus ſeparatũ: cũ ẽt ex alijs quædã geni-
ta,nec ideo tñ aut æque gignẽtia, aut ſine in-
uicẽ docentur extantia. Sed quid prodeſt ho
Cap.6. rũ multa colligere, cũ paucorũ teſtimonijs
etiã cętera liceat æſtimare? FEL. Qm̃ ſenten-
tiã meã,pręcedẽtiũ patrũ authoritate funda-
tã,noua diſputandi arte conturbas: idcirco
velim mihi dicas de natura filij Dei,i.de ſub-
ſtantia ipſa ꝗd ſentias. Si.n.vt dicere vos ſo-
letis, homouſion eſt patri, ipſe quodãmodo
pr̃ eſt ſibi, alioquin conſubſtantialis non põt
eſſe genitori. Nã ꝗdã noſtrũ homouſion opi
nionẽ ſic ridere ſolebat dicẽs, Si nõ extrinſe-
G cus,ſed ex eodẽ ipſo prolatus eſt filius,ĩ duos
quodãmodo diuiſus eſt vnus, qñquidẽ non
aliud gignens dicitur eſſe quã genitus. AVG.
Dũ nos dicis Ariſtotelica arte contendere,ip
ſe ad dialecticorũ laqueos videris cõfugiſſe.
Sed nos fidei veritate cõfiſos,nequaquã poſ-
ſunt iſta terrere. Quid ergo dicis, ex ſubſtan-
tia credo patris naſci filiũ nequiuiſſe, ne inge
nitũ patrẽ filij videamur generatione diuide
re? Quod ſi ita eſt, male creditur filius, qui
non ex patre,ideſt,non ex eodem ipſo geni-
tus,ſed extrinſecus factus inter alia prędica-
tur. Quod vt ſit intellectu facilius, idipſum ꝓ
poſſe explicabo. Filiorum nanque adoptiui
alij, atq; alij naturales ſunt. Ij qui geniti ab
initio filij ſemper ac proprij. Illi primo alie
ni, poſt filij cũ per adoptionẽ in familiã vi-
dẽtur aſciſci. Quibus ergo cõparãdus eſt fili⁹
Dei? Si adoptiuis, erit apud patrẽ ſimilis no- H
bis. Si proprijs, ex ſubſtantia ſubſtitiſſe dicen
dus eſt genitoris. Sed in duo, inquis, ſubſtan-
tia paterna diuiditur, ſi ex ſolo patre ſubſtan
tialiter filius generatur. Hoc quã ſtultũ ſit, ẽt
viſibilia ipſa nos docẽt. Quis.n.vnquam vel
carnaliũ patrũ gignẽdo diuiſus eſt? Quod ſi
nec in cõditione corporis cadit ipſa diuiſio,
nemo.n.ſic genuit filiũ vt ſe perderet mediũ,
& ſalua integritate patris non potuiſſe naſci
dicitis filiũ? Sed quid plura? Natiuitatem filij
Dei ortũq; rimãtibus, hęc, niſi fallor, occur-
rũt,i.aut ex pr̃e ſit, aut ex nihilo, aut ex altero
aut ex ſeipſo, Horũ q̃ſo cõſequẽtiã videam⁹.
Si ex ſeipſo, nõ recte filius dicitur, qui nõ na
tus, ſed ingenitus p̃dicatur. Si ex nihilo: crea-
tura cũ cęteris, nõ creaturæ author oſtendi-
tur. Si ex altero: nõ eius cui credimus, ſed ne
ſcio cuius incogniti patris filius prędicatur.
Quod ſi præter hæc quatuor non p̃t inueniri
quintũ: nec de his ꝑꝑ euidẽtẽ blaſphemiam
tria prędicari penitus poſſunt, reſtat vt ſub-
ſtantialiter de patre ſit genitus: quia diximus,
nec ĩueniri quintus, nec pręter primũ de his
doceri põt aliꝗs modus, vt pote cũ nec crea
tura, nec alterius patris filius, nec vt pr̃ dicat̃
ingenitus. FEL. Quaſi vero ego aut p̃ter hæc
quintũ, aut de his tribus aliꝗd prędicarim: ꝗ
ſic nõ ex ſubſtãtia patris extitiſſe filiũ dico,
vt tñ ex eius volũtate non negẽ genitũ. AVG.
In vnũ de ſupradictis cõſequẽtia ipſa detru-
deris. Cũ.n.de filij ſubſtãtia requirimus, quẽ
tu ex patre ſubſtantialiter genitum nõ fateris, I
ſine dubio inter alia ex nihilo factũ eſſe con
tẽdis: qñquidẽ nec corruptibiles quidẽ crea-
turas dicimus ſubſtitiſſe, niſi vt has Deũ, &
voluiſſe per ineffabilẽ diſpenſationẽ, & po-
tuiſſe per ſingularẽ potẽtiã dicamus efficere:
dũ & volũtatem fuiſſe nouimus, qua placuit
Deo, & poteſtatem, qua poſſe ſubiacet Deo.
FEL. ergo ad extantiã filij, poteſtas paterna
nõ ſufficit? AVG. Quaſi ego de poteſtate pa-
tris, & nõ đ ipſa paternitatis veritate cõtẽdã.
An ei ſe dici maluit patrem, quẽ non ſibi, ſed
creaturis

creaturis voluit esse consimilē? Et ideo fatendū tibi est, ex substantia patris extitisse filiū, si & natus & Deus est: aut filiū pariter & Deū negate, si nō ex paterna substantia, sed ex nulla, operante tm̄, sicut ēt in alijs creaturis, patris voluntate & ptāte creatus est. *Cap. 7.* FEL. Qm̄ me ad eius confessionē necessitate cōpellis, id ꝙ a maiorib. nostris dici assolet, nō tacebo. K Aiunt.n. creaturā esse filiū, sed perfectā, & quæ dñari possit omnib. creaturis. AVG. Gaudeo quidē ꝙ irreligiosæ prædicationis initio virus manifesta confessione prodideris, nihil tñ ꝙ credulitate dignū videatur, opponis. *Creatura quid sit.* Creatura nanq; est, ex eo ꝙ adhuc nō est, aut aliqñ non fuit, rei cuiuslibet corruptibilis, quantū in se est, patris omnipotentis Dei voluntate facta substantia. Hęc definitio vtrū in Dei cadat filiū videamus. Nā filius in eo ꝙ est, indifferentis naturæ veritate prolatus est: quia ex eo qui est, i. ex gignēte, nō dissimilis natus est: & ideo inter filiū & creaturā primū, ni fallor, ista discretio est, quia ille ex patre substantialiter gignitur, creatura nō ex substantia facientis, sed ex sola volūtate ac potestate perficitur. Ista corruptibilis per naturā, nisi fuerit seruata per gratiā: ille ex incorruptibili patre vr̄ habere substantiam. Filius per oīa similis patri, dissimilis creaturę. Factor ille non ex eo ꝙ non est, in id ꝙ est: & ꝓpea nunquā in id ꝙ nō est, ex eo ꝙ est. Illa, i. creatura, facta ex eo ꝙ non est, in id ꝙ est: & ꝓpea quantū ad se attinet, ex eo ꝙ est, in id ꝙ non est sui ortus conditione reuertitur. FEL. Nescio quid in arcano huius obscuritatis inuolueris: & ideo recte facies, si id ꝙ a te, vt mea fert opinio, incōprehensibiliter dictū est, ītelligibilius explicaueris. AVG. Dixi inquā de filio, cū eum a creaturæ definitione discernerem, qm̄ is non ex eo ꝙ non est, in id ꝙ est: ꝙ tale est ac si dicerem, nō ex nihilo factus est. Et propterea nunquam in id L ꝙ nō est, ex eo ꝙ est, i. nunquam in nihilum ex seipso ꝙ est, naturæ suæ proprietate soluendus est, Creatura vero, ex eo ꝙ non est, in id quod est: quo ostenditur, quia ex nihilo prolata est. Et propterea quantū ad se attinet, ex eo ꝙ est, in id quod nō est, i. in nihilum, nisi perpetua gratia fecerit, naturæ suæ qualitate vertenda est. Ergo nunquam non erit filius, qui substantialiter docetur esse perpetuus: & hoc vtpote proprio, a conditione omnium creaturarum, quæ per seipsum factæ sunt, nō iniuria noscitur separandus. *Cap. 8.* FEL. Licet intelligentiā meam noua rerū subtilitate perstringas, nescio tñ quo pacto dicas, ꝙ coæternus patri sit filius: cū & cōi loquendi modo, & naturæ lege prior gignens videatur esse quā genitus. AVG. Si naturæ authorem creaturarum legibus æstimamus, dū anteriorem esse M patrem filio prædicamus, cur non eadē naturæ lege, fortiorem patre filium per accessum tēporis dicimus: dum nec huic desunt incrementa nascenti, & imbecillitatis iniuriam senectus ingerit patri? Quod si hoc ratio ipsa nō recipit, omittamus in Deo corporalis intelligentiæ legem, ne operibus suis similē dicamus esse factorē: maximè cum ex eo quod apud nos euidens est, ēt id ꝙ in occulto est possimus ostendere. Sicut.n. sine exēplo mater genuit authorem suū: sic ineffabiliter pater genuisse credendus est coæternū. De matre natus est, qui ante iā fuit: de patre qui aliqñ non defuit. Hoc fides credat, intelligentia non requirat: ne aut nō inuentū putet incredibile, aut repertum nō credat singulare. Ecce.n. de matre natus est Christus, nec ideo est per cōtactum viri matris pudor imminutus. Virgo peperit, quia virgo concepit: & non seruato rerum ordine, ex integro matris corpore, integrum corpus Christus assumpsit. Si ergo nouo more, nullo exemplo, secundū carnem natus docetur ex corpore: quid mirū si non secundū cōsuetudinē humani partus processit ex patre? Nouimus ꝙ de substātia matris, ex sola genitus est filius, & sine damno corporis parientis, natum filij nouimus corpus, & non minuisse incorporalē patris substantiā creditur, cum ex eodē ipso ex quo substantialiter atq; incorporaliter est prolatus, dr̄ genitus. Ergo si naturā rerū, intelligētia duce perpendimus, demus initium, si nō negamus occasum. A Alioquin ideo filiū non habere dicamus initiū, quia non per gratiā, sed per naturā fatemur esse perpetuū. Ad summam, maior & minor trib. modis dici pōt, i. ætate, forma, potentia. Aetate, senior puero: forma, longior paruo: potētia, fortior imbecilli. *Maior & minor quot modis quis dicatur.* Videamus vtrū aliquid horū accidat filio: nam nec ætate minor est, quē de principio patre cōstat extitisse principiū: nec forma, quem nō aliud fas est prædicare q̄ Deū: nec potentia, a quo totū nouimus esse perfectum.

ctum. FEL. Scire cupio quo pacto ad filium
Cap. 9. transeat dignitas patris, & ad patrē nō recurrat humilitas prolis? AVG. Non secundum naturā ista nunc dici, quotidianarū rerū exēpla nos docent. Ecce.n. putemus aliquē regē ac regis filiū depositis regiæ maiestatis insignibus, subiecti militis indumenta suscipere, & pp certā patris dispositionē, ac sociorū salutē, rebelliū contumelias substinere: nūquid quia ad hoc participiū regię potestatis, certū est natiuitatē decurrere, idcirco ad eū
B qui genuit, iniuriā filij non cōpatiendi affectu, sed ipsa passionis proprietate certum est peruenire? Non ita est, quia non ex filio patrē, sed ex patre filiū certū est natum esse. Et propterea totum inter eos simile dicimus ꝙ pertinet ad cōionem naturæ: illud proprium ꝙ per accidens vni noscitur euenisse personæ. Habet ergo nascendo totū filius cū patre ꝙ pater est: sed non de filio pater quicquid specialiter ipse perpessus est. Nō enim vtriusq; cōe est, ꝙ ex homine natus est homo, accidens speciale ꝙ plerunque sine præiudicio cōis naturæ neuter habere docetur in altero. Vna est patris substantia, vna persona. Hæc cū genuit ex hac sine dubio non diuersa noscitur extitisse, sed altera: quæ non aliud docetur esse q̄ prima, dum & cōis docetur esse & propria. Cōis, inquam, vnitate substantiæ: propria, discretione personæ. Cū ergo in se extet illa quæ nata est, non quicquid huic acciderit ad gignentem necessario transit, sicut ad nascentem quicquid propriū ac substantiale gignentis constat esse peruenit. Non.n. sicut filio ipsa generatione collata est diuinitas patris, sic ad patrem refertur cura, ægritudo, paupertas, mors, humilitas prolis. Quod ideo non fit, quia quamuis de vna, i. patris substantia fuerit similis genita: tñ quia iam in seipsa extat, quæcunque huic intrinsecus ingerunt, nō cōia dicuntur esse, sed propria. Si ergo humani generis ista conditio est, cū non vsqueadeo filij ab eo qui ge-
C nuit in aliud vnquam mutata substantia est, vt non eadē possit esse, sed altera: dum extrinsecus filio accidentibus multis malis, manet nihilominus natura cōis: quid nos de Deo atq; eius filio dignū est credere, quid decet prædicare? Quorum quāuis secundum indiuisæ maiestatis simplicē gloriā non sit natura dissimilis, specialiter tñ a filio corpus assumptum est: vt humiliaretur infirmitate carnis nostræ, qui pati nihil poterat in cōis diuinitate substantiæ. Non assumpsit homo hominis filius alterā naturam, & cum in eadē quæ cū patre cōis est patiatur, ad patrem tñ non transmittit iniuriam. Nec & humiliatus in filio Deus pater passibiliter creditur, cum non in eadē ipsa quæ vtrisq; cōis est, sed in nostra potius, quā solus ipse suscepit, Iudęorū creditur pertulisse perfidiam. Ad summā, D
quid precor est ꝙ pendebat in cruce? Quid est ꝙ lancea dr̄ vulnerasse? Caro passibilis, an substantia diuinitatis? Si maiestatem prophanus incorporei prædicator assumpseris, corruptibilem Deum videris credere. Si passibilem carnem, non est cōis ista cum patre, vt per hanc eum possit crux illa contingere. Cap. 10.
FEL. Dum torrentis modo omnia quæ a nobis sunt dicta pręcipitas, duos admodū Christos, non vnum prædicas. Et non immerito: nam si in eo nihil penitus diuinitas pertulit, secundū hominem Christus alius fuit: alioquin per affectum cōis diuinitatis, etiam ad patrem passio ipsa peruenit. AVG. Non ita est, ego enim Saluatorem nostrum non confundo, non diuido. Non confundo, ne aut incorpoream, aut imaginariam carnem: aut carnalem, aut mortalem prædicem deitatē. Non separo, ne Dei patris vnam secundum carnem, & alteram secundū maiestatem introducere videar prolem: quia idem Dei filius & sine initio processit ex patre, & secundum tp̄s nasci est dignatus ex virgine. Impassibilis in suo, passus in nostro, dum incōprehensibilem maiestatem velut quodam indumento carnis uestire dignatus est ex utero, una mediatoris persona, non una substantia. Vna inquā persona, ne sit nō unus Christus: non una substantia, ne mediatoris dispensatione submota, aut Dei tantū dicatur, aut hominis filius. Non ego in Christo susceptam carnē perpetuitate diuinæ generationis extē- E
dō, nec immensam deitatem corporei ortus ætate cōcludo: quia idē in diuinitate author est rerum, qui in carne redēptor est hominū idem impassibilis in se, qui passus in corpore: dum sic utriusq; naturæ proprietatē uere ex utraque gignenti similis natus expressit, ut & ueram carnem suscepisse eū constet ex matre, & indifferentem deitatem habere cōstet ex patre. Quibus in unam personam in-

com-

comprehensibili mediatoris dispensatione
coniunctis, seruauit singulis propria, sed cõ-
iunxit proprijs aliena. Seruauit propria, dũ
non amisit immensitatẽ deitatis, & infirmita
tẽ nõ respuit carnis. Cõiunxit proprijs alie-
na, dũ idẽ atq; inseparabilis Xps, & proprio
carnis occiditur, & proprio deitatis apud in
feros non tenetur. Proprio carnis gustauit vi
ta mortẽ, & proprio deitatis perpetuã reddi
dit carnẽ. Nõ ergo recte dr̃, in filio pater pas
F sus est, qm̃ in carne quæ ei non est cũ patre
cõis, passus est filius. Itaq; glorificata est ca-
ro maiestate, dũ maiestas humiliata docetur
in carne. Sed vtrunq; non de duob. Christis
sicut putas, sed de vno atq; eodẽ ipso quem
post partũ virginis Deũ & hominẽ nouimus
Cap. II. nos certũ est prædicare. FEL. Si ergo ex vir-
gine natus est Christus, quõ Deo patri dr̃ es-
se coæternus? AVG. De hoc quidem nobis
ẽt aduersus alios diuersa contentio est: & id-
eo ne difficilior sit explanatio veritatis, cau-
sam primũ proponamus erroris. Nã ab vno
malæ credulitatis orsi principio in duo quo
dãmodo intelligentiæ dissimilis deliramẽta
funduntur. Est nanq; vtrisq; cõe, vnã Christi
natiuitatẽ, non duas prædicare. Sed alij illam
principalẽ, qui ante omnia ex Deo natus est
Deus, alij hanc tñ, qua ex virgine processit
hic dñs, proprij dogmatis definitione reci-
piunt: qui per consequentiã male iacti semi
nis, in similis blasphemiæ barathrum decide
runt. Ecce.n. qui ex virgine non credunt na-
tum, omnem Euangeliorum fidem, omnem
baptismatis vtilitatem, omnem Apostolorũ
prædicationem, & ad summũ omnem noui
testamenti authoritatẽ, velut quadam Iudai-
cæ incredulitatis cæcitate subuertunt: Et ideo
ne ipsam maiestatem quidẽ Dei filij cogno-
uisse putandi sunt, quia sacrm̃ mediatoris,
quo eũ innotescere pater gentibus voluit, ab
iecerunt. At vero qui non ex patre ante om-
ne initiũ, sed ex tẽpore virginis partu natum
esse cõtendunt, non eũ creatorem omnium,
G non dñm omnipotentia patri, ac maiestate
consimilem didicerunt. Quõ.n. fecisse puta-
bitur cuncta, ante cuius ortũ fuisse certum est
vniuersa? Aut quõ eius diuinitas est profiten-
da, quo necdum nato facta sunt singula? Vel
quõ eius diuinitas creditur esse perpetua, cũ
non semper vt patris, sed ex tempore prædi-
catur effecta? Negant igitur ẽt hi quodãmo-
do mediatoris consequenti rerum necessita-
te mysterium, quia Deũ & hominem non ex
æternitate, sed ex tẽpore: non ex virtute, sed
ex infirmitate: non ex patre ante omnia patri
similem filiũ, sed ex matre inter omnia non
verum, sed imaginariũ hominis filiũ in ma-
nifesto, non per verisimilitudinẽ natum præ
dicant Christum: Quo fit, vt ne in carnẽ qui-
dem nosse putandi sint Deũ, quẽ ante assum-
ptionẽ carnis de patre non putant genitum.
Vides quo pacto inter hos, licet discrepanti- H
bus medijs, idem tñ initium, idẽ exitus doce
tur erroris. Nos contra sic natiuitatẽ vtranq;
defendimus, vt neutrã alterius affirmatione
tollamus. Nã nec tẽporalẽ primæ illius per-
petuitate dãnamus, nec æternã huiuscemodi
tẽporalis breuitate cõcludimus: scientes ver-
bũ Dei inseparabilẽ prolẽ, & prolis postea
verissimam carnem: Non tunc fatentes Chri
sti diuinitatẽ cœpisse cũ virgo concepit: nec
tunc cœpisse carnem, cũ ineffabili quodam
partu monas illa, sine intercapedine medij
temporis, in nullo differentẽ monadem, nisi
ꝙ monas docetur esse, genuit. Non infirmita
tem voluntariã Christi omnipotens eius ma
iestas exhorruit, non omnipotentiã corpora
lis infirmitas extinxit. Scio ad inferos diuini-
tatẽ filij Dei descendisse proprietate carnis,
scio ad cœlum ascendisse carnẽ merito deita
tis. Non est Dei proprium ꝙ famem sensit:
sed Dei propriũ est, ꝙ paucis panib. tot mil- Mat. 14.
lia hominum satiauit. Nõ est propriũ carnis
ꝙ super frementes vndas siccis pedibus am-
bulauit: sed carnis est propriũ ꝙ sputa, pal-
mas, flagella sustinuit. Vnus tñ atq; idẽ Chri-
stus est, qui & iniurias totiens pertulit, & a-
ctus in profundo non mersit. Ex hoc pacto
in mediatore Dei & hominũ, iniuria sui cor
poris affectam non fateor deitatem, sicut ma
iestate deitatis glorificatã nouimus carnem.
Ergo Christus mortuus est, qui & resurrexit:
nec ideo tñ vtrunque ex vno, sed ex singulis
singula, in vtroq; tñ perfectus ipse cõpleuit, I
dũ vnus atq; inseparabilis tã diuersa comple
uit: Vno mortẽ gustauit, altero mortuos su-
scitauit. Sicq; se Deũ & hominem vtriusque
verus mediator, nec geminata persona, nec
substantia confusa monstrauit. Ingressus est
virginis vterũ Dei filius, vt iterũ nasceretur
ante iã genitus: qui suscep t totũ hominem,
qui iã habebat a patre plenissimã deitatẽ. Nõ
dissimilis

dissimilis genitori cũ nasceretur ex æterno perpetuus: non dissimilis homini, cũ ex matre nasceretur moriturus. Idem tñ & æternus in suo, & moriturus in nostro, dum vtrunq; cõtinet ex seipso, & neutrũ perdit ex altero: Sicq; ex Deo & homine nõ imperfectus, sed in diuersa proprietate plenissimus natus est
K Christus, sicut ex anima & corpore vnusq̃sque hominũ docetur esse perfectus. Nõ alius homo corpus, alius animus, quamuis aliud animus, aliud corpus, vnus tñ atq; idem homo & corpus docetur & animus. Rursũ non vnum atq; idipsum corpus & animus, quia ex vtroq; homo factus est vnus. Non. n. hæc aut substantiam confundunt in vnitate personæ, aut personã geminant diuersitate substantiæ, qñquidẽ vnus ex his homo noscitur extitisse. Non perdunt propria, sed quia in vnũ atq; inseparabile conuenerunt, ex proprijs vidẽtur facta cõia. Afficitur in corpore mẽs doloribus corporis, fatigatur corpus cogitationibus mentis, & vnum tñ horum propriũ est corpus, alterum mentis. Quod dum vni homini acciderit, & corporis cõe videtur, & mentis: Sic post partũ virginis, non alius Dei, & alius hominis, sed idem Christus Dei & hominis filius fuit. Et sicut in vno homine aliud animus, aliud corpus: sic in mediatore Dei & hominum, aliud Dei filius, aliud hominis fuit, vnus tñ ex vtroque Christus dñs fuit. Aliud, inquam, pro discretione substantiæ, non aliud pro vnitate personæ. FEL.
Cap. 12. in superioribus quidem me ad credendam Christi ex matre natiuitatem salua perpetuitate compuleras. Sed quia contra rationem vi orationis extorta non in nobis possunt esse continua: idcirco cum ad propositionem meam solicita intentione respicio, necdum mihi videor in his quæ a te dicta sunt inuenisse quod quæro. Nescio enim quomodo
L natum doceatis ex tempore, quem coæternum patri dicitis iam fuisse. Nasci enim est velut quidam motus rei non extantis anteq̃ nascatur, id agens beneficio natiuitatis vt sit: Quo colligitur Christum qui erat, nasci nõ potuisse: si nasci potuit, non fuisse. AVG. Ad inquisitionem nos incomprehensibilium rerum, noua interrogandi curiositate compellis: & ideo nõ nisi quibusdam exemplorum liniamentis poterit explicari ꝙ quæris. Pate re igitur me pro affirmato afferre rem alterius quæstionis, quia cum eam non pro fide sui, sed pro alterius ostensione nunc profero, non in ea me conijcias explicare ꝙ credo, sed ita me credere ad præsens puta, vt intelligere facilius possis ista quæ dixero. Fingamus ergo sicut pleriq; volunt, esse in mundo animã generalem, quæ sic ineffabili motu semina cuncta viuificet, vt non sit concreta cum genitis, sed vitam præstet ipsa gignendis. Nempe cũ hæc in vtero passibilem materiam ad vsus formatura peruenerit, vnam facit secum esse personam eius rei, quam non eandem constat habere substantiã: & fit operante anima & patiente materia, ex duabus substantijs vnus homo: cum aliud anima doceatur esse aliud caro: sicq; animam nasci fatemur ex vtero, quam ad vterum venientem vitam dicimus contulisse concepto. Nasci, inquã, ex matre dicitur, quia ex hac sibi corpus aptauit in quo nasci posset: non quia antequam nasceretur, quantum ad se attinet, ipsa penitus non fuisset. Hic si verborum uim, quotidiani sermonis contemplator attẽdas, cum talia proponimus, oppugnanda prædicamus, & in his tñ uerũ cõstat esse ꝙ dicimus Ex matris utero cũ corpore scimus aĩam nasci, sed ẽt matre priorẽ videmus aĩam ꝑdicari: In filio mater aĩam gignit, sed tñ ẽt in ipsa matre nõ nisi aĩa uiuit, sine qua nec ipsa quidem potest esse quæ genuit. Itaque si originem animantis potentiæ requiramus, prior est anima matre, & ex hac rursus nata uidetur esse cum sobole. Prior, inquam, anima, per quã mater est animata: prior mater, per quam in filio nata videtur & anima: sed non mater in carnem animam uertit, nec carnem in animam cõmutauit: sed animatã carnem de utero matris, idem carnis & animæ, & totius hominis creator exhibet: qui per dispensationem analogiæ, diuersa iungentis in uno atq; eodem homine, & utrunque insolubili unitate coniunxit, & neutrum ex alterius participatione confudit. Sic ergo, immo multo incõprehensibilius atq; sublimius, natus est susceptione perfecti hominis de matre filius Dei, qui est per omnipotentiam singularem genitis omnibus, non facultas tantum, sed & causa nascendi, secundum hominem, inquã, de virgine natus est Deus, eo pacto quo cũ corpore nasci docetur & animus: Non quia utriusque una substantia est, sed quia ex M A

vtraq; fit vna perſona: non alius homo cor-
pus,& alius animus,ſed vnus homo corpus
& animus.Sic poſt partum virginis,nõ alius
Dei filius & alius hoĩs, ſed idẽ Chriſtus Dei
& hoĩs filius. Et ſicut in vno homine aliud
corpus & aliud animus,ſic in vno mediatore
F aliud Dei,& aliud hominis filius : ſed idẽ tñ
& non alius Dei quã hominis filius, quãuis
propter aliud Dei, & propter aliud hoĩs fi-
lius.Nõ ab initio carnis cępiſſe dicimus filiũ
tẽporalẽ Dei,ne * tẽporis credat aliqs deitatẽ: Nõ ab
æterno filij Dei nouimus carnẽ,ne nõ verita
tẽ humani corporis,ſed quãdam eũ ſuſcepiſ
ſe putemus imaginẽ.Neq;.n.conſumit maie-
ſtatẽ filij Dei, veritas carnis:aut veritatẽ car-
nis,immenſitas deitatis: dũ vnũ radiat virtu-
tibus ſuis,aliud docetur infirmitatib.noſtris.
Vnus aũt atq; inſepararabilis Chriſtus & hu
miliatur in aſſumptis, & glorificatur in pro-
prijs,cũ affici non dedignatur iniurijs, & ę-
qualitatẽ cuſtodit genitoris. Genuit ergo Ma
ria,& non genuit filiũ Dei.Genuit,qñ ex ip-
ſa ſecundũ carnẽ natus eſt Chriſtus: non ge-
nuit,qñ de patre ſine initio extitit filius. Ge-
oan. 1. nuit,qñ ex hac verbũ caro proceſsit, vt habi
taret in nobis: nõ genuit qñ in principio erat
Deus verbũ,quod originẽ præſtitit vniuer-
ſis. Nolite ergo partu virginis determinare
originẽ Dei verbi. Nolite de virgine genitũ
corpus coęternũ dicere deitati,quia media-
.Tim.2 tor Dei & hominũ hõ Chriſtus Ieſus prima
natiuitate coæternus eſt patri,ſecunda parti-
ceps tẽporis noſtri: In illa author temporis,
ap. 13. in iſta particeps eſt ætatis.FEL. Qm̃ de myſte
rio mediatoris perſpicua ratione, & ad cre-
dendum cui vis ſufficienter tractaſti: idcirco
quæſo vt mihi quid etiã de anima Chriſti ſen
tiendũ ſit iubeas explicari. Ita.n.a maioribus
noſtris ſemper eſt traditũ, ꝙ corpus Chriſti
ad vicẽ animæ communis, ipſius filij Dei ha
bitus animarit nec acceſsione vitalis ſpiritus
indigens fuerit, cui habitans fons vitę po-
tuit conferre quod vixit. AVG. Poſſemus qui
dẽ id quod ĩ hac quęſtione catholicæ autho-
ritatis definitione p̃ſcribitur,diuinorũ volu-
minũ teſtimonijs edocere: ſed quia nunc nõ
G librorũ indicio, ſed ſola ratione placuit cun
cta diſcutere:idcirco in aliud tẽpus ſcriptura
rũ monimẽta reſeruantes, ſicut ſuperius fa-
ctũ eſt, ſic etiã de animę inquiſitione tracta-
bimus. Quod vt poſsit facilius fieri, quę ſal-
uatori noſtro ſuſcipiẽdi hoĩs cauſa fuerit, v-
na tantũ Apoſtoli lectione ſubiecta breuiter
inquiramus:Qua inuẽta,ſine aliqua difficul-
tate etiã ad hæc, quę huius pręcedentis ſunt
conſequentia, tranſibimus. Ab initio igitur
ex corpore & anima Deus hominem fecit.
Qui legis pręcepta tranſgreſſus,poſt vſurpa
tionẽ interdictæ arboris, ſententiã quodam- H
modo pęnę capitalis excepit.Hic ad eum ſta
tũ a quo lapſus eſt,non niſi authoris ſui gra-
tia reformatus,poſtliminii quodãmodo iure
potuit remeare:ſicut qui ſe de excelſo in pręe
ceps voluntate demiſerit,in ſua quidẽ habuit
poteſtate quod fecit, ſed iã ſuo arbitrio cer-
tum eſt non ſubiacere quod ſurgat.Surgit ita
que beneficio alieno qui cecidit ꝓprio. Nec
ideo non ſuo dicẽdus eſt cecidiſſe, quia alie
no noſcitur reſurgere: nec propterea ſuo
reſurrexiſſe, quia non alieno certum eſt ce-
cidiſſe. Sed de hoc aliàs, nunc ad propoſi-
tum redeamus. Dicit ergo venerabilis Pau- Rom. 5.
lus,quoniã idcirco ſecundũ carnẽ natus eſt
Chriſtus,vt ſicut per vnum hominẽ peccatũ
in hunc mũdũ intrauit,& per peccatũ mors,
& ſequentia vſq; ad hunc locũ vbi ait:Sic &
per vnius obediẽtiam iuſti cõſtituũtur mul
ti.Venit ergo Chriſtus ſaluũ facere quod pe
rierat. Prius ergo videamus, quid illud eſt ꝙ Luc. 16.
protoplaſti trãſgreſsione perierit, & ex hoc
facile ſcire poterimus, quid dñs veniendo
ſaluare potuerit. Requirẽdũ igitur nobis eſt
quiſnã Saluatoris legẽ acceperit. Ille.n.ſine Gen. 2.
dubio peccauit, qui pręcepta contẽpſit:Ille
præcepta contempſit, qui quod prohibeba-
tur admiſit.Dicit autẽ ſcriptura:Pręcepit do
minus Adę,dicens, Ab omni ligno quod eſt
in paradiſo mãducabitis, de ligno aũt ſcien-
tiæ boni & mali, non manducabitis de eo:
Qua autem die manducaueritis,morte mo-
riemini. Quæramus ergo nunc,vtrum hanc
legem totus homo acceperit? Si enim vt in
libro Geneſeos cõtinetur, ex corpore & ani I
ma iam perfectus accepit,totus homo tranſ-
grediendo peccauit,& ſi totus tranſgredien-
do peccauit, totus peccati ſui vitio iam tunc
periit. Si autem totus periit,totus beneficio
Saluatoris indiguit.Et ſi totus beneficio Sal-
uatoris indiguit, totũ Chriſtus veniendo ſal-
uauit:Et ſi totum veniẽdo ſaluauit,nõ corpus
aut animã,ſed corpus & animã,quib. cõſtat
totus hõ,& q̃bus peccaſſe antea videt̃ aſſum-
pſit:

pſit. Nam ſi toto homine peccãte, ſolã huius carnẽ Chriſtus aſſumpſit, anima pęnæ primę illius trãſgreſsionis ſine aliqua ſpe etiã nũc addicta permanſit. Qđ ſi ita eſt, neſcio quid nobis mediatoris pſona contulerit, q̃ melius noſtrũ ex toto non redimẽs, brutã per ſe carnẽ, & quæ ſine anima beneficium quidẽ eius nõ poſſet ſentire, ſuſcepit. Vellẽ tñ ab huiuſ-
F modi prędicatoribus quærere, cur accepta carne animã diſpenſatio mediatoris omiſerit. Niſi forte aut innoxiã ſciẽs medicinę indigentẽ eſſe nõ credidit, aut a ſe aliena putãs, redemptionis beneficio nõ donauerit, aut ex toto íſanabilẽ iudicãs, curare nequiuerit, aut vt uilẽ & quę nullis vſibus apta videretur ab iecerit. Horum duo in ipſum totius hominis creatorem blaſphemi ſpiritus incredulitate deſipiũt: Nã primo impaſsibilem, ſecundo nõ omniũ authorẽ crediderunt. Quomodo.n. docetur omnipotens, ſi curare, nõ potuit deſperatã? Aut qũo omniũ Deus, ſi nõ ipſe fecit animã noſtrã? Duobus vero alijs, vno animæ cauſa neſcitur, altero meritũ non timetur. An intelligere cauſam putandus eſt animę, qui eã ad accipiendã legẽ habitu inſitę rationis inſtructã, a peccato volũtarię trãſgreſsionis nititur ſeparare? Aut quomodo eius generoſitatẽ nouit, qui ignobilitatẽ vitio dicit eſſe deſpectã, prelata carne, quã nõ inflatu Dei ſicut animã, ſed de limo terrę cõſtat eſſe plaſmatam? Si aũt nihil horum de anima recte ſentitur, credamus quia ſuſcepit redemptor noſter hominem totũ, nec intercidere quodammodo animę noſtræ videa-
Al.l. videamus. mur * hominẽ ſempiternũ. Proh dolor, carnẽ, inquit, ſolã Chriſtus aſſumpſit, animã nõ quæſiuit. Hic ſi originẽ vtriuſq; gnarus rerũ contemplator attendas præcioſior eſt animę ſubſtantia: ſi tranſgreſsionis culpã, pp intel-
Al.l. cauſa. ligẽtiã, peior eſt carne. * Ego autẽ Chriſtum & perfectã ſapientiã dico & ſcio, & pijſsimũ eſſe nõ dubito, quorũ primo meliorẽ &
G prudentię capacẽ nõ deſpexit, ſecundo eã q̃ magis fuerat vulnerata ſuſcepit. Neq;.n. ſapientiæ conuenit, de duobus æque ſuis, inſipientiſsimam plus amare: aut perfectæ pietati, magis indigentẽ non inueniſſe.
Cap. 14. FEL. Omnia quidẽ quæ a te nõ rationabiliter tantum, ſed ẽt veraciter dicta ſunt, & intelligiſſe me
3.ſen. di. 22.ca. Et vtique. in pcedẽtibus fateor, & pbaſſe nõ nego: Chriſti aũt diuinitas quo pacto mortẽ ſenſiſſe dicatur, ignoro. De quo utrũ obſcure aliquid dixeris an ego ſufficienter dicta ingenij tarditate aſſequi nõ potuerim, neſcio. Neq; enim credere auſim, ꝙ fons ille vitę à quo habent vniuerſa ꝙ viuunt, per triduũ quo in ſepul-
chro corpus iacuit, vſq; eo à naturæ ſuę pro H
prietate deciderit, vt ſi dici fas eſt, ſepultis ſenſibus omnem ſubſtantiæ vitalis naturã amitteret, & pp redẽptionẽ humani generis non partem tantũ, ſed & omnia ſpiritalis gloriæ ornamenta deſereret. AVG. Abſit, abſit a fide *3.ſen. di. 21.ca. Sicut.*
libus iſta ſuſpitio, vt ſic Chriſtus ſenſerit mortẽ noſtrã, vt quantũ in ſe eſt vita, perderet vitã. Nã ſi hoc ita eſſet, quomodo illo triduo potuiſſe dicimus aliquid viuere, ſi vitę fontem credimus aruiſſe? Senſit igitur mortem deitas Chriſti, participatione humani affectus quẽ ſponte ſuſceperat, non naturæ ſuę potentiã perdidit, per quã cuncta viuificat. Sic in ſepulchro carnẽ ſuã cõmoriendo nõ deſeruit, ſicut in vtero virginis connaſcẽdo formauit: Et ſic in vtroq; & naſci & mori, nõ coactus ab altero, ſed ſponte dominus voluit, vt hoc eum conſtet pertuliſſe quod fecit. Nec ideo non patientẽ, quia ipſe faciebat: nec ideo non facientẽ, quia alius tolerabat. Nã ſi dominicę incarnationis myſteriũ, ſalua indiuiduæ Trinitatis cooperatione cõſideres: idẽ ſibi in hac humilitate author & opus eſt. Idem author, quia ſponte naſcitur, ſponte patitur: idem opus, quia vtrunq; licet nõ alio cogente, ſolus tñ ipſe perpetitur. Fecit carnẽ in vtero matris, habes authorẽ operis: ipſe in hac naſci dignatus eſt, habes opus authoris: Vna tamen perſona eſt, ſalua vtriuſque proprietate ſubſtãtię, & authoris & operis. Sic ergo mortuus eſt nõ diſcedente vita,
ſicut paſſus eſt non pereunte potentia. Nemo *Ioan. 10*
aufert animã eius ab eo, qui poteſtatẽ habet ponendi, & poteſtatẽ aſſumendi eam, habes etiam hic authorẽ operis: ponit animã pro
amicis ſuis, habes opus authoris. Quod vt ge *Ibidem*
nerali definitione cõcludã, quotiẽs in carne Chriſtus aliquid patitur, opus authoris eſt.
Sed quia idipſum ſua poteſtate, non alio co- I
gẽte perpetitur, ipſe author eſt operis. Nõ ergo ad Mariam locali motu diuinitas venit, ſed ineffabili potentiæ ſuę manifeſtatione, & vterum virginis gignẽdus impleuit: & quod totum eſt, ſubſtantię ſuę plenitudine non priuauit. Non dimiſit patrem cum venit ad virginem,

ginem, vbiq; totus, vbiq; perfectus, quia nec diuisionē incorporei simplicitas recipit, & patris nomen plenitudo nō nouit. Erat ergo vno atq; eodē tpe ipse totus ēt in inferno, totus in cęlo: Illic patiens iniuriā carnis, hic nō relinquens gloriā deitatis. Erat apud inferos resurrectio mortuorum, erat super cęlos vita viuentium, vere mortuus, vere viuus: in quo & mortē susceptio mortalitatis excepit, & vitā diuinitas seruata non perdidit. Quo-
K tiescunq; ergo hæc quæ in Xp̄o humiliter sunt tolerata, cōsideras, ipsum authorē volūtariæ passionis agnoscas: Ita fiet, vt dū humilitas patienti, facienti virtus ascribitur: idem Xp̄s vno atq; eodē tpe cū patitur infirmus, cū facit omnipotēs doceatur. Sed ne adhuc in morte filij Dei aliquā insensibilitatem nos credatis accipere, importunū non est quæ de morte sensa sunt inuestigare: in qua sine dubio destitutū corpus vita, animā nostrā non perimit, dū discedens aīa non vim suā perdidit, sed ꝙ viuificauerat hoc dimittit, & quantū in se est, alterius mortē facit, ipsa non recipit. Facit, inquā, non viuificando ꝙ deserit: non recipit, nō amittendo ꝙ viuit. Itaq; omnis mors nihil aliud quā carnis occasus est: A qua cū vis potentiæ viuificantis abscesserit, in terram de qua sumpta est, amissis quos nō per seipsam habuit, sensibus, redit. Atqui contraria, inquis, vitæ mors est. Fateor. Sed nō ex eo genere cōtrariorū, q̄ existentis substantiæ oppositione se perimunt: sed ex eorū potius q̄ dum cuilibet accidunt, simul quidē esse non possunt, sed vnius tm̄ substantiæ habitu ac priuatione gignūtur. Sicut verbi gratia noctem docemus ac diem. Nā & hæc eiusdem generis docentur esse contraria, cū nō vtriusq; sed vnius tm̄ videatur esse substantia. Ecce. n. dicimus diem esse cū Sol est super terram: Solem aūt cōstat esse substantiā. Hic cum peracto diurni temporis cursu, ab humani visus contemplatione discesserit, noctem discedendo mox facit. Facit, inquam,
L subtrahendo copiam diurni luminis, non in se recipiendo substantiam noctis. Itaq; vna lucis substantia noctē facere vr̄ & diem, & non vno modo: Nam diē cum venit efficit, noctem cū recedit. Vnde & Manichęorum non irreligiosam tm̄, verumēt stultam diuisionem, qua bona a malis æque extantib. nituntur separare substantijs plerunq; confundimus: ostendentes eis luminare maius, quo fieri nouimus diem: & cogentes vt & ipsi similiter nos docerent, ꝙ esset si dictū fas est, tenebrale maius, quo substantialiter fieri crederemus & noctem. Sed de his aliàs, qui per stultitiam blasphemi dogmatis, aut pro extātibus non extantia, aut pro principalibus cōsecuta, aut pro contrarijs videntur affirmare cōia. Quæ si quis fidei oculis non priuatus excusserit, omnes eorū machinas facili ratione confundit. Ergo vt dicere cęperamus, anima M
non aliter quam Sol vitā tribuit carni cum venerit, mortē efficit cum recedit. Quam ne quis putet corporis morte consumi, audiat quid dn̄s de hoc in Euangelio generali au- *Mat. 10.*
thoritate definiat: Nolite, inquit, timere eos qui corpus occidūt, animā aūt non possunt occidere: sed timete eū potius qui animam & corpus potest occidere in gehenna ignis. Si ergo superstite anima corpus constat occidi, & propterea consequens necessariū non est, animas corporū internitione consumi: hoc si ita est, ēt post mortem corporis nihilominus mentibus viuitur. Quod si de vnoquoq; nostrum recte sentitur, qūo fons vitæ propter participationem humanæ mortis viuificādi potentiā perdidisse iactatur? Sed potest, inquis, anima & corpus occidi in gehenna ignis. Quod aduersum nos primū idcirco non facit, quia mors ista non conditionis vr̄ esse, sed criminis: Nam remota culpa iubemur homines non timere, qui possunt corpus, animam tn̄ negantur occidere. Dehinc, qm̄ hoc tantum esse dr̄ possibile Deo filium suum vnigenitum & cōione naturæ, & æqualitate potentię non hoc credimus meruisse. Suscepit ergo Saluator cōditionē mortis nostræ, sed non ita vt deteriorem faceret, cum præter consuetudinē dn̄ari eam permittebat animæ: sed potius vt nihil hāc obesse animę pariter iustorum omnium probasset & vitæ.
Sed fingamus, licet Euangelijs reclamantib. *Cap. 15.*
animas interire: Nonne in Saluatore nostro, licet in his mortē non repellente, tertium tn̄ atq; speciale, maiestas est, quam non potuit A
mors humana contingere? Ad summā videamus, in cruce positus quid promisit: Hodie, inquit, mecū eris in paradiso: Hodie, inquit, *Luc. 26.*
non post triduū, cum carnem meam de sepulchri re[illegible] resuscitauero, nō cum in me primitias [illegible]urę resurrectionis ostēdero. Cuius

ius putamus hæc vox est maiestatis, mentis aut corporis? Corpus aũt in sepulchro fuisse, nullus ignorat: Restat vt diuinitati, vel mẽti vox ista conueniat. Sed dicit aliquis: Deitatis hanc, nõ animæ Christi credimus vocẽ. Et quid in eo cui promittebatur accipimus? Hodie, inquit latroni, mecũ eris in paradiso: cuius corpus ad futurã resurrectionẽ mors
B cõis inclusit. Anima igitur est cui dñs hoc promisit & præstitit. Si igitur mortuo corpore ad paradisum anima mox vocatur, quenquam ne adhuc tam impium credimus, qui dicere audeat, quõ anima Saluatoris nostri triduo illo corporeę mortis apud inferos custodiæ mancipetur? Et quis, inquis, est alius
Mat. 26. qui instante passione Christi ingemuit, dicens, Tristis est anima mea vsque ad mortẽ: Tristis vsq; ad mortem, pp affectum susceptæ carnis: non post mortem, cũ beatitudinem spondet societas deitatis: Non initium męroris mors ista, sed finis est: Nec incipiũt post hanc iustorum flagella, sed definunt, cũ & impedimenta materiæ fluctuantis exponunt, & authorem suũ pleniori intelligentia
Cap. 16. iam capiunt. Ergo, inquis, mortem Dei filius & in anima non pertulit, & in maiestate nõ sensit? Quid ergo dicebas esse ꝙ pertulit? Sensit prorsus & ꝑtulit, sed participatione morbi alieni, non proprietate vulneris sui. Sensit sicut omnes sentiunt, qui moriente carne mentibus viuunt, non sicut idem ait in gehẽnæ ignibus occiduntur. Quidam sane cõmunem mortem etiam hoc pacto definiunt dicentes: nihil aliud hanc esse, quam cum diuersarum rerum consensu vitam facientiũ, velut per dissidium quoddam ab inuicẽ fuerit facta dissensio. Hæc si hominis mors est quæ non consumit iuncta, sed diuidit, dum origini vtrunque restituit: quid de Saluatoris nunc anima dicemus, quæ vt non dicam pp inhabitantem deitatem, & propter iustitiam
C singularem: certe propter cõem moriendi sortem corpus illo triduo sic potuit deserere, vt ipsa non posset penitus interire? Non ergo, inquis, apud inferos Christi anima, nõ
Cap. 17. diuinitas fuit? Fuit inquam, Neque aliter eũ video potuisse resuscitare carnem suam, si apud inferos prædicẽ velut absentis Dei non fuisse potentiam: Nec ideo tamen localem nos credat aliquis Dei prædicare præsentiã, de quo ista propter manifestationem certi operis dicimus, quia alicubi fuit qui vbique non defuit. Iacebat quantum ad corpus mortuus in sepulchro, mortuos resuscitãs in inferno, vitam tribuens vniuersis in cęlo: non mundum dimittens ad cœlos ascendit, nec cęlum deserens ad terram venit, sed vno atque eodem tempore totum totus impleuit: qui alicubi manifestatione plus parens, agnitionem præsentiæ suæ indignis negauit, non
D immensæ deitatis absentiam procurauit. Vis
Cap. 18. nosse de hac mediatoris morte quid sentiã? Omnium quæ a me in superioribus incidentium quæstionum necessitate dispersa sunt, prorsus ista sententia est, quia credo mortuũ esse filium Dei, non secundum pęnam iniustitiæ, quam ex toto non habuit: sed secundũ legem naturæ quam pro humani generis redemptione suscepit: illa morte de qua dicitur: Quis est homo qui uiuit & non uidebit
Ps. 88. mortem? non illa de qua Esaias dicit: Mortui autem vitam non uidebunt. Illa quæ secũdum naturã generalis est cunctis, non illa q̃ specialis est malis. Putemus ergo in hoc esse quodammodo uim ac potentiam seminis, qua & anima animas reparet: & carne omnium nostrum carnẽ iudicio imminente resuscitet: dum per operationẽ propriæ deitatis cuncta uiuificans, ex uno suscepti hominis grano innumerabilẽ patri redditurus est messem. Tunc separaturus est a zizanijs segetem, cum iustis cęperit reddere mercedem: Qui cum patre & spiritusancto uiuit & regnat Deus, per infinita secula, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

De bono coniugali, contra Iouinianum. Liber vnus.



QVoniam unusquisq; homo humani generis pars est, & sociale quiddam est humana natu-
E ra, magnumque habet & naturale bonum, uim quoque amicitiæ: ob hoc ex uno Deus uoluit omnes homines condere, ut in sua societate non sola similitudine generis, sed etiam cognationis uinculo tenerentur. Prima itaque naturalis humanæ societatis copula uir & uxor est: Quos nec ipsos singulos condidit Deus, &

& tanquã alienigenas iunxit, sed alterã ex altero creauit, signãs ẽt vim coniunctionis in latere, vnde illa detracta formata est. Lateribus enim sibi iunguntur, qui pariter ambulant, & pariter quo ambulant intuentur. Cõsequens est connexio societatis in filijs, qui vnus honestus fructus est, nõ coniunctionis maris & feminę, sed concubitus. Poterat.n. esse in vtroq; sexu, etiã sine tali cõmixtione, alterius regentis, alterius obsequentis amicabilis quædã & germana cõiunctio. Nec nũc opus est, vt scrutemur, & in ea quęstione definitam sententiã proferamus, vnde primorũ hominũ proles posit existere, quos benedixerat Deus, dicens: Crescite & multiplicamini & replete terrã: si nõ peccasset: cũ mortis cõditionẽ corpora eorũ peccãdo meruerint, nec esse cõcubitus, nisi mortaliũ corporũ posit. Plures.n. de hac re sniæ diuersæq; extiterunt. Et si examinandũ sit veritate diuinarum scripturarũ, quęnam earum potissimũ congruat, prolixę disputationis negociũ est, Siue ergo sine coeundi cõplexu alio aliquo modo, si non peccassent habituri essent filios ex munere omnipotentissimi creatoris, qui potuit ẽt ipsos sine parentibus condere, qui potuit carnẽ Christi in vtero virginali formare, & vt iã ipsis infidelib. loquar, q potuit apibus prolẽ sine concubitu dare: siue ibi multa mystice ac figurate dicta sint, aliterq; sit intelligendũ quod scriptũ est, Implete terrã & dominamini eius, i. vt plenitudine & perfectione vitę ac potestatis id fieret, vt ipsũ quoq; incremẽtũ & multiplicatio qua dictũ est, Crescite & multiplicamini: in prouectu mentis & copia virtutis intelligatur: sicut in Psalmo positum est, Multiplicabis in anima mea virtutẽ: nec data sit homini prolis ista succesio, nisi posteaquã causa peccati futura erat in morte discessio: siue corpus nõ spiritale illis hominibus, sed primo animale factũ erat, vt obedientiæ merito postea fieret spiritale ad immortalitatẽ capessendã, nõ post mortẽ, quę inuidia Diaboli intrauit in orbẽ terrarũ, & facta est pęna peccati: sed per illã cõmutationẽ quã signat Apostolus vbi ait, Deinde nos viuentes qui reliqui sumus, simul cũ illis rapiemur in nubibus obuiã Christo in aera: vt illa corpora primi cõiugij & mortalia fuisse intelligamus prima cõformatione, & tamẽ nõ moritura nisi peccassent: sicut minatus erat Deus, tãquã si vulnus minaretur, quia vulnerabile corpus erat: ꝙ tñ nõ accidisset nisi fieret, ꝙ ille vetuisset. Ita ergo possent ẽt per cõcubitũ taliũ corporũ gñationes subsistere, q̃ vsq; ad certũ modũ haberent incrementũ, nec vergerent tamen in seniũ, aut vsq; in senium, nec tamẽ in mortem, donec illa benedictionis multiplicatione terra repleretur. Si enim vestibus Israelitarũ pręstitit Deus per annos quadraginta sine vllo detrimẽto proprium statum: quanto magis pręstaret corporibus obedientiũ pręcepto suo fęlicissimũ quoddam temperamẽtum certi status: donec in melius conuerterẽtur, non morte hominis, qua corpus ab anima deseritur, sed beata cõmutatione a mortalitate ad immortalitatẽ, ab animali ad spiritalẽ qualitatem? Harum sententiarũ quæ vera sit, vel si alia uel alię possunt adhuc ex illis uerbis exculpi, quærere ac differere longum est.

Deu. 8. & 29. — *Cap. 3.* — *Primũ cõiugij bonum.*

Illud nunc dicimus secundũ istã conditionẽ nascendi & moriendi, quã nouimus & in qua creati sumus, aliquid boni esse coniugiũ masculi & feminæ: cuius confœderationem ita diuina scriptura cõmendat, ut nec dimissę a uiro nubere liceat alteri, quandiu uir eius uiuit, nec dimisso ab uxore liceat alterã ducere, nisi mortua fuerit, quæ recessit. Bonũ ergo coniugij quod etiam Dominus in Euangelio cõfirmauit, non solum quia prohibuit dimittere uxorem, nisi ex causa fornicationis, sed etiam quia uenit, inuitatus ad nuptias, cur sit bonum merito quęritur. Qđ mihi non uidetur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diuerso sexu societatẽ.

Mat. 19. — *Ioan. 2.* — *Secundũ coniugij bonum.*

Alioquin nõ iã duceretur coniugiũ in senibus, pręsertim si uel amisissent filios uel minime genuissent. Nunc uero in bono licet annoso cõiugio, & si emarcuit ardor ętatis inter masculũ & feminã, uiget tamen ordo charitatis inter maritũ & uxorem: quia quanto meliores sunt, tanto maturius a commixtione carnis suæ, pari consensu se continere cęperunt, nõ ut necessitatis esset postea non posse quod uellent, sed ut laudis esset primum noluisse quod possent. Si ergo seruatur fides honoris & obsequiorum inuicem debitorum ab alterutro sexu, etiam si languescentibus & prope cadauerinis utriusq; mẽbris, animorum tamen rite coniugatorum tanto syncerior,

rior, quanto probatior: & tãto securior, quã
Tertium to placidior castitas perseuerat. Habent ẽt id
coniugij bonũ coniugia, ꝙ carnalis vel iuuenilis con
bonum. tinentia, etiã si vitiosa est, ad propagandæ ꝓ-
lis redigitur honestatem, vt ex malo libidinis
aliquid boni faciat copulatio cõiugalis. De-
inde quia reprimitur & quodãmodo vere-
K cundius ęstuat concupiscentia carnis, quam
tẽperat parentalis affectus. Intercedit enim
quędã grauitas feruidæ voluptatis cũ in ea ꝙ
sibi vir & mulier adhęrescũt, & pater & ma-
Cap. 4. ter esse meditãtur. Huc accedit, quia in eoip
Quartũ so quod sibi inuicẽ coniuges debitũ soluunt,
coniugij etiã si id aliquanto intemperantius, & incõ-
bonum. tinẽtius expetant, fidem tamen sibi pariter de
bent. Cui fidei tantũ iuris tribuit Apostolus,
1. Cor. 7. vt eam potestatẽ appellaret, dicẽs: Mulier nõ
hẽt potestatem sui corporis, sed vir: similiter
aũt & vir non habet potestatẽ sui corporis,
32. q. 5. sed mulier. Huius aũt fidei violatio dicitur
c. Ille aũt adulterium, cũ proprię libidinis instinctu,
vel alienæ cõsensu cũ altero vel altera cõtra
pactũ coniugale concũbitur, atq; ita frangi-
tur fides, quę in rebus etiã corporeis & abie-
ctis magnũ animi bonũ est: & ideo eã saluti
quoq; corporali, qua ẽt vita ista continetur,
certũ est debere proponi. Et si enim exigua
palea prę multo auro penè res nulla est: fi-
des tñ cũ in negocio paleę, sicut in auro syn
cera seruatur, non ideo minor est, quia in re
minore seruatur. Cũ vero ad peccatũ admit-
22. q. 4. tendũ adhibetur fides, mirũ si fides appellanda
c. Si ad est. Veruntamen qualiscunq; sit, si & contra
peccatũ. ipsam fit, peius fit: nisi cũ propterea deseri-
tur vt ad verã fidem ac legitimã redeatur, i.
vt peccatũ emẽdetur, voluntatis prauitate cor-
recta. Tanquam si quis cũ hominẽ solus ex-
poliare nõ possit, inueniat socium iniquita-
tis, & cũ eo paciscatur vt simul id faciant spo
liumq; partiantur, quo facinore commisso
totũ solus auferat: Dolet quidẽ ille, & fidẽ si-
bi seruatã non esse conqueritur, verũ in ipsa
sua querela cogitare debet, potius in bona
L vita ipsi humanę societati fuisse seruandam,
ne prẽda iniqua ex homine fieret, si sentit q̃
inique sibi in peccati societate seruata non
fuerit, ille quippe vtrobiq; perfidus, profe-
cto sceleratior iudicandus est. At si id quod
malefecerant ei displicuisset, & propterea cũ
participe facinoris prædã diuidere noluisset
vt homini cui ablata fuerat, redderetur, eum
perfidũ nec perfidus diceret: Ita mulier si fi-
de coniugali violata fidem seruet adultero,
vtiq; mala est, sed si nec adultero, peior est.
Porro si eã flagitijs pęniteat, & ad castitatem
rediens coniugalẽ, pacta ac placita adulteri
na rescindat, miror si eã fidei violatricẽ, vel
ipse adulter putabit. Solet etiã quęri, cũ ma- H
sculus & fęmina, nec ille maritus, nec illa v- *Cap.*
xor alterius, sibimet non filiorũ procreando *32.*
rũ, sed propter incõtinentiam solius concu- *c. Sol.*
bitus causa copulantur, ea fide media, vt nec *4. sed*
ille cũ adultera, nec illa cũ altero id faciat, *31.*
vtrum nuptiæ sint vocandæ. Et potest quidẽ *est*
fortasse non absurde hoc appellari cõnubiũ *dum*
si vsq; ad mortẽ alicuius eorum id inter eos
placuerit, & prolis generationẽ, quãuis non
ea causa coniuncti sint, non tamẽ vitauerint,
vt vel nolint sibi nasci filios, vel etiam ope-
re aliquo malo agant ne nascantur. Cęterum
si vel vtrunq; vel vnum horũ desit, non in-
uenio quemadmodũ has nuptias appellare
possimus. Etenim si aliquã sibi vir ad tp̃s ad-
hibuerit, donec aliã dignã vel honorib. vel
facultatibus suis inueniat, & quam comparẽ
ducat, ipso animo adulter est, nec cũ illa quã
cupit inuenire, sed cũ ista cũ qua sic cubat, vt
cũ ea nõ habeat maritale consortium. Vnde
& ipsa hoc sciẽs ac volens, impudice vtique
miscetur ei, cũ quo non habet fędus vxoriũ.
Veruntñ si ei fidẽ thori seruet, & cũ ille vxo-
rẽ duxerit, nubere ipsa non cogitet, atq; a ta-
li prorsus opere continere se præparet, adul-
terã quidẽ fortassis facile appellare non au
deam, non peccare tamen quis dixerit, cum
viro cuius vxor non est, misceri sciat? Iã ve-
ro si ex illo concubitu quantũ ad ipsam atti
net, non nisi filios velit, & quicquid vltra cau
sam procreandi patitur, inuita patiatur: multis
quidẽ ista matronis anteponenda est: Quę ta
metsi non sunt adulteræ, viros tamẽ suos ple
runq; etiã continere cupientes ad reddendũ
carnale debitũ cogunt, non desiderio prolis
sed ardore cõcupiscẽtiæ, ipso suo iure intẽ-
peranter vtentes: In quarũ tamen nuptijs bo
nũ est hoc ipsum ꝙ nuptę sunt. Ad hoc.n.nu B
ptæ sunt, vt illa concupiscentia redacta ad le
gitimũ vinculum, non deformis & dissolu-
ta fluitaret, habens de seipsa irrefrenabilem
carnis infirmitatem, de nuptijs autem indis-
solubilem fidei societatem, de seipsa ꝓgres-
sum immoderate coeundi, de nuptijs modũ
caste

caste ꝓcreādi. Et si. n. turpe est libidinose vti
velle marito, honestū est tn̄ nolle misceri nisi
ap 6. marito, & nō parere nisi de marito. Sunt itē
. q. 2. viri vsqueadeo incontinentes, vt coniugibus
. Quic- nec grauidis parcant. Quicquid ergo inter se
d inter. cōiugati immodestum, inuerecundū, sordi-
dumue gerūt vitium est hoīum, nō culpa nu-
ptiarum. Iam in ipsa quoq; immoderatiore
exactione debiti carnalis, quam eis non secū
Co. 7. dum imperium præcipit, sed secundum ve-
niam concedit Apostolus, vt etiā pręter cām
procreandi sibi misceant, & si eos praui mo
res ad talem concubitū impellunt, nuptiæ tn̄
ab adulterio seu fornicatione defendunt. Ne
que enim aliud ꝑꝑ nuptias admittit, sed ꝑꝑ
nuptias ignoscit. Debent ergo sibi cōiugati,
B non solū ipsius sexus sui commiscēdi fidem,
liberorum procreādorum causa, quæ prima
est humani generis in ista mortalitate socie-
tas, verumetiā infirmitatis inuicem excipien
dæ, ad illicitos cōcubitus euitandos, mutuā
quodammodo seruitutem, vt et si alteri eorū
perpetua cōtinētia placeat, nisi ex alterius cō
idem. sensu nō possit. Et ad hoc. n. vxor nō hēt po-
testatem sui corporis, sed vir: similiter & vir
nō hēt ptātem sui corporis, sed mulier, vt &
qđ non filiorum procreādorum, sed infirmi
tatis & incōtinentię causa expetit, vel ille de
matrimonio, vel illa de marito, nō sibi alter-
utrum negent, ne per hoc incidant in damna
biles corruptelas, tentante satana ꝑꝑ inconti
nētiam, vel amborum, vel cuiusquam eorū.
.d.31 Coniugalis. n. concubitus generandi gratia
i. ergo nō habet culpam, cōcupiscentiæ vero satian
dæ, sed tn̄ cum cōiuge, ꝑꝑ fidem thori venia
lem habet culpā: adulterium vero siue forni
catio lętalem hēt culpā: Ac per hoc melior
est quidem ab omni cōcubitu continentia: q̄
vel ipse matrimonialis concubitus, qui fit cā
C gignēdi. Sed quia cōtinentia illa meriti am-
. 7. plioris est, reddere vero debitum coniugale
nullius est criminis, exigere autem vltra ge-
nerādi necessitatem culpę venialis, fornica-
ri vero vel mœchari, puniendi criminis, ca-
uere debet charitas coniugalis, ne dum sibi
quærit vnde amplus honoret, coniugi faciat
t.4. vnde damnet. Qui enim dimittit vxorē suā
19. excepta causa fornicationis facit eā męcha-
ri. Vsq; adeo fędus illud initum nuptiale, cu
iusdam sacramenti res est, vt nec ipsa separa
tione irritum fiat: qn̄quidem viuente viro, a
quo relicta est męchatur, si alteri nupserit: &
ille huius mali causa est qui relinquit. Miror
aūt si quemadmodū licet dimittere adulterā
vxorē, ita liceat ea dimissa alterā ducere: Fa-
cit. n. de hac re sancta scriptura difficilem no
dū, dicente Apostolo, ex pręcepto dn̄i mulie
rem a viro non dēre discedere, ꝙ si discesse- 1. Co. 7.
rit, manere innuptā, aut viro suo recōcialia-
ri, cum recedere vtiq; & manere innupta, ni
ab adultero viro non debeat, ne recedēdo ab
eo qui adulter nō est, faciat eū mœchari: re-
cōciliari aūt viro vel tolerando, si se ipsa cō
tinere nō pōt, vel correcto forsitan iuste pōt.
Qūo aūt viro possit esse licētia ducēdæ alte- D
rius, si adulteram reliquerit, cū mulieri non
sit nubēdi alteri si adulterū reliq̄rit, nō video.
Quę si ita sunt, tm̄ valet illud sociale vincu- 32.q.7.
lum coniugū, vt cum cā procreādi colliget, c. Tantū
nec ipsa causa procreādi soluat. Posset enim valet.
homo dimittere sterilem vxorem, & ducere
de qua filios habeat, & tn̄ licet & nostris qui
dem iam temporib. ac more Romano nec
superducere, vt amplius habeat quam vnam
viuam, & vtique relicta adultera vel relicto
adultero possent plures nasci homines, si vel
illa alteri nuberet, vel ille alteram duceret.
Quod tamen si non licet, sicut diuina regula
præscribere videtur, quem non faciat inten-
tum, quid sibi velit tāta firmitas vinculi con
iugalis? Quod nequaquam puto tantum vale
re potuisse, nisi alicuius rei maioris ex hac in
firma mortalitate hominum quoddam sacra
mentum adhiberet, quod deserentibus ho-
minibus atq; id dissoluere cupientibus incō 32. q. 7.
cessum illis maneret ad pœnam. Siquidem c. Interue
interueniente diuortio, non aboletur illa cō niente.
fœderatio nuptialis: ita vt sibi coniuges sint
etiam separati, cum illis autem adulterium
committant, quibus etiam fuerint post suum
repudium copulati, vel illa viro, vel ille
mulieri, nec tamen nisi in ciuitate Dei no- Psal. 47.
stri in monte sancto eius, talis est causa cum Cap. 8.
vxore. Cæterum aliter se habere iura gen- E
tilium quis ignorat, vbi interposito repu-
dio sine reatu aliquo vltionis humanæ, & il-
la cui voluerit nubit, & ille quam voluerit
ducit. Cui consuetudini simile aliquid pro-
pter Israelitarum duritiam, videt permisisse Deu. 24.
Moyses de libello repudii. Qua in re expro-
bratio diuortii magis apparet, quam appro-
batio. Honorabiles ergo nuptię in omnibus,

& thorus immaculatus, Quod non ſic dici-
Heb. 13. mus bonum, vt in fornicationis comparatio
ne ſit bonum Alioquin duo mala erũt, quo-
rum alterum peius: aut bonum erit & forni-
catio, quia eſt peius adulterium. Peius eſt.n.
alienum matrimonium violare, q̃ meretrici
1. Co. 8. adhęrere; & bonum adulterium, q̃a eſt peior
inceſtus. Peius eſt.n. cum matre q̃ cum aliena
vxore cõcumbere, & donec ad ea perueniat,
Ephe. 5. quæ ſicut Apoſtolus ait, Turpe eſt ẽt dicere.
oĩa bona erũt in comparatione peiorũ. Hoc
aũt falſum eſſe q̃s dubitet? Nõ ergo duo ma-
la ſunt cõnubium & fornicatio, quorũ alte-
rum eſt peius. ſed duo bona ſunt cõnubium
& cõtinentia, quorum alterum eſt melius. Si
cut iſta tẽporalis ſanitas & immortalitas nõ
ſunt duo mala quorum alterũ peius; ſed iſta
ſanitas & immortalitas duo bona ſũt, quorũ
alterũ meli⁹. Item ſcĩa & charitas nõ duo ma
la ſũt, quorũ charitas peius: ſed ſciẽtia & cha
ritas duo bona ſunt, quorũ charitas melius.
1. Co. 13. Sciẽtia nãque, vt ait Apoſtol⁹, deſtruet, & tñ
F huic tp̃i neceſſaria eſt, charitas autem nunq̃
cadet. Sic & mortalis iſta generatio, p̃p quã
fiunt nuptiæ, deſtruet. Ab omni autem cõcu-
bitu imunitas, & hic angelica meditatio eſt,
& permanet in æternum. Sicut aũt ieiuniis ſa
crilegorum meliora ſunt prãdia iuſtorum,
ita nuptiæ fidelium virginitati anteponuntur
impiorum. Verumtñ neq; ibi prãdium ieiu
nio, ſed iuſtitia ſacrilegio, neque hic nuptię
virginitati, ſed fides impietati præfertur. Ad
hoc.n. iuſti cum opus eſt prandẽt, vt tãquam
boni dñi quod iuſtum & æquum eſt ſeruis
corporib. præbeant: ad hoc aũt ſacrilegi ieiu
nant vt Dęmonib. ſeruiant: Sic ad hoc nubũt
fideles, vt maritis pudice copulẽtur, ad hoc
aũt ſunt virgines impiæ, vt a vero Deo forni
Luc. 10. cent. Sicut ergo bonum erat q̃d Martha facie
bat occupata multum circa miniſterium ſan
ctorũ: ſed melius q̃d Maria ſoror eius ſedens
G ad pedes Dñi, & audiens verbum Dñi, cum
Dan. 13. eum ambę hoſpitio recepiſſent: ita bonum
Lucæ. 2. Suſannæ in cõiugali caſtitate laudamus: ſed
Lucæ. 1. tñ ei bonũ viduæ Annæ, ac multo magis Ma-
rię virginis anteponimus. Bonum erat quod
faciebant qui de ſubſtãtia ſua Chriſto ac di-
ſcipulis ſuis neceſſaria miniſtrabãt: ſed meli⁹
qui oẽm ſubſtantiam ſuam dimiſerunt, vt ex
peditiores eũdem Dñm ſequerent. In his aũt
binis bonis, ſiue quæ iſti, ſiue quæ Martha &
Maria faciebãt, fieri non poſſet quod melius
eſt, niſi altero prætermiſſo aut relicto. Vnde
intelligendum eſt, nõ ideo malum putãdum
eſſe nuptias, q̃a niſi ab eis abſtineat, non põt
haberi vidualis caſtitas aut virginalis integri
tas. Neq; enim ideo malũ erat quod Martha
faciebat, quia niſi inde abſtineret ſoror eius,
Mat. nõ faceret quod meli⁹ erat. Aut ideo malum
eſt iuſtũ ſuſcipere aut Prophetam in domũ
ſuam, quia nec domum hr̃e debet, vt q̃d me
lius eſt faciat, qui vult ad perfectionem Chri
Cap. ſtum ſequi. Sanè videndum eſt nobis, alia bo-
na nobis Deum dare, quę p̃p ſeipſa expetẽda
ſunt, ſicut eſt ſapiẽtia, ſalus, amicitia: alia quę
p̃p aliquid ſunt neceſſaria, ſicut doctrina, ci
bus, potus, ſomnus, coniugium, concubitus.
Horum.n. quędam neceſſaria ſunt p̃p ſapiẽ-
tiam, ſicut doctrina: quędam p̃p ſalutẽ, ſicut
cibus, potus, & ſomnus, quędã propter ami-
citiam, ſicut nuptiæ vel concubitus. Hinc.n.
ſubſiſtit propagatio humani gñis, in quo ſo-
cietas amicabilis magnum bonum eſt. His
itaq; bonis quę p̃pter aliud neceſſaria ſunt,
qui non ad hoc propter quod inſtituta ſunt H
vtit, peccat, alias venialiter, aliàs damnabili-
ter. Quiſquis vero eis p̃p hoc q̃d data ſunt
vtitur, bene facit. Cui ergo non ſunt neceſſa
ria, ſi non eis vtitur melius facit. Proinde iſta
bona cum opus habemus bene volumus, ſed
melius ea nolumus quam volumus, quia tũc
melius nos habemus cum ea neceſſaria non
habemus. Ac per hoc bonum eſt nubere, q̃a I. Tim.
bonum eſt filios procreare, matrem familias
eſſe; ſed melius eſt non nubere, quia melius
eſt ad ipſam humanã ſocietatem hoc opere
non egere. Ita enim, iam, ſeſe hẽt humanum
genus, vt aliis qui ſe non cõtinent, nõ ſolum
per nuptias occupatis, ſed multis etiam per
illicitos cõcubitus luxuriantibus, bono crea
tore de malis eorum faciẽte quod bonũ eſt,
nõ deſit prolis numeroſitas & abundantia I
ſucceſsionis, vnde ſanctæ amicitiæ conqui-
rant. Ex quo colligitur, primis temporib. ge-
neris humani, maxime propter Dei populũ
propagãdum, per quem & prophetaretur &
naſceretur princeps & Saluator omnium po
pulorum, vti debuiſſe ſãctos iſto, non p̃pter
ſe expetendo, ſed p̃p aliud neceſſario bono
nuptiarum. Nunc vero cũ ad ineundam ſan-
ctam & ſynceram ſocietatẽ vndiq; ex oĩbus
gentibus copia ſpiritalis cognationis exube-
ret,

ret,etiam propter filios solos cõnubia copu
lare cupiẽtes, vt ampliore continẽtiæ bono
Cap. 10. potius vtanť ad monẽdi sunt. Sed noui quos
dam qui murmurent: Quid si,inquiunt, oẽs
velint ab omni cõcubitu abstinere: vnde sub
sistet genus humanũ? Vtinã oẽs hoc vellent,
Tim. 1. dũtaxat in charitate de corde puro, & con-
scientia bona,& fide non ficta: multo citius
Dei ciuitas compleret,vt accelerareť termi-
nꝰ seculi. Quid.n.aliud hortari apparet Apo
Co. 7. stolum vbi ait, cum inde loquereť: Vellem
oẽs esse sicut meipsum? Aut in illo loco: Hoc
aũt dico fratres,tps breue est,reliquum est vt
& hi qui habẽt vxores tanq̃ non hẽntes sint,
K & qui flent tanq̃ non flentes, & qui gaudent
tanq̃ non gaudẽtes, & qui emunt tanq̃ non
ementes, & qui vtunť hoc mundo tanq̃ non
vtanť. Præterit enim figura huius mundi, vo-
lo vos sine solicitudine esse. Deinde subiun-
git: Qui sine vxore est, cogitat quæ sunt dñi,
quomodo placeat dño: Qui autem matrimo
nio cõiunctus est, cogitat quæ sunt mundi,
uxori, quomodo placeat vxori. Et diuisa est mulier
diuisꝰ nupta, & virgo quæ innupta est, solicita est
Mu- ea q̃ sunt dñi, vt sit sancta & corpore & spũ.
r inu- Quæ aũt nupta est,solicita est,quæ sunt mũ-
&c. di, qũo placeat viro. Vnde mihi vr̃ hoc tpe
solos eos qui se nõ continent cõiugari opor
tere, secũdum illam eiusdẽ Apostoli sniam.
Quòd si se non continent,nubant: Melius est
Co. 7. enim nubere q̃ vri. Nec ipsis tñ peccatum
sunt nuptiæ,quæ si in comparatione fornica
tionis eligerentur, minus peccatum essent q̃
fornicatio,sed tñ peccatum essent. Nunc aũt
quid dicturi sumus aduersus euidẽtissimam
dem. vocem Apostoli dicentis, Quod vult faciat,
nõ peccat,si nubat: Et si acceperis vxorẽ non
peccasti,et si nupserit virgo nõ peccat. Hinc
certe iam dubitare fas nõ est, nuptias nõ esse
L peccatum. Nõ itaq; nuptias secundum veniã
cõcedit Apostolus. Nam quis ambigat absur
dissime dici non eos peccasse quibus venia
lem. dať? Sed illum concubitum secundum veniã
cõcedit,qui fit per incontinentiam,non sola
causa procreandi, & aliqñ nulla causa pro-
creãdi,quem nuptię nõ fieri cogũt,sed igno
sci impetrant,si tñ nõ ita sit nimius,vt impe-
diat quæ seposita esse debẽt tempora orãdi,
nec immutetur in eum vsum qui est contra
naturam. De quo Apostolus tacere non po-
tuit, cũ de corruptelis nimiis immundorum
& impiorum hominum loqueretur. Concu
bitus enim necessarius causa generãdi, incul 1. Co. 7.
pabilis & solus ipse nuptialis est. Ille autem 1. Pet. 3.
qui vltra istam necessitatem progrediť, iã Rom. 1.
non rõni,sed libidini obsequitur. Et hunc tñ 4 se. di. 31
non exigere sed reddere cõiugi, ne fornican ca. Sed si.
do damnabiliter peccet, ad personam perti-
net coniugalem. Si aũt ambo tali cõcupiscen
tię subiguнť,rem faciũt non planè nuptiarũ.
Veruntñ si magis in sua cõiunctione diligũt
qđ honestũ quam qđ inhonestũ est,i. qđ est
nuptiarum,q̃ id quod nõ est nuptiarum,hoc
eis authore Apostolo secundum veniã con-
cediť. Cuius delicti nõ habẽt hortatrices nu-
ptias,sed deprecatrices, si Dei misericordiã
nõ a se auertãt: vel non abstinendo quibusdã M
dieb. vt orationib. vacent,& per hãc abstinẽ-
tiam sicut per ieiunia cõmendẽt præces suas:
vel immutando naturalẽ vsum in vsum q̃ est
cõtra naturam,qđ damnabilius fit in cõiuge.
Nam cum ille naturalis vsus,qñ prolabiť vl- Cap. 11.
tra pacta nuptialia,i. vltra propagandi neces
sitatem,venialis sit in vxore,in meretrice dã
nabilis: iste qui est contra naturam, execrabi
liter fit in meretrice, sed execrabilius in vxo
re. Tantum valet ordinatio creatoris & ordo
creaturæ,vt in rebus ad vtendum concessis,
etiam cum modus exceditur longe sit tolera
bilius: quam in eis, quæ concessa non sunt,
vel vnus vel rarus excessus: & ideo in re con-
cessa immoderatio coniugis,ne in re non cõ
cessa libido prorumpat, toleranda est. Hinc
est etiam ꝙ longe minus peccat quamlibet
assiduus ad vxorem, quàm vel rarissimus ad
fornicationem. Cum vero vir membro mu-
lieris non ad hoc concesso vti voluerit, tur-
pior est vxor si in se, quàm si in alia fieri per
miserit. Decus ergo coniugale est castitas ꝓ- A
creandi, & reddẽdi carnalis debiti fides hoc
est opus nuptiarum, hoc ab omni crimine
defendit Apostolus dicendo, Et si acceperis 4. se. di. 31
vxorem, non peccasti, & si virgo nupserit, ca. Sed si.
non peccat, & quod vult faciat, non peccat 1. Co. 7.
si nubat. Exigendi autem debiti ab alterutro
sexu immoderatior progressio, propter illa
quę supra diximus, coniugibus secundũ ve-
niam conceditur. Quod ergo ait, Quæ innu-
pta est cogitat ea quæ sunt domini, vt sit san
cta & corpore & spiritu, non sic accipien- Ibidem.
dum est, vt putemus non esse sanctam corpo
re Christianam coniugem castam. Omnibus

quippe fidelib. dictum est, Nescitis quoniam
1.Co.6. corpora vestra templũ in vobis est spũs san-
cti, quem hẽtis a Deo. Sancta sunt ẽt corpora
coniugatorũ, fidem sibi & dño seruantium.
Cui sanctitati cuiuslibet eorum, nec infidelẽ
cõiugem obsistere, sed potius sanctitatẽ vxo
1.Cor.7. ris prodesse infideli viro, aut sanctitatem vi-
ri prodesse infideli vxori: idem Apostolus te
stis est dicẽs, Sanctificatus est.n. vir infidelis
in vxore fideli, & sanctificata est mulier infi-
delis in fratre fideli. Proinde illud dictum est
s̃m ampliorem sanctitatem innuptarũ quam
nuptarum, cui merces etiã debet̃ amplior: se
cundum ꝙ isto bono illud est melius, q̃a &
hoc solum cogitat fœmina qũo placeat Deo.
Neq; enim fœmina fidelis, seruans pudicitiã
coniugalem, non cogitat qũo placeat dño:
sed vtiq; minus, quia cogitat etiam quę mun
B di sunt, qũo placeat viro. Hoc.n. de illis dice
Cap.12. re voluit, quæ pñt hr̃e quodammodo de ne-
cessitate cõiugii, vt cogitẽt quę sunt mundi,
qũo placeant viris suis. Quod vtrum de om-
nib. nuptis dixerit, an de talib. quales ita mul
tæ sunt, vt penè omnes putari possint, nõ im
1.Co.7. merito dubitat̃. Neq; enim & illud quod de
innuptis ait, Quæ innupta est cogitat ea quæ
sunt dñi, vt sit sãcta & corpore & spũ, ad om
1.Tim.5. nes innuptas pertinet, cum sint q̃dam viduæ
mortuæ, quæ in delitiis viuunt. Veruntamen
quod attinet ad quãdam distinctionẽ & qua
si proprietatem innuptarum atque nuptarũ,
sicut nimium detestanda est quæ continens à
1.Co.7. nuptiis, i. a re cõcessa, non cõtinet a delictis,
vel luxuriæ, vel superbiæ, vel curiositatis &
verbositatis: ita rara nupta est q̃ in ipso quo-
que obsequio coniugali nõ cogitat, nisi qũo
1.Tim.2. placeat Deo, ornãdo se nõ intortis crinibus,
aut auro aut margaritis & veste pretiosa, sed
C quod decet, mulieres ꝓmittentes pietatem ꝑ
1.Pe.3. bonam cõuersationem. Talia quippe coniu-
gia Petrus quoq; Apostolus præcipiẽdo de-
scribit, Similiter, inquit, mulieres obaudien
tes maritis suis, vt & si qui non credunt ver-
bo, per mulierũ conuersationem sine loque
la lucrifieri possint, videntes timorem & ca
stam cõuersationem vestram, vt sint nõ quæ
a foris ornantur capillorum incrispationib.
aut circundatæ auro, aut veste decora, sed il-
le absconditus cordis vestri homo in illa ꝑ-
petuitate quieti & modesti spũs, qui & apud
dominum locuples est. Nã sic quędam san-
ctæ mulieres, quæ in dominum sperabant, or
nabant se obsequentes viris suis, quomodo
Sara obaudiebat Abrahæ dñm illum vocans,
cuius factæ estis filiæ benefacientes, & nõ ti-
mentes vllum vanum timorem. Viri simili
rõne concordes & caste viuentes cũ vxorib.
vestris & tanq̃ vasi infirmiori & subiecto tri
buite honorem cohæredib. gratiæ, & videte
ne impediantur orationes vestræ. Itane vero
coniugia talia non cogitant ea quæ sunt dñi,
qũo placeant dño? Sed per rara sunt. Quis ne 1.Co
gat? & in ipsa raritate penè omnes qui tales Cap.
sunt, non vt tales essent coniuncti sunt, sed iã
coniũcti tales facti sunt. Qui enim nostri tẽ-
poris homines Christiani nuptiarum vincu
lo liberi, volentes ab omni concubitu se cõ-
tinere, cũ iam tempus esse perspicerent, sicut D
scriptum est, Non amplectendi, sed abstinen Eccle.
di ab amplexu non potius eligerent, vel vir-
ginalem vel vidualem continentiam conser
uare, quam tribulationem carnis, sine qua cõ
iugia esse non pñt, vt talia taceantur a quib.
parcit Apostolus nullo iam cogẽte humanę
societatis officio sustinere? Sed cum dominã 1.C.
te concupiscentia fuerint copulati, si eã po-
stea vicerint quia non ita licet dissoluere con
iugium sicut licebat non colligare, fiunt ta-
les quales profitetur forma nuptiarum, ita vt
vel pari consensu ascendant celsiorem san-
ctitatis gradum: aut si nõ sunt ambo tales, erit
qui talis est non exactor sed redditor debiti,
seruans in omnibus castam religiosamque
concordiam. Illis vero temporibus cum ad
huc phopheticis sacramentis salutis nostræ
mysterium velabatur, etiam qui ante nuptias
tales erant, officio propagandi nuptias copu
labant, Non victi libidine, sed ducti pietate, E
quibus si optio talis daretur qualis reuelato Mat.
nouo testõ data est dicente domino, Qui po
test capere capiat: nõ eos dubitat etiam cum
gaudio suscepturos fuisse, qui diligenter in-
tentus legit quomodo coniugib. vtebantur,
cum plures habere vni viro licebat, quas ca-
stius habebant quàm nũc vnam quilibet isto
rum, quibus videmus quid secundum veniã
concedat Apostolus. Habebant enim eas in 1.C
opera generandi, non in morbo desiderii, si- 1.T
cut gentes quæ ignorant Deum. Quod tam
magnum est, vt multi hodie facilius se tota
vita ab omni concubitu abstineãt, quàm mo
dum teneant nõ coeundi, nisi prolis causa, si
ma-

matrimonio copulentur. Nempe multos habemus fratres & socios cœlestis hęreditatis vtriusq; sexus continētes, siue expertos nuptias, siue ab omni tali cōmixtione integros. Nempe innumerabiles sunt, quem tandē audiuimus inter familiaria colloquia, siue eorū qui cōiugati sunt siue qui fuerunt indicātem nobis nunq̄ se coniugi esse commixtum, nisi sperando conceptum? Quod ergo præcipiūt coniugatis Apostoli, hoc est nuptiarum, qđ aūt venialiter cōcedunt, aut qđ impedit orones, nō cogunt nuptiæ, sed ferunt. Itaq; si forte, qđ vtrum fieri possit ignoro, magisq; fieri nō posse existimo: sed tñ si forte ad tps adhibita cōcubina filios solos ex eadem commixtione quæsiuerit: nec sic ista cōiūctio vel earum nuptiis præponenda est, quæ veniale illud operant. Quid enim sit nuptiarum cōsiderandum est, nō quid sit nubentium, & immoderatius nuptiis vtentium. Neq; enim si agris iniq; ac perperam inuasis, ita quisque vtat, vt ex eorum fructib. largas eleemosinas
F faciat, ideo rapinā iustificat. Neq; si alius ruri paterno vel iuste q̄sito auarus incumbat: iō culpāda est iuris ciuilis regula, qua possessor legitimus factus est. Nec tyrannicę factionis peruersitas laudabilis erit, si regia clementia tyrannus subditos tractet: nec vituperabilis ordo regiæ potestatis, si rex crudelitate tyrānica sæuiat. Aliud est namq; iniusta potestate iuste velle vti, & aliud est iusta potestate iniuste velle vti. Ita nec concubinæ ad tēpus adhibitæ, si filiorum causa concumbāt, iustum faciūt concubinarū suū, nec coniugatæ si cū maritis lasciuiāt, nuptiali ordini crimen imponunt. Posse sanè fieri nuptias ex male coniūctis, honesto postea placito cōsequēte, manifestum est. Semel aūt initum connubium in ciuitate Dei nostri, vbi etiā ex prima duorum hominum copula quoddam sacrm̄ nuptiæ gerunt, nullo modo pōt nisi alicuius eorum morte dissolui. Manet enim vinculū nu-
G ptiarum, et si proles cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur, ita vt iam scientibus coniugib. non se filios habituros, separare se tñ vel ipsa causa filiorū atq; aliis copulare nō liceat. Quod si fecerint, cū eis quib. se copulauerint, adulterium cōmittunt, ipsi aūt coniuges manent. Planè vxoris voluntate adhibere aliam, vnde communes filii nascant vnius commixtione ac semine,

Cap. 14. — 32. q. 2. Cap. concubinæ. — 31.q.1.c. Posse. — 4. di. 35. Solet. — Cap. 15. — 32. q. 7. Tantū.

alterius aūt iure ac potestate, apud antiquos patres fas erat, vtrum & nunc fas sit nō temere dixerim. Non est enim, nunc, propagandi necessitas, quæ tunc fuit: qñ & parientib. cōiugib. alias pp copiosiorem posteritatem superducere licebat, quod nunc certe nō licet. Nam tm̄ affert opportunitatis ad aliquid iuste agendum siue non agendum temporum secreta distinctio, vt nunc melius faciat, qui nec vnā duxerit, nisi se cōtinere non possit. Tunc aūt etiam plures inculpabiliter ducebant, & qui se multo facilius continere possent, nisi aliud pietas illo tpe postularet. Sicut. n. sapiens & iustus qui iam concupiscit dissolui & esse cū Christo, & hoc magis optimo delectatur, iam nō hic viuendi cupiditate, sed consulendi officio sumit alimentum, vt maneat in carne quod necessarium est pp alios: sic misceri fęminis iure nuptiarum officiosum fuit tunc sanctis viris, nō libidinosum. Quod enim est cib. ad salutem hoīs, hoc est cōcubitus ad salutem generis, & vtrunq; non est sine delectatione carnali. Quæ tamē modificata, & temperātia refrenante, in vsū naturalem redacta, libido esse non potest. H
Quod est aūt in sustentanda vita illicitus cib. hoc est in q̄renda prole fornicarius vel adulterinus concubitus. Et quod est in luxuria vētris & gutturis illicitus cib. hoc est in libidine nullam prolem quærente illicitus concubitus. Et quod est in cibo licito nonnullis immoderatior appetitus, hoc est in cōiugib. venialis ille cōcubitus. Sicut ergo satius est mori fame, q̄ idolothytis vesci, ita satius est defungi sine liberis, q̄ ex illicito coitu stirpem quærere. Vndecunq; aūt nascant hoīes, si parentū vitia non sectent, & Deum recte colāt, honesti & salui erunt. Semen enim hoīs ex qualicunq; hoīe, Dei creatura est, & eo male vtentib. male erit, non ipsum aliqñ malum erit. Sicut aūt filii boni adulterorū, nulla defensio est adulteriorum, sic mali fili coniugatorū, nullum crimen est nuptiarum. Proin- I
de sicut patres temporis noui testamenti ex officio cōsulendi alimenta sumentes quāuis ea cū delectatione naturali carnis acciperēt, nullo modo tñ comparabantur delectationi eorum, qui immolatitio vescebantur, aut eorum qui quanuis licitas escas, tñ immoderatius assumebat, sic patres temporis veteris testamenti, consulendi officio cōcumbebant,

4 sen. di. 33. cap. Quærit. — 3. de doc. Christi.na. c. 18. — Cap. 16. 2. Re. 22 — 32.q.4. c. Sicut. 4 sen. di. 33 cap. ult. — 1. Co. 8.

quorum delectatio illa naturalis nequaquā vsq; ad irrationalem aut nefariam libidinem relaxata,nec turpitudini ſtuprorum,nec cō-iugatorum intemperantiæ cōferenda eſt.Ea-dem quippe vena charitatis,nūc ſpiritaliter, tunc carnaliter pp illam matrem Hieruſalē propagandi erant filii: ſed diuerſa opera pa-trum non faciebat niſi diuerſitas temporum. Sic aūt neceſſe erat, vt carnaliter coirent, ēt non carnales Prophetæ, ſicut neceſſe erat vt carnaliter veſcerent,ēt nō carnales Apoſtoli.
Cap. 17. Quotquot ergo nunc ſunt quib. dr̄, Si ſe nō
1.cor.7. cōtinent,nubant: nō comparandæ ſunt tunc etiam nubentib.ſanctis.Ipſæ quidem nuptię
K in omnib. gentib. eadem ſunt filiorum pro-creandorum cā: qui qualeſlibet poſtea fue-rint,ad hoc tn̄ inſtitutæ ſunt nuptiæ,vt ordi-nate honeſteq; naſcant.Sed hoīes qui ſe non continent, tanq̄ aſcendunt in nuptias gradu honeſtatis, qui aūt ſe ſine dubio continerēt, ſi hoc illius tp̄is ratio permiſiſſet, quodam-modo deſcenderunt in nuptias gradu pieta-tis.Ac per hoc q̄uis vtrorūq; nuptiæ in quan tum nuptiæ ſunt, quia procreandi cā ſunt, æqualiter bonæ ſunt,hi tn̄ homines coniuga ti illis hominib.coniugatis non ſunt cōparā di.Habent enim iſti, quod illis pp honeſtatē nuptiarum,q̄uis ad nuptias nō pertineat, ſe-cundum veniam concedatur, i. progreſſum illum qui excedit generādi neceſsitatem,qđ illi nō habebant.Sed neq; hi,ſi qui fortè nūc inueniuntur, qui non quærunt in connubio nec appetunt, niſi pp quod inſtitutæ ſunt nu ptiæ,coæquari poſſunt illis hominib.In iſtis enim carnale eſt ipſum deſiderium filiorū, in illis aūt ſpiritale erat, q̄a ſacro illius tp̄is congruebat.Nunc quippe nullus pietate p̄fe ctus filios hr̄e niſi ſpiritaliter quærit,tunc ve ro ipſius pietatis erat operatio,etiam carna-
L liter filios propagare, q̄a illius populi gene-ratio nuncia futurorum erat,& ad diſpenſa-tionem propheticam pertinebat. Ideoq; nō ſicut vni viro etiā plures hr̄e licebat vxores, ita vni fœminæ plures viros,nec prolis ipſi⁹ cauſa,ſi fortè illa parere poſſet, ille genera-re non poſſet. Occultā. n. lege naturæ amant ſingularitatē quę principātur.Subiecta vero non ſolum ſingula ſingulis, ſed ſi ratio natu ralis vel ſocialis admittit,etiam plura vni nō ſine decore ſubdūtur. Neque enim ſic habet vnus ſeru⁹ plures dn̄os,q̄uo plures ſerui vnū dn̄m.Ita duob. ſeu plurib.maritis viuis nullā legimus ſeruiſſe ſanctarum,plures autem fœ minas vni viro legimus coniunctas, cū gen-tis illius ſocietas ſinebat, & temporis rō ſua-debat. Neq; enim cōtra naturam nuptiarum eſt. Plures enim fœminæ ab vno viro fœtari poſſunt,vna vero a pluribus nō poteſt. Hæc eſt principiorum vis, vt plures fœminæ vni viro ſint, ſicut multæ animæ vni Deo recte ſubdūtur.Ideoque nō eſt verus Deus anima-rum niſi vnus, vna vero anima poſt multos falſos Deos fornicari poteſt,non fœcūdari. Sed quoniam ex multis animabus vna ciui- Cap. 18.
tas futura eſt, hn̄tium vnam animam & cor vnum in Deum, quæ vnitatis noſtræ perfe-
ctio poſt hanc peregrinationem futura eſt, M
vbi omnium cogitationes, nec latebūt inui-cem,nec inter ſe in aliquo repugnabūt,pro- 1.Tim.
pterea ſacramētum nuptiarum temporis no Ad Tit.
ſtri ſic ad vnum maritum & vnam vxorem redactum eſt,vt diſpenſatorem eccleſię non
liceat ordinare,niſi vnius vxoris virū. Quod Di. 26
acutius intellexerunt, qui nec eum qui cate- Acutius.
chumenus vel paganus habuerit alteram, or 28.q.1.c
dinādum eſſe cenſuerūt: de ſacramēto enim Acutius.
agitur,nō de peccato,nam in baptiſmo pec-cata omnia dimittūtur.Sed qui dixit,Si acce peris vxorem nō peccaſti, & ſi nupſerit vir-go nō peccat,& quod vult faciat, nō peccat ſi nubat: ſatis declarauit nuptias nullum eſſe peccatum,propter ſacramēti autem ſanctita tem,ſicut fœmina etiam ſi catechumena fue rit vitiata, non poteſt poſt baptiſmum inter Dei virgines cōſecrari: ita nō abſurde viſum eſt eum qui exceſsit vxorum numerum ſin-gularem,nō peccatum aliquod commiſiſſe, ſed normam quādam ſacramēti amiſiſſe, nō
ad vitæ bonæ meritum, ſed ad ordinationis A
eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſarium. Ac p̄ hoc ſicut plures vxores antiquorum patrum ſignificauerūt futuras noſtras ex omnibus gē tibus Eccleſias vni viro ſubditas Chriſto,ita noſter antiſtes vnius vxoris vir, ſignificat ex omnibus gētibus vnitatem vni viro ſubditā Chriſto.quæ tūc perficietur,cum relaxauerit occulta tenebrarum,& manifeſtauerit cogi-tationes cordis, & tunc laus erit vnicuique a Deo. Nunc autem manifeſte ſunt latentes diſſenſiones, etiam ſalua charitate inter eos qui vnum & in vno futuri ſunt, quæ tūc vti-que nullæ erunt. Ergo ſicut ſacramētum plu-

ralium nuptiarum illius tēporis, significauit futurā multitudinem Deo subiectam in terrenis omnib. gentib. sic sacramentum nuptiarum singularium nostri temporis, significat vnitatem omnium nostrum subiectam Deo futuram in vna cœlesti ciuitate. Itaque sicut duobus pluribusve seruire, sic a viro viuo in alterius trāsire cōnubium, nec tūc licuit, nec nunc licet, nec vnquam licebit. Apostatare quippe ab vno Deo, & ire in alterius adulterinam superstitionē, semper est malum. Nec causa ergo numeriosioris prolis fecerūt sancti nostri, quod Cato dr̄ fecisse Romanus, vt
Cat. 4. se. traderet viuus vxorem etiam alterius domū
i. 26. c. filiis impleturam. In nostrarum quippe nu-
nde est. ptiis plus valet sanctitas sacri, quam fœcunditas vteri. Si ergo & illi qui pp̄ solam generationem, pp̄ quam sunt institutæ nuptiæ, con
B iungūtur, nō cōparantur patrib. multo aliter
Gen. 22. ipsos filios q̄ isti quærētibus, qn̄quidem filiū immolare iussus Abraham intrepidus ac deuotus, quæ de tāta desperatione susceperat, vnico nō pepercit, nisi eo prohibente manū
Cap. 19. deponeret, qui iubente leuauerat. Restat vt videamus, vtrum saltem cōtinentes nostri cōiugatis illis patrib. comparādi sint: nisi forte iam isti præferēdi sunt eis, quib. nondū quos cōferamus inuenimus: Maius enim bonum erat in illorum nuptiis, quam est bonū proprium nuptiarum, cui proculdubio bonum cōtinentiæ præferendum est: quia nō tali officio quærebāt illi filios ex nuptiis, quali ducūtur isti ex quodam sensu naturæ mortalis, successionem decessioni requirētis. Quod quisquis bonum negat, ignorat Deum omnium bonorum, a cœlestib. vsq; ad terrena, ab immortalib. vsq; ad mortalia creatorem. Hoc aūt sensu generādi nec bestiæ penitus carēt,
C & maxime alites, quarum in promptu est cura nidificādi, & quædam cōiugiorum similitudo ad simul procreādum atq; nutriendum. Sed illi hoīes istum naturæ mortalis affectū, cuius in suo genere castitas accedēte Dei cultu, sicut quidam intellexerunt, in tricenario fructu ponitur, longe sanctiore mēte superabant, qui de suis nuptiis filios pp̄ Christum quærebant, ad genus eius s̄m carnem distinguēdum ab omnibus gētib. sicut Deo dispo-
Cat. 13. nere placuit, vt hoc præ cæteris ad eum prophetādum valeret, quod prænunciabatur, ex quo ēt genere & ex qua gente esset in carne venturus. Valde ergo nostrorum fideliū castis nuptiis amplius bonum erat, quod pater Abraham in suo femore nouerat cui manū subdere famulum iussit, vt de vxore, quæ a filio esset ducēda iuraret. Ponens enim manū
sub femore hoīs, & iurās per Deum cæli, q̄d Gen. 24.
aliud significabat nisi in ea carne, quæ ex illo femore originem duceret, Deum cæli esse vēturum? Bonum ergo sunt nuptiæ, in quibus tāto meliores sunt cōiugati quāto castiores ac fideliores Deum timent, maxime si filios, quos carnaliter desiderāt, etiam spiritaliter
nutriant. Nec ꝙ purificari lex hominem, & Cap. 20.
post cōiugalem cōcubitum iubet, peccatum Leu. 15.
esse declarat: si non est ille qui secūdum ve- 1. Co. 7.
niam cōceditur, qui etiā nimias impedit ora Heb. 10.
tiones. Sed sicut multa lex ponit in sacris & vmbris futurorum, quædam in semine quasi materialis informitas, quæ formata corpus
hominis reddítura est, in significatione posi D
ta est vitæ informis & ineruditæ, a qua informitate, quoniam oportet hominē doctrinæ forma & eruditione mundari, in huius rei signum illa purificatio præcepta est post semi
nis emissionem. Neq; enim & in somnis pec Leu. 15.
catum fit, & tamen etiam ibi purificatio præ Deu. 23.
cepta est: aut si & hoc peccatum quisq; putat, nō arbitrās accidere nisi ex aliquo hmōi desiderio, quod proculdubio falsum est, nunquid & solita mēstruum peccata sunt fœminarum, a quibus tn̄ eas eadem legis vetustas præcepit expiari? Non, nisi propter illam ipsam materialem informitatem, quæ facto cō ceptu tanquā in ædificationem corporis addit, ac per hoc cum informiter fluit, significari per illam lex voluit, animam sine disciplinę forma indecenter fluidum ac dissolu-
tum: quem formari oportere significat, cum E
talem fluxū corporis iubet purificari. Postre Nu. 19
mo nunq̄d & mori peccatū est, aut mortuū sepelire nō etiam bonum opus humanitatis est? Et tn̄ purificatio & inde mandata est: quia & mortuum corpus vita deserēte, peccatum non est, sed peccatum significat animæ desertæ a iustitia. Bonum, inquam, sunt, nuptię, & contra oēs calumnias possunt sana ratione defendi. Nuptiis tamen sanctorum patrū, non quas nuptias, sed quam continentiam comparem quęro, imò non nuptiis nuptias, nam par in omnib. munus est mortali homini naturę datum: sed homines qui nuptiis

vtuntur, illis hominibus qui longe aliter nu
ptiis vsi sunt quos conferam, qm̃ non inue-
nio, qũo continẽtes illis cõiugatis conferẽdi
Gene. 16 sint requirendum est? nisi forte Abrahã cõti-
nere se nõ posset a nuptiis pp regnũ cęlorũ
Gen. 22. qui vnicũ prolis pignus pp qđ nuptiæ cha-
Cap. 21. ræ sunt, potuit intrepidus immolare pp re-
gnum cœlorũ. Continentia qppe nõ corpo-
ris sed animi virtus est. Virtutes aũt animi ali
qñ in opere manifestant, aliqñ in habitu la-
tent, sicut martyrii virtus emicuit, apparuit-
que tolerando passiones, sed q̃ multi sunt in
eadẽ virtute animi quib. tentatio deest, qua
id qđ intus est in ꝯspectu Dei, etiã in hoĩum
procedat, nec tũc esse incipiat, sed tũc inno-
tescat. Iam.n. erat in Iob patientia q̃ nouerat
F Deus: & cui testimonium perhibebat, sed ho
Iob. 1. minib. innotuit tẽtationis examine, & quod
latebat intrinsecus per ea quæ forinsecus illa
ta sunt, non natũ, sed manifestatũ est. Hębat
vtiq; & Timotheus virtutẽ cõtinẽdi a vino,
q̃ non ei abstulit Paulus, monendo vt vino
1. Tim. 4. modico vteretur pp stomachum & frequen
tes suas infirmitates, alioquin perniciose do
cebat, vt pp salutẽ corporis fieret in animo
dãnum virtutis, sed qa poterat ea virtute sal-
ua, fieri quod monebat, ita relaxata est corpo
ri vtilitas bibendi, vt maneret in aĩo habitus
continendi. Ipse est.n. habitus quo aliqđ agit
cum opus est, cum autem non agit, põt agi,
sed non est opus. Hunc habitum circa cõti-
nentiam, quæ fit a concubitu, nõ habent illi
1. Co. 7. qbus dr̃, Si se non continent nubant. Hũc ve
Mat. 16. ro habent quib. dr̃, Qui põt capere capiat. Si
vsi sũt perfecti animi bonis terrenis ad aliud
necessariis, per hunc habitum continentiæ,
quo eis non alligarent, & quo possent eis ẽt
non vti si non opus esset. Nec quisquam eis
bene vtit, nisi qui & non potest. Multi qdem
G facilius se abstinent vt non vtantur, quam tẽ
perent vt bene vtantur. Nemo tamen eis po-
test sapienter vti, nisi qui potest & continen-
ter non vti. Ex hoc habitu & Paulus dicebat,
Scio & abundare & penuriam pati. Penuriã
Philip. 4. quippe pati quorumcunq; hominum est, sed
scire penuriam pati, magnorum est. Sic &
abundare quis non potest, Scire aũt & abun-
dare non nisi eorum est quos abundãtia non
corrumpit, Veruntamen vt apertius intelli-
gat, quomodo sit virtus in habitu, etiã si non
sit in opere, loquor de exẽplo, de quo nullus
dubitat catholicorũ Christianorum. Dñs.n.
noster Iesus Christ', ꝙ in veritate carnis esu Mat. 4
rierit ac sitierit, mãducauerit & biberit, nul-
lus ambigit, eorũ qui ex eius Euãgelio fide-
les sunt. Nũ igitur nõ erat in illo cõtinentiæ
virtus a cibo & potu, quanta erat in Ioanne
Baptista? Venit.n. Ioannes nõ manducans ne
que bibens, & dixerunt, demoniũ habet: ve-
nit filius hoĩs & manducans & bibens, & di- Mat. 11.
xerunt, Ecce vorax & vinarius, * amicus pu- a. l. pota-
blicanorum & peccatorum. Nunqd nõ talia tor vini
dicuntur in domesticos eius patres nostros,
ex alio genere vtendo terrenis quantum ad
concubitum pertinet? Ecce homines libidi-
nosi & immundi, amatores fęminarum & la
sciuiarum, Et tñ sicut in illo illud non erat ve
rum, quanuis verum esset, ꝙ non sicut Ioan
nes abstineret a mãducando & bibendo, ipse
enim apertissime verissimeq; ait, Venit Ioã- H
nes nõ manducans neq; bibens, venit filius
hoĩs manducans & bibens, sic nec hoc in il-
lis patribus verum est, quãuis venerit modo
Apostolus Christi nõ coniugãs nec generãs,
quẽ dicãt Pagani, magus erat. Venit aũt tunc
Propheta Christi nuptias faciẽs & filios pro
creans, quem dicant Manichæi, mulierosus
erat, & iustificata est sapientia a filiis suis.
Quod dñs ibi subiecit cum de Ioanne, ac de
se illa dixisset, iustificata est, inquit, sapientia
a filiis suis. Qui videat cõtinentię virtutem in
habitu animi semꝑ esse debere, in opere aũt
pro rerum ac temporum opportunitate ma-
nifestari: sicut virtus patientiæ sanctorũ mar
tyrum in opere apparuit cęterorũ vero ęquè
sanctorum in habitu fuit. Quocirca sicut nõ
est impar meritũ patiẽtię in Petro qui passus 4. sen.
est, & in Ioanne qui passus non est: sic nõ est 33. cap.
impar meritum continentię in Ioanne, qui Qd uero
nullas expertus est nuptias, & in Abrahã qui I
filios generauit. Et illius enim cœlibatus, & Cap.
illius connubium pro temporum distribu- Deu.
tione Christo militauerũt, sed continẽtiam
Ioãnnes & in opere, Abraham vero in solo
habitu habebat. Illo itaque tempore cum &
lex dies Patriarcharum subsequens, maledi-
ctum dixit, qui nõ excitaret semẽ in Israel, &
qui poterat nõ promebat, sed tñ habebat. Ex
quo autem venit plenitudo tpis, vt diceret,
Qui potest capere capiat: ex illo vsq; adhuc Gala.
& deinceps vsq; in finem, qui hẽt operatur, Mat.
qui operari noluerit non se habere mentiat.

Ac per hoc ab eis qui corrumpũt bonos mo
res colloquiis malis, inani & vana versutia
dr̃ homini Christiano cõtinenti, & nuptias
4.sen. di. recusanti, tu ergo melior q̃ Abraham? Quod
33. cap. ille cũ audierit nõ perturbet, nec audeat dice
Qd uero. re melior, nec a proposito delabať. Illud. n.
Gen. 16. nõ vere dicit, hoc non recte facit. Sed dicat,
ego q̃dem nõ sum melior q̃ Abrahã, sed me
lior est castitas cælibum, q̃ castitas nuptiarũ.
Quarũ Abraham vnam hẽbat in vsu, ambas
in habitu. Castè quippe cõiugaliter vixit, esse
aũt castus sine cõiugio potuit, sed tunc non
oportuit. Ego vero facilius non vtor nuptiis
quibus vsus est Abraham, q̃ sic vtar nuptiis
quemadmodũ est vsus Abraham, & ideo me
lior sum illis, qui per animi incõtinẽtiam nõ
pñt quod ego, nõ illis qui propter temporis
differentiam non fecerũt quod ego. Quod. n.
K ego nunc ago, melius illi egissent si tunc agẽ
dum esset: Quod aũt illi egerunt, sic ego non
agerem, & si nũc agendum esset. Aut si talem
se iste sentit & nouit, vt salua permanente in
habitu animi sui virtute cõtinentiæ, si ad vsũ
nuptiarũ ex aliquo religionis officio descen
disse, talis maritus & talis pater esset, qualis
fuit Abrahã, audeat planè rñdere illi captio-
so interrogatori & dicere, Non sum quidem
melior q̃ Abraham, in hoc duntaxat genere
continentiæ, qua ille non carebat, etsi nõ ap
parebat, sed sum talis, non aliud habens, sed
Co. 12. aliud agens. Dicat planè ista, q̃a etsi voluerit
gloriari nõ erit insipiẽs, Veritatem. n. dicit. Si
autem parcit, ne quis eum existimet super id
q̃d eum videt, aut audit aliquid ex illo, aufe-
rat a p̃sona sua nodum q̃onis, & nõ de hoĩe,
sed de re ipsa rñdeat & dicat, Qui tm̃ potest,
talis est qualis fuit Abraham. Põt autem fieri
vt minor sit continẽtiæ virtus in aĩo eius, qui
L non vtitur nuptiis, quib. est vsus Abrahã: sed
Cor. 7. tamẽ maior est in opere eius quam in animo
eius, qui propterea tenuit cõiugii castitatem:
quia nõ potuit ampliorẽ. Sic & fœmina in-
nupta quæ cogitat ea quæ sunt dñi, vt sit san-
cta & corpore & spiritu, cum audierit impu
Re. 22. dẽtem illum percõtatorẽ dicantem, Tu ergo
melior quam Sara? Respõderet, Ego melior
sum, sed iis quæ virtute huius cõtinentię ca-
rent, quod de Sara non credo fecit ergo illa
cum ista virtute, quod illi tempori congrue
bat, a quo ego sum immunis, vt in meo etiã
corpore appareat q̃d illa in aĩo cõseruabat.

Res ergo ipsas si comparemus, nullo modo
dubitãdum est meliorem esse castitatem con
tinentiæ quam castitatem nuptialem, cum tñ
vtrunq; sit bonum. Hoĩes vero cum cõpara-
mus, ille est melior qui bonum amplius quã
alius hẽt. Porrò qui ampli⁹ eiusdem generis
hẽt, & id q̃d minus est habet, qui autem tan-
tummodo q̃d minus est habet, id q̃d ampli⁹
est nõ vtique habet. In sexaginta. n. sunt & tri
ginta, non in triginta sunt & sexaginta. Non
operari autem ex eo quod habet, in distribu
tione officiorum positum est, nõ in egestate
virtutum: quia nec bono misericordię caret,
qui non inuenit miseros quibus possit mise-
ricorditer subuenire. Huc accedit, quia non
recte comparantur homines hominibus ex
vno aliquo bono. Fieri enim potest vt alius
non habeat aliquid quod alius hẽt, sed aliud
habeat quod pluris ęstimãdum est. Maius. n. M
bonum est obediẽtiæ quàm continentię. Nã
connubium nusquam nostrarum scriptura-
rum authoritate damnatur, inobedientia ve
ro nusquam absoluitur. Si ergo proponatur
virgo permansura, sed tñ inobediens, & ma-
ritata, quæ virgo permanere non posset, sed
tamen obediens, quàm meliores dicamus:
Minus laudabilem q̃ si virgo esset, an damna
bilem sicut virgo est? Ita si cõferas ebriosam
virginem sobrię coniugatę, quis dubitet eã-
dem ferre sententiam? Nuptiæ quippe & virgi
nitas duo bona sunt, quorũ alterum maius:
Sobrietas autem & ebriositas, sicut & obe-
dientia & cõtumacia, illa bona sunt, hęc ma
la. Melius est autem habere omnia bona vel
minora, quàm magnum bonum cũ magno
malo: quia & in corporis bonis melius est Luc. 16.
habere Zachæi staturam cum sanitate, quam 2.Re. 17.
Goliæ cum febre. Recte planè quæritur, non A
vtrum omnimodis inobediens virgo coniu-
gatæ obedienti, sed minus obediens obedien
tiori comparãda sit, quia & illa nuptialis ca
stitatis est, & ideo bonum est, sed minor q̃
virginalis. Tanto ergo minor in bono obe-
dientiæ, quanto maior in bono castitatis, si
altera alteri comparetur, quæ præponẽda sit
iudicat, qui primo ipsam castitatem & obe-
dientiam comparans, videt omnium virtutũ
quodammodo matrem esse obedientiam: ac
per hoc ideo potest esse obedientia sine vir-
ginitate, quia virginitas ex consilio est, non
ex præcepto. Obedientiam vero illam dico

qua

qua præceptis obtemperat, Ideoq; obedien
tia præceptorũ ſine virginitate quidem põt,
ſed ſine caſtitate eſſe non põt. Ad caſtitatem
namq; pertinet non fornicari, nõ mœchari
nullo illicito cõcubitu maculari,quę qui nõ
obſeruant cõtra præcepta Dei faciunt, & ob
hoc extorres ſunt a virtute obedientiæ. Vir-
ginitas aũt propterea põt eſſe ſine obediẽtia,
quia põt fœmina conſilio virginitatis acce-
pto,et cuſtodita virginitate,pcepta cõtemne
re,ſicut multas ſacras virgines nouimus ver
boſas,curioſas,ebrioſas,litigioſas,auaras,ſu
perbas,quę omnia cõtra præcepta ſunt, & ſi
B cut ipſam Euam inobedientiæ crimine occi
dunt. Quapropter non ſolũ obediens inobe
dienti,ſed obedientior cõiugata minus obe-
2. Retr. dienti virgini præponẽda eſt. Ex hac obediẽ
Cap. 22. tia pater ille qui ſine vxore nõ fuit, eſſe ſine
Gen. 21. vnico filio & a ſe occiſo paratus fuit. Vnicũ
enim nõ immerito dixerim, de quo audiuit
a dño,In Iſaac vocabit tibi ſemẽ. Quãto er
go citius vt ẽt ſine vxore eſſet,ſi hoc iuberet
audiret. Vnde non fruſtra ſæpe miramur nõ-
nullos vtriuſq; ſexus ab omni cõcubitu cõti
nentes,negligenter obedire præceptis, cum
tam ardenter arripuerint non vti conceſsis.
Vnde quis dubitat & excellẽtiæ ſanctorũ illo
rũ patrum atq; matrum filios gñantium, nõ
recte cõparari mares & fęminas noſtri tpis,
quãuis & omni cõcubitu immunes, in virtu
te obedientiæ minores: ẽt ſi illis hominib. &
in habitu animi defuiſſet, qđ in iſtorũ opere
manifeſtum eſt. Sequant ergo agnum pueri
Apo. 14. cãtantes canticum nouũ, ſicut in Apocalipſi
ſcriptum eſt,Qui cum mulierib. ſe nõ conta
minauerunt: nõ ob aliud niſi quia virgines ꝑ
manſerunt. Nec ideo ſe arbitrẽtur meliores
eſſe primis patrib. ſanctis, qui nuptiis, vt ita
C dicam,nõ nuptialiter vſi ſunt. Earum quippe
vſus ita ſe habet, vt ſi quid in eis per carnis
commixtionem quod excedat generandi ne
ceſsitatem, quãuis venialiter factum fuerit,
cõtaminatio ſit. Nã quid expiat venia, ſi om
nino non contaminat illa progreſsio? A qua
cõtaminatione mirũ ſi immunes eſſent pue-
ri ſequẽtes agnum niſi virgines permanerẽt.
Cap. 24. Bonum igitur nuptiarum per oẽs gẽtes atq;
omnes hoĩes in cauſa generandi eſt & in fide
caſtitatis. Quod aũt ad populum Dei perma
net,ẽt in sãctitate ſacri, per quam nephas eſt
etiam repudio intercedẽte,alteri nubere,dũ
vir eius viuit, nec ſaltem ipſa cauſa pariẽdi.
Quæ cũ ſola ſit qua nuptiæ fiũt,nec ea re nõ
ſubſequente ꝑ quam fiũt, ſoluitur vinculũ
nuptiale niſi cõiugis morte. Quemadmodũ
ſi fiat ordinatio cleri ad plebẽ cõgregãdam,
etiam ſi plebis congregatio nõ ſubſequatur,
manet tñ in illis ordinatis ſacrm ordinatio-
nis,& ſi aliqua culpa quiſquam ab officio re
moueatur, ſacro dñi ſemel impoſito non ca
rebit, quãuis ad iudicium permanẽte. Gene- 1. Tim.
rationis itaq; cauſa fieri nuptias, Apoſtolus
ita teſtis eſt, Volo, inquit, iuniores nubere. Et
quaſi ei diceret, Vt quid? Continuo, ſubiecit,
filios procreare, matresfamilias eſſe. Ad fidẽ
aũt caſtitatis illud pertinet, Vxor non habet
poteſtatem corporis ſui,ſed vir: Similiter & D
vir nõ habet poteſtatem corporis ſui,ſed mu 1. Co. 7
lier. Ad ſacri sãctitatem illud, Vxorem a viro
nõ diſcedere, ꝙ ſi diſceſſerit, manere innu-
ptam,aut viro ſuo recõciliari,& vir vxorem
nõ dimittat. Hæc oĩa bona ſunt, propter quæ
nuptiæ bonæ ſunt, proles, fides, ſacrm. Nec
prolem aũt carnalem iam hoc tpe quærere,
ac per hoc omni tali opere immunitatem
quãdã perpetuã retinere,atq; vni viro Chri-
ſto ſpiritaliter ſubdi, melius eſt vtiq; & ſan-
ctius: ſi tñ ea vacatione ſic vtantur homines
qũo ſcriptum eſt, Vt cogitent quę ſunt Dei 1. Co. 7
qũo placeant Deo,i. vt perpetuo cogitet cõ-
tinentia, ne quid minus habeat obedientia,
quam virtutem tãquam radicalem, atq; vt di
ci ſolet matricem & planẽ generalem, sãcti
antiqui patres in opere exercuerũt,illam ve-
ro continentiam in animi habitu tenuerunt.
Qui profecto per obedientiam quia iuſti &
ſancti erant,& ad omne opus bonum ſemꝑ
parati,etiam ſi ab omni concubitu abſtinere
iuberentur, efficerent. Quanto enim facilius
poſſent vel iuſsione vel exortatione Dei non
concumbere, qui prolem cui vni propagan E
dæ concumbendo ſeruiebant,obediendo po
terant immolare. Quæ cum ita ſint, hæreticis Cap.
quidem,ſiue Manichęis, ſiue quicunque alii
patribus veteris teſtamenti de pluribus ca-
lumniantur vxoribus, hoc eſſe argumentum
deputantes, quo eorum conuincant incon-
tinentiam, ſatis ſuperque reſponſum eſt: ſi
tamen capiunt non eſſe peccatum,quod ne-
que contra naturam committitur, quia non
laſciuiendi ſed gignendi cauſa illis fœminis
vtebantur, neque contra morem, quia illis
tempo-

temporibus ea factitabatur,neque cōtra præ
ceptum,quia nulla lege prohibebantur.Illos
vero qui illicite fœminis vsi sunt , vel arguit
in scripturis illis diuina snia,vel nobis lectio
iudicādos atque vitādos , non approbandos
imitandosue proponit . Nostros aūt qui cō-
iuges hñt quātum possumus admonemus,ne
secundum suam infirmitatem de illis sanctis
patrib.audeant iudicare: comparantes,vt ait
1. Co.10. Apostolus , semetipsos sibimetipsis, & ideo
nō intelligentes quātas vires habeat animus
F iustitiæ cōtra libidines seruiēs , ne carnalib.
huiuscemodi motib.acquiescat, eosq; in cō
cubitum vltra generādi necessitatem prola-
bi aut progredi sinat, quātum ordo naturæ,
quātum morum cōsuetudo, quātum legum
scita præscribūt.Hoc quippe ideo de illis pa
tribus hoīes suspicantur, quia ipsi per incōti
nentiam vel nuptias elegerūt , vel cōiugibus
intemperanter vtūtur.At vero cōtinentes vel
mares, qui defunctis vxoribus , vel fœminæ
quæ defunctis viris, vel vtriq; qui pari con-
sensu cōtinētiam Deo vouerūt,sciant sibi q̄-
dem mercedis amplius deberi,q̄ coniugalis
l. poscit. castitas * possit. Sed sāctorum patrū nuptias
qui prophetice coniugebātur , qui neque in
cōcubitu nisi prolem, neq; in ipsa prole nisi
quod in carne vēturo Christo proficeret,re-
quirebāt,nō solum præ suo proposito nō cō
temnāt, verumetiam suo proposito sine du-
bitatione ꝑponāt . Pueros quoq; ac virgines
integritatem ipsam Deo dicātes, multo ma-
xime commonemus,vt tanta norint humili-
tate tuendum esse quod in terra interim vi-
uunt, quāto magis cœli est quod vouerunt.
cle. 3. Nempe scriptum est,Quāto magnus es,tāto
humilia te in oībus.Nostrum ergo est de ma
gnitudine eorum aliquid dicere, illorum de
magna humilitate cogitare. Exceptis igit̄ qui
busdam illis cōiugatis patrib.& matrib. san-
ctis,qb.ideo isti meliores nō sunt,quāuis cō
iugati nō sint,quia si cōiugati essent pares nō
essent, cęteros oīno huius temporis coniu-
G gatos , vel post expertum cōcubitum cōtinē
tes a se superari nō dubitēt , non quātum ab
æ. 2. Anna Susanna, sed quātum ambæ a Maria su
ni. 13 perātur.Quod ad ipsam pertinet sanctā car-
nis integritatem loquor . Nam quæ alia sunt
Mariæ merita quis ignorat?Mores itaque cō-
gruos huic tanto proposito adiungant,vt de
præpollenti præmio certam securitatem ge-
rāt. Scientes sanè sibi atq; omnibus fidelibus
dilectis & electis Christi membris, mulis ab
oriente & occidente venientibus,etsi inter se
distante pro meritis glorię luce fulgentibus,
hoc tamen magnum in commune præstari,
vt cum Abraham & Isaac & Iacob recum- Mat. 8.
bant in regno Dei, qui nō propter hoc secu
lum,sed propter Christum coniuges,& pro
pter Christum patres fuerunt .

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, De sancta virginitate. H

LIBER VNVS.



Ibrum de bono cōiugali,nuper Cap. 1.
ædidimus,in quo etiam Chri-
sti virgines admonuimus atq;
monemus, ne propter excellē
tiam muneris amplioris quod
diuinitus acceperūt, contemnāt in sui com-
paratione patres & matres populi Dei , ho-
minesq; illos quos tāquam oliuam commē
dat Apostolus ne superbiat insertus oleaster: Rom. 11.
& eos qui uēturo Christo etiam in filiorum
propagatione seruiebāt, ideo meriti inferio
ris esse arbitrētur, quia iure diuino cōtinētia
cōnubio,& nuptiis pia virginitas anteponit.
In illis quippe parabātur & parturiebātur fu
tura, quæ nūc impleri mirabiliter & efficaci
ter cernimus,quorum ēt vita coniugalis pro
phetica fuit: vnde nō cōsuetudine humano-
rum votorum atq; gaudiorum,sed valde ꝑ
fundo cōsilio Dei, in quibusdam eorum fœ
cūditas honorari,in quibusdā ēt fęcūdari ste
rilitas meruit. Hoc vero tpe quib. dictū est,
Si se nō continēt,nubāt,nō adhibenda est ex 1. Cor. 7.
hortatio sed cōsolatio.Quib. autem dictum
est,Qui potest capere capiat, exortandi sunt Mat. 19.
ne terreātur,& terrēdi ne extollātur. Non so
lum ergo prędicāda est virginitas vt ametur: I
verumetiā monēda ne infletur. Hoc isto ser-
mone suscepimus,adiuuet Christus virginis Cap. 2.
filius, virginum spōsus , virginali vtero cor-
poraliter natus , virginali connubio spirita-
liter coniugatus . Cum ipsa igitur vniuersa
ecclesia virgo sit desponsata vni viro Chri-
sto, sicut dicit Apostolus, quanto digna sunt
honore membra eius quæ hoc custodiunt, 1. Co. 11.
etiam

etiam in ipsa carne, quod tota custodit in fide, quæ imitatur matrem viri & domini sui? Nã ecclesia quoq; & virgo & mater est: Cuius.n.integritati consulimus, si virgo nõ est? aut cuius prolem alloquimur, si mater non est? Maria corporaliter caput huius corporis peperit, Ecclesia spiritaliter mẽbra illius capitis parit. In vtraq; virginitas fęcunditatem non impedit, in vtraq; fœcunditas virginitatem non adimit. Proinde cũ ecclesia vniuersa sit sancta & corpore & spũ, nec tñ vniuersa sit corpore virgo sed spũ, quanto sãctior est in his membris, vbi virgo est & corpore & spũ.

Cap. 3. Mat. 12. Scriptum est in euãgelio, ꝙ mater & fratres Christi, hoc est, consanguinei carnis eius, cum illi nunciati fuissent & foris expe-

K ctarent, q̃a non possent eũ adire præ turba, ille rñdit, Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? Et extendẽs manum super discipulos suos ait, Hi sunt fratres mei, & quicunq; fecerit voluntatem patris mei, ipse mihi frater, & mater, & soror est. Quid aliud nos doces, nisi carnali cognationi genus nostrũ spiritale preponere: nec inde beatos esse aĩos, si iustis & sanctis propinquitate iunguntur, sed si eorum doctrinę ac morib. obediendo atq; imitando cohærescunt? Beatior ergo Maria percipiendo fidem Christi, cõcipiendo carnem Christi. Nam & dicenti cuidam, Beatus

Luc. 11. venter qui te portauit: ipse rñdit, Imò beati qui audiunt vebum Dei, & custodiunt. Denique fratrib. eius, i. secundum carnem cognatis, qui non in eum crediderũt, quid profuit illa cognatio? Sic & materna propinquitas nihil Marię profuisset, nisi fœlicius Christũ

Cap. 4. corde q̃ carne gestasset. Ipse quoq; virginitas eius gratior & acceptior, quia non eam conceptus Christus viro violaturo q̃ conseruaret ipse preripuit, sed priusquam cõciperet

L iam Deo dicatã de qua nasceret elegit. Hoc indicant verba quæ sibi fœtum annuncianti angelo Maria reddidit. Qũo, inq̃t, fiet istud,

Lucæ. 1. q̃m virum nõ cognosco? Quod profectò nõ diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, non violenter ablaturo, sed potius contra violentos custodituro, quod illa iam voueret. Quanq̃ etiam si hoc soluum dixisset, Qũo fiet istud: nec addidisset, quoniam virum non cognosco: non quæsisset vtique, promissum sibi filium qũo fœmina paritura esset, si concubitura nupsisset. Poterat & iuberi virgo permanere, in qua Dei filius formam serui cõgruẽti miraculo acciperet, sed exẽplo sanctis futura virginib. ne putaretur sola virgo esse debuisse, quæ prolem etiam sine concubitu cõcipere meruisset, virginitatem Deo dicauit, cum adhuc q̃d esset conceptura nesciret, vt in terreno mortalique corpore, cęlestis vitæ imitatio, voto fieret, non præcepto, amore eligendi, nõ necessitate seruiẽdi: ita Christus nascẽdo de virgine, quæ antequam sciret q̃s de illa fuerat nasciturus, virgo statuerat per- M manere, virginitatem sanctã approbare maluit quam imperare. Ac sic etiam in ipsa fœmina, in qua formam serui accepit, virginitatem esse liberam voluit. Non est ergo cur Cap. 5 Dei virgines contristentur, ꝙ etiam ipsæ virginitate seruata matres carnis esse non possunt. Illum enim solum virginitas decenter parere posset, qui in sua natiuitate patrem habere non posset. Veruntamen illæ vnius sanctæ virginis partus, omnium sanctarum virginum est decus. Et ipse cum Maria matres Christi sunt, si patris eius faciunt volũtatem. Hinc enim & Maria laudabilius atque beatius Christi mater est, secundum supra memoratam eius sententiam. Quicunque facit Mat. 12. voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse mihi frater, et soror, et mater est. Has sibi omnes propinquitates in populo quem redemit spiritaliter exhibet, fratres & sorores, habet sanctos viros & sanctas fœminas, quoniam sunt illi in cœlesti hæreditate cohæredes. Mater eius est tota ecclesia, quia membra eius, idest, fideles eius per Dei gratiam ipsa vtique parit. Item mater eius est oĩs anima pia, faciens voluntatem patris eius fœcundissima charitate, in iis quos parturis, donec in eis ipse formet. Maria ergo faciens voluntatẽ Dei, Galat. corporaliter Christi tãtummodo mater est, A spiritaliter aũt & soror & mater. Ac per hoc illa vna fœmina, non solum spiritu, verumetiam corpore & mater est & virgo. Et mater cap. quidem spũ, nõ capitis nostri q̃d est ipse Saluator, ex quo illa magis spiritaliter nata est, quia oẽs qui in eum crediderint in quib. & ipsa est, rectè filii sponsi appellanẽ. Sed planè mater membrorum eius quod nos sumus, quia cooperata est charitate, vt fideles in Ecclesia nascerentur, qui illius capitis mem-

bra

bra sunt: Corpore vero mater ipsius capitis: Oportebat.n.caput nostrum pp insigne miraculum sm̃ carnem nasci de virgine, quo significaret mẽbra sua de virgine Ecclesia sm̃ spm̃ nascitura. Sola ergo Maria & spũ & corpore & mater & virgo, & mater Christi, & virgo Christi: Ecclesia vero in sanctis regnũ Dei possessuris, spũ quidem tota mater Christi est, tota virgo Chri corpore aũt nõ tota,
1.Tim.1. sed quibusdã virgo Christi, in quibusdã ma-
Mat. 12. ter, sed nõ Christi. Et cõiugatæ quippe fideles fœminę, & virgines Deo dicatæ sanctis morib. & charitate, de corde puro & cõsciẽ-
B tia bona, & fide non ficta, qa voluntatem patris faciunt, Christi spiritaliter matres sunt. Quę aũt cõiugali vita corporaliter pariunt, nõ Christum, sed Adam pariũt. Et ideo currunt vt sacris imbuti Christi membra fiant partus earũ, quoniã quid pepererint norũt.
ap. 7. Hoc dixi ne forte audeat fœcunditas coniugalis cũ virginali integritate cõtendere, atq; ipsam Mariã præponere, ac virginib. Dei dicere, Illa in corpore duas res habuit honorãdas, virginitatem & fœcũditatem, qa & integra permansit & peperit. Hanc fœlicitatem qm̃ totam vtræq; hr̃e non potuimus, partitæ sumus, vt vos sitis virgines; nos simus matres: vobis quod desit in prole, consolet̃ seruata virginitas: nobis pro prolis lucro amissa compenset̃ integritas. Hæc vox fidelium coniugatarum ad sacras virgines vtcunq; ferẽda esset, si Christianos corpore parerẽt: vt hoc solo esset Marię fœcunditas carnis, excepta virginitate præstantior, ꝙ illa ipsum caput horum membrorum, hæ aũt membra illius capitis procrearẽt. Nũc vero etiam si tales hac voce cõtendant, quæ ob hoc tm̃ viris iunguntur atq; miscent̃ vt filios habeant, ni-
C hilq; aliud de filiis cõgitant, nisi vt eos Christo lucrent̃, atq; id mox vt potuerint faciũt, non tñ Christiani ex earum carne nascũtur, sed postea fiũt, Ecclesia pariente p hoc quo membrorum Christi spiritaliter mater est, cuius etiam spiritaliter virgo est. Cui sancto partui cooperãtur & matres, quæ non Christianos corpore pepererunt, vt fiant quod se corpore parere non potuisse nouerunt, per hoc tñ cooperantur vbi & ipsæ virgines ma-
la.5. tresq; Christi sunt, in fide, s. quæ per dilectio-
p. 8. nem operatur. Nulla ergo carnis fœcunditas sanctæ virginati etiam carnis comparari potest. Neq;.n.& ipsa quia virginitas est, sed qa Deo dicata est honoratur, quæ licet in carne seruet̃, spũs tñ religione ac deuotione seruatur. Ac per hoc spiritalis est etiam virginitas corporis, q̃ vouet & seruat cõtinentia pietatis. Sicut enim nemo impudice vtit̃ corpore: nisi spũ prius cõcepta nequitia: ita nemo pudicitiam seruat in corpore, nisi spũ prius insita castitate. Porrò aũt si pudicitia coniugalis quauis custodiat̃ in carne, aĩo tñ non carni tribuit̃, quo præside atq; rectore, nulli p̃ter proprium coniugum caro ipsa miscetur: q̃to magis quantoq; honoratius in animi bonis illa cõtinentia numerãda est, qua integritas carnis ipsa creatori aĩæ & carnis vouet̃, consecrat̃, seruat̃? Nec illarum ergo fœcun- D
ditas carnis quæ hoc tempore nihil aliud in Cap. 9.
coniugio quam prolem requirũt qua mãcipent Christo, pro amissa virginitate compẽsari posse credẽda est. Priorib. quippe temporib. venturo secundum carnẽ Christo, ipsum genus carnis in ampla quadam & p̄phetica gẽte necessarium fuit. Nunc aũt cum ex omni hominum genere, atq; omnib. gentib. ad populum Dei, & ciuitatem regni cœlorum, membra Christi colligi possint, sacrã
virginitatem qui potest capere capiat, & ea Mat. 16.
tantum quæ se non continet nubat. Quid.n. 1. Co. 7.
si aliqua mulier diues multam pecuniã huic bono operi impendat, vt emat ex diuersis gẽtib. seruos, quos faciat Christianos, nõne vberius atq; numerosius q̃ vteri quantalibet feracitate Christi membra gignenda curabit? Nec ideo tamẽ pecuniam suam comparare muneri sacræ virginitatis audebit. At si propter faciendos qui nati fuerint Christianos, fœcunditas carnis pro amissa virginitate merito compensabit̃, fructuosius erit hoc negotium, si magno pecuniario pretio virginitas amittat̃ quo pueri faciendi Christiani multo
plures emantur, q̃ vnius vtero quanlibet fer E
tili nascerentur. Quod si stultissime dr̃, hẽant
fideles nuptæ bonum suum, de quo in alio Cap. 10.
volumine quãtum visum est disseruimus, & honorent amplius sicut rectissime consueuerunt in sacris virginibus melius earum, de quo isto sermone disserimus. Nam ne illo q̃dem debent continentium meritis se conferre coniugia, quòd ex eis virgines procreantur, hoc enim non coniugii bonum est, sed naturæ, quæ sic diuinitus instituta est, vt ex

quolibet

quolibet humano vtriusq; sexus concubitu, siue ordinato & honesto, siue turpi & illicito, nulla fœmina nisi virgo nascat, nulla tñ sacra virgo nascit: ita fit vt virgo nascat etiam de stupro, sacra aũt virgo nec de coniugio.

Cap. 11.

Nec nos hoc in virginib. prędicamus ꝙ virgines sunt, sed ꝙ Deo dicatæ pia continentia virgines. Nam ꝙ nõ temere dixerim, fęlicior mihi vř nupta mulier q̃ virgo nuptura, habet enim iam illa qđ ista adhuc cupit, pręsertim si nondũ vel spõsa cuiusquam sit. Illa studet vni placere cui data est, hæc multis incerta cui danda est: hoc vno pudicitiã cogitationis defendit a turba, ꝙ non adulterũ, sed maritũ quærit in turba. Illa igit virgo cõiugatæ merito pręponit, quæ nec multitudini se amandã

F

proponit, cum amorẽ vnius ex multitudine inquirit, nec se vni iam cõponit inuento, cogitans q̃ sunt mũdi, qũo placeat viro, sed

1. Co. 7.

Psal. 44.

speciosum forma prę filiis hoĩum sic amauit, vt qui eum sicut Maria cõcipere carne nõ posset, ei corde concepto etiam carnẽ integram custodiret.

Cap. 12.

Hoc genus virginũ nulla corporalis fœcunditas protulit. Nõ est hæc proles carnis & sanguinis. Si harum quærit mater, Ecclesia est. Nõ parit virgines sacras nisi virgo sacra; virgo illa quę despõsata est vn. viro casta exhiberi Christo. Ex illa nõ tota corpore,

2. Co. 11.

sed tota virgine spũ nascunt sacræ virgines & corpore & spũ: Habeant coniugia bonum suũ, non qa filios procreant, sed qa honeste, qa licite, quia pudice, qa socialiter ꝓcreat, & procreatos pariter, salubriter, instãter educant, qa thori fidẽ inuicem seruãt: qui sacrum connubii nõ violant.

Cap. 13.

Hęc tñ omnia humani officii sunt munera, virginalis aũt integritas & per piam cõtinentiam ab omni cõcubitu immunitas, angelica portio est, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuę

G

meditatio. Cedat huic omnis fœcũditas carnis, omnis pudicitia coniugalis, illa nõ est in potestate, illa non est in ęternitate. Fœcũditatem carnalem nõ habet liberum arbitriũ, pudicitiam cõiugalem habet cœlum. Profecto habebũt magnum aliquid præter cęteros in illa cõi immortalitate, qui habẽt aliquid iam non carnis in carne. Vnde mirabiliter desipiunt, qui putãt cõtinentiæ bonum non esse necessarium ꝑp regnum cœlorum, sed ꝑp præsens seculum: ꝙ. s. coniugia terrenis curis plurib. atq; arctiorib. distendunt qua molestia virgines & continentes carent, quasi ob hoc tm̃ melius sit nõ cõiugari, vt huius temporis relaxent angustię, non ꝙ in futurum seculum aliquid prosit. Hanc vanam sñiam ne cordis propria vanitate protulisse videantur, adhibent ex Apostolo testimonium vbi

1. Co. 7.

ait, De virginib. autem præceptum dñi non habeo, consilium autem do tãquam misericordiam consecutus a Deo vt fidelis essem. Existimo itaq; hoc bonum esse propter præsentem necessitatẽ, quia bonum est homini sic esse. Ecce, inquiũt, vbi manifestat Apostolus hoc propter præsentem necessitatem bonum esse, non propter futuram ęternitatem. Quasi præsentis necessitatis rationẽ haberet Apostolus, non prouidẽs & consulens in futurum, cum omnis eius dispensatio non nisi ad vitam ęternam vocet. Presens ergo est vi-

H

tãda necessitas, sed tñ quæ aliquid bonorum

Cap. 1

impedit futurorum. Qua necessitate vita cogitur cõiugalis cogitare quę mũdi sunt, qũo placeat vir vxori, vel vxor viro: nõ ꝙ ea separent a regno cœlorum, sicut sunt peccata, quæ ideo pręcepto non consilio prohibentur, quia domino præcipiẽti nõ obedire dãnabile est, sed illud quod in ipso Dei regno amplius haberi possit, si amplius cogitaretur quomodo placendum esset Deo, minus erit vtique cum hoc ipsum minus cõiugii necessitate cogitatur. Ideo de virginib. inquit, præceptum dñi non habeo. Pręceptũ enim quisquis non obtemperat, reus est & debitor pęnę. Proinde quia vxorem ducere vel nubere peccatum nõ est, si autem peccatũ esset præcepto vetaret, propterea præceptum dñi de virginib. nullũ est. Sed qm̃ deuitatis remissisue peccatis, adeũda est vita ęterna, in qua est quędam egregia gloria, nõ omnibus in ęter-

I

num victuris, sed quibusdã ibi tribuẽda, cui cõsequendę parum est liberatum esse a peccatis, nisi aliquid ipsi liberatori voueatur, qđ nõ sit criminis nõ vouisse, sed vouisse ac reddidisse sit laudis. Cõsilium, inquit, do tanquã misericordiam cõsecutus a Deo vt fidelis es-

1. C

sem. Neque enim inuidere debeo fidele cõsilium qui nõ meis meritis, sed Dei misericordia sum fidelis. Existimo itaque hoc bonum esse propter præsentẽ necessitatem. Hoc est, inquit, vnde pręceptum domini nõ habeo, sed consilium do, hoc est, de virginibus existimo bonum esse propter pręsentem neces-

sitatem.

ſitatem. Noui enim quid preſẽtis temporis, cui coniugia ſeruiunt, neceſsitas cogat, vt ea quę Dei ſunt minus cogitentur, q̃ ſufficit adipiſcendæ illi gloriæ, q̃ non erit oĩum, q̃uis in ęterna vita ac ſalute manentium.
1.Co.15. Stella.n. ab ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio
1. Co. 7. mortuorum. Bonũ eſt ergo homini ſic eſſe.
Cap. 15.
1. Co. 7. Deinde adiungit idẽ Apoſtolus & dicit, Alligatus es vxori, ne quęſieris ſolutionem: ſolutus es ab vxore, ne quæſieris vxorem. Horum duorum qđ prius poſuit, ad pręceptũ pertinet, contra qđ non licet facere.
Mat. 5. Non. n. licet dimittere vxorẽ niſi ex cauſa fornicationis,
1.Co. 7. ſicut in Euangelio dñs dicit. Illud aũt quod addidit, Solutus es ab vxore, ne q̃ſieris vxorem, cõſilii ſnĩa eſt, non prçcepti, licet itaq;
K facere, ſed melius eſt nõ facere. Deniq; continuo ſubiecit, Et ſi acceperis vxorem non peccaſti, & ſi nupſerit virgo nõ peccat. Illud aũt prius cum dixiſſet, Alligatus es vxori ne quęſieris ſolutionem, nunq̃d addidit, & ſi ſolueris non peccaſti? Iam.n.ſupra dixerat, His aũt qui ſunt in cõiugio præcipio, nõ ego ſed dñs, vxorem a viro nõ diſcedere, q̃ ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari: fieri.n.poteſt vt nõ ſua culpa, ſed mariti diſcedat. Deinde ait, Et vir vxorem ne dimittat, quod nihilominus ex pcepto dñi poſuit, nec ibi addidit, & ſi dimiſerit non peccat. Prçceptũ eſt.n.hoc, cui nõ obedire peccatum eſt, nõ conſilium, quo ſi vti nolueris, minus boni adipiſceris, nõ mali aliquid perpetrabis. Propterea cũ dixiſſet, Solutus es ab vxore ne q̃ſieris vxorem, q̃a non prçcipiebat ne malũ fieret, ſed cõſulebat vt meliu fieret: continuo ſubiunxit, Et ſi acceperis vxorem, non peccaſti, & ſi nupſerit virgo nõ peccat.
16. Addidit tñ, Tribulationem aũt carnis habe-
Co. 7. bũt eiuſmodi. Ego aũt vobis parco: Hoc mo-
L do exhortãs ad virginininitatẽ continẽtiamq; perpetuã, vt aliquantulum a nuptiis ẽt deterreret, modeſte ſane, non tanq̃ a re mala & illicita, ſed tanq̃ ac oneroſa ac moleſtia. Aliud enim eſt admittere carnis tupitudinẽ, aliud habere carnis tribulationem. Illud eſt criminis facere, hoc laboris eſt pati, quem plerunque hoĩes etiam pro officiis honeſtiſsimis non recuſant, ſed pro habendo cõiugio iam hoc tpe, quo non per carnis propaginem vẽturo Chriſto ipſius prolis propagatione ſeruitur, iſtam tribulationem carnis, q̃ nupturis prædicit Apoſtolus, ſuſcipere tolerandã, perſtultum eſſet niſi metueret̃ incontinentib. ne tentante ſatana in peccata dãnabilia laberentur: Quòd aũt ſe dicit eis parcere, quos ait tri-
bulationem carnis habituros, nihil mihi inte- Ibidem.
rim ſanius occurrit, q̃ eum noluiſſe aperire & explicare verbis eandem ipſam carnis tribulationem, q̃ pręnũciauit eis qui eligũt nuptias, in ſuſpitionibus zeli coniugalis, in procreandis filiis atq; nutriendis, in timorib. & męrorib. orbitatis. Quotus.n. quiſq; cum ſe cõnubii vinculis alligauerit nõ iſtis trahatur atq; agitet̃ affectibus? Quos neq; nos exagge-
rare debemus, ne ipſis nõ parcamus, quibus M
parcẽdum exiſtimauit Apoſtolus. Tñ p hoc Cap. 17.
quod breuiter poſui, cautum fieri lectorem 1. Co. 7.
oportuit aduerſus eos, qui hoc quod ſcriptũ eſt, Tribulationem aũt carnis habebunt eiuſmodi, ego aũt vobis parco: nuptiis calũniantur, q̃ eas ex obliquo ſnĩa iſta dãnauerit, velut ipſam dãnationem noluerit dicere, cum ait, Ego aũt vobis parco, vt videlicet cũ iſtis parcit, aĩę ſuæ non pepercerit, ſi mentiendo dixit, Et ſi acceperis vxorem nõ peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccat. Qđ qui de ſancta ſcriptura credũt vel credi volunt tanquã viam ſibi muniũt ad mentiendi licẽtiam, vel ad defenſionem ſuæ peruerſę opinionis vbicunq; aliud ſentiũt quàm ſana doctrina poſtulat. Si quid.n.manifeſtum de diuinis libris prolatum fuerit, quo eorum confutentur errores, hoc ad manum habent velut ſcutum, quo ſe aduerſus charitatem quaſi tuentes nu-
dent a diabolo vulnerandos, vt dicãt hoc au- Cap. 18.
thorem libri non verum dixiſſe, aliàs vt infirmis parceret, aliàs vt contemptores terreret, ſicut occurrerit cauſa qua eorũ peruerſa ſententia defendatur, atque ita dum ea quę opinantur, defendere quàm corrigere malunt, ſcripturarum ſanctarum authoritatem frangere conantur, qua vna omnes ceruices ſu-
perbæ duræque franguntur. Vnde ſectatores A
& ſectatrices perpetuæ continentię & ſacræ virginitatis admoneo, vt bonum ſuum ita præferãt nuptiis, ne malum iudicent nuptias: ne que fallaciter, ſed plane veraciter ab Apoſtolo dictum nouerint. Qui dat ad nuptum, bene facit, qui nõ dat ad nuptũ, melius facit.
Et ſi acceperis vxorẽ, non peccaſti, & ſi nu- 1. Co. 7.
pſerit virgo, nõ peccat. Et paulopòſt, Beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundum meã

ſen-

sententiam. Et ne humana sententia putaret, adiungit. Puto aũt ꝙ & ego spm̄ Dei habeã. Hæc dñica, hæc apostolica verba, hæc sana doctrina est, sic eligere dona maiora, ne minora damnent. Melior est in scriptura Dei veritas Dei, q̃ in cuiusquam mẽte & carne virginitas hominis. Quod castũ sic amet, vt qđ verum est non neget. Nam quid mali nõ pñt etiam de sua carne cogitare, qui credũt Apostolicã linguã eo ipso loco, vbi virginitatem corporis cõmendat, a corruptione mẽdacij

B virginẽ nõ fuisse? Primitus ergo ac maxime qui bonũ virginitatis eligunt, scripturas sanctas firmissime teneant nihil esse mẽtitas. Ac per hoc ẽt illud verũ esse qđ dictum est, Et si acceperis vxorẽ, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccat. Nec putent minui tam magnum integritatis bonũ, si nuptiæ nõ erũt malum. Immo vero hinc sibi potius maioris gloriæ palmã præparatã esse cõfidat, quæ nõ damnari si nuberet timuit, honoratius coronari, q̃a nõ nubere cõcupiuit. Qui ergo sine cõiugio permanere voluerint nõ tanq̃ foueã peccati nuptias fugiãt, sed tanq̃ collem minoris boni trãscendãt, vt in maioris cõtinentiæ

1. Co. 7. monte requiescãt. Ea quippe lege collis iste inhabitat, vt non cum voluerit q̃s emigret. Mulier. n. alligata est quandiu vir eius viuit. Verũtñ ad cõtinentiã vidualẽ ab ipso tanq̃ gradu cõscenditur, ꝑꝑ virginalem vero vel declinandus est nõ consentiẽdo petitoribus, vel transiliẽdus præueniẽdo petitores. Ne q̃s

Cap. 19. aũt putaret duorũ operũ boni atq; melioris

1. Co. 7. æqualia fore ꝑmia, propterea cõtra eos disserẽdũ fuit, qui qđ ait Apostolus, Existimo aũt hoc bonũ esse ꝑꝑ præsentem necessitatẽ, ita interpretati sunt, vt non ꝑꝑ regnum cęlorũ, sed ꝑꝑ seculum præsens virginitatem vtilem dicerent, tanq̃ in illa vita æterna nihil cęteris amplius habituri essent, qui in hoc melius elegissent. In qua disputatione cum ad illud veniremus qđ idem Apostolus ait, Tribulationem aũt carnis hẽbunt hmõi, ego aũt vobis

C parco, alios litigatores incurrimus, qui non ęquales ꝑpetuæ cõtinentiæ nuptias facerẽt, sed eas oĩno damnarent. Nam cũ error vterque sit vel æquare sanctæ virginitati nuptias vel damnare, nimis inuicẽ fugiendi duo isti errores aduersa fronte confligunt, quia veritatis medium tenere noluerunt, quo & certa rõne, & sãctarum scripturarum authoritate, nec peccatum nuptias esse inuenimus, nec eas bono vel virginalis continentiæ, vel etiã vidualis æquamus. Alii quippe appetẽdo virginitatem nuptias tanq̃ adulterium detestandas esse putauerũt. Alii vero defendendo cõnubiũ, excellentiã perpetuæ cõtinentię nihil mereri amplius q̃ coniugalem pudicitiã voluerũt, quasi vel Susannæ bonũ, Mariæ sit humiliatio, vel Mariæ maius bonũ, Susannæ debeat esse damnatio. Absit ergo vt ita dixerit Apostolus nuptis siue nupturis. Ego aũt vobis parco: tanq̃ voluerit dicere, quæ pœna cõiugatis in futuro seculo debeat. Absit vt a Daniele de temporali iudicio liberatam, Paulus mittat in gehennã. Absit vt maritalis thorus ei pęna sit ante tribunal Christi, cui fidẽ seruando elegit sub falsa accusatione adulterii, vel periclitari vel mori. Quid egit vox illa, Melius est mihi incidere in manus vestras, q̃ peccare in cõspectu Dei: si Deus eã fuerat nõ q̃a pudicitiã nuptialẽ seruabat liberaturus, sed quia nupserat damnaturus? Et nunc quotiens castitas cõiugalis aduersus calumniatores criminatoresq; nuptiarum scripturæ sanctæ veritatæ munit, totiens a spũsancto cõtra falsos testes Susanna defendit, totiens a falso crimine liberat, & multo maiore negotio. Tunc. n. vni coniugatę, nunc omnibus. Tunc de occulto & falso adulterio, nunc de vero & manifesto connubio crimen intendit. Tũc vna mulier ex eo ꝙ iniqui seniores dicebãt, nunc oẽs mariti & vxores ex eo ꝙ Apostolus dicere noluit accusant. Damnatiõẽ quippe vestram, inquiũt, tacuit cum ait, Ego aũt vobis parco. Quis hoc? Nempe ille qui superius dixerat. Si acceperis vxorẽ non peccasti, & si nupserit virgo non peccat. Cur igitur in eo ꝙ modeste tacuit, coniugiorum suspicamini crimen, & in eo ꝙ aperte dixit, coniugiorũ non agnoscitis defensionẽ? An eos damnat tacitus, quos locutus absoluit? Nonne iã mitius accusat Susanna non de cõiugio, sed de ipso adulterio, q̃ doctrina Apostolica de mẽdacio? Quid in tãto periculo faceremus, nisi tam certum apertumq; esset pudicas nuptias non debere damnari, q̃ certum apertumque est sanctam scripturã non posse mẽtiri? Hic dicet aliquis, Quid hoc pertinet ad sanctam virginitatem vel perpetuam continentiã, cuius prędicatio isto sermone suscepta est? Cui respondeo, primo quod superius cõmemora-

Cap. 20 · Dan. 13 · Lucæ 1 · 1. Co. 7 · D · Dan. 1 · 1. Co · E · Cap.

ra-

rauí, ex hoc gloriam maioris illius boni esse maiorē, ꝙ eius adipiscendæ causa bonum cōiugale transcenditur, non peccatū coniugij deuitatur. Alioquin perpetuę cōtinētię bonū
F nō præcipue laudari, sed tantū nō vituperari sufficeret: si propterea teneretur, qm̄ nubere crimen esset. Deinde quia non humana sententia, sed Diuinę scripturæ authoritate ad tam excellens donū homines exortandi sunt nō mediocriter neq; prętereunter agendum est, ne cuiquā ipsa Diuina scriptura in aliquo mentita videatur. Dehortantur. n. potius quā exhortantur virgines sacras, qui eas sic permanere nuptiarū damnatione cōpellunt. Vnde. n. confidant verum esse quod scriptū est.
1. Co. 7. Et qui non dat ad nuptum, melius facit, si falsum putant esse ꝙ iuxta superius nihilominus scriptū est. Et qui dicat virginem suā, bene facit. Si aūt loquenti scripturæ de nuptiarū bono indubitanter crediderint, eadē cęlestis eloquij veracissima authoritate firmatę, ad melius suum feruenti ac fidenti alacritate transcurrent. Vnde iam satis pro suscepto negocio diximus, & quātum potuimus demōstrauimus: nec illud quod ait Apostolus,
1. Cor. 7. Existimo aūt hoc bonū esse propter pñtem necessitatē: sic esse accipiendum, tāquā in hoc seculo meliores sint sacræ virgines fidelibus coniugatis, in regno autē cęlorum atq; in futuro seculo pares sint. Nec illud vbi ait de nubentibus, Tribulationem aūt carnis habebūt eiusmodi. Ego aūt vobis parco: ita intelligendū, tanquā nuptiarū peccatum & damnationē maluerit tacere quā dicere. Harū quippe duarū sententiarū singulas, duo errores sibimet cōtrarii, non eas intelligendo tenuerūt. Illā. n. de pñti necessitate, illi pro se interpretātur, qui nubentes non nubentibus ęquare cōtendunt: hanc vero vbi dictū est, Ego aūt vobis parco, illi qui nubētes dānare pręsumūt. Nos aūt scd̄m scripturarū sanctarū fidē sanamq; doctrinā nec peccatum esse dicimus
G nuptias. & earū tñ bonū non solum infra virginalē, verumetiam infra vidualem continētiam constituimus: pręsentemq; necessitatē coniugatorum non quidem solum ad vitam æternā, verumetiam excellentem gloriam & honorem qui perpetuæ continētiæ reseruatur, impedire eorum meritum dicimus, neq; hoc tēpore: nisi eis qui se non continent nuptias expedire & tribulationem carnis ex affectu carnali venientē, sine quo nuptiæ incontinentium esse non possunt, nec tacere voluisse Apostolū vera prę monentē, nec plenius explicare hominū infirmitati parcentē. Nunc iam scripturarū diuinarū euidentissi H
mis testimonijs, quę pro nostræ memoriæ Cap. 22.
modulo recordari valuerimus, clarius appareat, non propter pręsentē huius seculi vitā sed propter futurā, quę in regno cęlorū promittitur, perpetuam continentiam diligēdā. Quis aūt hoc non aduertat in eo quod paulopost idē Apostolus ait, Qui sine vxore est, 1. Cor. 7.
cogitat ea quę sunt dñi, quō placeat dño: q aūt matrimonio iunctus est, cogitat ea quæ mundi sunt, quō placeat vxori.* & diuisa est mulier nupta: & virgo quæ innupta est, solicita est quæ sunt Dñi, vt sit sancta & corpore & spū: quæ aūt nupta est, solicita est, quę sūt mundi quō placeat viro. Nō vtiq; ait, cogitat ea quę securitatis sunt in hoc seculo, vt sine grauiorib. molestijs tēpus transigat: neq; ad hoc diuisam dicit innuptam & virginem ab ab ea, quę nupta est, i. distinctam atq; discretam, vt innupta in hac vita secura sit propter temporales molestias euitandas, quibus nupta non caret: sed cogitat, inquit, quæ sunt Dñi, qñ placeat Dño, & solicita est quę sunt Dñi, vt sit sācta & corpore & spū. Nisi forte vsq; adeo quis insipienter cōtentiosus est, vt conetur asserere nō propter regnū cęlorū, sed propter pręsens seculū Dño placere nos velle, aut pp vitā istā, non propter æternā esse sanctas & corpore & spiritu. Hoc credere quid est aliud, nisi miserabiliorē esse omnib. hominibus? Sic. n. Apostolus ait, Si in hac vita tantū in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. An ve 1. Co. 15
ro qui frangit panē suum esurienti, si tantum propter hanc vitam facit, stultus est: & ille e Esa. 58.
rit prudēs qui castigat corpus suum vsq; ad 2. Co. 9.
continentiam, qua nec cōiugio misceatur, si ei nihil proderit in regno cęlorū? Postremo ipsum Dñm audiamus euidentissimam hinc Cap. 23.
sententiam proferentē. Nā cū de coniugibus non separandis nisi causa fornicationis diuine ac terribiliter loqueretur, dixerunt ei discipuli, Si talis est causa cū vxore, non expedit nubere. Quibus ille, Non oēs, inquit, ca I
piunt verbū hoc: sunt. n. spadones qui ita na Mat. 19.
ti sunt: sunt autem alij qui ab hominib. facti sunt: & sunt spadones qui seipsos castrauerūt pro-

Al. l. vxori, & diuisa est: & mulier innupta, et virgo, &c.

propter regnũ cęlorum. Qui poteſt capere
1. *Cor.* 1. capiat. Quid veracius, quid lucidius dici po-
tuit? Chriſtus dicit, veritas dicit, virtus & ſa-
piẽtia Dei dicit, eos q̃ pio propoſito ab vxo
re ducẽda ſe continuerint, caſtrare ſeipſos
propter regnum cęlorũ: & contra humana
vanitas impia temeritate contendit, eos qui
hoc faciũt, præſentẽ tantũmodo neceſsitatẽ
moleſtiarum cõiugalium deuitare: in regno
cęlorũ amplius quicquã cęteris non habere.
Cap. 24. De quibus autem ſpadonibus loquitur Deus
Eſa. 16. per Eſaiam Prophetã, quibus ſe dicit daturũ
in domo ſua & in muro ſuo locũ nominatũ,
meliorem multo quã filiorũ atq; filiarũ: niſi
de ijs qui ſeipſos caſtrant propter regnũ cę-
Mat. 16. lorum? Nam illis quibus ipſum virile mem-
brum debilitatur, vt generare nõ poſsint, ſi-
cut ſunt Eunuchi diuitum & regum, ſufficit
vtiq; cũ Chriſtiani fiunt, & Dei pręcepta cu-
ſtodiunt, eo tamen propoſito ſunt, vt coniu-
ges ſi poſsint haberent cęteris in domo Dei
coniugatis fidelibus adæquari, qui prolẽ lici
te pudiceq; ſuſceptam in Dei timore nutriũt
Pſal 77. docentes filios ſuos, vt ponant in Deo ſpem
Eſa. 56. ſuã, non aũt accipere meliorem locũ quam
eſt filiorũ atq; filiarũ. Neq;.n. vxores animi
virtute, ſed carnis neceſsitate non ducũt. Cõ
tendant ſanè qui voluerint de his Prophetã
ſpadonibus hoc pręnunciaſſe, qui corpore
abſciſi ſunt, iſte quoq; error cauſę quam ſu
K ſcepimus ſuffragatur: neque enim ſpadones
iſtos eis, qui in domo eius nullum locum ha
bent prætulit Deus, ſed eis vtiq; qui in filijs
generandis cõiugalis vitę meritũ ſeruant. Nã
cũ dicit, Dabo locũ multo meliorem: oſten
dit & coniugatis dari, ſed multo inferiorem.
Vt ergo concedamus in domo Dei, prædi-
ctos futuros eunuchos ſecundũ carnem, qui
in populo Iſrael non fuerũt: quia & ipſos vi
demus cum Iudęi non fiant, tñ fieri Chriſtia
nos, nec de illis dixiſſe Prophetã, qui propo
ſito cõtinentiæ cõiugia nõ quærẽtes ſeipſos
caſtrant propter regnũ cęlorũ: ita ne tanta de
mentia quiſquam eſt cõtrarius veritati, vt in
carne factos eunuchos meliorẽ quã coniu-
gatos locum in domo Dei habere credat, &
pio propoſito continentes, corpus vſq; ad
cõtemptas nuptias caſtigãtes, ſeipſos non in
corpore, ſed in ipſa concupiſcentię radice
caſtrãtes, cęleſtẽ & angelicã vitã in terrena
mortalitate meditãtes cõiugatorũ meritis pa
res eſſe cõtendat: & Chriſto laudanti eos qui
ſeipſos caſtrauerunt, nõ propter hoc ſeculũ,
ſed propter regnũ cęlorũ, Chriſtianus con-
tradicat, affirmans hoc pñti vitę eſſe vtile, nõ
futurę? Quid aliud iſtis reſtat, niſi vt ipſum
regnũ cęlorũ ad hanc temporalẽ vitam, in
qua nunc ſumus, afferant pertinere? Cur.n. L
non & in hanc inſaniam progrediatur cęca
præſumptio? Et q̃d hac aſſertione furioſius?
Nã & ſi regnũ cęlorũ aliq̃n Eccleſia ẽt quæ
hoc tp̃e eſt appellatur, ad hoc vtiq; ſic appel
tur, quia futurę vitę ſempiternęq; colligitur.
Quãuis ergo promiſsionẽ habeat vitæ pñtis 1. *Tim.*
& futuræ, in omnibus tñ bonis operibus ſuis
non reſpicit quæ videntur, ſed quæ nõ vñr.
Quæ.n. vidẽtur tẽporalia ſunt, quę aũt nõ vi- 2. *Cor.*
dentur æterna. Nec ſanè ſpũſſanctus tacuit ꝙ
contra iſtos impudentiſsime ac dementiſsi- *Cap.* 25
me peruicaces aptũ atq; ĩcõcuſſum valeret,
eorũq; beluinũ impetũ ab ouibus ſuis * in- *Al. l. ouili ſuo.*
expugnabili munitiõe repelleret. Cũ.n. dixiſ
ſet de ſpadonibus, Dabo eis in domo mea, &
ĩ muro meo locũ nominatũ, meliorẽ multo *Eſa.* 56.
quã filiorũ atq; filiarũ: ne quis nimiũ carna-
lis exiſtimaret in his verbis aliquid tẽporale
ſperandũ, continuo ſubiecit, Nomen ęternũ
dabo eis, nec vnquã deerit: tanquã diceret,
Quid tergiuerſaris impia cęcitas? quid tergi-
uerſaris? quid ſerenitati veritatis nebulas tuæ
peruerſitatis offundis? Quid in tanta ſcriptu-
rarũ luce tenebras vnde inſidieris inquiris?
Quid tẽporalẽ tantũmodo vtilitatẽ promit-
tis continentibus ſanctis? Nomen æternũ da-
bo eis. Quid ab omni concubitu immunes,
& eo quoq; ipſo quo hinc ſeſe abſtinent, ea
quæ ſunt Domini cogitantes, quomodo pla
ceant Domino, ad terrenã cõmoditatẽ refer
re conaris? Nomen æternũ dabo eis. Quid re
gnũ cęlorũ propter quod ſeipſos caſtraue- *Mat.* 19
runt ſancti ſpadones, in hac tantum vita intel
ligendũ eſſe cõtendis? Nomen æternum da-
bo eis. Et ſi forte hic ipſum ęternum pro diu
turno conaris accipere, addo, accumulo, in-
culco. Nec vnquã deerit. Quid quęris am-
plius? Quid dicis amplius? Aeternũ hoc no-
men, quicquid illud eſt, ſpadonibus Dei, ꝙ
vtiq; gloriã quandã propriã excellentemq;
ſignat, non erit commune cũ multis: quãuis M
in eodem regno & in eadem domo conſtitu
tis. Nam ideo fortaſsis & nomen dictum eſt,
quod eos quibus datur diſtinguit a cęteris.

Quid

Quid sibi ergo vult, inquiunt, ille denarius,
p. 26. qui opere vineæ terminato æqualiter omni-
at. 20. bus redditur, siue ijs, qui a prima hora, siue
ijs qui vna hora operati sunt? Quid vtiq; nisi
aliquid significat ꝙ omnes cōiter habebunt,
sicuti est ipsa vita æterna, ipsum regnū cęlo-
rum, vbi erunt oēs quos Deus prędestinauit,
m. 8. vocauit, iustificauit, glorificauit? Oportet.n.
Co. 15. corruptibile hoc induere incorruptionē, &
mortale hoc induere immortalitatē. Hic est
idem. ille denarius, merces omniū. Stella tn̄ ab stel
la differt in gloria, sic & resurrectio mortuo
A rū. Hæc sunt merita diuersa sanctorū. Si.n. cę
lū significaretur illo denario, nonne in cęlo
esse, omnibus est cōe syderibus? Et tn̄ alia est
Co. 12. gloria Solis, alia Lunæ, alia stellarū. Si dena-
rius ille pro sanitate corporis poneretur, nō
ne cū recte valemus, omnib. mēbris cōis est
sanitas, & ipsa si vsq; in mortem permaneat,
pariter & æqualiter omnibus inest? Et tn̄ po-
suit Deus membra, singulū quodq; eorū in
corpore pro vt voluit, vt nec totum sit ocu-
lus, nec totū auditus, nec totum odoratus: &
quicquid est aliud, habet suam proprietatē,
q̄uis æqualiter habeat cū omnib. sanitatem:
ita quia ipsa vita æterna pariter erit omnib.
sanctis, æqualis denarius omnibus attributus
an. 14. est. Quia vero in ipsa vita æterna distincte
fulgebunt lumina meritorū, multæ sunt man
siones apud patrē: ac per hoc in denario qui
dem non impari, non viuet alius prolixius:
in multis aūt mansionibus honoratur alius
ap. 27. alio clarius. Pergite itaq; sancti Dei, pueri ac
puellæ, mares ac fęminæ, cęlibes & innuptę,
pergite perseueranter in finem. Laudate dn̄m
dulcius, quē cogitatis vberius: sperate fęli-
cius, cui seruitis instantius: amate ardentius,
uc. 12. cui placetis attentius. Lūbis accinctis & lu-
cernis ardentib. expectate dn̄m qn̄ veniat a
nuptijs. Vos afferetis ad nuptias agni canticū
nouū ꝙ cātabitis in citharis vestris, hoc est,
po. 14. in cordib. dicatis laudibus. Nō vtiq; tale qua
. 95. le cantat vniuersa terra cui dr̄, Cantate dn̄o
B canticū nouū, cantate dn̄o vniuersa terra: sed
tale quale nemo poterit dicere nisi vos. Sic.n.
po. 14. vos vidit in Apocalypsi quidā præ cęteris di
lectus ab agno, q̄ discūbere super pectus eius
solitus erat, & bibebat & eructabat mirabilia
super cęlestia Dei verbū. Ipse vos vidit duo-
decies duodena milia sanctorū citharędorū
illibatæ virginitatis in corpore, inuiolatæ ve
ritatis in corde, & quia sequimini agnū quo-
cunq; ierit, scripsit ille de vobis. Quo ire pu
tamus hunc agnū? Quo nemo eū sequi vel au
deat vel valeat nisi vos. Quo putamus eū ire? Psal. 39.
In quos saltus & prata? Vbi credo sunt gran-
dia gaudia, non gaudia seculi huius vana, in-
saniæ mendaces, nec gaudia qualia in ipso re
gno Dei cęteris non virginibus erūt, sed a cę
terorū omniū gaudiorū sorte distincta: gau- C
diū virginū Xp̄i, de Xp̄o, in Xp̄o, cum Xp̄o,
post Xp̄m, per Xp̄m, ꝓ Xp̄m: gaudia pro-
pria virginū Xp̄i: Non sunt eadē, non virgi-
nū q̄uis Xp̄i. Nā sunt alijs alia, sed nullis talia.
Ite in hæc, sequimini agnū, quia & agni caro
vtiq; virgo. * Hoc.n. in se retinuit auctus], ꝙ Al.l. Ho[c]
matri non abstulit conceptus & natus. Meri- enim in se
to eū sequimini virginitate cordis & carnis, [retin]uit corpo-
quocunq; ierit. Quid est eū sequi, nisi imita- ribus, &
ri? Quia Xp̄s pro nobis passus est, relinquens cordibus
nobis exemplū, sicut ait Apostolus Petrus, vt vestris
sequamur vestigia eius. Hunc in eo quisque ꝙ &c.
sequitur in quo imitatur, nō inquantū filius
Dei est vnus, per quē facta sunt oīa: sed inquā 1. Pet. 2.
tum filius hominis, q̄ oportebat in se prębuit Ioan. 1.
imitanda: & multa in illo ad imitandum om-
nib. proponuntur, virginitas aūt carnis non
omnibus: non.n. habent quid faciant vt virgi
nes sint, in quib. iam factū est vt virgines non
sint. Sequantur ita agnū cęteri fideles, qui vir
ginitatē corporis amiserunt: non quocunq; Apo. 14.
ille ierit, sed quousq; ipsi potuerint. Possunt Matt. 5.
aūt ubiq; præter cū in decore uirginitatis in
cedit. Beati pauperes spiritu, imitamini eum, 2. Cor. 8.
qui ꝓ uos pauper factus est cū diues esset. Matt. 5.
Beati mites, imitamini eū qui dixit, Discite Mat. 11.
a me qm̄ mitis sum & humilis corde. Beati Matt. 5.
lugentes, imitamini eū qui fleuit super Hie- Luc. 19.
rusalem. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, Matt. 5.
imitamini eum, qui dixit, Meus cibus est ut Ioan. 4.
faciam uoluntatē eius qui misit me. Beati mi Matt. 5.
sericordes, imitamini eū qui vulnerato a la- Luc. 10.
tronib. & in uia iacēti semiuiuo desperatoq; Matt. 5.
subuenit. Beati mundo corde, imitamini eū 1. Pet. 2.
qui pct̄m non fecit, nec inuentus est dolus in Matt. 5.
ore eius. Beati pacifici, imitamini eū qui pro Luc. 23.
suis persecutorib. dixit, Pater ignosce illis, Matt. 5.
quia nesciunt quid faciunt. Beati qui persecu 1 Pet. 2.
tionē patiuntur ꝓ iustitiam, imitamini eum D
qui pro uobis passus est, relinquens uobis e-
xemplū, ut sequamini uestigia eius. Hæc qui
imitantur, in his agnum sequuntur. Sed certe

etiam coniugati possunt ire per ista vestigia, & si non perfecte in eadē forma ponētes pedem, verumtñ in eisdem semitis gradientes. *Cap. 29.* Sed ecce ille agnus graditur itinere virginali, quo post eum ibunt qui hoc amiserunt ꝙ *Apo. 14.* nullo modo recipiunt? Vos ergo vos ite post eū virgines eius: vos illuc ite post eum, quia ꝑꝑ hoc bonū vnū quocunq; ierit sequimini eū: ad ꝙ libet.n.aliud sanctitatis donū, quo eū sequantur, hortari possumus coniugatos, præter hoc ꝙ irreparabiliter amiserunt. Vos E itaq; sequimini eū, tenendo perseueranter ꝙ vouistis, ardenter facite cū potestis, ne virginitatis bonū a vobis pereat, cui facere nihil potestis vt redeat Videbit vos cętera multitudo fideliū, quæ agnū ad hoc sequi non pōt: videbit, nec inuidebit: & collętando vobis, ꝙ in se non habet, habebit in vobis. Nam & illud canticum nouū proprium vestrū dicere non poterit, audire aūt poterit, & delectari vestro tam excellenti bono. Sed vos qui & dicetis & audietis, quia & hoc ꝙ dicetis a vobis audietis, fęlicius exultabitis, iucundiusq; regnabitis. De maiore tñ vestro gaudio nullus męror erit, quibus hoc deerit. Agnus ille quippe quē vos quocunq; ierit sequimini, nec eos deseret, qui eum quo vos non valēt sequi. Omnipotentem agnum loquimur. Et vobis præibit, & ab eis non abibit, cum erit Deus omnia in omnibus. Et qui minus habe- *1. Co. 15.* bunt, a vobis non abhorrebunt. Vbi.n. nulla est inuidentia, consors est dr̄ia. Præsumite itaque, fidite, roboramini, permanete qui voue- *Psal. 75.* tis & redditis dn̄o Deo vestro vota perpe- *Cap. 30.* tuæ continentiæ, non propter præsens secu- *Mat. 19.* lum, sed propter regnum cęlorum. Vos etiā *1. Co. 9.* qui hoc nondum vouistis, qui potestis cape- *Psal. 85.* re capite, perseueranter currite vt cōprehendatis. Tollite hostias quisque suas, & introite in atria dn̄i, non ex necessitate, sed potestatē *Exo. 20.* habentes vestræ voluntatis. Neque.n. sicut nō mœchaberis, non occides: ita dici potest, nō nubes. Illa exiguntur, ista offeruntur. Si fiant *Luc. 10.* ista, laudantur: nisi fiant illa, damnantur. In illis dn̄s debitum imperat vobis, in his autē si quid amplius supererogaueritis, in redeun- *Esa. 56.* do reddet vobis. Cogitate quicquid illud est in muro eius locum nominatum meliorem F multo quam filiorum atq; filiarum. Cogitate illic nomen æternum. Quis explicat quale nomen erit? Quicquid tñ erit, æternum erit.

Hoc credendo & sperando & amando, potuistis coniugia non deuitare prohibita, sed transuolare concessa. Vnde huius muneris *Cap. 3* magnitudo, ad ꝙ capessendum pro nostris viribus hortati sumus: quāto est excellentius atq; diuinius, tanto magis admonet solicitudinē nostram, non solū de gloriosissima castitate, verumēt de ditissima * humilitate aliquid loqui. *Al. l. tu- sima.* Cū ergo perpetuæ continentiæ professores se coniugatis cōparantes, secundum scripturas cōpererint eos infra esse, & opere & mercede, & voto & pręmio: statim G veniat in mentem ꝙ scriptū est, Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. *Eccle.* Mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est: cui est periculosa superbia, quæ amplius amplioribus insidiatur. Hanc sequitur inuidentia, tanquā filia pedissequa. Eam quippe superbia continuo parit, nec vnquam est sine tali prole atq; comite. Quibus duob. malis, hoc est superbia & inuidentia, diabolus præest. Itaq; contra superbiam matrem inuidentiæ maxime militat vniuersa disciplina Christiana. Hæc.n. docet humilitatem, qua & acquirat & custodiat chariiatem: de qua cum dictū esset, Charitas non æmulatur: ve- *1. Co. 1* lut si causam quæreremus vnde fiat vt non æmuletur, continuo subdidit, Non inflatur: tanquam diceret, ideo non habet inuidentiā quia nec superbiam. *Phil. 2* Doctor itaq; humilitatis Christus primo semetipsū exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediēs vsq; ad mortē, mortem aūt crucis. Ipsa vero doctrina eius q̄ attente insinuet humilitatem, atq; huic percipiendæ vehementer insistat, quis explicare facile possit, atq; in hanc rem demonstrandā testimonia cuncta congerere? Hoc facere conetur vel faciat quisquis seorsum de humilitate voluerit scribere: huius H aūt operis aliud propositū est, ꝙ de tam magna re susceptum est, vt ei maxime sit cauenda superbia. *Cap. 3* Proinde pauca testimonia quæ dn̄s in mētē dare dignatur, ex doctrina Christi de humilitate commemoro, quæ ad id ꝙ intendi fortasse sufficiant. Sermo eius quem primū prolixiorem ad discipulos habuit, inde cępit, Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorū *Matt.* est regnū cęlorū: quos sine vlla controuer-

sia

sia humiles intelligimus. Fidem Centurionis
Mat.8. illius ideo præcipue laudauit, nec se inuenis-
se in Israel dixit tantã fidẽ, quia ille tã humi-
liter credidit vt diceret, Non sum dignus vt
sub tectũ meũ intres: Vnde nec Matthęus ob
aliud eũ dixit accessisse ad dominũ, cũ aper-
Luc. 7. tissime Lucas insinuet, ꝙ nõ ad eũ ipse vene-
rit, sed amicos suos miserit, nisi qa fidelissi-
ma humilitate magis ipse accessit quam illi
Ps.137. quos misit. Vnde & illud propheticũ est, Ex
celsus dñs & humilia respicit, excelsa aũt a
I lõge cognoscit: vtiq; tanquam non acceden
Mat.15. tia. Hinc & illi mulieri Chananeæ dicit, O
mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis:
quã superius canẽ appellauerat, nec ei pa-
nẽ filiorũ proijciẽdũ esse rñderat. Quod illa
humiliter accipiẽs dixerat, Ita dñe nã & ca-
nes edũt de micis quę cadũt de mensa dño-
rũ suorũ. Ac sic ꝙ assiduo clamore non im-
petrabat, humili cõfessione promeruit. Hinc
Luc. 18. illi duo proponuntur orantes in tẽplo, vnus
Pharisæus, & alter publicanus, ꝑꝑ eos, qui
sibi iusti videntur, & spernũt cęteros: & enu-
merationi meritorũ, præfertur cõfessio pec
catorũ. Et vtiq; Deo gratias agebat Pharisęus,
ex his in quibus sibi multũ placebat, Gratias,
inquit, tibi ago, quia nõ sum sicut cęteri ho-
mines, ĩiusti, raptores, adulteri sicut & Publi
canus iste: ieiuno bis in sabbato, decimas do
omniũ quęcunq; possideo. Publicanus autẽ
de longinquo stabat, nec oculos ad cęlũ au-
debat leuare, sed percutiebat pectus suũ di-
cens, Deus propitius esto mihi peccatori. Se
quitur aũt diuina sententia, Amen dico vo-
bis, descẽdit iustificatus de tẽplo Publicanus
magis quẽ ille Pharisęus. Deinde causa ostẽ-
ditur, cur hoc iustũ sit, Quoniã is qui se exal
tat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabi
tur. Fieri ergo potest, vt quisq; & mala vera
deuitet, & vera bona i se cõsideret, & de his
patri luminũ gratias agat, à quo ẽdescẽdit oẽ
Iacob. 1. datũ optimũ, & oẽ donũ perfectũ: & tñ ela-
tionis uitio reprobetur, si alijs peccatoribus
maxime peccata in oratione cõfitẽtibus, uel
K sola cogitatione quæ corã Deo est superbus
insultet, quibus nõ exprobatio cũ inflatione,
sed miseratio sine desperatione debet. Quid
illud ꝙ quærentibus inter se discipulis quis-
nã eorũ maior esset, puerũ paruulũ cõstituit
Mat. 18. ante oculos eorum dicens, Nisi fueritis sicut
puer iste, nõ intrabitis in regnũ cęlorũ. nõne

humilitatẽ maxime cõmendauit, & in ea me
ritũ magnitudinis posuit: uel cũ filijs Zebe-
dæi latera eius in sediũ sublimitate cõcupi- Mat.20.
scentibus ita rñdit, ut passionis eius calicem
bibendũ potius cogitarẽt, in quo se humilia
uit usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, q̃ super- Phil. 2.
bo appetitu præferri cęteris postularẽt: quid
ostendit nisi eis se futurũ altitudinis largito L
rẽ qui eũ doctorẽ humilitatis antea sequerẽ
tur? Iã uero ꝙ exiturus ad passionẽ lauit pe-
des discipulis, monuitq; apertissime ut hoc
facerẽt cõdiscipulis atq; conseruis, quod eis Ioan.1.
fecisset magister & dñs, quantũ cõmendauit
humilitatẽ, cui cõmendãdæ ẽt illud tempus
elegit, quo eũ proxime moriturũ cũ magno
desiderio cõtuebãtur: hoc utiq; pręcipue me
moria retenturi, quod magister imitandũ ul
timũ demonstrasset: ait ille, hoc facite: quod
utiq; potuit & alijs ante diebus, quibus cum
eis fuerat cõuersatus: qđ si fieret, hoc ipsum
quidẽ traderetur, sed utiq; non sic accipere-
tur. Cũ ergo Christianis oĩbus custodienda
sit humilitas qñqdẽ à Xpo Christiani appel Cap.33.
lantur, cuius Euãgeliũ nemo diligẽter intue
tur, qui nõ eũ doctorẽ humilitatis inueniat:
tũ maxime uirtutis huius sectatores & con-
seruatores eos esse cõuenit, qui magno ali-
quo bono cęteris eminent, ut magnopere cu
rent illud quod primitus posui, Quanto ma- Eccle. 3.
gnus es, tãto humilia te ĩ oĩbus, & corã Deo
inuenies gratiã. Proinde quia perpetua cõti-
nentia maximeq; uirginitas, magnũ bonum
est in sanctis Dei, uigilantissime cauendum
est, ne superbia corrũpatur. Curiosas, & uer-
bosas malas innuptas Paulus Apostolus no-
tat, & hoc uitiũ dicit uenire ex ocio. Simul
aũt, inquit, & ociosæ, discunt circumire do- 1. Tim 5
mos, non solũ aũt ociosę, uerumetiam cu-
riosæ & uerbosæ, loquentes quę nõ oportet.
De his quæ superius dixerat, Iuniores autem
uiduas euita. Cũ.n.in delitijs egerint, in Chri
sto nubere uolũt, habentes damnationẽ, qm̃
primã fidẽ irritã fecerunt, i. in eo quod pri-
mo uouerant nõ steterunt. Nec tñ ait, nubũt:
sed nubere uolunt, multas.n.earũ reuocat a Cap. 34.
nubendo, non amor pręclari propositi, sed
aperti dedecoris timor, ueniens & ipse a su- M
perbia qua formidatur magis hominibus dis
plicere quã Deo. Hę igitur quæ nubere uo-
lunt & ideo nubũt, quia impune nõ possunt, 1. Cor.7.
q̃ melius nuberẽt quã urerentur, i. quam oc-

culta flamma cõcupiſcentiæ in ipſa concupiſcentia vaſtarentur, quas pęnitet profeſsionis & piget confeſsionis, niſi correctũ cor dirigant, & Dei timore rurſus libidiné vincãt, in mortuis deputandę ſunt: ſiu e in delitijs agant, vnde dicit Apoſtolus, Quæ aũt in delitijs agit, viuens mortua eſt, ſiue in laboribus atq; ieiunijs, nulla cordis correctione ſuperfluis, & magis oſtentationi quã emendationi ſeruientibus. Non ergo talibus magnã curã humilitatis ingero, in quibus ſuperbia ipſa confunditur, & conſcientię vulnere cruentatur. Nec ebrioſis aut auaris, aut aliquo quolibet damnabilis morbi genere iacẽtibus, cũ habeant corporalis continentiæ profeſsioné moribusq; peruerſis à ſuo nomine diſſonẽt, hanc magnã ſolicitudiné impono: niſi forte in his malis etiam oſtentare ſe ſe audebunt, quibus nõ ſufficit ꝙ eorũ ſupplicia differuntur. Nec de his ago, in quibus eſt quidã placẽdi appetitus, aut elegãtiore veſtitu quã tãtę profeſsionis neceſsitas poſtulat, aut capitis ligamento notabili: ſiue pro tumidis vmbonibus capillorũ, ſiue tegminibus ita teneris vtuntur, vt retiola ſubtus poſita appareãt: his nõdũ de humilitate, ſed de ipſa caſtitate vel integritate pudicitię dãda præcepta ſunt. Da mihi profitenté perpetuã continentiam, atq; his & eiuſmodi carenté omnibus, & maculis & vitijs morũ, huic ſuperbiam timeo, huic tã magno bono ex elationis tumore formido, quo magis ineſt vnde ſibi placeat, eo magis vereor, ne ſibi placẽdo illi diſpliceat, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiam. Certe pręcipuũ magiſteriũ & virginalis integritatis exemplũ in ipſo Chriſto contuendũ eſt. Quid ergo amplius continentibus de humilitate pręcipiam, quã quod ille qui omnibus dicit, Diſcite a me, quoniam mitis ſum & humilis corde? Cum magnitudiné ſuam ſupra commemoraſſet. Et idipſum volens oſtendere, quantus propter nos quantillus effectus eſt: Confiteor, inquit, tibi pater dñe cęli & terræ, qm̃ abſcõdiſti hęc a ſapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater, qm̃ ſic placitũ eſt coram te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo, & nemo cognoſcit filiũ niſi pater, & nemo cognoſcit patrẽ niſi filius, & cui voluerit filius reuelare: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſup vos, & diſcite a me qm̃ mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Ille ille cui omnia tradidit pater, & quem nemo agnoſcit niſi pater, & qui patrẽ ſolus agnoſcit, & cui voluerit reuelare: non dicit, Diſcite à me mundũ fabricare, aut mortuos reſuſcitare: ſed, ꝗa mitis ſum & humilis corde. O doctrinã ſalutarẽ, ò magiſtrum dominumq; mortaliũ, quibus mors poculo ſuperbiæ propinata atq; transfuſa eſt. Noluit docere quod ipſe non eſſet, noluit iubere quod ipſe nõ faceret. Video te bone Ieſu oculis fidei, quos aperuiſti mihi, tanquã in cõcione generis humani clamantẽ atq; dicentẽ, Venite ad me & diſcite à me. Quid obſecro te ꝑ quẽ facta ſunt oĩa fili Dei, & idẽ qui factus es inter omnia fili hominis? Quid vt diſcamus à te, venimus ad te? Qm̃ mitis ſum, inquit, & humilis corde? Huccine redacti ſunt oẽs theſauri ſapientiæ & ſcientię abſconditi in te, vt hoc ꝓ magno diſcam[9] a te qm̃ mitis es & humilis corde? Itane magnũ eſt eſſe paruum, vt niſi a te, qui tam magnus es fieret, diſci omnino non poſſet? Ita planè. Non.n. aliter inuenitur requies animæ, niſi inquieto tumore digeſto, quo magna ſibi erat quando tibi ſana non erat. Audiant, & veniant ad te, & mites atq; humiles eſſe diſcant à te, qui miſericordiã & veritatẽ tuã requirunt, tibi viuendo, tibi non ſibi. Audiat hoc laborãs & oneratus, qui ſarcina premitur, & oculos ad cęlum leuare non audeat, percutiens pectus ille peccator & propinquans de longinquo. Audeat centurio, nõ dignus cuius tectũ ſubires. Audiat Zachæus maior publicanorũ, quadrupla reſtituens lucra damnabiliũ peccatorũ. Audiat mulier in ciuitate peccatrix, tanto lachrymoſior pedibus tuis, quanto fuerat alienior a veſtigijs tuis. Audiãt meretrices & publicani, qui ſcribas & Phariſæos præcedunt in regnũ cęlorum. Audiat omne genus ęgrorum, cũ quibus tibi pro crimine ſunt obiecta conuiuia, videlicet quaſi a ſanis qui medicũ nõ quærebãt, cũ non veneris vocare iuſtos, ſed peccatores ad pęnitentiã. Hi omnes cum conuertuntur ad te, facile miteſcũt & humiliantur corã te, memores iniquiſsimę vitę ſuę, & indulgentiſsimę miſericordiæ tuæ, ꝗa vbi abũdauit peccatũ, ſuperabũdauit gratia. ſed reſpice agmina virginũ, puerorum, puellarumque ſanctarum: in Eccleſia tua erudi-

tum

Margin: 1. Tim. 3 — A — Iacob. 4. Cap. 35. Mat. 11. — B — C — Mat. 1[1] — Ioan. 1[3] — Col. 1. — Cap. 3[?] Mat. 1[?] Luc. 1[?] — Mat. 8. Luc. 19 Lucæ. 7 Mat. 21 — Matt. 9 — D — Rom. 5.

tum est hoc genus, illic tibi a maternis vberi
bus pullulauit, nomen tuū ad loquendū lin-
guā soluit, nomen tuū velut lac infantiæ suæ
suxit infusum. Non põt quisquā ex hoc nu-
1.Tim.1 mero dicere, Qui prius fui blasphemus &
persecutor & iniuriosus sed misericordiā cõ
secutus sum, qm̄ ignorans feci in increduli-
tate:imo ēt ꝙ non iussisti, sed tantūmodo vo
E lentib. arripiendum proposuisti dicens, Qui
Mat.19. põt capere capiat:arripuerunt, vouerunt, &
Cap. 37. pp regnū cęlorū seipsos, non quia minatus
es, sed quia hortatus es, castrauerunt. His in-
clama, hi te audiant, qm̄ tu mitis es, & humi-
Mat.11. lis corde. Hi quanto magni sunt, tanto humi
liant se in omnibus, vt corā te inueniant gra
Eccle. 3. tiā. Iusti sunt, sed nunquid sicut tu iustificant
Rom. 4. impiū? Casti sunt, sed eos in peccatis matres
Psal. 5. eorū in vteris aluerunt. Sancti sunt, sed tu ēt
sanctus sanctorū. Virgines sunt, sed nati ēt ex
Ioan.1. virginibus non sunt. Et spiritu & carne inte-
gri sunt, sed verbū caro factum non sunt. Et
tñ discant non ab eis, quib. peccata dimittis,
sed a teipso Agno Dei, qui tollis peccata mū
di, qm̄ mitis es & humilis corde. Non ego te
anima pie pudica, quæ appetitū carnalē nec
vsq; ad concessum coniugiū relaxasti, q̄ di-
scessurum corpus nec successori propagādo
indulsisti, quæ fluitantia mēbra terrena in cę
li consuetudinē suspendisti: non ego te vt dis
cas humilitatē ad publicanos & peccatores
mitto, qui tñ in regnum cęlorū præcedunt su
perbos, non ad hos mitto. Indigni sunt.n. qui
ab immunditiæ voragine liberati sunt, vt ad
eos imitandos mittaris illibata virginitas: ad
regē cęli te mitto, ad eū per quē creati sunt
Psal. 44. homines, & propter homines, ad speciosum
forma præ filijs hominū, & contemptū a fi-
lijs hominū, pro filijs hominū, ad eū qui do-
minans angelis immortalibus, non dedigna-
1.Co.13 tus est seruire mortalibus. Eū certe humilem
non iniquitas sed charitas fecit: charitas quæ
non æmulatur, nõ inflatur, non quærit q̄ sua
F sunt: & Christus nõ sibi placuit, sed sicut scri
ptum est de illo, Opprobria exprobrantium
Psal. 68. tibi ceciderunt super me. Vade veni ad eum
& disce, qm̄ mitis est & humilis corde. Non
ibis ad eū qui oculos ad cęlū leuare non au-
Mat. 11. debat onere iniquitatis, sed ad eū qui de cęlo
Luc. 18. descendit pondere charitatis. Non ibis ad eā
Lucæ. 7. quæ dñi sui pedes lachrymis rigauit, quærēs
indulgentiā grauium peccatorum: sed ibis

ad eum qui cū daret indulgentiam omnium
peccatorū, lauit pedes seruorū suorum. No-
ui dignitatem virginitatis tuæ, non tibi pro- Ioan.13.
pono imitandū publicanum humiliter accu
santem delicta sua, sed timeo tibi pharisęum Luc. 18.
superbe iactantem merita sua. Non dico esto
qualis illa de qua dictum est, Dimittuntur ei Luc.7.
peccata multa, qm̄ dilexit multum. Sed me- Cap.38.
tuo ne cū tibi modicū dimitti putas, modicū Luc. 7.
diligas. Metuo inquam tibi vehementer, ne Apo. 14.
cū te agnū quocunq; ierit secuturā esse glo- G
riaris, cū præ tumore superbiæ sequi per an-
gusta non posis. Bonū est tibi ô anima virgi
nalis, vt sic qūo virgo es, sic omnino seruans
in corde ꝙ renata es, seruans in carne ꝙ nata
es, concipias tñ a timore dñi & parturias spi
ritū salutis. Timor quidē non est in charita- Esa.26.
te, sed perfecta, sicut scriptura dicit, charitas 1.Ioan.4
foras mittit timorem, sed timorē hominum, Rom. 11.
non Dei timorem, temporalium malorum,
nõ diuini in fine iudicij. Noli altum sapere,
sed time. Ama Dei bonitatē, time seueritatē,
vtrunq; te superbam esse non sinit. Amando
enim times, ne amatum & amātem grauiter
offendas. Nam quę grauior offensio quam vt
superbia illi displiceas, qui propter te super-
bis displicuit? Et vbi magis esse debet timor Psal. 18.
ille castus permanens in seculum seculi, quā
in te, quæ nõ cogitas quæ sunt mundi, quo- 1.Co. 7.
modo placeas coniugi, sed quæ sunt Domi-
ni, quomodo placeas domino: Ille alius ti-
mor non est in charitate: iste autē castus non
recedit a charitate. Si non amas, time nē pe-
reas: si amas, time ne displiceas. Illum timorē
charitas foras mittit: cum isto introcurrit. Di
cit Apostolus Paulus etiam, Non enim acce Rom.8.
pimus spiritum seruitutis iterum in timore,
sed accepimus spiritū adoptionis filiorū, in
quo clamamus abba pater. Illum eū timorē
credo dicere, qui datus erat in veteri testō,
ne amitterentur temporalia bona, quæ Deus
promiserat, nondum sub gratia filijs, sed sub
lege adhuc seruis. Est etiam timor ignis æter
ni, propter quem deuitandum Deo seruire, H
nondum est vtiq; perfectæ charitatis. Aliud
est enim desiderium pręmij, aliud formido
supplicij. Aliæ voces sunt, Quo abibo a spi-
ritu tuo, & quo a facie tua fugiam: & aliæ vo Ps. 138.
ces sunt, Vnam petij a domino hanc requi- Psal. 26.
ram, vt inhabitem in domo dñi per omnes
dies vitæ meæ, vt contempler delectationem

Domini,& protegat a tẽplo eius. Et, Ne auer
Psal. 83. tas faciem tuam a me. Et, Desiderat & deficit
anima mea in atria Dñi. Illas uoces non ha-
Luc. 18. buerat, qui oculos non audebat leuare ad cę
Lucæ. 7. lũ,& quæ rigabat lachrymis pedes ad impe-
trandã veniam grauium peccatorũ. Has aũt
1. Cor. 7. tu habeto, quæ solicita es ea, quæ sunt Dñi,
2. Ioan. 4 ut sis sancta & corpore & spiritu. Illis uoci-
Psal. 18. bus comitatur timor, qui tormentũ habet,
quem perfecta charitas foras mittit. His aũt
uocibus comitatur timor Dñi castus perma
nens in seculũ seculi. Et utriq; generi dicen-
I dum est, Noli altũ sapere, sed time: vt homo
Rom. 11. nec de suorũ peccatorũ defensione, nec de
iustitiæ præsumptione se extollat. Nam & ip
se Paulus qui dixit: Non.n.accepistis spm̃ ser
Rom. 8. uitutis iterum in timore: tñ timore comite
1. Co. 2. charitatis ait, Cũ timore & tremore multo
fui apud uos. Et ea snĩa quã cõmemoraui, ne
aduersus fractos oleæ ramos insertus insu-
Rom. 11. perbiret oleaster, ipse usus est, dicẽs, Noli al-
tũ sapere, sed time: ipse omnia membra Xp̃i
Phil. 2. generaliter admonens ait, Cũ timore & tre-
more uestrã ipsorũ salutẽ operamini, Deus
est.n. qui operatur in uobis & uelle & opera
ri pro bona uoluntate: ne ad uetus testm̃ ui-
Psal. 2. deatur pertinere ꝙ scriptũ est, Seruite Dño
Cap. 39. in timore, & exultate ei cũ tremore. Et quæ
magis membra corporis sancti ꝙ est eccle-
sia, curare debent, ut super ea requiescat spi-
ritussanctus, q̃ illa quæ uirginalem profitentᷓ
sanctitatem? Quõ aũt requiescit ubi non inue
nit locũ suum? Quid aũt aliud quã cor hu-
miliatũ ꝙ impleat, non unde resiliat: ꝙ eri-
gat, non ꝙ deprimat: cũ apertissime dictum
Esa. 66. sit, Super quem requiescet spiritus meus, ni-
si super humilem & quietũ, & trementẽ uer
ba mea? Iam iuste uiuis, iã pie uiuis, pudice,
sancte, uirginali castitate uiuis: adhuc tñ hic
Iob. 7. uiuis, & non humiliaris audiendo, Nũquid
non tentatio est uita humana super terram?
Non te a præsidenti elatione reuerberat, Vę
Mat. 18. mundo ab scandalis? Nõ contremiscis ne de-
puteris in multis, quarũ refrigescit charitas,
qm̃ abundat iniquitas? Non percutis pectus
Mat. 24. cum audis, Quapropter qui se putat stare, vi
1. Co. 10 deat ne cadat? Inter hæc diuina monita & hu
K mana pericula, itane adhuc uirginib. sanctis
Cap. 40. humilitatem persuadere laboramus? An ue-
ro ꝑꝑ aliud credendum est permittere Deũ,
ut misceantur numero professionis uestræ

multi & multæ casuri & casuræ, nisi ut his ca
dentibus timor uester augeatur, quo super-
bia cõprimatur, quã sic odit Deus, ut contra
hanc unam se tm̃ humiliarit altissimus? Nisi Lucæ.
forte reuera ideo minus timebis magisq; in- Galat.
flaberis, ut modicũ diligas eum, qui te tm̃ di
lexit, ut traderet semetipsum pro te: quia mo
dicũ tibi dimisit, uiuenti uidelicet a pueritia
religiose, pudice, pia castitate, illibata uirgi-
tate: quasi uero non tu multo ardentius dili- L
gere debeas eũ, qui flagitiosis ad se cõuersis
quæcunq; dimisit, in ea te cadere nõ permi- Lucæ.
sit? Aut uero ille pharisęus, q propterea mo-
dicũ diligebat, quia modicũ sibi dimitti exi
stimabat: nunquid ob aliud hoc errore cęca
batur: nisi quia ignorans Dei iustitiã, & suã
quærens constituere, iustitiæ Dei subiectus Rom. 1
non erat? Vos aũt gens electum, & in electis
electius virginei chori sequẽtes agnum: etiã 1. Pet.
vos gratia salui facti estis per fidem: & hoc Apo. 1
non ex vobis, sed Dei donũ est, non ex ope- Ephes.
ribus, ne forte quis extollatur: ipsius.n. sumus
figmentũ, creati in Christo Iesu in operibus
bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambu
lemus. Ergo ne hunc quãto eius donis orna-
tiores estis, tãto minus amabitis? Auerter ip-
se tam horrendam dementiam. Proinde quo
niam verum veritas dixit, ꝙ & ille cui mo-
dicũ dimittitur, modicũ diligit: vos vt ardẽ-
tissme diligatis, cui diligendo a coniugio-
rum nexibus liberi vacatis deputate uobis
tanquam omnino dimissum, quicquid mali
a uobis non est illo regente cõmissum. Ocu
li enim uestri semper ad Dñm, quoniã ipse Psal. 24
euellet de laqueo pedes uestros. Et nisi Do- Ps. 126
minus custodierit ciuitatẽ, in vanum uigilat 1. Co. 7
qui custodit eã. Et de ipsa cõtinentia loquẽs
Apostolus ait, Volo aũt omnes homines esse
sicut meipsum: sed unusquisq; proprium do
num habet à Deo, alius sic, alius autem sic.
Quis ergo nonat ista? Quis distribuit pro-
pria unicuiq; sicut uult? Nempe Deus apud Rom. 9.
quẽ non est iniquitas. Ac per hoc qua æquita
te ille faciat alios sic, alios aũt sic: hoĩ nosse
aut impossibile, aut oĩno difficile est. Quin
tamen æquitate faciat dubitare fas non est. 1. Cor. 4
Quid itaq; habes quod nõ accepisti? aut qua
peruersitate minus diligis a quo amplius ac M
cepisti? Quapropter prima sit intuendæ hu- Cap. 41
militatis cogitatio, ne a se sibi putet eẽ Dei
uirgo ꝙ talis est, ac non potius hoc donum

optimum

optimum desuper descendere a patre lumi-
Iacob. 1. nũ, apud quẽ non est transmutatio, nec momenti obumbratio. Ita.n.non putabit modi-
Rom. 10. cũ sibi dimissum, vt modicũ diligat: & ignorans Dei iustitiã, ac suã volens constituere, iustitiæ Dei nõ subijciatur. In quo vitio erat
A Simon ille quẽ superauit mulier, cui dimissa sũt peccata multa, qm̃ dilexit multũ. Sed cau-
Luc.7. tius & verius cogitabit omnia peccata sic habenda tanq̃ dimittantur, a quibus Deus custodit ne cõmittantur. Testes sunt voces piarũ deprecationũ in scripturis sanctis, quibus ostenditur, ea ipsa quæ præcipiuntur a Deo, nõ fieri nisi dante atq; adiuuante qui præcipit. Mendaciter.n.petuntur, si ea non adiuuãte eius gratia facere possemus. Quid tã generaliter maximeq; præcipitur, q̃ obedientia, qua custodiuntur mandata Dei? Et tñ hanc inuenimus optari, Tu, inquit, præcepisti mãda-
ſ. 118. ta tua custodiri nimis. Deinde quid sequitur? Vtinã dirigantur viæ meæ ad custodiẽdas iustificationes tuas. Tunc non confundar, dum inspicio in omnia mãdata tua. Quod Deum præcepisse supra posuit: hoc vt in se impleretur optauit: hoc fit vtiq; ne peccet. Quod si pctm̃ fuerit, præcipitur vt pęniteat: ne defensione & excusatione peccati pereat superbiẽdo, qui fecit, dũ nõ vult pęnitendo perire ꝙ
ſ. 140. fecit. Etiã hoc a Deo petit vt intelligatur nõ fieri, nisi eo pstante a quo petitur. Pone, inquit, dñe custodiã ori meo, & ostiũ continẽtiæ circũ labia mea. Ne declines cor meũ in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis, cũ hominib. operantib. iniquitatẽ. Si ergo & obedientia, qua eius mãdata seruamus, & pnia, qua peccata nostra non excusamus sed accusamus, optatur & petitur: manifestũ est, quia cum fit, illo dante hr̃, illo adiuuante completur. Apertius ẽt dr̃ propter
al. 36. obedientiã, A dño gressus hominis diriguntur, & viam eius volet. Et de pnia dicit Apo-
Tim.2 stolus, Ne forte det illis Deus pniam. De ipsa
pien.8 ẽt continentia nonne apertissime dictũ est, Et cũ scirem quia nemo potest esse continẽs
B nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientię sci-
. 42. re cuius esset hoc donũ. Sed forte cõtinentia donũ Dei est, sapientiã vero sibi ipse homo præstat, qua illud donũ non suum, sed Dei esse cognoscat. Imo Deus sapientes facit coecos, & testimoniũ Dei fidele sapientiã præ-
l. 18. stat paruulis. Et si quis indiget sapientia, po-

stulet a dño, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Sapientes aũt Iacob. 1.
esse virgines decet, ne lampades earũ extinguantur. Qũo sapientes, nisi non alta sapien- Mat. 25.
tes, sed humilib. consentientes? Dixit.n.homi Rom. 12.
ni ipsa sapientia, Ecce pietas est sapientia. Si Iob. 28.
ergo nihil habes, ꝙ non accepisti, noli altũ 1. Co.4.
sapere, sed time. Et noli modicum diligere, Rom 11.
quasi a quo tibi modicum dimissum est: sed Luc.7.
potius multũ dilige, a quo multũ tibi tributũ est. Si.n.diligit, cui donatũ est ne redderet: quanto magis debet diligere, cui donatũ est vt haberet? Nam quisquis ab initio pudicus permanet, ab illo regitur: Et quisquis ex impudico pudicus fit, ab illo corrigitur: Et quis- C
quis vsq; in finẽ impudicus est, ab illo deseritur. Hoc aũt ille occulto iudicio facere potest, iniquo non põt. Et fortasse ideo latet, vt
plus timeatur, & minus superbiatur. Deinde Cap. 43.
iã sciens homo, gratia Dei se esse ꝙ est, non incidat in alium superbiæ laqueũ, vt de ipsa
Dei gratia se extollẽdo spernat cęteros. Quo Luc. 18.
vitio alius ille Pharisęus, & de bonis quæ habebat Deo gratias agebat, & tñ se super publicanũ peccata confitentẽ extollebat. Quid igitur faciat virgo, quid cogitet ne se extollat super eos vel eas qui hoc tam magno dono carent? Neque.n.simulare debet humilitatẽ, sed exhibere: nã simulatio humilitatis maior superbia est. Idcirco scriptura volẽs ostẽdere veracem humilitatem esse oportere, cũ
dixisset, Quãto magnus es, tanto humilia te Eccle. 3.
in omnibus. Mox quoq; subdidit, Et coram Deo inuenies gratiã: vtiq; vbi se fallaciter hu-
miliare non posset. Proinde quid dicemus? Dan. 44.
Est ne aliquid ꝙ virgo Dei veraciter cogitet vnde se fideli mulieri, non tñ viduæ, verum ẽt coniugatæ præferre non audeat? Nõ ergo reprobam dico: nã quis nesciat obedientem mulierem inobedienti virgini præponendã? Sed cũ ambæ sint obedientes præceptis Dei, ita ne trepidabit sanctã virginitatem ẽt castis nuptijs, & cõtinentiã præferre cõnubio, fru-
ctũ centenũ præire triceno? Imo vero nõ du- D
bitet, hanc rem illi rei præponere. Hic tñ vel Mat. 13.
hæc virgo obediens & Deũ timens, illi vel illi mulieri obedienti & Deũ timenti se anteferre non audeat, alioquin non erit humilis, & Deus superbis resistit. Quid ergo cogitabit? Occulta scilicet dona Dei, quæ non nisi Iacob. 4.
interrogatione tẽtationis, ẽt semetipsum vni

cuique

cuique declarant. Vt.n.cętera taceam, vnde
1.Co.7. scit virgo, q̄uis solicita, q̃ sunt dñi, quõ pla-
ceat dño: ne forte propter aliquã sibi inco-
gnitã mentis infirmitatẽ, nondũ sit matura
martyrio: illa vero mulier cui se præferre ge
stiebat, iã possit bibere calicẽ dñicæ humili
Mat.20. tatis, quẽ prius bibendũ discipulis, amatori-
bus sublimitatis opposuit? Vnde inquã scit,
E ne forte ipsa nondum sit Thecla, iam sit illa
Cap.45. Crispina? Certe nisi assit tentatio, nulla doni
Mat.13. huius fit demonstratio. Hoc aũt tam magnũ
est, vt eũ fructũ centenum quidã intelligant.
Perhibet.n. præclarissimũ testimoniũ eccle-
siastica authoritas, in qua fidelib. notum est,
quo loco martyres, & quo defunctæ sancti-
moniales ad altaris sacra recitẽtur. Sed quic
quid significet fęcunditatis illa diuersitas, vi
derint qui hæc melius q̃ nos intelligunt: siue
virginalis vita in centeno fructu sit, in sexage
no vidualis, in triceno aũt coniugalis: siue cẽ
tena fertilitas martyrio potius imputetur, se-
xagena continentiæ, & tricena connubio: si-
ue virginitas accedente martyrio centenum
fructũ impleat, sola vero in sexageno sit, cõ-
iugati aũt tricenũ ferentes ad sexagenũ per-
ueniant si martyres fuerint: siue ꝙ probabi-
lius mihi vr̃, qm̃ diuinæ gratiæ multa sũt mu
nera, & est aliud alio maius ac melius: vnde
1.Co.13 dicit Apostolus, Aemulamini autẽ dona me-
liora: intelligendum est plura esse q̃ vt in tres
differentias distribui possint. Primum ne cõ-
tinentiam vidualẽ aut in nullo fructu consti
tuamus, aut ad coniugalis pudicitiæ meritũ
deponamus, aut virginali gloriæ coęque-
mus: aut coronã martyrij vel in habitu ani-
mi, ẽt si desit tentationis examen, vel in ipsa
passionis experientia constitutam, cuilibet
illarũ trium castitati sine vllo incremẽto fer
tilitatis accedere existimemus. Deinde vbi
ponimus, ꝙ multi ac multæ ita custodiunt
continentiã virginalẽ, vt tñ non faciant quæ
Mat.19. dñs ait, Si vis esse perfectus, vade vende om-
nia quæ habes, & da pauperibus, & habebis
thesaurum in cęlis, & veni sequere me: Nec
F audeant eorũ cohabitationi sociari, in quib.
nemo dicit aliquid propriũ, sed sunt eis om-
Act.4. nia cõia. Nihil ne putamus fructificationis
accedere virginib. Dei cum hoc faciunt? Aut
sine vllo fructu esse virgines Dei, ẽt si hoc nõ
faciunt? Multa ergo sunt dona, & alijs alia cla
riora ac superiora singulis singula. Et aliqñ
alter fructuosus est donis paucioribus, sed
potioribus: alter inferioribus, sed pluribus. Cap.46
Et quemadmodum inter se vel coæquentur
vel distinguantur in accipiendis æternis ho-
noribus, quis hominum audeat iudicare, dũ
tamen constet & multa esse ista diuersa, &
non ad præsens tempus, sed in æternum pro Mat.1
desse meliora? Sed dominum tres arbitror
voluisse fructificationis commemorare dif- G
ferentias, cęteras intelligentib. reliquisse. Nã Lucæ.
& alius Euangelista solum cõmemorauit cẽ
tuplum, nũquid ideo putandus est alia duo,
vel improbasse vel ignorasse, ac non potius
intelligenda reliquisse? Sed vt dicere cęperã,
siue centenus fructus sit Deo deuota virgi-
nitas, siue alio aliquo modo, vel quem com
memorauimus, vel quem non cõmemora-
uimus, sit illa fertilitatis intelligenda distan-
tia: nemo tñ, quantum puto, ausus fuerit vir-
ginitatem præferre martyrio, ac nemo dubi-
tauerit hoc donum occultum esse, si exami-
natrix desit tentatio. Habet itaq; virgo ꝙ co- Cap.4
gitet, ꝙ ei prosit ad seruandam humilitatem, 2.Co.
ne violet illam, quæ supereminet donis om-
nibus charitatem, sine qua vtriq; quæcunque
alia vel pauca vel plura vel magna vel parua
habuerit, nihil est. Habet, inquam, ꝙ cogitet
vt non infletur, non æmuletur: ita se scilicet
bonum virginale coniugali bono multo am
plius & melius profiteri, vt tamen nesciat v-
trũ illa vel illa coniugata iam pati pro Chri-
sto possit, adhuc vero ipsa non possit, & in
hoc ei parcatur, quia infirmitas eius tentatio
ne non interrogatur. Fidelis.n. Deus, ait Apo 1.Co.
stolus, qui non vos permittit tentari super id
quod potestis, sed faciet cũ tentatione etiam
exitum vt possitis sustinere. Fortassis illi vel
illæ coniugalis vitæ retinentes in suo gene-
re laudabilem modum, iam possint contra
inimicum ad iniquitatem cogẽtem etiam la-
niatu viscerum & effusione sanguinis dimi-
care: illi autẽ uel illę a pueritia continentes,
seque castrantes propter regnum cœlorum
nondum tamen valent talia vel pro ipsa pu-
dicitia sustinere: Aliud est enim pro veritate
ac proposito sancto non consentire suaden-
ti atq; blandienti, aliud nõ cedere etiam tor- H
quenti atque ferienti. Latent ista in faculta-
tibus & viribus animorũ, tentatione pandun
tur, experientia propalantur. Vt ergo quis-
que non infletur, ex eo ꝙ videt se posse, hu-

militer

militer cogitet ꝙ ignorat aliquid præſtātius ſe fortaſſe nō poſſe: aliquos aūt illud quo ſibi glorioſe notus eſt, nec habent nec profitentur, hoc ꝙ ipſe non pōt poſſe. Ita ſeruabitur non fallaci ſed veraci humilitate, honore mutuo præuenientes, & alterutrū exiſtimātes
Rom. 12. ſuperiores ſibi. Quid iā dicā de ipſa cautela
Cap. 48. & vigilantia non peccandi? Quis gloriabitur
Prou. 20 caſtū ſe habere cor? Aut quis gloriabitur mūdū ſe eſſe a peccato? Integra eſt quidē ab vte
I ro matris ſancta virginitas: ſed nemo, inqt,
Iob. 25. mundus in conſpectu tuo, nec infans cuius eſt vnius diei vita ſuper terrā. Seruatur & in
1.Co.11. fide inuiolata quędā caſtitas virginalis, qua eccleſia vni viro virgo caſta coaptatur: ſed ille vnus vir, non tantū fideles mente & corpore virgines, ſed oēs omnino Chriſtianos a ſpiritalibus vſq; ad carnales, ab Apoſtolis vſq; ad vltimos pęnitentes, tanquā a ſummis cęlorū vſq; ad terminos eorū docuit orare,
Mat.6. & in ipſa oratione dicere admonuit, Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: vbi per hoc quod petimus, quid etiā nos eſſe meminerimus oſtēdit. Neq;.n. pro eis debitis, quæ totius prę teritę vitæ, in baptiſmo per eius pacē nobis dimiſſa eſſe confidimus, nos pręcepit orare dicētes, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitorib. noſtris. Alioquin hanc orationē cathecumeni potius vſq; ad baptiſmū orare deberent. Cū vero eā baptizati orāt, præpoſiti & plebes, paſtores & greges, ſatis oſtenditur in hac vita, quę tota tētatio eſt, neminē ſe tāquā ab omnibus peccatis immunē debere gloriari. Proinde etiā virgines Dei irreprehenſibiles quidē ſequūtur agnū quocunq; ierit, & peccatorū purgatione perfecta & virginitate ſeruata q̄ non rediret amiſſa: ſed quia eadem ipſa Apocalypſis,
Apo. 14. vbi tales tali reuelati ſunt, etiā hinc eos laudat, ꝙ in ore eorū non ſit inuentū mendaciū meminerint etiam in hoc eſſe veraces, ne ſe
K audeant dicere non habere peccatum. Idem
Ioan. 1 quippe Ioannes qui illud vidit hoc dixit, Si dixerimus, quia peccatū nō habemus, noſipſos, decipimus, & veritas in nobis nō eſt. Qđ ſi confeſsi fuerimus delicta noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt dimittat nobis peccata noſtra, & purget nos ab omni iniquitate. Quod ſi dixerimus qm̄ non peccauimus, mendacē faciemus eū, & verbum eius non erit in nobis.

Hoc certe non illis aut illis, ſed Chriſtianis omnib. dicitur, vbi & virgines ſe debēt agno
ſcere. Sic.n. erūt ſine mēdacio, quales in Apo Apo. 14.
calypſi apparuerūt. Ac per hoc quādiu nondū eſt in cęleſti ſublimitate perfectio, inuitu perabiles facit in humilitate confeſsio. Sed rurſus ne per occaſionē huius ſententię, quiſquā cum mortifera ſecuritate peccaret, ſeq;
trahendū permitteret, tanquā mox delendis L
facili confeſsione peccatis, continuo ſubiecit, Filioli mei, hæc ſcripſi vobis vt nō peccetis, Et ſi quis peccauerit, aduocatū habemus ad patrē Ieſum Chriſtū iuſtū, & ipſe propiciator eſt peccatorū noſtrorū. Nemo itaq; à a peccato tanquā rediturus abſcedat, nec ſe hmōi quaſi ſocietatis pacto cū iniquitate cō ſtringat, vt eā confiteri magis q̄ cauere dele-
ctet. Sed qm̄ etiā ſatagentibus vigilantibusq; 1.Ioan.2
ne peccent, ſubrepunt, quodāmodo ex humana fragilitate peccata, quanuis parua, quā
uis pauca, nō tñ nulla: & eadē ipſa fiunt ma- Cap.50
gna & grauia, ſi eis ſuperbia incrementū & pondus adiecerit: a ſacerdote quē habemus in cęlis, ſi pia humilitate perimātur, tota facilitate purgantur. Sed non contendo cū eis, qui aſſerunt hominē poſſe in hac vita ſine vllo peccato viuere: non contēdo, non contra
dico. Fortaſſe.n. ex noſtra miſeria magnos 1.Co.10.
metimur, & cōparantes noſmetipſos nobiſmetipſis, nō intelligimus. Vnū ſcio, ꝙ iſti magni, quales nō ſumus, quales nondū experti
ſumus: quāto magis ſunt tanto humiliant ſe Eccle. 3.
in omnib. vt corā Deo inueniāt gratiā. Quālibet.n. magni ſint, non maior eſt ſeruus dño ſuo, vel diſcipulus magiſtro ſuo. Et vtiq; ille
eſt dñs, q dicit, Omnia mihi tradita ſunt a pa Ioan.13.
tre meo: Et ille eſt magiſter, qui dicit, Venite Mat. 11.
ad me oēs, qui laboratis, & diſcite a me. Et tñ qd diſcimus? Qm̄ mitis ſum, inquit, & humi
lis corde. Hic dicit aliquis. Nō eſt hoc iā de Cap.51.
virginitate ſed de humilitate ſcribere, quaſi vero quęcūq; virginitas, ac nō illa quæ ſcđm Deū eſt, a nobis prædicanda ſuſcepta ſit. Qđ bonū quāto magnū video, tanto ei ne pereat futurā ſuperbiā pertimeſco. Nō ergo cuſto-
dit bonū virginale, niſi Deus ipſe qui dedit, 1.Ioan.4
& Deus charitas eſt. Cuſtos ergo virginitatis M
charitas, locus aūt huius cuſtodis humilitas. Eſa.66.
Ibi quippe habitat, qui dixit, ſuper humilem & quietū, & trementē verba ſua, requieſcere ſpiritum ſuū. Quid itaq; alienū feci, ſi bonū

quod

quod laudaui, volens tutius custodiri, curaui
ét locū præparare custodi? Fidenter.n.dico,
nec mihi ne irascantur timeo, quos vt me-
cum sibi timeant solicitus moneo: facilius se
Apo. 24. quūtur agnum, & si nō quocunq; ierit, certe
quosq; potuerint, cōiugati humiles, quā su
perbientes virgines. Qūo.n.sequitur ad quē
A nō vult accedere? Aut qūo accedit ad quē nō
venit vt discat, qm̄ mitis ē & humilis corde?
Mat. 11. Illos proinde sequentes agnū quocūq; ierit
dicit, in quibus prius ipse vbi caput inclinet
inuenerit. Nā quidā superbus & dolosus hoc
Mat. 8. ei dixerat, Dn̄e sequor te quocunq; ieris: Cui
respondit, Vulpes foueas habent, & volatilia
cęli nidos, filius aūt hominis non habet vbi
caput suū reclinet. Arguebat nomine vulpiū
astutā dolositatē, & nomine volucrū vento-
sam elationē, in quo vbi requiesceret piam
non inueniebat humilitatem. Ac per hoc nus
quā omnino secutus est dn̄m, qui se promi-
serat, nō vsq; ad quendā profectū, sed omni
Cap. 62. no quocūq; ierit secuturū. Quapropter hoc
agite virgines Dei, hoc agite, sequimini agnū
Mat. 11. quocunq; ierit. Sed prius ad eū quā sequami
ni, venite & discite, qm̄ mitis est & humi-
lis corde: humiliter ad humilem venite si a-
Psal. 38. matis, & ne discedatis ab illo ne cadatis. Qui
enim timet ab illo discedere, rogat & dicit,
Non veniat mihi pes superbię. Pergite viam
sublimitatis, pede humilitatis. Ipse exaltat hu
Ps. 68. militer sequentes, quem descendere non pi-
guit ad iacentes. Dona eius illi seruanda cō-
mittite, fortitudinē vestrā ad illum custodite.
Quicquid mali ipso custodiente non cōmit
titis, tanquam remissum ab illo deputate: ne
modicū vobis existimantes dimissum, modi
Luc. 7. cū diligatis, & tundentes pectora publicanos
ruinosa iactantia contemnatis. De viribus ve
stris expertis cauete, ne quia ferre aliquid po
tuistis inflemini: de inexpertis aūt orate, ne
1. Co. 10. supra quam potestis ferre tentemini. Existi-
mate aliquos in occulto superiores, quibus
estis in manifesto meliores. Cum aliorū bo-
na, forte ignota vobis, benigne credentur à
vobis, vestra vobis nota non comparatione
minuuntur, sed dilectione firmantur. Et quæ
B forte adhuc desunt, tanto dātur facilius, quā
to desiderātur humilius. Perseuerantes in nu
mero vestro prębeant vobis exemplū, caden
tes aūt augeant timorē vestrū. Illud amate vt
vt imitemini, hoc lugete ne inflemini. Iusti-
tiā vestrā nolite statuere, Deo vos iustifican-
ti subdite: veniā peccatis donate alienis, ora- Rom. 10
te pro vestris: futura vigilando vitate, pręte-
rita confitendo delete. Ecce iam tales estis, vt
professæ atq; seruatæ virginitati, cęteris etiā
moribus congruatis. Ecce iā non solum ho- Cap. 53
micidijs sacrificijs diabolicis & abominatio-
nibus, furtis, rapinis, fraudib. periurijs, ebrio
sitatib. omniq; luxuria & auaritia, simulatio-
nibus, ęmulationibus, impietatibus, crudeli-
tatibus abstinetis: verumetiā illa quę leuiora C
vel sunt vel putantur, non inueniuntur nec
oriuntur in vobis, nō improbus vultus, non
vagi oculi, non infrenis lingua, non petulās
risus, nō scurrilis iocus, non indecens habi-
tus, nō tumidus aut fluxus incessus. Iā nō red 1. Pet. 3
ditis malū pro malo, nec maledictū pro ma-
ledicto. Iam postremo illā mensuram dile-
ctionis impletis, vt ponatis animas pro fra-
tribus vr̄is. Ecce iā tales estis, quia & tales es- 1. Ioan.
se debetis. Hęc addita virginitati, angelicam
vitā hominib. & cęli mores exhibent terris. Eccle. 3
Sed quanto magni estis, quicunq; ita magni
estis, tāto humiliate vos in omnibus, vt corā
Deo inueniatis gratiā, ne superbis resistat, ne
se exaltātes humilitet, ne inflatos per angu-
sta in portam traijciat, quanquam superflua
sit solicitudo, ne vbi feruet charitas, desit hu-
militas. Si ergo nuptias cōtēpsistis filiorum Cap. 54
hominū, ex quibus gigneretis filios hominū Psal. 44
toto corde amate speciosum forma prę filijs
hominū: vacat vobis, liberū est cor a cōiuga-
libus vinculis, inspicite pulchritudinē amato
ris vestris: cogitate æqualē patri subditum &
matri: ét in cęlis dn̄antē, & in terris seruien-
tē: creantē omnia, creatū inter omnia. Illud
ipsum qđ in eo deridēt superbi, inspicite quā
pulchrū sit, internis luminibus inspicite vul
nera pēdentis, cicatrices resurgētis, sanguinē
moriētis, precium credētis, comercium re-
dimentis. Hęc quanti valeant cogitate, hæc Cap. 55
in statera charitatis appendite, & quicquid
amoris nuptijs vestris impendendū habeba-
tis, illi repēdite. Bene quod interiorē vestrā
pulchritudinē quærit, vbi vobis dedit ptātē Ioan. 1.
filias Dei fieri nō querit, à vobis pulchrā car
nē, sed pulchros mores, quib. frenatis & car-
nē. Nō est cui de vobis q̄squā mētiatur, & fa D
ciat se iure zelātē. Videte cū quāta securitate
ametis, cui displicere falsis suspitionibus nō
timetis. Vir & vxor amant se, quoniam vi-

dent

dente se, & ꝙ non vident, timent in se. Nec certi gaudent ex eo ꝙ in manifesto est, dum in occulto suspicantur plerunque ꝙ non est. Vos in isto quẽ oculis non videtis, & fide cõspicitis, nec habetis verum ꝙ reprehendatis, nec eũ metuitis, ne de falso forsitan offendatis. Si ergo magnũ amorẽ coniugibus deberetis, eũ propter quem coniuges habere noluistis, quantũ amare debetis? Toto vobis figatur in corde, qui pro vobis fixus est in cru-
E ce: totũ teneat in animo vestro, quicquid no-
Mat. 11. luistis occupari connubio. Parum vobis amare non licet, propter quẽ non amastis, & ꝙ liceret. Sic amantibus mitem & humilẽ cor-
Cap.56. de, nullã vobis superbiam pertimesco. Pro modulo itaq; nostro & de sanctitate qua sanctimoniales proprie dicimini, & de humilitate qua conseruatur quicquid magnum di-
Dan.3. cimini, satis locuti sumus. Dignius aũt illi tres pueri, quibus refrigerium in igne præbebat, quem corde feruentissimo diligebant, vos de opusculo nostro, verborum quidem numero longe breuius, sed pondere authoritatis multo grandius, in hymno, quo ab eis Deus honoratur, admoneant. Nã sanctitati humilitatẽ in Dei laudatorib. coniungentes: apertissime docuerũt, vt tanto quisq; caueat ne superbia decipiatur, quãto sanctius aliqd profitetur. Proinde vos quoq; laudate eum, qui vobis præstat, vt in ardore medio seculi huius, q̃uis coniugio non copulemini, non tñ vramini: & orantes ẽt pro nobis, benedicite sancti & humiles corde dñm, hymnum dicite & superexaltate eum in secula, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

De adulterinis coniugijs ad Pollentium, Liber Primus.



1.Cor.7. PRima quæstio est frater dilectissime Pollenti, earum quas ad me scribens literarum, tanquã consulendo tractasti, quod ait Apostolus, his autem qui sunt in coniugio, præcipio non ego, sed dñs, mu-
F lierem a viro non discedere: ꝙ si recesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem non dimittat: vtrum ita sit accipiendum, vt eã prohibuisse nubere intelligatur, quæ sine causa fornicationis discessit a viro: id.n. sentis, An sicut ego sensi in eis libris quos ante plurimos annos de sermone euangelico scripsi, quem secũdum Mattheũ Mat.5. habuit Saluator in monte, illas innuptas manere præceperit, quæ a viris suis ea causa recesserint, quæ sola permissa est, i. fornicationis. Videtur.n. tibi nunc a viro discedentem fœminã nubere non debere, si nulla viri fornicatione cõpulsa discesserit. Nec attendis, si nullã vir eius causam fornicationis habue- G
rit, non eã discedentem manere innuptam, sed omnino discedere non debere. Nã vtiq; cui præcipitur, vt si a viro discesserit, innupta permaneat, non discedendi aufertur licẽtia, sed nubendi. Quod si ita est, datur ergo licentia fœminis, quæ continentes esse voluerint, nullũ maritorũ expectare cõsensum. Vt ꝙ dictum est, mulierem a viro non discedere, eis præceptũ esse videatur, quæ possunt eligere, non continentiã, sed tale diuortium, quo liceret eis in aliorũ nuptias conuenire. Proinde quæ dilexerint nullũ desiderare cõcubitum, nullũ ferre conuubium, licebit eis viros suos ẽt sine vlla fornicationis causa relinquere, & innuptas secundum Apostolum permanere. Et viri similiter, qm̃ par forma est in vtrisque, si continentes esse voluerint, ẽt vxoribus non consentiẽtibus deserent eas & sine vllis nuptijs permanebũt. Tunc.n. eis vt putas, alia cõiugia liceret inquirere, si causa fornicationis diuortium nasceretur. Cum vero ista causa non est, superest secũdum id ꝙ existimas, vt aut coniunx nõ discedat a cõiuge, aut si discesserit sine coniugio maneat, aut ad pristinũ coniugium reuertatur. Nulla ergo existente causa fornicationis, cuilibet coniugi licebit vnum de tribus eligere: aut non discedere a coniuge: aut si discesserit, sic manere: aut si non sic manserit, non alterum quærere, sed priori se reddere. Et vbi est ꝙ Cap.2.
idẽ Apostolus, nec ad tp̃s vt vacetur orationi, nisi ex consensu, voluit coniuges carnali
fraudare debito inuicem? Q̃uo saluum erit H
ꝙ ait, Propter fornicationes autem vnusquis- 1.Cor.7.
que vxorem suam habeat, vnaquæq; suũ virum habeat, vxori vir debitum reddat, similiter aũt & vxor viro. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir: similiter & vir nõ habet potestatem corporis sui, sed mulier? Hoc q̃uo verum erit, nisi quia nolente coniuge,

iuge,non licet coniugi continere? Nam si li-
cet mulieri sic dimittere virũ vt maneat in-
nuptę, non vir habet, sed ipsa sui corporis
Matt. 5. ptãtem.Quod ẽt de viro intelligitur. Deinde
cũ dictum est, Quicunq; dimiserit uxorem
suã,excepta causa fornicationis,facit eã mę-
chari:quõ dictũ intellecturi sumus,nisi pro-
hibitum esse hominem dimittere vxorem, si
K nulla causa fornicationis extiterit? Et dictum
est quare,ne,s.faciat eam męchari. Vtiq; id-
eo, quia ẽt si non ipsa dimiserit, sed dimissa
Cap. 3. fuerit,erit męcha si nupserit. Propter hoc er
go tam magnum malũ non licet homini di-
mittere vxorem, nisi ex causa fornicationis.
Tunc.n.non ipse dimittendo facit adulterã,
sed dimittit adulteram. Quid si ergo dicat,di
mitto quidem uxorem meam sine ulla causa
fornicationis,sed continens permanebo,id-
eo ne dicemus eum impune fecisse ꝙ fecit?
Quis hoc dicere audebit,qui voluntatem do
mini hæc dicentis intelligit, qm̃ nec conti-
nentiæ causa dimitti coniugem uoluit, qui
I. Cor. 7. solam causam fornicationis excepit? Redea-
mus ergo ad ipsa Apostoli uerba dicentis,
Is autem qui sunt in coniugio præcipio, nõ
ego, sed dñs, uxorem a uiro non discedere,
quod si discesserit,manere innuptam. Et eũ
uelut interrogemus, & tanquam præsentem
quodammodo consulamus. Cur dixisti Apo
stole,quod si discesserit, manere innuptam?
Licetne discedere,an non licet? Si non licet,
cur præcipis discedenti vt maneat innupta?
Si autem licet,profecto est aliqua causa qua
liceat. Hæc autem inquisita non inuenitur,
nisi quam solam Saluator excepit,i.causa for
nicationis.Ac per hoc non præcepit Aposto
lus mulierem si discesserit manere innuptã,
nisi quæ illa causa discedit a uiro, qua sola ei
licitum est discedere,quod si discesserit,ma-
nere innuptam, absit ut contra hoc præce-
ptum faciat,quæ sic discedit ut innupta per-
maneat.Nisi ergo intelligatur cui licet disce-
L dere: non autem licet nisi uiro fornicante:
quomodo iubetur innupta si discesserit per-
manere?Quis est qui dicat,discesserit mulier
a uiro non fornicante, innupta permaneat,
dum ei nisi a uiro fornicante discedere om-
nino non liceat? Sensus itaque iste tuus quan
tum aduersetur uinculo coniugali, ubi do-
minus nec continentiam uoluit suscipi, nisi
pari concordique consensu,puto quod iam
intelligas. Sed rem ipsam paulo apertius pro
loquamur, & quasi constituamus ante ocu- *Cap. 4.*
los, Ecce placuit continentia mulieri, viro
non placuit. Discessit ab eo mulier, & cępit
uiuere continenter,ipsa,s.casta mansura, sed
factura,quod dominus non vult, adulterum
uirum:qui cum se non continuerit, alteram
quæret. Quid sumus dicturi mulieri, nisi ꝙ *I. Cor. 7.*
dicit ecclesia,sana doctrina, Redde debitum
uiro: ne dum tu quæris unde amplius hono-
reris, ille unde damnetur inueniat? Hoc.n.& M
illi diceremus,si te nolente continere uoluis
set. Non enim habes potestatem corporis
tui,sed ille:sicut nec ille habet potestatẽ cor-
poris sui, sed tu. Nolite inuicem fraudare,
nisi ex consensu. Cum hæc atque huiusmo-
di,quæ ad hoc pertineant dixerimus,placet-
ne tibi ut nobis mulier ex ista tua ratione re-
spondeat, ego Apostolum audio dicentem,
Præcipio mulierem a uiro non discedere: *vbi sup.*
quod si discesserit,manere innuptam, aut ui
ro suo reconciliari? Ecce,inquis, discessi,
nolo reconciliari uiro, sed innupta perma-
neo.Non enim ait si discesserit, manere innu
ptam,donec uiro suo reconcilietur, sed ma-
nere,inquit, innuptam, aut uiro suo recon-
ciliari:& hoc,inquit,faciat aut illud. Vnũ ẽ
duobus eligendum permisit: non autem in
horum alterum compulit. Manere innupta
eligo, ac sic præceptum impleo. Corripe,
argue,increpa, utere qua uolueris seueritate
si nupsero.Quid huic cõtradicam,nisi,Apo- *Cap. 5.*
stolum non bene intelligis? Neque enim ille
præcepisset, si a uiro discesserit, innuptam
manere mulierem, nisi eam cui discedere li-
cuisset,illa,una uidelicet causa,quæ ibi pro-
pterea tacita est, quia notissima est, hoc est,
fornicationis. Hanc enim solam Deus ma-
gister excepit, cum de dimittenda loquere-
tur uxore: deditque intelligi talem formam
etiam in uiro esse seruandam: qm̃ nõ solum
mulier non habet potestatem corporis sui,
sed uir: sed similiter & uir non habet pote-
statem corporis sui, sed mulier. Cum ergo A
tuum maritum arguere de fornicatione non
possis,quomodo te putas quod ab eo disce-
dis non nubendo excusare, a quo tibi non li
cet omnino discedere?Cum hæc a nobis mu
lier audierit,puto nobis eam *sic responde- *Al.l. p*
re, ut dicat propterea se manere innuptam, *quo d*
quia sine ulla uiri fornicatione discessit. Nã *lis eam*
si ille

Cap.6. Al.l. Et nequaquã hoc illa diceret.

si ille fornicatus esset, non solum sibi discedere verumetiã nubere licuisset. Nequaquã hoc illa diceret,* cũ & ipse sis verecundatus istã mulieribus dare licentiã. Dixisti.n. Si vir vxorem adulterã dimiserit,& aliam duxerit, mulier tantum opprobriũ habebit. Si aũt mulier supradicta causa virũ dimiserit,& alij nupserit, non vir tãtũ, sed & mulier opprobriũ habebit. Cuius sententię tuę rationẽ reddẽs, dicent.n.inquis, eã ideo discessisse, vt alium virum, sibi coniũgeret, etsi talis forte fuerit, qualis a quo discessit: per quam facile enim viris est in hoc morbi vitium irruere. Si autẽ & ipsũ dimiserit,& alij nupserit, magis magisq; dicẽt eã numerositatẽ virorũ appetisse.

A Hac reddita ratione concludis & dicis, His ergo pertractatis vel etiã discussis, oportet mulierẽ virũ tolerare, aut innuptam manere. Bonũ planè dedisti consilium mulieribus, vt cũ sciant sibi esse permissum, si adulteros viros dimiserint, alijs coniugari: non tñ faciãt propter opprobrium, sed potius tolerent ẽt adulteros viros, ne videantur hac occasione multis velle misceri, eo ꝙ difficile sit, vt nõ talem inueniat mulier cui nubat, qualis fuerit quẽ dimisit, quoniã valde in hunc morbum sunt procliues viri. Cum ergo nos dicimus etiã illi mulieri, quæ virum fornicantẽ dimiserit aliter nubere non licere: tu aũt dicis licere quidem, sed non expedire, vtrique proculdubio dicimus eã, quæ fornicantẽ virum dimittit, nubere nõ debere. Verum hoc interest, ꝙ nos qñ cõiuges ambo Christiani sunt, mulieri si a viro fornicante discesserit, dicimus non licere alteri nubere, a viro aũt non fornicante non licere omnino discedere. Tu vero dicis, si mulier a viro non fornicante discesserit, non ei licere alteri nubere, propter præceptũ: si autem a fornicante discesserit, non ei expedire nubere propter opprobrium. Mulierem itaq; non nupturã discedere a viro siue fornicante, siue non fornicãte permittis. Porro beatus Apostolus, imo per Apostolũ dominus, quia mulierem non permittit à viro non fornicante discedere:

B restat vt eam prohibeat si discesserit nubere, q̃ permittit à fornicante discedere. De qua enim dicitur, si a viro discesserit, non nubat. ea conditione discedere permittitur vt non nubat. Si ergo elegerit non nubere, non est cur prohibeatur discedere: sicut illa de qua dicitur, Si se nõ cõtinet, nubat: hac utiq; cõditione non continere permittitur, vt tñ nubat. Si ergo elegerit nubere, cogi non põt cõtinere. Sicut ergo ista incotinens compellitur nubere, vt possit ꝙ non continet non esse damnabile: si à viro illa discedẽs, innupta cõpellitur permanere, vt possit ꝙ discedit non esse culpabile. Culpabiliter aũt a viro nõ fornicante discedit, etiam si innupta permanserit. C Illa ergo innupta manere pręcipitur si discesserit quę à fornicãte discedit. Quæ cum ita se habeant, si eo mõ intellexerimus Apostolũ vt mulieribus dicamus: ita nolite discedere à viris vestris etiã pudicis vt si discedere volueritis, innuptæ maneatis: oẽs quibus placuerit continentia, etiam non consentiẽtibus viris, existimabunt sibi licere discedere. Quod cũ proculdubio permittere nõ debemus, restat vt quod dictũ est, si discesserit manere innuptam, de illa dictũ docere debeamus, cui discedere non vtiq; nisi a fornicante didicimus. Ne si aliter docuerimus, obtentu continentię perturbemus Christiana coniugia, & contra misericordissimũ dñi pręceptũ dimissos a cõtinentibus mulieribus incõtinentes viros, vel a continentibus viris incõtinentes mulieres in adulteria cõpellamus.

Cap.8. Illud ergo quod dñs, non quidẽ in sermone ipso qui exponebatur à nobis, sed tñ alibi ait, Quicunq; dimiserit vxorem suam nisi ex causa fornicationis, & aliã duxerit, męchatur: (Mat.19. Luc.16.) si hoc modo intelligendũ est, vt quicũq; causa fornicationis dimiserit, & aliã duxerit, nõ męchetur: nõ uidetur in hac causa par forma esse mariti & uxoris: quandoquidem mulier etiã si causa fornicationis discesserit à uiro & alij nupserit, męchatur: uir autem si eadẽ causa vxorem dimiserit & aliam duxerit, non męchatur. At si par forma est in utroque, uterq; męchatur, si se alteri iunxerit: ẽt cum se a fornicante disiunxerit. Parem uero esse formã in hac causa uiri atq; mulieris: D ibi oñdit Apostolus, ꝙ sępe cõmemorãdum est, ut ubi cũ dixisset, Vxor nõ habet ptãtem corporis sui sed uir, adiecit atq; ait, Similiter & uir nõ habet ptãtẽ corporis sui, sed mulier. (1. Cor. 7.) Cur ergo, inqs, interposuit dñs cãm fornicationis, & nõ potius generaliter ait, Quicũq; dimiserit & uxorem & aliã duxerit, męchatur, (Cap. 0. Mat. 19.) si & ille męchatus est, qui dimissa fornicãte muliere alterã ducit? Credo, quia illud

quod

quod maius eſt,hoc dñs commemorare vo-
luit. Maius.n.adulteriũ eſſe quis negat vxore
nõ fornicãte dimiſſa alterã ducere, quam ſi
fornicantem quis dimiſerit, & tunc alteram
duxerit:non quia hoc adulterium nõ eſt, ſed
quia minus eſt vbi fornicante dimiſſa, altera
Iacob. 4. ducitur. Nã ſimili locutione vſus ẽt Apoſto-
lus Iacobus ait, Scienti igitur bonũ facere &
non facienti, peccatũ eſt illi. Nunquid ideo
nõ peccatũ eſt illi, qui neſcit bonũ facere,&
B ideo non facit. Vtiq; peccatũ eſt,ſed hoc gra
uius, ſi etiã ſciat & nõ faciat. Nec illud ideo
nullũ, quia minus. Vt ergo eodẽ modo vtrũ-
que dicamus, ſicut quicũq; dimiſerit vxorẽ,
excepta cauſa fornicationis, & aliam duxe-
rit, mœchatur: ita quicunq; ſcit bonũ facere
& nõ facit, peccat. Sed quemadmodũ hic re-
ƈte dici non põt: ergo ſi neſcit, non peccat.
Sunt enim ẽt peccata ignorantium, quanuis
minora quã ſciẽtiũ: ita nec illic recte dici po
teſt, ergo ſi cauſa fornicationis dimiſerit &
aliã duxerit nõ mœchatur. Eſt.n.mœchatio ẽt
eorũ, qui alias ducunt relictis pp fornicatio
nẽ prioribus: ſed vtiq; minor quã eorũ qui
non propter fornicationẽ dimittunt,& alte-
ras ducunt. Poteſt quippe ſicut dictũ eſt, ſciẽ
ti bonũ facere & non facienti peccatũ eſt illi
eo modo & illud dici, dimittenti vxorẽ ſine
cauſa fornicationis,& aliam ducenti mœcha
tio eſt illi. Quẽadmodũ igitur ſi dixerimus,
Quicunq; mulierẽ a marito præter cauſam
fornicationis dimiſſam duxerit, mœchatur,
proculdubio verũ dicimus: nec tñ ideo illũ
qui propter cauſam fornicationis dimiſſam
duxerit, ab hoc crimine abſoluim⁹, ſed vtroſ
que mœchos eſſe minime dubitamus, Ita eũ
qui præter cauſam fornicationis vxorẽ dimi
ſerit,& aliã duxerit, mœchũ pronunciamus:
nec ideo tamẽ eũ qui propter cauſam forni-
cationis dimiſerit & alterã duxerit, ab huius
peccati labe defendimus. Ambos.n.licet alte
C rũ altero grauius, mœchos tñ eẽ cognoſcim⁹.
Neq;.n.quiſquam ita eſt abſurdus, vt mœchũ
neget eſſe qui duxerit eã, quam maritus pro-
pter cauſam fornicationis abiecit: cum mœ-
chũ dicat eum qui duxerit eam quæ præter
cauſam fornicationis abiecta ẽ, Sic ergo iſti
ambo ſunt mœchi. Vnde cum dicimus, Qui-
cunque mulierem præter cauſam fornicatio
nis a viro dimiſſam duxerit, mœchatur: de
vno quidem ipſorum dicimus, nec tamen

ideo mœchari negamus qui eã duxerit, quã
propter cauſam fornicationis maritus dimi-
ſerit. Ita cũ ambo ſint mœchi, & ille.ſ.qui di-
miſerit vxorẽ ſuam præter cauſam fornicatio
nis & aliã duxerit,& ille qui propter cauſam
fornicationis vxore dimiſſa ſe alteri copula D
uerit: profecto quãdo de vno eorũ legimus,
non ita intelligere debemus, quaſi ex hoc al-
ter mœchus negatus ſit, quod alter expreſſus
ſit. Sed ſi hoc Euangeliſta Matthæus, qui ex-
preſſa vna ſpeciẽ alteram tacuit, facit ad intel
ligendũ difficile, nunquid non alij generali-
ter idipſum ita cõplexi ſunt vt de vtroq; poſ
ſet intelligi? Nã ſecundũ Marcũ ſic ſcriptum
eſt. Quicunq; dimiſerit vxorem ſuã,& alte- *Mar.*
rã duxerit, adulterium committit ſuper eã:
& ſi vxor dimiſerit virum ſuũ & alij nupſe- *Luc.*
rit, mœchatur. Secundũ Lucã ſic, Omnis qui
dimittit vxorem ſuam & alterã ducit, mœcha
tur: qui dimiſſam a viro ducit, mœchať. Qui
ergo nos ſumus vt dicamus, Eſt qui mœ-
chatur, vxore ſua dimiſſa alteram ducens,
& eſt qui hoc faciens nõ mœchatur, cũ Euan
gelium dicat omnem mœchari qui hoc facit?
Proinde ſi quicunque hoc fecerit, vt vxore
ſua dimiſſa alterã ducat, mœchatur: ſine du-
bio ibi ſunt ambo, & qui præter,& qui pro-
pter cauſam fornicationis dimittit uxorem.
Hoc eſt enim quicũq; dimiſerit: hoc eſt om-
nis qui dimittit. Non aũt ſicut neſcio quare *Cap.*
tibi viſum eſt, cũ Euãgelij ſecundũ Matthæũ
verba proferrem, prætermiſi quod ſcriptũ
eſt,& aliam duxerit,& ſic dixi mœchatur: ſed
verba poſui quæ in ſermone illo prolixo le-
guntur, quem dominus in mõte habuit. Hũc
enim tractandum ſuſceperam, quę verba il-
lic ita leguntur ut poſuit, ideſt, Quicunq; di *Mat.*
miſerit vxorẽ ſuã, excepta cauſa fornicatio-
nis, facit eã mœchari, & qui ſolutã a viro du
xerit, mœchatur. Vbi etſi nonnulla exempla-
ria verbis diuerſis eũdẽ ſenſum habent inter-
pretatum, nõ tamen ab eo quod intelligitur
diſcrepãt. Alia quippe habẽt, quicunq; dimi
ſerit: alia, omnis qui dimiſerit. Itemque alia,
excepta cauſa fornicationis: alia, præter cau-
ſam fornicationis: alia, niſi ob cauſam forni
cationis. Item alia, qui ſolutam a viro duxe- E
rit, mœchatur: & alia, qui dimiſſam a viro du
xerit, mœchatur. Vbi puto quod videas, nihil
intereſſe ad vnã eandemq; ſententiam. Quã-
uis illud vltimum, ideſt, qui dimiſſam a vi-

ro duxerit, mœchatur: in eo sermone quem dñs fecit in monte, nõnulli codices & Greci & Latini non habeant. Credo ꝓpterea qa & ibi explicatus hic sensus putari potuit, in eo quod superius dictum est, facit eã mœchari: Q̃uo enim dimissa fit mœcha, nisi fiat qui eã duxerit mœchus? Verba vero quæ ipse posui sti, vnde tibi visum est, non mœchari eum qui
I ꝑꝑ causam fornicationis vxorẽ dimiserit & & aliam duxerit, obscure quidã posita sunt.
Cap. 11. Vnde non miror in eis intelligendis laborare lectorem: sed non sunt difficilia in eo sermone dñi, qui tunc à me tractabatur, quando illa conscripsi, quæ cum legeres te mouerũt.
Matt. 5. Alibi quippe idem Matthæus ea dominũ dixisse narrauit, non cum illum prolixum faceret in monte sermonem, sed cũ interrogatus esset a Pharisæis, vtrũ liceret ex quacunq; causa dimittere vxorem. Sed ꝙ minus intelligitur apud Matthæum, apud alios euangelistas intelligi potest.
Mat. 19. Quapropter cum legerimus in Euãgelio secundum Matthæum. Quicũq; dimiserit vxorem nisi ob fornicationẽ: vel hoc quod magis in Greco legitur, prçter causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: non debemus continuo putare illũ non mœchari, quia ꝑꝑ causam fornicationis dimiserit, & aliam duxerit: sed adhuc ambigere, donec Euangeliũ secundũ alios Euangelistas, a quibus hoc narratũ est, cõsulamus. Quid si.n. secundũ Matthçũ non quidem ꝙ ad hanc rem pertinet dictũ est totum, sed ita pars dicta est, vt intelligeretur a parte totũ, quod tanquam explanãtes Marcus & Lucas, vt clareret plena sententia, totum dicere maluerunt? Cum itaq; primum non dubitãtes, verum esse quod apud Matthæũ legitur, Quicunque dimiserit vxorem suam præter causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: quæsierimus, vtrum tantũ iste mœchetur ducẽdo alteram vxorem, qui præter causam fornicationis priorem dimiserit: an omnis
K qui dimissa vxore alterã duxerit: vt ibi sit ẽt ille qui fornicantẽ dimiserit. Nonne secun-
Mar. 10. dum Marcum respondebitur nobis, Quid quæritis, vtrum ille sit mœchus, & ille nõ sit?
Luc. 16. Quicunq; dimiserit vxorem suam & aliam duxerit, adulerium committit. Nonne etiam secundum Lucam dicetur nobis, Quid ambigitis vtrum ille qui propter causam fornicationis vxorem dimiserit & aliam duxerit, nõ mœchetur? Omnis qui dimittit vxorem suam & ducit alteram, mœchatur. Ac per hoc qm̃ phas non est vt Euãgelistas, quamuis diuersis verbis de vna re loquentes, ab vno sensu eadẽq; sententia dissentire dicamus, restat vt L
Matthæum intelligamus à parte totum significare voluisse: eandẽ tñ tenuisse sententiam, vt dimittens vxorem & alteram ducẽs, non quidam mœchetur, ideſt, qui prçter fornicationẽ dimiserit: quidam vero nõ mœchetur, ideſt, qui propter fornicationem dimiserit: sed omnis qui dimittit vxorem suã, & ducit alteram, mœchari minime dubitetur. Nam & illud quod etiam secũdũ Lucã sequitur, Qui Cap. 12. Luc. 13.
dimissam à viro ducit, mœchatur, q̃uo est verũ? Q̃uo mœchatur, nisi quia illa quam duxit, eo viuente a quo dimissa est, adhuc uxor aliena est? Si enim iam suæ non alienç miscetur vxori, vtiq; non mœchatur. Mœchatur autem. Aliena est ergo, cui miscetur. Porro si aliena est, hoc est, eius a quo dimissa est, etiã si propter fornicationis causam dimissa est, nondũ dimittentis uxor esse cessauit. Si autẽ illius esse cessauit: iam huius est cui nupsit Et si huius est, non mœchus iudicandus est, sed maritus. Sed quia non eum maritũ dicit scriptura, sed mœchũ, adhuc illa illius est a quo etiã causa fornicationis abiecta est. Et ideo quãcunque etiam ipse illa dimissa ducit uxorem, quia cum alieno marito cõcumbit, adultera est. Vnde aũt fieri potest, ut adulter etiã ipse non sit, cum constet adulterare quã duxit? * Iam nunc uideamus quod ait Apostolus, Ceteris autẽ ego dico, nõ dominus, ad imparia, scilicet hoc est, ubi non ambo Christiani fuerant, coniugia locuturus, Quod mihi uisum est eum monendo dixisse, Quia enim coniunx fidelis relinquere coniugem licite potuit infidelem: ideo fieri hoc non dominus, sed Apostolus prohibet. Quod enim dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apostolus quo possit esse multorũ occasio lucrandorũ, ut fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa licentia non utantur. Tibi aũt uidetur, infideles quoque dimitti a fidelibus non licere, quia hoc uetat Apostolus, cũ ego dicam licere: quia hoc nõ uetat dñs, non tñ expedire, quia hoc ut non fiat, monet Apostolus. Qui reddit etiã rationẽ, cur fieri non expediat, quãuis liceat. Quid.n. scis, inquit, mulier, si uirũ saluũ

Cap. 13. Al. l. quę cõstat adulterare eũ dixit, Qui dimiserit, mœchatur.

1. Cor. 7. M

facies: aut vnde scis vir si vxorem saluam fa-
1. Co. 7. cies? Cum etiam superius dixisset, Sanctifica
tus est.n.vir infidelis in vxore, & sanctificata
est mulier infidelis in fratre: hoc est, in Chri
stiano. Alioquin filij vestri, inquit, immundi
essent nunc aũt sancti sunt. Sic ad lucrandos
coniuges & filios Christo, etiã exẽplis quę
iam prouenerãt, uidetur hortatus. Cur ergo
non expediat infideles coniuges dimitti à fi-
A delibus, causa euidenter expressa est. Non.n.
pp vinculũ cũ talibus coniugale seruandũ,
Cap. 14. sed vt acquirantur Christo, recedi ab infide
libus coniugibus Apostolus vetat. Multa sunt
autẽ faciẽda non iubente lege, sed libera cha
ritate: & in ea sunt in nostris officijs gratiora
quę cũ licerent nobis etiã non impendere,
Mat. 17. tñ causa dilectionis impẽdimus. Vnde prior
ipse dñs cũ se tributũ non debere monstras-
set, soluit tamen, ne scandalizaret eos quib.
ad ęternam salutẽ gerens hominem consule
1. Co. 9. bat. Iam vero Apostolus quemadmodũ ista
Ibidem. cõmendet, eius verba testantur, vbi dicit, Cũ
enim liber sim ex omnibus, omnium seruũ
me feci vt plures lucrifacerẽ. Cum paulo su-
perius dixisset, Nunquid nõ habemus pote-
statẽ manducandi & bibendi? Nũquid nõ ha
bemus licentiã sororem mulierẽ circundu-
cendi, sicut & cęteri apostoli & fratres domi
ni & Cephas? An ego solus & Barnabas non
habemus potestatẽ hoc operandi? Quis mili
tat suis stipendijs vnquam? Quis plantauit vi
neam & de fructu eius non edit? Quis pascit
& de lacte gregis nõ percipit? Et paulo post,
Si alij inquit, potestatis vestræ participãt, nõ
magis nos? Sed non sumus vsi hac potestate,
sed omnia toleramus, ne quod impedimen-
tũ demus euãgelio Christi. Deinde post pau
ca, Quæ ergo, inquit, mihi merces erit? Vt e-
uangelizãs sine sumptu ponã euangelium, vt
non abutar potestate mea in euangelio. Con
tinuoq; subiungit quod pauloante cõmemo
raui, Cũ.n. liber sim ex omnibus omniũ me
B seruum feci, vt plures lucrifacerem. Itẽ alio
loco de quibusdam quę ad escam pertinent,
1. Cor. 6. Omnia, mihi licita sunt, sed non omnia ex-
pediunt: Omnia mihi licita sunt, sed ego sub
nullius redigar potestate. Esca ventri, & ven-
ter escis, Deus aũt & hũc & has euacuabit. Itẽ
alibi de hoc ipso, Omnia licita sunt, sed non
1. Cor. 8. omnia expediũt. Omnia licita sunt, sed non
omnia ædificãt. Nemo quod suũ est quærat,
sed id ꝙ alterius est. Atq; vt ostenderet vnde
loqueretur, Oẽ, inquit, quod in macello ve-
nit, manducate, nihil interrogantes pp con-
scientiã. Et tamen alibi dicit, Non manduca Rom. 14.
bo carnẽ in æternũ, ne fratrẽ meũ scandali-
zẽ. Itẽq; alibi, Omnia quidẽ mũda, sed ma- C
lum est homini qui per offensionẽ mandu-
cat. Quid est, omnia licita sunt: ipsum est, oĩa
quidẽ munda. Et quid est, sed non omnia ex-
pediunt: ipsum est, sed malũ est homini qui
per offensionẽ manducat. Ita ostendit ea quę
licita sunt, i. nullo præcepto dñi prohibẽtur,
sicut expedit potius esse tractanda, non præ-
scripto legis, sed consilio charitatis. Hæc sũt Luc. 10.
quę amplius erogantur saucio, qui curãdus
ad stabulũ Samaritani illius miseratione per
ductus est. Et ideo dicuntur non a dño pręci- Cap. 15.
pi, quãuis à dño moneantur offerri, vt tanto
intelligantur esse gratiora, quanto magis oñ-
duntur indebita. Sed ea quę in his talia sunt,
vt quanuis sint licita non expediant, non in 1. Cor. 7.
eis dici potest, bonũ est hoc, sed illud meli⁹:
sicut dictũ est, Qui dat nuptũ, bene facit: & q
non dat nuptũ, melius facit. Ibi.n. vtrunq; li-
cet, & hoc aliqñ, aliqñ illud expedit. Nã illis
qui se non cõtinent, vtiq; expedit nubere, &
quod licet, expedit. Quę aũt vouerint conti-
nentiã, nec licet nec expedit. Porro discede-
re ab infideli coniuge licet, sed non expe-
dit: Manere aũt cũ illo si cohabitare consen
tit, & licet & expedit: quia si non liceret, ex-
pedire non posset. Potest ergo aliquid licere
& non expedire, expedire aũt quod nõ licet
nõ potest. Ac per hoc non omnia licita ex-
pediunt, omnia vero illicita non expe-
diunt. Sicut enim omnis qui Christi sangui-
ne redemptus est, homo est: non tñ omnis q
homo est, etiam sanguine Christi redemptus
est: ita omne quod non licet non expedit, nec
tamen omne quod nõ expedit, etiã nõ licet. Cap. 16.
Sunt quippe licita quæ non expediunt: Sicut
Apostolo teste didicimus. Sed inter id qđ il-
licitum est, & ideo non expedit, atq; id quod
licitũ est, nec tñ expedit, quid intersit, aliqñ
vniuersali regula definire difficile ẽ. Citius.n.
qs dixerit, Oẽ ꝙ fieri non expedit, pctm̃ est. D
Omne aũt pctm̃ illicitũ est, Omne ergo qđ
non expedit illicitum est. Et vbi erunt illa
quę licita esse, sed non expedire Apostolus
dicit: si omne quod non expedit, licitum nõ
est? Quapropter quia verũ dixisse Apostolũ
dubitare

dubitare non possumus, & aliqua peccata es
se licita dicere non audemus, restat vt dica-
mus, fieri aliquid q̄ non expediat: & tñ si li-
citū est, non esse pctm̄, quāuis qm̄ non expe
dit, non sit vtiq; faciēdum. Quod si absurdū
vr̄, vt aliquid fiat q̄ non expedit, & dicatur
nō peccasse qui fecerit, intelligendū est hoc
E ex consuetudine sermonis absurdum: qua ita
late patet, vt ēt iumenta, quamuis sint ratio-
nis expertia, tñ plerunq; dicamus debere va
pulare cū peccant. Peccare aūt proprie non
est nisi eius qui vtitur rationali voluntatis ar
bitrio, q̄ in omnibus mortalibus animantib.
nō nisi homini est diuinitus attributum. Sed
aliud est cū proprie loquimur, aliud cū ver-
ba ex alijs rebus tranferendo vel abutendo
Cap. 17. mutuamus. Vt igitur si possumus enitamur,
inter id q̄ licet & non expedit, & id q̄ non li
cet atq; ideo non expedit, aliquo certo fine
distinguere: ea mihi videntur licere, & non
expedire, quæ per iustitiam quidem, quæ co-
rā Deo est, permittuntur, sed propter offen-
sionem hominū, ne ob hoc impediantur a sa
lute, vitanda sunt. Ea vero non licere, & ideo
nec expedire, quæ sic ipsa iustitia vetantur,
vt facienda non sint, ēt si ab eis quib. in noti-
tiā fuerint perlata, laudentur. Quod si ita est,
ideo non nisi illicita prohibentur a dño, vt
ea quæ licita sunt, & non expediunt, nō legis
Al. l. dile vinculo, sed libera discretionis * beneficen-
ctionis. tia caueantur. Quocirca si dimittere infidelē
coniugē non liceret, hoc fieri dñs prohibe-
ret, neq; id Apostolus prohibēs diceret, Ego
1. Co. 7. dico non dñs. Nam si propter causam forni-
cationis permittitur homo a coniuge separa
ri: quanto magis in coniuge mentis fornica-
tio detestāda est, i. infidelitas, de qua scriptū
est, Qm̄ ecce qui longe se faciunt a te, peri-
Psal. 72. bunt, perdidisti omnē qui fornicatur abs te?
Cap. 18. Sed quia ita licitū est vt non expediat: ne pro
pter coniugū separationes offensi homines,
ipsam doctrinā salutis, qua illicita prohiben
F tur exhorreant: ac sic peiores atq; perituri in
eadē infidelitate remaneant: intercedit Apo-
stolus, & monendo fieri vetat, q̄ ita licitum
est vt non expediat. Sic. n. recedere ab infide
libus vxoribus vel maritis, fideles viri vel fę-
minæ non prohibentur a dño, vt neq; iubeā
tur. Nā si dimittere tales coniuges iuberētur,
nullus esset locus consilio monentis Aposto
li ne hoc fieret. Nullo modo. n. q̄ dñs iubet,
seruus bonus fieri, prohiberet. Nanque hoc
dñs aliqñ per Esdram prophetam fieri iussit,
& factum est, Dimiserunt Israelitæ vxores a- 1. Esd. 10
lienigenas, quicunq; tunc habere potuerūt,
per quas fiebat, vt & ipsi ad alienos seduce-
rentur deos, non vt illę per maritos vero ac-
quirerentur Deo. Nondum. n. tanta gratia Sal
uatoris illuxerat, & promissis temporalibus
veteris testamenti, adhuc inhiabat illius po- G
puli multitudo. Et propterea cum bona ter-
rena quæ pro magno expectabant a dño, vi-
derent ēt his abundare qui multos falsos co
lebant deos, blanditijs vxorum prius eos re-
uerebantur offendere, deinde inducebantur
& colere. Vnde iusserat dñs per sanctū Moy-
sen, ne quis vxorem alienigenam duceret. Me Deu. 7.
rito ergo quas duxerant dño prohibente, do
mino iubente dimiserunt. Cū vero cępisset
gentibus Euangeliū prædicari, iam coniun-
ctos gentiles gentilib. cōperit coniuges. Ex
quibus si non ambo crederent, sed vnus aut
vna infidelis cū fideli consentiret habitare,
nec prohiberi a dño debuit fidelis infidelē
dimittere, nec iuberi. Ideo, s. non prohiberi,
quia iustitia permittit a fornicante discede-
re, & infidelis hominis fornicatio est maior
in corde: nec vera eius pudicitia cū coniuge
dici potest, quia omne q̄ non est ex fide pec
catum est: quamuis veram fidelis habeat pu-
dicitiam, ēt cum infideli coniuge, quæ non Rom. 14.
habet veram. Ideo aūt nec iuberi debuerunt
fideles ab infidelibus separari, quia non con
tra iussionem dñi gentiles fuerant ambo cō-
iūcti. Quoniam ergo ab infideli fidelem di-
scedere nec prohibet nec iubet dominus, id-
eo vt non discedat, Apostolus dicit, nō dñs,
habens vtiq; spiritumsanctū in quo dare pos
set vtile, & fidele consilium. Vnde cum dixis-
set de muliere cuius vir mortuus fuerit, Bea-
tior autem erit si sic permanserit, secundum
consiliū meum: ne quis hoc consilium tanq̄
humanū, non diuinū contemnendum puta-
ret, adiecit, Puto aūt q̄ ego & spm̄ Dei ha-
beam. Proinde intelligendum est, etiam ipsa
quæ non a dño iubentur, sed a sancto eius fa H
mulo vtiliter suadentur, eodem domino in-
spirante, suaderi: Absit. n. vt quisquam catho
licus dixerit, quando suadet spiritussanctus,
non dominum suadere, cum & ipse domi-
nus sit, & inseparabilia sint opera Trinitatis.
Dicit tamen, De virginibus aūt præceptum 1. Co. 7.
domini

domini non habeo, consiliũ aũt do. Non vt
hoc consilium alienũ existimemus a dño, cũ
contiũuo sequatur & dicat, tanquã miseri-
cordiam consecutus a dño vt fidelis essem.
Secundũ Deũ ergo dat fidele consiliũ in eo
spiritu de quo ait, Puto aũt ꝙ & ego spiritũ
Ibidem. Dei habeam. Verumtñ aliud est dñi iubentis
imperiũ, aliud conserui secundũ misericor-
diã charitatis, quæ est illi a dño inspirata at-
que donata, fidele consilium. Ibi aliud facere
I non licet, hic aũt licet: ita sanè vt ipsum lici-
tũ partim quidẽ expediat, partim vero non
expediat. Expedit tunc, qñ non solum per iu-
stitiam, quæ coram dño est permittitur, sed
ẽt hominibus nullũ ex hoc impedimentũ sa-
lutis infertur: velut cum dat consiliũ non nu-
bendi Apostolus virginibus, vnde præceptũ
dñi se non habere testatur: licet aliud facere,
idest, nubere, & minus q̃ continentiæ, bonũ
tñ tenere nuptiarũ, ipsumq; licitum ẽt expe
dit: qm̃ in vetita & illicita ruiturã carnis in-
firmitatẽ sic excipit honestate nubendi, vt ne
minem impediat ad salutem: quamuis magis
expediret, magisq; honestum esset, si virgo
consiliũ quo præceptum eam non cõpellit
arriperet. Tunc aũt non expedit id ꝙ licitum
est, qñ permittitur quidẽ, sed vsus ipsius po-
testatis, alijs affert impedimentũ salutis. Si-
cut est vnde iam diu loquimur, discessio fi-
delis coniugis ab infideli: quã non prohibet
dñs præcepto legis, quia coram illo iniusta
non est, sed prohibet Apostolus cõsilio cha
ritatis, quia infidelib. affert impedimentum
salutis: non solũ quia pernitiosissime scanda
lizantur offensi, verumẽt quia in alia coniu-
gia cũ ceciderint viuentibus eis a quibus di-
mittuntur, adulterinis nexib. colligati, diffi-
Cap. 19. cillime resoluuntur. Ideo hic, vbi id ꝙ licet
non expedit, non põt dici, si dimiserit infide
lem, benefacit: si non dimiserit, melius facit:
1. Cor. 7. sicut dictũ est, Qui dat nuptum benefacit: &
qui non dat nuptũ, melius facit. Qm̃ illud nõ
solum vtrunq; pariter licet, vnde ad nihil ho
K rum præcepto dñi quisquam cõpellitur: sed
etiã utrunq; expedit, aliud minus, aliud am-
plius, vnde ad id ꝙ amplius expedit, cõsilio
Apostoli quicunq; potest capere prouocat̃.
Hoc aũt vbi de dimittendo vel non dimittẽ
do infideli coniugio quæritur, vtrũnq; qui-
dem pariter licitum est per iustitiã quæ co-
ram dño est, & ideo nihil horum dñs prohi-
bet: sed non vtrunque expedit, propter infir-
mitates hominum, & ideo id ꝙ nõ expedit,
Apostolus prohibet: dante sibi dño liberum
prohibendi locum, quia neque id ꝙ monet
Apostolus, prohibet dñs: neq; id ꝙ prohibet
Apostolus, iubet dñs. Quod nisi ita esset, ne- L
que contra prohibitionẽ dñi Apostolus ali-
quid moneret, neque contra iussionem eius
aliquid prohiberet. Proinde in his duab. cau-
sis, vna de nubendo vel non nubendo, altera
de infidele coniuge dimittendo vel non di-
mittendo, aliquid simile est in verbis Apo-
stoli, aliquid dissimile. Simile quidem quod
& ibi dicit, Præceptũ dñi non habeo, consi-
lium autem do: & hic dicit, Ego dico, non
dñs. Quale est enim præceptum dñi non ha-
beo: tale est, non dicit dñs. Et quale est, con-
silium do: tale est, ego dico. Illud autem dis- 1. Cor. 7
simile est, quia de nubendo & non nubendo
potest dici, hoc bene fieri, illud melius, qm̃
vtrunque expedit, minus aliud, magis aliud.
At vero de coniuge infideli dimittendo vel
non dimittendo, quoniam vnum horũ non
expedit, aliud expedit, dici non oportet, Qui
dimittit, bene facit: & qui non dimittit, me-
lius facit: Sed dici oportet, nõ dimittat: quia
& si licet, non expedit. Sic ergo possumus di-
cere, melius esse infidelem coniugem non
dimittere, quamuis liceat & dimittere: quem
admodum recte dicimus, melius esse quod
& licet & expedit, quam id quod licet, &
non expedit. His de causis factum est, ut ex-
ponens domini sermonem, quem prolixũ Cap. 20 lib. 1. d
in monte habuit, ubi uentum est ad quæstio- sermone
nem de coniugibus dimittendis, uel non di- domini i
mittendis, adhibitis etiam Apostolicis testi- mõte. c. 1
monijs, dicerem consilium esse Apostoli, nõ 1. Cor.
præceptum domini, ubi ait, Cęteris autem
ego dico non dominus, monens eos qui ha-
berent coniuges infideles, vt consentientes
habitare secum non dimitterent. Quod uti-
que ideo monendum non iubendum fuit,
quia non tanto pondere prohibendi sunt ho
mines facere licita, quamuis non expediant, M
quanto pondere prohibentur illicita. Si au-
tem alicubi Apostolus etiã illa quæ iubenda
sunt, monere dignatus est, hoc fecit parcẽdo
infirmitati, non pręiudicando iussioni. Vnde
ipse dixit, Non ut confundã uos hæc scribo,
sed ut filios meos charissimos moneo. Quid
habet quæstionis ubi ait, ego dico, non dñs?

Item

Item vbi ait, Ecce ego Paulus dico vobis, qa
Galat. 5. si circũcidamini, Christus vobis nihil prode
rit: nunquid etiam hic dixit, ego dico, nõ do
minus? Non sunt itaq; ista similia, quia etiã
illa quę iubet dominus, nõ est indignũ neq;
contrariũ, si eadẽ monet Apostolus. Mone-
mus.n. quos charos habemus, vt faciant dñi
A prçcepta, vel iussa. Cũ vero ait, Ego dico, nõ
dñs satis ostendit dominũ non prohibere ꝙ
ipse prohibebat. Prohibuisset aũt dominus si
esset illicitum. Ergo secundum ea quæ supra
diu diximus, multũq; versauimus, licitũ erat
per iustitiam, sed etiam licitum non erat fa-
Cap. 21. ciendũ propter liberam beneuolentiam. Tu
autem cui placet ita non licere quod non
vetat dominus, sed Apostolus, quẽadmodũ
1. Cor. 7. non licet quod vetat dominus, cum expone
1. Cor. 7. re voluisses quid sibi vellet ꝙ ait, ego dico
non dominus: cũ alloqueretur fideles, quib.
essent coniuges infideles, dixisti, quia domi
nus iussit ne coniugia sibimet diuersę reli-
gionis copularentur, & ipsum adhibuisti te-
Deu. 5. stimoniũ domini dicentis, Non accipes vxo
rem filio tuo a filiabus alienigenarum, ne
traducat eũ post Deos suos, & pereat anima
eius. Addidisti etiam verba Apostoli vbi di-
xit, Mulier alligata est quandiu vir eius viuit.
Quod si mortuus fuerit vir eius, liberata est,
1. Cor. 7. cui vult nubat, tantũ in domino. Quod ita ex
posuisti vt adiungeres, i. Christiano. Deinde
secutus es & aisti, Hoc est ergo domini prę-
ceptũ tam in veteri quã in nouo testamento,
Cap. 20. lib. 1. de sermone domini in mõte. c. 14. vt non nisi vnius religionis & fidei coniugia
sibi maneant copulata. Si hoc ergo est domi
ni præceptũ tam in veteri testamento quã in
nouo, & hoc iubet dominus, hoc docet Apo
1. Cor. 7. stolus, vt nõ nisi vnius religionis & fidei ma
neãt copulata coniugia, quare cõtra hoc do
mini iussum, contra doctrinam suam, contra
præceptum testamenti veteris, & noui, iubet
Apostolus vt diuersę fidei cõiugia maneant
copulata? Quia Paulus, inquis, gentiũ prædi
B cator & Apostolus iam in coniugio positos,
non solum monet, sed etiam iubet, vt si vnus
aut vna è coniugibus credidisset, alteram nõ
credentem, secum tamen habitare consen-
tientem non dimitteret. His verbis tuis aliud
hoc aliud esse illud satis euidenter ostẽdis, Il
lud enim de his coniugijs agitur, quę sibi pri
mitus copulantur, ne nubat fęmina non suę
religionis viro, vel ne vir talem ducat vxorẽ.

Id.n. vt dicis iubet Deus, docet Apostolus, v-
trunq; prçcipit testamentũ. Hoc autem di-
uersum esse quis abnuat, vbi agitur non de
coniungendis, sed de cõiunctis? Ambo quip
pe vnius eiusdemq; infidelitatis fuerunt qñ
coniuncti, sed Euangeliũ cum venisset, alter
sine altera, vel altera sine altero credidit. Si
ergo aliud est hoc, ꝙ sine scrupulo vllius du
bitationis apparet, cur fidelem cum infide- C
li in coniugio permanere, nõ & dominus si-
cut Apostolus iubet, nisi forte isto loco va-
cat quod tam fidenter ipse ait, An vultis ex-
perimentũ accipere eius qui in me loquitur
Christus? Et vtiq; dominus est Christus, Intel
ligisne quid dicam? An in hoc explanando 2. Co. 13.
aliqñ diligentius immorabor, Attende vtrũ
rem ipsam tanquam in conspectu considerã
dã planiore sermone ponamus. Ecce coniu-
ges duo, vnius infidelitatis, ita fuerunt quan
do coniuncti sunt: nulla de his quæstio est q̃
pertineat ad illã domini iussionẽ doctrinãq;
apostolicã: & prçceptũ testamenti ueteris &
noui, quo prohibetur fidelis cum infideli co
pulare coniugiũ: Iã sunt coniuges, & adhuc
ambo sunt infideles, adhuc tales sunt quales
fuerunt antequam iũgerentur, qualesq; con
iuncti sunt. Venit Euangelij prædicator, Cre
didit eorũ aut unus, aut una, sed ita ut infide-
lis cum fideli habitare consentiat. Iubet fide
li dominus, ne infidelem dimittat, an non iu
bet? Si dixeris iubet, reclamat Apostolus, Ego
dico non dominus. Si dixeris, nõ iubet, cau-
sam requiro. Neq; illã mihi responsurus es,
quam tuis literis indidisti, quia dñs prohibet
fideles infidelibus iungi: hic.n. nullo modo
est ista causa, de iam iunctis loquitur, non de
iungendis. Si ergo tu causam non inuenisti,
cur non uetet dñs, quod uetat Apostolus: cer
nis.n. iam, ut existimo, non esse ipsam quam
esse putaueras: uide an forte illa sit quę mihi
uisa est, & tunc proferenda, & nunc defendẽ D
da, ut, s. illud intelligamus dicere dñm ꝙ ha-
bet corã nullo mõ transgrediẽda iustitia, i. ꝙ
ita iubet aut uetat, ut aliud facere omnino nõ
liceat: Quod aũt uolẽtis potestati permittit,
ut nec agatur nec prætermittatur illicite, ibi
seruorũ suorũ consilio locum dare uidetur,
ut id potius suadeãt quod uiderint expedire.
Teneatur hic ergo primitus ac maxime, ne
cõmittãtur illicita. Vbi aũt aliquid ita licitũ
est, ut aliud facere omnino nõ sit licitũ, fiat

quod expedit, vel quod magis expedit. Illa
igitur q̃ dñs ita dicit vt dñs, i. nō monentis cō
ſilio, ſed dominantis imperio, facere non li-
cet, & ideo nec expedit. Dñs itaq; præcipit
mulierē à viro nō diſcedere: ꝙ ſi diſceſſerit,
ea vtiq; cauſa qua diſcedere licitū eſt, mane-
re innuptā, aut viro ſuo reconciliari. Mulier
enim ſub viro viuo marito iuncta eſt legi, &
viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cū
alio viro, qm̃ muler alligata eſt quādiu vir
H eius viuit. Vnde ſi vxor dimiſerit virum ſuū
& alij nupſerit, mȩchatur: & qui dimiſſam a
viro duxerit, mȩchatur. Ideoq́; ex eodē præ-
cepto dñi & vir vxorē non dimittat, qm̃ qui
dimiſerit vxorem ſuā præter cauſam forni-
cationis, facit eā mȩchari: ſed ſi propter hāc
Cap. 22. cauſam dimiſerit, etiā ipſe ſic maneat. Om-
nis. n. qui dimittit vxorem ſuā & ducit alte-
Luc. 16. rā, mȩchatur. Hæc conſtituta dñi ſine vlla re
tractatione ſeruāda ſunt, Habet. n. hæc iuſti-
tia quȩ corā illo eſt, ſiue approbent, ſiue im
probent homines: & ideo dici non oportet,
propter offenſiones hominū, aut ne impediā
tur homines ab ea ſalute, quæ in Chriſto eſt,
hanc dixerim non eſſe ſeruandā. Quis eum
Chriſtianus audeat dicere, ne homines offen
dam, aut vt oēs Chriſto acquirā, faciam mȩ
chari vxorem meā, aut egoipſe mȩchus fiā?
Poteſt enim fieri, vt cū adulteram vxorem qs
dimiſerit Chriſtianus, ita tētetur, vt aliqua fȩ
mina quæ nondū credidit cupiens in eius nu
ptias cōuenire, promittat ſe futurā eſſe Chri
ſtianā, & hoc non fallaciter, ſed ſi ei nupſe-
rit hoc oīno factura. Huic itaq; hoc connu
biū recuſanti, poterit ſuggerere ille tētator:
Dñs dixit, Quicunq; dimiſerit vxorem ſuā
præter cauſam fornicationis, & aliā duxerit,
mȩchatur: tu aūt qui dimiſiſti propter cauſā
fornicationis vxorem, ſi aliā duxeris, nō mȩ
chaberis. Huic talia ſuggerenti, erudito cor-
de reſpondeat, mȩchari quidē illum grauius
I qui prȩter cauſam fornicationis vxore dimiſ
ſa alteram duxerit, ſed etiam illum qui vxore
fornicante dimiſſa ſibi aliam copulauit, nō
ideo non mȩchari quia fornicantē reliquit:
ſicut mȩchatur qui eam quæ præter cauſam
fornicationis dimittitur, duxerit: nec ideo
non mȩchatur qui eam duxit, quam dimiſ-
ſam propter cauſam fornicationis inuenerit.
Et propterea quod ſubobſcure apud Mat-
thȩum poſitum eſt, quomodo totum a parte
ſignificatum eſt, expoſitū eſt apud alios, qui
totum generaliter expreſſerunt, ſicut legitur
apud Marcum. Quicunq; dimiſerit vxorem Mar. 10
ſuā & aliam duxerit, adulterium committit.
Et apud Lucam, Omnis qui dimittit vxorem
ſuam & ducit alteram, mȩchatur. Non enim Luc. 18.
alios dixerunt mȩchari, alios non mȩcha-
ri, qui dimiſsis vxoribus ſuis duxerint alteras
ſed quicunq; dimiſerit: omnem prorſus qui
dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxerit, mȩ K
chari eum ſine vlla exceptione dixerunt. Sed
ſi hæc ille Chriſtianus reſponderit tentatori, Cap. 23
intelligens licuiſſe quidem ſibi dimittere a-
dulteram, ſed aliam ducere non licere: quid
ſi dicat ille tentator, Cómitte hoc peccatum Rom. 3.
ut acquiras animam Chriſto in morte infide
litatis poſitæ fȩminæ, quȩ parata eſt, ſi tibi nu
pſerit, fieri Chriſtiana: quid aliud Chriſtia-
nus reſpondere ad iſta debet & dicere, niſi
ſe non poſſe ſi hoc fecerit euadere iudicium
quod cōmemorauit Apoſtolus vbi ait, & ſi- Cap. 24
cut dicunt quidā nos dicere, Faciamus mala
vt veniant bona, quorū iudiciū iuſtum eſt.
Quomodo autē poterit eſſe ſalubriter Chri-
ſtiana, quæ cum illo a quo ducitur erit adul
tera? Non ſolum autem mȩchandum non eſt
quod facit non quidam, ſed omnis qui dimit Pſ. 75.
tit uxorem ſuam & ducit alterā, & ſi propte
rea duxerit vt faciat Chriſtianam: ſed etiam
quiſquis nō alligatus vxori continentiā Deo
vouerit, nullo modo debet iſta compēſatio-
ne peccare, vt ideo credat vxorem ſibi eſſe
ducendam, quia promiſit quȩ nuptias eius
appetit futurā ſe eſſe Chriſtianā. Quod enim
cuiquam antequam vouiſſet licebat, cum id
ſe nunquam facturum vouerit, non licebit:
ſi tamen id vouerit quod vouendum fuit,
ſicut eſt perpetua virginitas, vel continen-
tia poſt experta connubia ſalutis a vincu-
lo coniugali, vel ex conſenſu viuētibus car-
nalia debita ſibi inuicē relaxantibus, fidelib.
caſtisq́; coniugibus: quod alterum ſine alte-
ra, vel alteram ſine altero vouere fas nō eſt.
Hæc ergo, & ſi qua alia ſunt quȩ rectiſsime
vouentur, cum homines vouerint, nulla cō- L
ditione rumpenda ſunt, quæ ſine vlla condi-
tione vouerunt. Quia & hoc dñm prȩcepiſ- 1. Cor.
ſe intelligēdū eſt vbi legit̄. Vouete & reddite
dño Deo vr̃o. Vnde Apoſtolus de qbuſdā q̃
cōtinētiā vouent, & poſtea nubere volūt, ꝙ
eis anteq̃ vouiſsēt vtiq; licebat, Habētes, iḡt,
damna-

damnationem, qm̃ primam fidem irritam fe
Tim.5. cerunt. Nihil ergo expedit ꝙ illicitum eſt, &
Cap.25. nihil ꝙ prohibet dñs licitum eſt. Quæ autem
nullo dñi conſtringente præcepto in poteſta
te dimiſſa ſunt, in his audiatur Apoſtolus in
ſpiritusanćto monens & cōſulens, vt vel me-
liora capiant, vel ea quæ non expediunt ca-
1.Cor.7. ueantur. Ibi audiatur dicens, Præceptum dñi
non habeo, conſilium autem do. Et ego dico
non dominus. Ibi ſi meliora elegerit qui au-
I dit, Solutus eſt ab vxore non quęrat vxorem,
& ſi acceperit vxorem non peccat. Ibi virgo
non nubat, Qui enim non dat nuptum, me-
lius facit: & qui dat nuptum , bene facit. Ibi
beatior ſit mulier ſic permanendo, quæ mor
tuo viro ſuo in poteſtate habet, cui vult nu-
bat, tantum in domino. Quod duobus mo-
dis accipi poteſt, aut Chriſtiana permanens,
mpar cō aut Chriſtiano nubens. Non enim tempore
giū. reuelati teſtamenti noui, in Euangelio vel vl
lis Apoſtolicis literis ſine ambiguitate decla
ratum eſſe recolo, vtrum dominus prohibue
rit fideles infidelibus iungi. Quamuis beatiſ-
ſimus Cyprianus inde non dubitet, nec in le-
uibus peccatis conſtituat, iungere cum infi-
delibus vinculum matrimonij, atque id eſſe
dicat proſtituere gentibus membra Chriſti.
Sed quia de ijs qui iam coniunćti ſunt, alia
quæſtio eſt: auditur & hoc Apoſtolus, dicēs,
Si quis frater habet vxorem infidelē, & hęc
conſentiat habitare cum illo, non dimittat il
lam: & ſi qua mulier habet virum infidelē,
& hic conſentiat habitare cum illa non di-
mittat virum. Et ſic audiatur, vt quamuis fie-
ri licitum ſit: quia hoc nō dicit dominus, nō
tamen fiat, quia non expedit. Non.n.omnia
Co.10 expedire quæ licita ſunt, apertiſsime docet
Apoſtolus, ſicut ſupra iam oſtendimus. Pro-
pter quodlibet tñ fornicationis genus, ſiue
carnis, ſiue ſpiritus, vbi infidelitas intelligi-
tur, & dimiſſo viro nō licet alteri nubere, &
K dimiſſa vxore non licet alteram ducere: qm̃
c.16. dñs nulla exceptione fácta dicit, Si vxor di-
miſerit virum ſuum, & alij nupſerit, męcha-
tur. Et omnis qui dimittit vxorem & ducit al
uæſtio teram, męchatur. His ita pro meo modulo
coniu- pertraćtatis atq; diſcuſsis, quæſtionem tñ de
diffi- coniugijs obſcuriſsimam & implicatiſsimā
ima. eſſe non neſcio. Nec audeo profiteri omnes
ſinus eius, vel in hoc opere, vel in alio me
adhuc explicaſſe, vel iam poſſe ſi vrgeat ex-
plicare. Illud aũt vnde me itidē in alia ſche-
da conſulendum exiſtimaſti, ſeorſum ēt ego
enodare curarē, ſi mihi aliud quam tibi viſũ
eſt videretur. Cũ vero eadem ſit ēt noſtra ſen
tentia, non hinc opus eſt diutius diſputare.
Cathecumenis ergo in huius vitæ vltimo cō Cap. 26.
ſtitutis, ſi morbo ſeu caſu aliquo ſic oppreſ-
ſi ſint, vt quamuis adhuc viuant, petere ſibi
tñ baptiſmũ, vel ad interrogata reſpondere L
non poſsint proſit eis quorũ in fide Chriſtia
na iam nota voluntas eſt, vt eo modo bapti-
zentur qũo baptizātur infantes, quorum vo-
luntas nulla adhuc patuit. Non tñ propterea
damnare debemus eos qui timidius agunt,
quam nobis videtur agi oportere, ne de pe-
cunia conſeruo credita improbrius quā cau
tius iudicare voluiſſe iudicemur. Satis quip-
pe in talibus reſpiciendum eſt illud Apoſtoli
vbi dicit, Vnuſquiſque noſtrum pro ſe ratio- Rom. 1.
nem reddet Deo. Nō ergo amplius inuicem Matt. 7.
iudicemus. Sunt enim qui vel in his, vel etiā
in alijs obſeruandum putant quod dixiſſe do
minum legimus, Nolite ſanćtum dare cani-
bus, neque proieceritis margaritas veſtras an
tē porcos. Et iſta Saluatoris verba referentes
* baptizare non audent eos qui pro ſe reſpō Al.l. re
dere nequiuerint, ne forte cōtrarium gerant uerentes.
voluntatis arbitrium. Quod de paruulis dici
non poteſt, in quibus adhuc rationis nullus
eſt uſus. Sed non ſolum incredibile eſt, nec
in fine uitæ huius baptizari cathecumenum
uelle, uerum etiam ſi uoluntas eius incerta
eſt, multo ſatius nolenti dare quam uolenti
negare, ubi uelit, an nolit ſic non apparet,
ut tamen credibilius ſit eum ſi poſſet uelle
ſe potius fuiſſe dićturum ea ſacramenta per-
cipere, ſine quibus iam credidit non ſe opor
tere de corpore exire. Si autem dominus ubi Cap. 27.
ait, Nolite dare ſanćtum canibus: hoc quod
iſti cauendum putant uellet intelligi, non ip
ſe ſuo traditori dediſſet, quod in ſuam ille
perniciem ſine culpa dantis, cum dignis in- M
dignus accepit. Vnde cum diceret dñs, cre-
dendum eſt ſignificare voluiſſe, ꝙ lucem in-
telligentiæ ſpiritalis immũda corda nō por-
tant. Et ſi portāda doćtor ingeſſerit, quæ nō
recte accipiunt, quia non capiunt, uel repre-
henſionis morſib. lacerant, uel contēnendo
conculcant. Si.n.beatus Apoſtolus quamuis 1.Cor. 2.
in Chriſto iā renatis, adhuc paruulis lac di-
cit ſe dediſſe non eſcam. Necdum.n potera-

tis, inquit, sed nec adhuc quidem potestis. Si deniq; ipse dñs electis Apostolis dixit, Ad-
Ioan. 16. huc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo, quanto minus possunt facere quæcunq; de incorporea luce di-
Cap. 28. cuntur immundę mentes impiorum? Sed vt sermo noster ad hoc potius claudatur vnde sumpsit exordium, ego non solũ alios cathecumenos, verumẽt ipsos qui viuentium con
A iugijs copulati retinent adulterina cõsortia, cum saluos corpore in his permanentes nos admittamus ad baptismum, tñ si desperati & intra se pœnitentes iacuerint, nec pro se respondere potuerint, baptizandos puto, vt ẽt hoc pctm̃ cum cęteris lauacro regenerationis abluatur. Quis.n.nouit vtrũ fortassis adulterinæ carnis illecebra vsq; ad baptismũ statuerant detineri. Si aũt ab illa desperatione recreati potuerint viuere, aut facient ꝙ statuerant: aut edocti obtemperabunt, aut de cõtemptoribus fiet quod fieri etiam de baptizatis talibus debet. Quę aũt baptismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte pęnitentẽ finiendæ vitæ periculum præoccupauerit. Nec ipsos enim ex hac vita sine arra suæ pacis exire velle debet mater Ecclesia.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

De adulterinis coniugijs ad Pollentium, Liber Secundus.

Cap. 1.



AD ea quæ mihi scripseras frater religiose Pollenti, iam rescripseram nõ paruum volumen, de ijs qui viuentib. cõiugib. suis alijs copulantur. Qđ cum innotuisset dilectioni tuæ, addidisti aliqua ad libellum tuum, ẽt his me respondere desiderans. Sed cũ facere disponerem, adden-
B do & ego ad meũ, ita vt vnus liber esset responsionis meæ, repente illud æditum est vt absolueram, prius flagitantibus fratribus nostris & nesciẽtibus, ꝙ adhuc aliquid esset addendum. Hinc factum est, vt altero seorsum opusculo ad ea quæ addidisti, respõdere cõpellerer. Non aũt quæ addidisti, adiũcta sunt fini opusculi tui, sed vbi visum est eius inter
Cap. 2. iecta sunt corpori. Horum primũ illud est, cui quidem arbitror me respondere debere, ꝙ in his Apostoli verbis vbi ait, Cęteris aũt
ego dico, non dñs, mulierem a viro non di- 1. Cor. 7.
scedere, ꝙ si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: nõ putas ita dictũ esse si discesserit, vt a viro fornicante discessisse intelligatur, qua sola causa discedere licitum est: sed potius existimas, a pudico, & ideo iussam manere innuptã, vt posset ei recõciliari, si continere ille noluisset, ne virũ ad C
ad fornicandum, i. ad aliam se viuente ducẽdam, ipsa non reconciliata cõpelleret. Cęterum si a viro fornicante discesserit, putas ei non præcipi innupta permaneat, sed hoc eã facere, si continens esse voluerit, non vt præcepti violatrix inueniat̃ esse si nupserit. Quæ tibi vr̃ forma & a viro esse seruanda, vt vxorem non dimittat, excepta causa fornicationis: si aũt dimiserit, maneat sine coniugio, vt pudicæ reconciliari possit vxori, nisi forte continentiã illa delegerit, ne vxoris castæ reconciliationem refugiens, ipse illam cogat mœchari, si sese non continens viuente illo nupserit alteri. Si aũt fuerit ab uxore fornicãte disiunctus, iam eũ nullo præcepto ut se cõtineat detineri, nec omnino mœchari, si uiua illa alteram duxerit, qm̃ id ꝙ ait idem Apostolus, Mulier alligata est quãdiu uir eius uiuit: ꝙ si mortuus fuerit uir eius, liberata est, cui vult nubat: sic intelligendum existimas, ut si uir fuerit fornicatus pro mortuo deputetur, & uxor pro mortua, & ideo liceat cuilibet illorum tanquã post mortem, ita post fornicationẽ coniugis alteri copulari. Quib. Cap. 3.
tuis sensibus consideratis, abs te quæro, utrũ 1. Cor. 7.
quicunq; duxerit mulierẽ, quæ uiro alligata esse destiterit, adulter habendus sit? Quod tibi existimo non uideri: Ideo.n.mulier uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro, qm̃ alligata est quamdiu uir eius uiuit. Hoc aũt uinculum si ei cum uiro uiuente nõ esset, sine ullo adulterij crimine alteri nuberet. Proinde si alligata est quamdiu uir eius D
uiuit, nullo modo nisi uiro mortuo soluta dicenda est, ab hoc uinculo. Porro si morte cuiuslibet eorum inter maritum & uxorem hoc uinculum soluitur, & pro morte habenda est, sicut dicis, ẽt fornicatio proculdubio erit ob hoc, & mulier soluta qñ fuerit fornicata. Neque.n.dici poterit hæc alligata uiro esse, qñ ab illa fuerit uir solutus. Ac per hoc posteaquã fornicando alligata uiro esse destiterit,

stiterit, quisquis eã duxerit, adulter non erit. Cap. 4. Et vide q̃ sit absurdum, vt ideo non sit adulter quia ducit adulteram. Imo vero ꝙ est mõstruosius, nec ipsa mulier erit adultera, qm̃ non erit posteriori viro vxor aliena, sed sua. Soluto.n. per adulteriũ priore coniugali vinculo, cuiq; iam nupserit coniugẽ non habenti, non adultera cũ adultero, sed vxor erit potius cũ marito. E 1. Cor. 7 Qũo ergo erit verum, Mulier alligata est quamdiu vir eius viuit? Ecce vir eius viuit, quia nec de corpore excessit, nec fornicatus est, ꝙ pro morte vis deputari, & tñ ei mulier alligata iam non est. Nonne attẽdis quam sit hoc cõtra Apostolũ dicentem. Mulier alligata est quãdiu vir eius viuit? An forte dicturus es, viuit quidẽ, sed vir eius iã non est: qm̃ tunc esse destitit, qñ illa per adulterium coniugale vinculum soluit. Qũo igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro, qñquidem vir eius ille iã non est, coniugali vinculo per mulieris adulteriũ iam soluto. Qũo.n. viuente viro nisi suo vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro? At si vir eius esse ille iam destitit, non vtiq; viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: sed nullũ habens virum, nubendo erit cum suo viro. Hoc qui sentit, nonne cernis q̃ contra Apostolum sentiat? Quod quidẽ non ipse sentis, sed hoc sequitur illa quæ sentis. Muta ergo antecedentia, si vis cauere sequentia. Et noli dicere, mortuum virum vel mortuam vxorem, hoc loco debere intelligi, ẽt fornicãtem. Quamobrem secundũ doctrinã sanam mulier alligata est, quamdiu vir eius viuit, i. nondũ ẽ corpore abscessit. Mulier.n. sub viro viuo mariti iuncta est legi, hoc est, in corpore constituto. Si aũt mortuus fuerit: hoc est, de corpore exierit, euacuata est a lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, F si fuerit cum alio viro. Si aũt mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Hæc verba Apostoli totiens repetita, totiens inculcata, vera sunt, viua sunt, sana sunt, plana sũt. Nullius viri posterioris mulier vxor esse incipit, nisi prioris esse desiuerit. Esse autem desinet vxor prioris, si moriatur vir eius, non si fornicetur. Licite itaque dimittitur coniunx ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterij, qui dimissam duxerit, ẽt ob causam fornicationis. Sicut.n. manente in se sacro regenerationis, excõicatur quis reus criminis, nec illo Cap. 5. sacro caret, ẽt si nunquã reconcilietur Deo: ita manente in se vinculo fœderis cõiugalis, vxor dimittitur ob causã fornicationis, nec carebit illo vinculo, ẽt si nunquam reconcilietur viro, carebit aũt si mortuus fuerit vir eius. Reus vero excõicatus ideo nunquã carebit regenerationis sacro, etiam non reconciliatus, G qm̃ nunquam moritur Deus. Remanet itaq;, vt si sapere secundum Apostolum volumus, non dicamus virum adulterũ pro mortuo deputandum, & ideo licere vxori eius alteri nubere. Quamuis.n. sit mors adulterium, nõ corporis, sed ꝙ peius est, animę: non tñ de ista morte loquebatur Apostolus, cum dicebat, Quod si mortuus fuerit vir eius, cui vult nubat: 1. Cor. 7. sed de illa sola qua de corpore exitur. Qm̃ si per coniugis adulterium coniugale soluitur vinculum, sequitur illa peruersitas quam cauendã esse monstraui, vt & mulier per impudicitiã soluatur hoc vinculo: quæ si soluitur, libera erit a lege uiri. Et ideo ꝙ insipientissime dr̃, non erit adultera si fuerit cum altero viro, quia per adulteriũ liberata est a priori viro. Quod si ita est a veritate deuium, vt nullus id non dico Christianus, sed humanus sensus admittat, profecto mulier alligata est quamdiu vir eius viuit. Quod ut apertius dicam, quamdiu uir eius in corpore est. Pari ergo forma & vir alligatus est, quamdiu mulier eius in corpore est. Vnde si vult dimittere adulteram, non ducat alteram, ne ꝙ in illa culpat, ipse cõmittat. Similiter & mulier si dimittit adulterũ, non sibi copulet alterum: alligata est.n. quãdiu uir eius uiuit, nec a lege uiri nisi mortui liberatur, ut non sit adultera si fuerit cũ alio uiro. Quod aũt tibi durum vr̃, ut post adulterium reconcilietur coniugi coniunx, si fides adsit, non erit durum. Cap. 6. 32. q. 1. ca. quod autem. Cur.n. adhuc deputamus adulteros, quos uel baptismate ablutos uel pñia credimus esse sanatos? H Hæc crimina in uetere Dei lege nullis sacrificijs mundabantur, quæ noui testamenti in sanguine Christi sine dubitatione mundantur, & ideo tunc omnimodo prohibitũ est ab alio contaminatã, uiro recipere uxorẽ: 2. Re. 18 quamuis Dauid Saulis filiam, q̃ pater eiusdem mulieris ab eo separatã dederat alteri, tanq̃ noui testamenti pręfigurator sine cunctatione receperit.

rit. Nunc aũt poſtquã Chriſtus ait adulteræ,
Ioan.8. Nec ego te condẽnabo, uade, deinceps noli
peccare: quis non intelligat debere ignoſce-
re maritũ, ꝙ videt ignouiſſe dñm amborũ,
σκληρόν. nec iam ſe debere adulteram dicere, cuius
pęnitentis crimen diuina credit miſeratione
Cap. 7. deletum. Sed hoc uidelicet infidelium ſenſus
exhorret, ita ut nonnulli modicæ, uel potius
inimici ueræ fidei, credo metuentes peccan-
I di impunitatem dari mulieribus ſuis, illud
ꝙ de adulteræ indulgentia dñs fecit, aufer-
rent de codicibus ſuis, quaſi permiſsionem
peccãdi tribuerit q dixit, deinceps noli pec-
care, aut ideo nõ debuerit mulier a medico
Deo illius peccati remiſsione ſanari, ne of-
fenderentur inſani. Neque.n.quibus illud fa-
ctum dñi diſplicet, ipſi perfecte pudici ſunt:
nec eos ſeueros caſtitas facit, ſed potius ex
illo ſunt hominum numero, quibus dñs ait,
Ioan.8. Qui ſine peccato eſt ueſtrum, prior in eam
lapidem iaciat. Niſi ꝙ illi conſcientia terri-
ti receſſerunt, & tentare Chriſtum, atq; adul
teram perſequi deſtiterunt: iſti autẽ & ægro-
ti medicum reprehendunt, & in adulteras a-
dulteri ſæuiunt: quibus ſi diceretur, non ꝙ
illi audierunt, qui ſine iſto peccato eſt: quis
enim ſine pc̃tõ? ſed qui ſine iſto peccato eſt,
prior in illam lapidem mittat: tunc forſitan
cogitarent qui indignabantur ꝙ adulteram
non occiderent, quanta illis Dei miſericor-
Cap. 8. dia parceretur ut adulteri uiuerent. Sed cum
hæc eis dicimus, non ſolũ nihil uolunt detra
here ſeueritati, ſed iraſcuntur inſuper uerita
ti, & loquuntur atque reſpondent: ſed nos ui
ri ſumus. An uero ſexus noſtri dignitas hanc
ſuſtinebit iniuriam, ut cũ alijs fęminis præ-
ter uxores noſtras ſi quid admittimus, in luẽ
dis pęnis mulieribus cõparemus? Quaſi non
propterea magis debeant illicitas concupi-
ſcentias uiriliter frenare, quia uiri ſunt: quaſi
non propterea magis debeant mulierib. ſuis
ad uirtutis huius exemplum ſe præbere, quia
K uiri ſunt: quaſi non propterea minus debeãt
libidine ſuperari, quia uiri ſunt: quaſi nõ pro
pterea minus debeant laſciuienti carni ſerui
re, quia uiri ſunt? Et tñ indignantur ſi audiant
adulteros uiros pendere ſimiles adulteris fę
minis, cum tanto grauius eos puniri oportue
rit, quanto magis ad eos pertinet & uirtute
uincere, & exemplo regere fęminas. Chri-
ſtianis equidem loquor, qui fideliter audiũt,
Caput mulieris uir: ubi ſe agnoſcunt duces, Ephes.5.
illas autem comites eſſe debere. Et ideo ca- 1.Co.11.
uendum uiro illac ire uiuendo, qua timet ne
uxor ſequatur imitando. Sed iſti quibus di-
ſplicet, ut inter uirum & mulierem par pudi
citiæ forma ſeruetur, & potius eligunt, maxi
meq; in hac cauſa, mundi legibus ſubditi eſ-
ſe quam Chriſti, qm̃ iura forenſia non eiſdẽ
quibus fęminas pudicitiæ nexibus uiros ui- L
dentur obſtringere: legant quid Imperator
Antoninus, non utiq; Chriſtianus, de hac re Lex Cæ
conſtituerit, ubi maritus uxorem de adulte- ſaris.
rij crimine accuſare non ſinitur, cui morib.
ſuis non præbuit caſtitatis exemplum, ita ut
ambo damnentur, ſi ambos pariter impudi-
cos conflictus ipſe conuicerit. Nam ſupradi
cti Imperatoris hæc uerba ſunt, q̃ apud Gre-
gorianum leguntur. Sane, inquit, meæ literæ
nulla parte cauſæ præiudicabunt. Neque.n.
ſi penes te culpa fuit ut matrimonium ſolue
retur: & ſecundum legem Iuliam Eupaſia
uxor tua nuberet: propter hoc reſcriptum
meum adulterii damnata erit, niſi conſtet eſ
ſe cõmiſſum. Habebunt autem ante oculos
inquirere, an cum tu pudice uiueres, illi quo
que bonos mores colendi author fuiſti. Per-
iniquum enim mihi uidetur eſſe, ut pudici-
tiã uir ab uxore exigat, quã ipſe nõ exhibet:
quæ res poteſt & uirum damnare, non ob cõ
penſationem mutui criminis rem inter utrũ
que cõponere, uel cauſã facti tollere. Si hæc
obſeruanda ſunt propter decus terrenæ ciui
tatis, quanto caſtiores q̃rit cęleſtis patria &
ſocietas angelorum? Quæ cũ ita ſint, nũquid
ideo minor eſt, ac non potius maior & pe-
ior uirorũ impudicitia, quia ineſt illis ſuper-
ba & licentioſa iactantia? Non igitur exhor- Ioan.8.
reant uiri, ꝙ adulteræ Chriſtus ignouit, ſed
potius cognoſcant ẽt periculum ſuum, & ſi-
mili morbo laborantes, ad eundem Saluato-
rem ſupplici pietate confugiant: & ꝙ in illa
factum legunt, ẽt ſibi neceſſarium eſſe fatean
tur, adulteriorum ſuorum medicinam ſuſci-
piant, adulterare iam deſinant, laudent in ſe M
Dei patientiam, agant pęnitentiam, ſumant
indulgentiam, mutent de pęna fęminarũ &
de ſua impunitate ſententiam. Quibus conſi
deratis atq; tractatis, ſi cõmunis conditio, Mat.9.
cõe malum, commune periculum, cõe vul-
nus, cõis ſalus, fideliter & humiliter cogite- 23.q.1
tur, non erit turpis neq; difficilis, etiam poſt Nõ er
perpe-

perpetrata atque purgata adulteria reconci-
liato coniugiũ, vbi per claues regni cęlorũ
non dubitatur fieri remissio peccatorũ: non
vt post viri diuortiũ adultera reuocetur, sed
vt post Christi consortium adultera non vo
cetur. Verum ecce nõ fiat, nemo compellit,
quia forte lex ali qua huius seculi hoc vetat
D secundũ terrenæ ciuitatis modũ, vbi cogitat
non est abolitio criminũ per sanguinẽ san-
ctũ. Suscipiatur ergo continentia, quã nulla
lex prohibet: in alia nõ eatur adulteria. Et q̃d
ad nos, si nec saltẽ diuina miseratione mũda
ta marito recõciliatur à Deo adultera, dum
tñ non reconciliatis adulteris, non alia fiant
quasi cõnubia, quę conuincuntur esse adulte
ria? Mulier.n. alligata est quandiu vir eius vi-
uit: Ergo cõsequẽter & vir alligatus est, quã-
diu mulier eius viuit. Hæc alligatio facit, vt
alij cõiungi sine adulterina copulatione nõ
possint. Vnde necesse est ex duobus cõiugi-
bus quatuor adulteros fieri, si & illa altera nu
pserit, & illa alterã duxerit. Quãuis enim sce
leratius męchetur, vt qui non causa fornica
tionis vxore dimissa alteram duxerit: ꝙ genus
adulterij cõmemorauit Matthæus: tñ non so
lũ ipse męchatur: sed sicuti est apud Marcũ.
Mar.19. Quicũq; dimiserit vxorẽ suã, & aliã duxerit,
adulteriũ cõmittit super eã: & si vxor dimise
rit virũ suũ, & alij nupserit, męchatur: & si-
Luc.16. cut est apud Lucã, Omnis qui dimittit vxorẽ
suã, & ducit alteram, męchatur: & qui dimis
sam a viro duxerit, męchatur. De quibus te-
stimonijs iã satis in libro superiore disserui.
Cap.10. Sed respondes mihi, Continenter viuere pau
corũ est. Et ideo qui fornicantes coniuges di
miserunt, quoniã non possunt reconciliari,
tantũ se vident periclitari, vt legẽ Christi nõ
humanã, sed feralẽ pronũcient. O frater, quã
tũ ad incontinentes pertinet, multas quere-
las habere possunt, quibus vt dicis, legẽ Chri
sti feralem pronuncient non humanam: Et ta
E men non propter illos Euangelium Christi
peruertere, vel mutare debemus. Te quippe
sola eorum querela permouet, qui coniuges
causa fornicationis intercedente dimittunt,
si alias ducere non sinantur: quoniam conti-
nere paucorum est, atq; ad id debent laude
exhortari, nõ lege cõpelli. Itaque si dimissa
adultera, non ducitur altera, iustã querelam
sicut putas habebit hominũ incõtinentia. Sed
attende quam plura sunt, vbi si querelas in-
continentium velimus admittere, necesse no
bis erit adulteria fœda permittere. Quid si.n.
aliquo diuturno & insanabili morbo corpo
ris teneatur coniunx, quo concubitus impe-
diatur? Quid si captiuitas vel vis aliqua sepa
ret, ita vt sciat uiuere maritus uxorem cu-
ius sibi copia denegatur, censesne admittẽda G
incõtinentiũ murmura, & permittenda adul
teria? Quid in hocipso vnde interrogatus est
dominus, respõditq; fieri non debere, sed
ad duritiã cordis illorũ, Moysen permisisse
dari libellũ repudij, & quacunq; causa dimi
tere cõiugẽ. Nõne lex Christi incõtinẽtibus
displicet, qui uxores litigiosas, iniuriosas, im
periosas, fastidiosas, & ad reddendum debi-
tum coniugale difficillimas, repudio inter-
posito abijcere volũt, & alteras ducere? Iã er
go quia istorũ incõtinẽtia legẽ Christi hor-
ruit ad eorũ lex Christi arbitriũ cõmutanda
est? Iã porro si maritũ relinquat vxor, uel ma
ritus uxorẽ non causa fornicationis, sed po-
tius continentię, sitq; incõtinẽs, cui repudiũ
pp hoc datur, quæro utrum nõ erit adulter
vel adultera si alteri copulatur? Si nõ erit, di-
citur, dño cõtra dicit, cuius hæc uerba sunt,
Dictũ est aũt. Quicunq; dimiserit uxorẽ suã,
det illi libellũ repudij. Ego aũt dico, quia oĩs Mat.5.
qui dimiserit uxorem suã excepta causa for
nicationis, facit eam męchari: & qui dimis-
sam duxerit, adulterat. Ecce dimissa est, non
dimisit: & quia cõtinere paucorũ est, incõti-
nẽtiæ cessit & nupsit, & tñ adulter adulteram
duxit. Ambo rei, ambo dãnandi sunt: quæ nu
psit viuo marito, & qui duxit eã cuius uiuit
maritus. Nũquid hic legẽ Christi dicimus in
humanã, qua constituitur rea tanta criminis
atq; punitur, quam uir nulla eius pręcedẽte
fornicatione dimisit: & quia paucorũ est cõ
tinere, dimittendo cõpulit nubere? Cur non H
hic dicimus habẽdũ esse pro mortuo, q̃ male
dimittẽdo, prior cõiugale uinculũ rupit? Nã
qua ratione dicturus es eã rupisse uinculũ
cõiugale, qui licet sit męchus, nõ dimisit u-
xorẽ, & eum non rupisse, qui ẽt castã dimi-
sit uxorẽ? Ego aũt dico ĩ utroq; manere hoc
uinculũ, quo mulier alligata est, quandiu uir
eius uiuit, siue cõtinens, siue męchus. Et iõ
męchari eã quæ dimissa nupserit: & męcha-
ri eum qui dimissam duxerit: siue a męcho
siue a continẽte dimissa sit: qm̃ mulier alliga
ta est quandiu uir eius uiuit. Sed nũc de que-
relis

relis continentium disputamus. Quid.n. vide
1. Cor. 7. tur iustius, huius mulieris querela quæ dicit
dimissa sum, non dimisi, & quoniã contine-
re paucorũ est, non me continui, ne fornica
rer nupsi, & dicor mœchata q̃a nupsi? Nũq̃d
propter huius quasi iustam querelã, legẽ cen
sebimus immutandã esse diuinã, vt istam nõ
iudicemus adulterã? Absit, sed r̃ndebis non
eã debuisse dimitti, quia fornicationis nulla
causa præcesserat. Verũ dicis, nãp̃ctũ mariti
A eius dominus expressit, vbi ait, Qui dimise-
Matt. 5. rit vxorem suam, excepta causa fornicatio-
nis, facit eã mœchari. Sed nunquid ista ideo
nubendo postea non peccauit, quia prius di
mittẽdo ille peccauit? Quid ergo ei prodest,
q̃ de lege Christi mulier incontinens quęri-
tur, nisi vt murmurans puniatur? Iam nunc ẽt
Cap. 11. illa videamus quę alio loco interponens ad
ea r̃ndere voluisti. Vbi te mouet, & misera-
ris hominẽ qui cubare cũ adultera, etiam si
non incontinentia, certe filiorũ procreando
rum necessitate cõpellitur, si non ei licet sic
eam dimittere, vt ea viuente alteram ducat.
Vnde recte moueereris, si adulterium non es
set, quãuis adultera viua vxore, alteram du
cat. Si autẽ adulteriũ est, vt ea quæ sunt di-
sputata docuerunt, quid obtenditur procreã
dorum causa filiorum? Nõ enim propterea
flagitiorũ est permittenda licentia, aut vero
tam cauendum est sine posteris mori, quam
eligendum pudice in posterum viuere. Quid
non sinentur adulteri, quos necesse est post
primam mortẽ secundę mortis ęternitate dã
nari. Nam procreandorum filiorum ista cau
satio, etiã non adulteras, sed castissimas fę-
minas, si forte sint steriles, cogit dimitti, &
alteras duci, quod tibi existimo non placere.
Cap. 12. Quapp̃ si causa incõtinentię nõ sunt excusan
1. Cor. 7. da adulteria, quãto minus excusantur pro-
creandorũ causa filiorũ? Illi quippe infirmi-
tati, hoc est, incõtinentiæ, voluit Apostolus
B subueniri honestate nuptiarũ. Nõ.n.ait, Si fi-
lios non habet, nubat: sed si se nõ cõtinet, nu-
bat. Filiorum quidẽ propagatione compen
santur, q̃ incõtinẽtiæ nubendo ceditur. Nam
vtiq; incontinentia vitiũ est: cõiugiũ autẽ nõ
est vitiũ. Et ideo fit per hoc bonũ, vt illud ve
niale sit malũ. Cũ sint ergo nuptię causa ge-
nerãdi institutę, ea causa fiebant a patribus,
qui tãtũ officio generandi fęminis, sed non
illicite miscebantur. Erat.n.tunc quædã pro
pagandi necessitas quę nunc non est: quoniã
tempus amplectẽdi sicut scriptum est quod
vtiq; tunc fuit, & tempus continendi ab am- Eccle. 3.
plexu, quod nunc est. De quo tẽpore Aposto
lus loquens ait, De cętero fratres tẽpus bre-
ue est, reliquũ est vt & qui habent vxores, tã
quã non habentes sint. Vnde nunc rectissime
dicitur. Qui põt capere, capiat: qui aũt se nõ
continet nubat. Tunc ergo etiã continentia 1. Cor. 7.
propter propagationẽ filiorum in nuptiarũ
descendebat officio, nunc autem vinculum C
nuptiale incontinentiæ subuenit vitio: vt ab
eis qui se non continent, nõ per turpitudinẽ
stuprorum, sed per honestatem cõiugiorũ,
fiat propagatio filiorũ. Cur ergo nõ dicit A-
postolus, si filios non habet, nubat? Quia sci
licet hoc tempore continendi ab amplexu,
non est necesse filios propagare. Et quare di-
cit, si se nõ continet, nubat? Vtiq; propterea,
ne per eã incontinentiã cogatur adulterare.
Si ergo se cõtinet, nec nubat, nec generet. Si
autẽ se non continet, licite nubat, ne turpiter
generet, aut turpius cõcũbendo non generet.
Quanquam hoc quod vltimum dixi, nõnul-
li faciunt etiã licite coniugati. Illicite nanq;
& turpiter etiam cũ legitima vxore cõcũbi-
tur, vbi prolis conceptio deuiatur. Quod fa-
ciebat Onan filius Iudę, & occidit illũ pro- Gen. 38.
pter hoc Deus. Propagatio itaq; filiorũ, ipsa
est prima & naturalis & legitima causa nu-
ptiarũ. Ac per hoc qui propter incontinen-
tiam cõiunguntur, non sic debent temperare
malũ suum, vt bonum exterminent nuptia-
rũ, i. propaginẽ filiorũ. De incontinentibus
quippe loquebatur Apostolus vbi ait, Volo 1. Tim. 5.
igitur iuniores nubere, filios propagare ma-
tresfamilias esse, nullã occasionẽ dare aduer
sario maledicti gratia. Iam.n. conuersæ quę-
dã sunt retro post satanam. Cũ itaq; dicebat,
volo iuniores nubere: hoc vtique monebat
propter ruinã incontinentiæ fulciẽdã. Sed
ne forte ab eis sola carnalis cõcupiscẽtiæ co
gitaretur infirmitas, cui tãtũmodo esset ope-
re connubij seruiendũ: nuptiarũ autẽ vel cõ D
temneretur, vel negligeretur bonũ: cõtinuo
subiunxit, filios procreare, matresfamilias es
se. Quod vero eligunt cõtinere, aliquid vtiq;
melius eligunt quam est nuptiarũ bonũ, hoc
est generatio filiorũ. Vnde si eligitur cõtinẽ-
tia, vt bono nuptiarũ melius aliq̃d capessat,
quãto potius custodienda est vt adulterium
cauea-

caueatur. Cum.n.dixisset Apostolus, Quod si se non continet, nubat: melius est.n.inquit, nubere q̃ vri. Non dixit, melius est męchari q̃ vri. Nõ est ergo ad ꝙ exhortemur eos qui reconciliari timent coniugib. adulteris pœnitendo sanatis, nisi ad custodiendã continẽtiã. Qm̃ mulier alligata quãdiu, siue męchus siue castus vir eius viuit, męchat̃ si alteri nupserit: & vir alligatus quãdiu, siue męcha, siue casta vxor eius viuit, męchatur si alteram duxerit. Hæc nanq; alligatio qñquidem non soluitur, ẽt si per repudiũ coniunx casto corpore separetur: multo minus soluitur, si non separata męchetur. Ac per hoc non eã soluit nisi mors coniugis, non in adulteriũ corruẽtis, sed de corpore exeuntis. Quapropter si recesserit mulier ab adultero viro, & ei reconciliari nõ vult, maneat innupta: & si dimiserit vir adulterã mulierẽ, & eã nõ vult recipere nec post pniam, custodiat continentiam: & si non ex voluntate eligendi potioris boni, certe ex necessitate vitandi pernitiosi mali. Ac per hoc ad hoc exhortarer ẽt si vxor esset in languore insanabili atq; diuturno, aut ẽt si alicubi esset corpore separata, quo maritus non posset accedere. Postremo ad hoc exhortarer ẽt si mulier volens viuere continenter, quãuis contra disciplinam, quia non ex consensu, tñ pudicum pudica dimitteret. Puto.n. Christianũ neminem reluctari, illũ adulterũ esse, qui vel diu languente, vel diu absente, vel continenter viuere cupiente sua vxore, alteri cõmixtus est feminæ. Sic ergo & dimissa adultera, adulter est cum adultera, qm̃ non ille, aut ille, sed omnis qui dimittit vxorem suam & ducit alteram, mœchatur. Quapropter si a coniugali vinculo immunis minus appetitur vita sanctorũ, exhorreatur pęna męchorum. Et timore saltẽ frenetur cõcupiscentia, si amore non eligitur continentia. Si.n. vbi est timor operetur labor, vbi erat labor, erit & amor. Non.n. confidendũ est de nostris viribus, sed oratio adiungenda conatibus, vt impleat bonis, qui deterret a malis. Rñdeamus ẽt ad illud, vbi putas maritos ad puniendas adulteras sine vlla miseratione cõpelli, cũ volunt eas mori, si eis viuentibus nõ licet eis alteras ducere. Quã crudelitatẽ volens exaggerare dixisti, Non mihi vr̃ amantissime pater hic diuinus esse sensus, vbi benignitas & pietas excludit. Ita ista dicis, quasi propterea mariti parcere debeant adulteris fęminis, quia licet eis alteras ducere: aut si nõ licet, nõ parcant vt liceat. Quinimo propterea debent peccatricibus præbere misericordiã, vt & ipsi pro suis peccatis misericordiã consequantur. Et multo magis hoc eis faciẽdum est, qui dimissis vxoribus adulteris cupiunt viuere continenter. Tanto quippe debent esse misericordiores, quãto volunt esse sanctiores: vt ad castitatẽ in seipsis seruandã diuinitus adiuuentur, dum castitatẽ ab vxoribus violatã, nec ipsi humanitus vlciscũtur: & maxime vox illa dñica est eis in memoriã reuocãda, Qui sine peccato est, prior in illã lapidẽ iaciat. Non qui sine ipso peccato est, qũo loquimur de pudicis viris, sed qui sine peccato est: ꝙ si esse se dixerint, seipsos seducunt, & veritas in eis non est. Porro si non se seducunt, & est in eis veritas, non erit in eis cruenta seueritas. Scientes.n. se non esse sine pc̃tõ, dimittunt vt dimittatur eis: ne ab eis benignitas & pietas excludatur. Magis.n. hęc excluduntur, si peccatis coniugum ab eis impetret veniam licentia libidinis, non cura pietatis, i. vt propterea parcant, quia licet eis alteras ducere, & non potius propterea, quia volunt & sibi dñm parcere. Quanto itaq; melius, & honestius, christiana deniq; professione dignius, vt parcant adulterarũ sanguini vxorum, ꝙ scriptũ est, eis dicimus, Dimitte iniustitiã proximo tuo, & tunc peccanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat irã, & a dño quærit medelã. Super hominẽ similẽ sibi non habet misericordiã, & de pec catis suis deprecatur. Cũ ipse caro sit seruat iracundiã, quis propitiabitur peccatis illius? Et de Euangelio, Dimittite & dimittetur vobis, ut possimus dicere, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitorib. nostris: Et de Apostolo, Nulli malum pro malo reddentes: & si qua sunt hmõi in scripturis sanctis, quibus ad vlciscendum qñ humanus animus excitatur, quia christianus est, mitigatur. Quanto inq̃, melius ista dicimus, q̃ vt dicamus, Tm̃ adulteras istas dimittite, & earũ nolite sanguinẽ quærere: q̃cquid doloris ex earũ flagitijs habetis, cõsolabuntur uos aliæ quas duxeritis: merito.n. velleris istas de uiuentiũ numero auferre, si earũ uita impedimento esset, quo minus alias duceretis. Nũc uero, etiam istis uiuentibus, cum liceat alia

vobis matrimonia prouidere, quid eas tantopere vultis occidere? Hæc si dicimus, nonne attendis quã nostra suasio longe sit a charactere Christiano: quia & falsum dicimus, eis licere ꝙ non licet, hoc est istis uiuentib. ut alijs copulentur: & si propterea illis pepercerint, nõ parcent propter pietatem, sed
M propter aliarum nuptiarum liberam potestatem. Postremo quæro abs te, utrum marito Christiano liceat, uel secũdum ueterem Dei legem, uel Romanas, adulterã abijcere? Si licet, melius est ut ab utroq; se temperet, i. & a licito illa peccante supplicio, & ab illicito illa uiuente coniugio. Quod si alterutrum eligere perseuerat, satius est ei facere ꝙ licet, ut adultera puniatur, quam id quod nõ licet, ut ipsa uiua ille mœchetur. Si autẽ ꝙ uerius
33. q.2. c.si quod. dr̃, non licet homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantũ dimittere quis est tam demens qui ei dicat, fac ꝙ non licet, ubi liceat quod non licet? Cum enim utrunque secundum legem Christi illicitum sit, siue a dulteram occidere, siue illa uiuente alteram ducere, ab utroque abstinendum est, nõ illicitum pro illicito faciendum. Si enim facturus est quod nõ licet, iam facit adulteriũ, & non facit homicidium, ut uiuente uxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat. Quod si est utrunque nephariũ, nõ debet alterum pro altero perpetrare, sed
Cap.16. utrunque uitare. Hic uideo quid dici ab incontinentibus posit. Quod uidelicet qui dimittit & uiuere permittit adulteram si alteram duxerit, quamdiu prior illa uiuat, perpetuus adulter est, nec agit pœnitentiam fructuosam a flagitio non recedens. Nec si cathecumenus est, ad baptismum admittitur, quoniam ab eo ꝙ impedit non mutatur: nec reconciliari penitus potest in eadem nequitia perseuerans. Si autem accusando adulteram occiderit, hoc peccatum quoniam trans-
A actum est, & in eo non permanetur, & si a cathecumeno factum est, baptismate abluitur, & si a baptizato, pœnitentia & reconciliatione sanatur. Sed nunquid propterea dicturi sumus adulteriũ, nõ esse adulteriũ ꝙ sine dubio cõmittit, si cõiuge adultera uiuẽte, altera ducitur? Sed hoc adulterij genere excepto, nempe non dubitas esse adulterium, si quisquam ducat uiuentis uxorem, uiro suo per libellũ repudij sine ulla mulieris fornicatione dimissam. Quid ergo, cum uiderit se nec ad baptismũ admitti si cathecumenus est, nec utiliter agere pœnitentiam si baptizatus hoc fecerit non corrigendo & relinquendo quod fecit: si eũ uoluerit, & potuerit occidere cuius duxerit uxorem, ut hoc scelus uel baptismate diluatur, uel pœnitendo soluatur, atque B
ita etiam illud adulterium non permaneat, euacuata muliere a lege uiri post mortem uiri, sed de transacto quod factum est per pœnitentiam satis fiat, uel regeneratione deleatur? Nunquid propterea est accusanda lex Christi, tanquam compulerit fieri homicidium cum sine crimine fornicationis, repudiatam ducere, dicit esse adulterium? Hic enim si parum quid loquamur attendimus, multo grauiora dici possunt quam ipse dixisti. Nã tu dum non uis esse adulteria, si aliæ ducantur dimissis adulteris, hoc inuenisti, quoniam si hæc adulteria dixerimus, cogentur mariti occidere adulteras, quarum uita impediuntur alteras ducere. Atque ut hoc exaggerares, dixisti, Non mihi uidetur amantissime pater hic diuinus esse sensus, ubi benignitas & pietas excluditur. Si ergo quispiam nolens credere esse adulterium, quando a marito sine fornicationis crimine repudiata ab altero ducitur, & hoc contra te inueniat, quia ista ratione suadetur hominibus homicidia perpetrare, & earum maritos quas eo modo repudiatas duxerint, uel insidiis quibus potuerint, uel calumniis appetere, uel aliquibus ueris criminibus accusare & occidere, ut eis mortuis possint esse coniugia, quæ uiuis fuerant adulteria: nonne id exaggerando tibi dicturus est, non mihi uidetur amantissime frater hic diuinus esse sensus ubi non solum benignitas & pietas excluditur, sed etiam ingens malignitas & impietas excitatur? Quandoquidem multo est leuius, & tolerabilius, ut adulteras mariti, quam ut maritos C
adulteri occidant. Placet ne tibi ut propter uanissimam inuidiam, dominicæ defensionem sententiæ deferamus, uel etiam insuper accusemus dicentes, non debere adulterium uindicari, etiam si præter causam fornicationis repudiata a uiro alteri coniungatur, ne maritum eius a quo dimissa est compellatur occidere, dum adulterium in connubiũ cupit uiri prioris morte cõuertere? Scio

hoc

hoc tibi non placere, vt propter hanc vanissimam inuidiam, lex Christi cũ vera inueniatur & sana, dura & inhumana dicatur. Sic itaque non tibi debet videri ideo negandũ esse adulterium, qñ vxore adultera viuente altera ducitur, quia potest maritus per hoc cogi adulteram occidere dũ cupit sibi licere illa D extincta alteram ducere, si hoc ea viuente nõ licet facere. Quid si.n. illud dicant Christianæ fidei detractores, cogi homines occidere vxores suas insidiarũ sceleri bus quas molestas ferre non possunt, siue diturno languore laborantes, & pati concubitũ non valentes, siue pauperes, siue steriles, siue deformes, aliarũ spe ducendarũ, sanarũ, opulentarũ, fęcundarum, pulcherrimarũ amore: quia eas quas perpeti nolunt præter causam fornicationis repudiare non licet, & alteras ducere, ne perpetuo deuincti adulterio, nec baptizari possint, nec pęnitendo sanari. Nũquid ꝓpterea ne ista homicidiorũ scelera perpetrẽtur, dicturi sumus non esse adulteria, si repudiatis præter causam fornicationibus vxoribus, sibi alteras copulauerint? Cap.17. Iã vero ex hoc ꝙ sapis non esse adulterium, si vir vxorẽ causa fornicationis abiecerit & alteram duxerit, nonne arbitraris cauẽdũ, ne dicant viri vxores quas propter alias innumerabiles causas ferre non possunt, męchari cogere, vt ab eis vinculo coniugali per fornicationẽ, sicut putas soluto, non liceat eis alteras ducere: & ex eo, & illas męchari coegerunt, aut baptismate ablui, aut pęnitendo sanari, quoniã illis & gratia & medicina negabitur quãdiu cũ adulteris viuent, si prioribus præter causã fornicationis repudiatis, alteras duxerint? Nisi forte quis dicat, neminem posse vxorẽ suã męchari facere si pudica est: & tamen dñs, Mat. 5. Omnis qui dimiserit, inquit, vxorẽ suã præter causam fornicationis, facit eam męchari. Vtiq; propterea, quia cũ esset pudica cũ viro, E tñ dimissa cogitur per incontinentiã viuo priore alteri copulari, & hoc est męchari. Quod si hoc ista non fecerit, tamen ille q̃tũ in ipso est facere cõpulit, & hoc ei Deus peccatũ ẽt si illa casta permaneat, imputabit. Sed quis nesciat quã sint rarissimæ quæ ita pudice viuant cum viris, vt ẽt si ab eis dimittantur, alios nõ requirant? Incõparabiliter quippe numerus est amplior fęminarũ, quę cum pudice adhęreãt maritis, tamẽ si dimissæ fuerint a maritis, non differunt nubere. Cum ergo crediderint homines domino dicẽti, Omnis qui dimiserit vxorem suã, præter causam fornicatonis, facit eã męchari: si crediderint & tibi dicenti, muliere fornicante licere viro eius alterã ducere: quisquis voluerit propter G alias quaslibet molestias carere vxore cui coniunctus est, prius eã męchari faciat sine fornicatione dimittendo, vt tunc ducat alteram, cum fuerit illa męcha nubendo: ac si a priore peccato quo eam męchari fecit, siue per baptismum, siue per pęnitentiam liberatus, sine suo adulterio eam sibi habere videatur, quam post prioris adulterium, tanquam hinc soluto matrimonij vinculo, alteram duxerit. Quod quidem si fuerit machinatus, & vxorem suam męcham faciet, & ipse quãuis post adulterium coniugis aliam ducendo męchus erit, nihilq; illi proderit ꝙ tibi credidit, & non ei potius qui nullo excepto ait, Omnis qui reliquerit vxorem suam & aliam duxerit, męchatur. Luc. 16. Quibus omnibus consideratis atq; tractatis, restat vt ab eis cap. 18. qui hæc fideliter audiũt, dicatur nobis quod domino dictũ est, Si talis est causa cũ vxore, non expedit nubere. Quibus & nos quid respondeamus, Mat. 19. nisi quod ipse respondit, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datũ est? Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. Ergo qui potest capiat, quod non omnes capiunt. Possent autem capere quibus hoc præstat Dei misericordia occulta, sed non iniusta. Sed in his omnibus qui seipsos castrauerunt propter regnum cęlorum, alij sunt qui in vtroq; sexu concubitum nesciunt, alij qui experti & auersi sunt, partim quidẽ illicite, partim vero licite experti. Porro in his qui licite experti sunt, H quidã sunt qui non nisi licite, quidam & illicite & licite. Sunt quippe in eis qui coniugia sua tantum sciunt: sunt autem qui & alias fęminas ac stupra quælibet. Sed qui post cõcubitũ coniugum seipsos castrant propter regnum cęlorum, aut morte amittunt coniuges, aut consensu cum eis continentiam profitentur, aut necessitate diuortiorum, ne viuis coniugibus se alijs copulando adulteria perpetrent, castrant seipsos propter regnum

cęlorum, non vt clariores esse possit, sed ꝙ aliter ibi esse non possunt: nam qui non ista necessitate se continent, sed boni appetitione melioris, possent ibi esse, etiã seruata pudicitia coniugali, quanuis in pręmijs minoribus, tñ intus erunt. Qui vero propter se cõtinent, quia prioribus cõiugibus viuis timẽt alijs cõiugari, maiorẽ curã debent gerere ꝓ salute, quã gesserunt illi a quibus cõtinentia pro munere dilecta est ampliore. Tunc quip

H

pe ibi erunt, si adulteri non erunt. Si aũt non continent, adulteri erũt, quia viuẽtibus pri-

Al.l.pro-prijs.

stinis, nõ cõiugibus alteris, * sed adulteris adhęrebũt. Et si a regno cęlorũ aberunt, vbi erunt, nisi vbi salui non erunt? Hos igitur allo

Cap.19.

quor, vt quod facere deberent si haberent cõiuges diuturno languore marcescentes, vel loco sibi inaccessibili absentes, vel animositate illicita continentes, hoc faciant si habuerint coniuges adulterina inquinatione sordẽtes, & propter hoc a suo consortio diuortiãtes, non alia quærant coniugia, quia nõ erũt coniugia, sed adulteria. Cũ enim par forma sit in hoc vinculo viri & vxoris, sicut vxor viuẽte viro vocabitur adultera, si fuerit cũ alio viro: ita & vir viuente vxore vocabitur adul

Al.l.alte-ra.

ter, si fuerit cũ adultera * muliere. Etsi enim grauius qui præter causam fornicationis, omnis tamen qui dimiserit uxorem suam & aliã duxerit, męchatur. Non eos terreat sarcina continẽtię: leuis erit: Christi erit, si fides ade-

Luc. 16.

rit, quę impetrat a iubente quod iusserit. Nõ eos frangat, quod videtur eorũ continentia necessitatis esse, non voluntatis, quia & illi qui eam voluntate delegerunt, fecerunt eam esse necessitatis, quoniam vani sine damnatione ab illa deuiare non possunt: & qui in eam necessitate contrusi sunt, faciunt eam esse uolũtatis, si nõ de seipsis, sed de illo a quo est bonũ omne cõfidunt. Illi ad eã cõscenderunt causa maioris glorię, vt aliquid amplius inuenirent: isti ad eã confugerũt cura salutis nouissimæ, ne perirent: vtriq; permaneant, vtriq; in quod peruenerunt ambu-

I

lent vsq; in finẽ, ferueant studijs, supplicent votis: quia & illis salus cogitanda est, vt ab eo quod voluntas arripuit cadere timeant: & istis gloria desperanda non est, si in eo ꝙ necessitas intulit, persistere diligant. Fieri enim potest, vt Deo terrente & hortante, conuertẽte & implente, humanus in melius mutetur affectus: atq; ita voueant sine coniugijs, & sine vllo concubitu, atq; immunda libidinis attrectatione perseuerantissime viuere: vt etiam si separata coniugia, locũ ducẽdi alias moriendo aperuerint, claudatur ex voto qđ pateret ex licito, & quod erat necessitate cęptũ, fiat charitate perfectum. Talibus profe-

K

cto retribuetur quod illis, qui vel pari consensu cum coniugibus hoc vouerunt, vel nullis coniugijs alligati, propter maius bonum cõtinentiam delegerunt. Si aũt ita se continent, vt si moriantur quarũ vita coniugari impediuntur, alias ducere cogitent: profecto etiã si prius ipsi in tali continentia de corpore abscedant, non eis imputatur nisi ad pudicitiã coniugalẽ, propter quam non faciunt quod facerent si liceret. Hac quippe intentione cõtinenter viuere parum est ad accipiẽda illius quæ liberius eligitur continẽtiæ præmia, sed

Cap. 20

sufficit ad cauenda adulteria. Hæc aũt me de vtroque sexu memineris dicere, sed maxime propter viros qui propterea se fęminis superiores esse arbitrantur, ne pudicitias pares esse dignentur: in qua etiam præire debuerunt, vt eos illæ tanquã sua capita sequerentur. Qñ autem lex prohibet adulteria, si obtentu incontinentię carnalis infirmitatis admittatur excusatio, multis sub nomine falsæ impunitatis, pereundi aperitur occasio. Neque enim carnem non habent fęminę, quibus viri aliquid tale nolũt licere, quasi eis quia viri sunt liceat. Sed absit hoc a meliori sexu vt tanquam honori debeatur, quod pudori detrahitur, cum honor iustus virtuti, nõ vitio debeatur. Quinimmo cum a fœminis vtique habentibus carnem, tantam flagitant castitatem, vt quando ab vxoribus diutissime peregrinantur, velint eas ab adulterino concubitu intaminatas feruorem transigere iuuen-

L

tutis: vt plurimę pudicissime transigunt, &

Syrin ii.

maxime Syrę, quarum mariti negociandi quęstibus occupati, iuuenes adolescentulas deserunt, & vix aliquando senes ad aniculas reuertuntur: eoipso euidentius conuincunt non esse impossibile, quod se non posse causantur. Si enim hoc non posset infirmitas hominum, multo minus id posset sexus infirmior fęminarum. Vnde istos qui virilem excellentiam, non putant nisi peccandi licentiam, quãdo terremus ne adulterinis cõiugijs hærendo pereant in æternum, sole-

mus eis proponere etiam continentiam clericorum, qui plerunque ad eãdem sarcinam subeundam capiunt inuiti, eamq; susceptam vsq; ad debitum finem, dño adiuuante perducũt. Dicimus ergo eis, Quid si & vos ad hoc subeundum populorũ violentia caperemini: nonne susceptum caste custodiretis officiũ, repente conuersi ad impetrãdas vires a dño, de quib. nunquam antea cogitastis? Sed illos inquiunt honor plurimum cõsolatur. Rñdemus, & vobis timor amplius modereĩ. Si.n. hoc multi Dei ministri repente atq; inopinãter impositum susceperunt, sperantes se illustrius in Christi hæreditate fulgere, q̃to magis vos adulteria cauendo viuere cõtinenter debetis, metuẽtes non in regno Dei minus lucere, sed in gehẽnæ ignib. ardere. Hæc atque
A huiusmodi eis vt possumus dicimus, q̃ quoquo modo a se discedentib. vel p̃p adulteriũ dimissis coniugib. suis, alias volunt ducere, & quum prohibeĩ, infirmitatem nobis carnis opponunt. Sed iã liber etiam iste claudẽdus est, & rogandus Deus, vt aut eos tentari non sinat separationibus coniugum, aut ita sinat, vt timor periclitantis salutis, fiat illis amplioris siue probatioris occasio castitatis.

TRACTATVS DE Epicureis & Stoicis.

Cap. I.



Duertit nobiscũ charitas vestra cum legereĩ liber Actuũ Apostolorũ, Paulum locutum esse Atheniensib. & ab eis qui prædicationem veritatis irridebãt
Acto. 17 dictum fuisse, verborum seminatorẽ. Dictũ est q̃dem ab irridentib. sed nõ respuendũ est
B a credentib. Erat.n. reuera ille seminator verborum, sed messor morum. Et nos licet tantilli & nequaquã illius excellentiæ comparãdi, in agro Dei, quod est cor vestrum, verba Dei seminamus, & vberẽ messem de vestris morib. expectamus. Veruntñ vnde admonemur loq charitati vestræ, qđ ipsa locutione continetur, hortamur attentius aduertatis, si qũo adiuuante dño Deo nr̃o dicimus aliq̃d, quod nec facile nisi dicaĩ, ab omnibus possit intelligi, neq; cum intellectum fuerit, debeat ab vllo cõtemni. Apud Athenas loquebatur. Atheniẽses in omni literatura atq; doctrina per alios populos magna fama pollebant. Ipsa erat patria magnorũ Philosophorũ. Inde se per cæteras Græciæ atq; alias orbis terras varia & multiplex doctrina diffuderat. Ibi Apostolus loquebaĩ, ibi annunciabat Christum crucifixum. Iudęis quidem scãdalum, 1. Co. 1.
gentib. autem stultitiã, ipsis vero vocatis Iudæis & Græcis Christum Dei virtutẽ & Dei sapientiam. Hoc annũciare inter superbos & doctos quanti periculi fuerit, vestrũ est cogitare. Deniq; sermone finito, audita illa resurrectione mortuorum, quæ pręcipue fides est Christianorum, alii irridebant, dicebant aũt alii, Audiemus te de hoc iterum. Nec defuerunt qui crediderunt, atq; in eis nominatur quidam Dionysius Areopagites, i. Atheniensium principalis. Areopagos enim Atheniensium curia vocabatur. Et mulier quædam nobilis, & alii. Facta est ergo loquente Aposto- C
lo tripartita illa multitudo, per quosdam gradus mira distinctione disposita, irridẽtium, dubitantium, credentium. Quidam enim vt scriptũ esse audiuimus, irridebant. Quidam dicebant, Audiemus te de hoc iterum, isti dubitantes erant. Aliqui crediderũt. Inter irridẽtes & credentes, medii sunt dubitantes. Qui irridet, cadit: qui credit, stat: qui dubitat, fluctuat. Audiemus te de hoc iterum, inquiunt, incertum an casuri essent cum irridentib. an staturi cum credentib. Nunquid tñ inaniter laborauit seminator ille verborum? Ille vero Cap. 2.
si formidaret irridentes, non p̄ueniret ad credentes, qũo seminator ille Euãgelicus quem commemorat dñs. Nam vtiq; hoc erat Paulus, Mat. 13.
si trepidaret mittere semina, ne aliud caderet in via, aliud inter spinas, aliud in loca petrosa, nunquam semen posset etiam ad terram optimam peruenire. Et nos seminemus, D
spargamus, corda præparate, fructum date. Hoc quoq; si meminit charitas vestra cũ legeretur audiuim⁹, ꝙ quidam ex Philosophis Epicureis & Stoicis conferebant cum Apostolo. Qui sint vel fuerint Philosophi Epicurei & Stoici, idest, quid senserint, quid verũ esse putauerint, quid philosophando sectati sint proculdubio multi vestrum nesciũt, sed quoniam Carthagini loquimur, multi sciũt. Adiuuẽt ergo modo nos dicturos vobis. Ad rem quippe valde pertinet, quod puto esse dicendũ. Audiant nos, & nescientes instruantur, scientes commoneantur, illi cognoscãt,

illi recognoscant. Primo generaliter audite
Cap. 3. oīum Philosophorum cōe studium, in quo
studio cōmuni habuerunt quinq; diuisiones
& differētias snīarum propriarum. Commu
niter omnes Philosophi studendo, quęrēdo,
disputando, viuendo appetiuerūt apprehen-
dere vitam beatam. Hæc vna fuit causa philo
sophandi, sed puto ꝙ etiam hoc Philosophi
nobiscum commune habent. Si enim a vobis
quęram quare in Christum credideritis, qua
re Chriani facti fueritis: veraciter mihi om-
nis homo rñdet, pp vitam beatā. Appetitio
igitur beatę vitæ Philosophis Christianisque
D communis est. Sed res tam consona vbi inue
niri possit, inde qō est, deinde discretio. Nā
vitam beatam appetere, vitam beatam cōcu
piscere, desiderare, sectari, omnium hoīum
esse arbitror. Vnde me video parum dixisse
hunc appetitū beatę vitæ Philosophis Chri-
stianisq; communem, debui. n. dicere oīum
hominum prorsus oīum bonorum & malo
rum. Nam & qui bonus est, ideo bonus est
vt beatus sit, & qui malus est, malus nō esset,
nisi inde se beatū esse posse speraret. De bo-
nis facilis qō est, ꝙ beatam vitam quærant,
ideo boni sint. De malis vero aliqui dubitāt,
vtrum & ipsi beatam vitam quærant. Sed si se
paratos malos & a bonis discretos interroga
re possem & dicere, Vultis beati esse? nemo
diceret, nolo. Verbi gratia, pone aliquem fu-
rem, quæro ab illo, Quare furtū facis? Vt ha-
beam, inquit, qđ nō habebam. Quare vis ha
bere quod non habebas? Quia miserum est
non habere. Si ergo miserum est nō habere,
beatum putat habere. Sed in eo impudēs est
& errat, quia de malo vult beatur fieri, Bonū
est.n. beatum esse. Vnde ergo ille peruersus?
qa bonum quærit & malum facit. Quid quæ
E rit ergo? Quid aspirat cupiditas malorum? ad
mercedem bonorum. Beata vita merces bo-
norum est, bonitas opus est, beatitudo mer-
ces est. Deus op⁹ iubet mercedem proponit.
Dicit, hoc fac, & hoc accipies. Ille autē ma-
lus rñdet nobis, Nisi male fecero, beatus nō
ero. Tanquam dicat aliquis, ad bonum non
peruenio, nisi malus fuero. Nō vides, qa bo-
num & malum contraria sunt. Bonum quæ-
ris, & malum facis? In contrarium curris, qñ
cap. 4. peruenis? Relinquamus ergo istos, forte opti
mum erit vt ad eos redeamus, cum de Philo
sophis quod instituimus peregerimus. Non
enim arbitror sine causa per nescientes actū
esse aliquid malignum dispēsante diuina ip-
sa prouidentia, vt cum essent plurimæ philo
sophorum sectæ in ciuitate Atheniensi, non
contulerint cum Apostolo Paulo nisi Stoici
& Epicurei. Cum.n. audieritis quid sentiāt in
sectis suis, videbitis q̃ non frustra factum sit,
vt ex omnib. Philosophis solo cū Paulo cō-
ferrent. Neque.n. eligere sibi potuit, quib. al-
tercantib. rñderet, sed diuina sapiētia oīa gu
bernans hos ei apposuit, in qb. dissensionis
philosophorum tota propè causā cōsisteret.
Breuiter ego dico, Indocti credāt nobis, do-
cti iudicent de nobis. Puto quia mentiri non
audeo indoctis, iudicib. doctis, maxime qa
dico aliquid vbi pariter & docti & indocti
possint veraciter iudicare. Hoc ergo prius di F
co, hominem cōstare ex aīa & corpore. Hic
nō peto vt credatis, sed & vos peto vt iudice
tis. Non.n. timeo, ne in hoc dicto male quis-
quam iudicet de me, qui agnoscit se. Homo
ergo, qđ nemo ambigit, constat ex aīa & cor
pore. Substantia ista, res ista, psona ista homo
dr: Beatam vitam quærit, & hoc nostis: nec
insto vt credatis, sed admoneo vt agnoscatis.
Homo, inquam, i. res ista non parua, pręce-
dens oīa pecora, omnia volatilia, omnia &
natatilia, & quicqd carnē gerit & homo nō
est. Homo ergo cōstans ex aīa & corpore,
sed nō qualicunq; aīa, nam & pecus constat
ex aīa & corpore. Homo ergo constans ex
aīa rationali & carne mortali, quærit beatā
vitā. Quæ res faciat beatā vitam cum cogno-
uerit homo, nisi hāc teneat, hāc sequat, hanc
sibi vendicet, assumat si ptās est, petat si diffi-
cultas est, beatus esse non pōt. Tota igit quæ-
stio est, quid faciat beatam vitam. Cōstituite
nūc ante oculos vestros Epicureos, Stoicos,
& Apostolum, qđ etiam sic dicere potui Epi
cureos, Stoicos, Christianos. Interrogemus G
prius Epicureos, quę res faciat vitam beatā.
Rñdent, Voluptas corporis. Hic iam creda-
tis peto, quia iudices habeo, vtrū enim hoc
dicant, hoc sentiant Epicurei nescitis, quia il
las literas non legistis, sed sunt hic qui lege-
rūt. Redeamus ad interrogandos. Quid dici-
tis Epicurei, quę res facit beatā vitā? Rñdent,
Voluptas corporis. Quid dicitis Stoici, quæ
res facit vitam beatam? Rñdent, Virtus ani-
mi. Intēdat mecum charitas vestra, Christia-
ni sumus, inter Philosophos disceptamus.

Videte

Videte quare illæ duæ sectæ tantum procura tæ sunt cum Apostolo collaturæ. Nihil est in hoie qđ ad eius substantiã pertineat atq; naturam, præter corpus & aĩam. Horũ duorũ in vno, hoc est, in corpore Epicurei posuerunt beatam vitam: in alio, i. aĩa, Stoici posuerunt beatã vitam. Quãtum ad hoiem pertinet, si ab illo sibi est vita beata, nihil restat prę ter corpus & aĩam. Aut corpus est causa beatæ vitæ, aut aĩa est causa beatæ vitę, si plus q̃ris, ab homine recedis. Hi ergo qui beatam vitam hoĩs in homine posuerunt, alibi ponere oĩno nõ potuerunt, nisi aut in corpore aut in aĩa. Horũ qui in corpore posuerunt, principatum Epicurei tenuerunt. Horũ qui in aĩa posuerunt, principatũ Stoici tenuerunt. Ecce sunt, conferunt cũ Apostolo: aliquid ne plus hẽbat Apostolus? An vero vni harum duarũ sectę necessario consentire dẽret, vt etiã ipse cãm beatę vitæ, aut in corpore, aut in aĩa poneret? Nunq̃ poneret Paulus in corpore: hoc enim magnum nõ est, cum ipsi minime ponant causam beatitudinis in corpore, qui melius sentiũt de corpore & de anima hoc idẽ sentiunt, q vtrunque mortale est. Et quod est grauius & detestabilius, prius dicunt animã post mortem dissolui quam corpus. Adhuc inquiũt post efflatum spm̃ manente cadauere, & integris membrorum liniamentis aliquantum durantib. aĩa mox vt exierit veluti fumus vento diuerberata dissoluitur. Non ergo miremur, q summum bonum, i. beatitudinis causam in corpore posuerunt, quod se melius quam animam habere senserunt. Nũ quid hoc faceret Apostolus? Absit vt poneret in corpore summum bonum. Summum enim bonũ est causa beatitudinis, immo vero doluit Apostolus quosdã è numero Christianorum elegisse sn̄iam Epicureorum: non hominum, sed porcorum. Ex hoc. n. numero erant illi corrumpentes mores bonos colloquiis malis, & dicentes, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Epicurei contulerunt cum Paulo Apostolo, sunt & Christiani Epicurei. Quid enim sunt aliud dicentes quotidie, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur? Quo ptinet, Nihil erit post mortẽ, vmbræ enim transitus est vita nostra? Dixerunt enim apud se cogitantes non rectè inter cætera coronemus nos rosis antequam marcescent, nullum pratum sit quod nõ per

Cap. 5.

I

K

1. Co. 15.

Sapiẽ. 2.

transeat luxuria nostra, vbiq; relinquamus signa lætitiæ, qm̃ hæc est pars nostra, & hæc est sors. Hoc si atroci⁹ obiurgemus, si his cupiditatibus vehementius resistamus, dicẽt, & quod sequit: Opprimamus pauperem iustũ. Et tñ dicere vel in hoc loco positi non timemus, nolite esse Epicurei. Cogitate quidem illud, qđ dictum est ab his non rectè loquentib. Cras enim morimur: sed nõ omnimodo moriemur, manet. n. post mortem quod sequit mortem. Comes moriẽti, aut vita erit, aut pœna. Nemo dicat, Quis huc inde reuersus est? Diues ille purpuratus sero redire voluit, & permitti non potuit. Stillam sitiens inquisiuit, q esurientem pauperẽ fastidiuit. Nemo ergo dicat, Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. Si vultis dicere, cras enim moriemur, nõ prohibeo, sed aliud ante dicite. Epicurei q̃ppe velut non victuri post mortem, quasi aliud nihil habentes nisi qđ delectat carnem dicunt, Manducemus, & cętera. Sed tenete quod dr̄, cras. n. moriemur. Christiani vero post mortem victuri & fœlices potius futuri, vel victuri post mortem, nõ dicant, Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur, sed dicãt, Ieiunem⁹ & oremus, cras enim moriemur. Addo planè aliud, addo tertium. Nec qđ pręcipue obseruãdum est pręteremitto, vt de ieiunio tuo fames pauperis satiet. Aut si ieiunare non potes, magis pascas, cuius saturitate tibi venia concedat. Dicant ergo Christiani, Ieiunemus & oremus, & donemus, cras enim moriemur. Aut si dũas res volunt dicere, ego eligo vt dicant. Donemus & oremus, quã ieiunemus & non donemus. Absit ergo vt Apostolus in corpore poneret summum bonũ hominis, i. beatitudinis causam. Sed cum Stoicis non indecens fortasse luctamen est. Ecce enim interrogati vbi ponant efficiens beatę vitæ, i. quod facit in hoie beatam vitam, rñdent, non corporis voluptatem, sed animi esse virtutẽ. Quid Apostolus? annuit? Si annuit, annuamus. Sed non annuit: reuocat enim scriptura eos qui confidunt in virtute sua. Epicureus itaque in corpore ponens summum hominis bonum, in se spem posuit. Sed enim Stoicus in animo ponens summum hominis bonum, in re quidem meliori hominis posuit, sed etiam ipse in se spẽ posuit. Homo est autẽ & Epicureus & Stoicus. Maledictus igitur omnis qui spem suam

Cap. 6.

Sapien. 2

Leu. 16.

L

M

Cap. 7.

Psal. 48.

Nn 2 po-

Ier. 17. ponit in homine. Quid ergo iam constitutis
ante oculos nostros trib. Epicureo, Stoico,
Christiano? Interrogemus singulos. Dic Epi
curee, quæ res faciat beatũ. Rñdet, Voluptas
Cap. 8. corporis. Dic Stoice, Virtus animi. Dic Chri
stiane, Donum Dei. Itaque fratres velut ante
oculos vestros Epicurei, & Stoici cũ Aposto
lo cõtulerunt, & collatione sua nos quid reii
cere & q̃d deberemus eligere docuerũt. Est
virtus animi res laudabilis, prudentia, mala
& bona discernens, iustitia, sua cuiq; distri
buens, temperantia libidines, fortitudo mo-
lestias æquanimiter sustinẽs. Magna res, lau-
dabilis res, lauda Stoice q̃tum potes: sed dic
A vnde hẽs: Vnde virtus animi tui te facit bea-
Philip. 2. tũ: nisi ille qui tibi virtutẽ dedit, qui tibi velle
inspirauit & posse donauit? Scio q̃a fortassis
irrisurus es me, & eris in eis, de q̃b. scriptum
Act. 17 est, q̃a Paulum irridebant. Si tu via es, ego se
mino: seminator. n. verborum sum pro mo-
dulo meo. Quod fuit cõuitium tuum, officiũ
est meum. Ego semino q̃d cadit in te, tanquã
in terram duram, Ego nõ sum piger & inue
nio terrã bonam. Quid tibi faciam? Reprehẽ
sus es, & oraculo diuino reprehẽsus es. Inter
illos es, qui cõfidunt in virtute sua: inter illos
es, qui spẽ ponunt in hoĩe, virtus te delectat,
scio, sitis: sed virtutẽ tibi manare nõ potes. Si
curę sit, tibi ostẽdere fontẽ vitæ, forte deride
1. Co. 1. bis. Dicis. n. apud te, de ista rupe bibiturꝰ sũ?
Accedit virga et manauit aqua. Iudęi. n. signa
petũt, sed tu Stoice nõ es Iudæus. Scio Grecꝰ
es, & Græci sapiẽtiam quęrũt. Nos aũt prædi
camus Christũ crucifixum. Scandalizat Iu-
dęus, subsannat Græcus, Iudęis. n. scandalum
gentib. aũt stultitiam, sed ipsis vocatis Iudęis
et Gręcis, hoc est: ipsi Paulo ex Saulo et Dio
nysio Areopagitę, & talib. his, talibus & illis
Christum Dei virtutem & Dei sapiẽtiam. Iã
B nõ irrides rupẽ, agnosce virgã crucẽ, Chr̃m
fontẽ, & si sitis, bibe virtutẽ. Esto fonte sagi-
natus, gratiarũ actiones fortasse ructabis, &
q̃d ab illo habes iã non tibi dabis, sed in ru-
Psal. 17. ctatione exclamabis, Diligam te dñe virtus
mea. Iam non dices aĩus meus facit beatum,
nõ eris inter illos qui cognoscẽtes Deum, nõ
Rom. 1. sicut Deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt,
sed euanuerũt in cogitationib. suis, & obscu
ratũ est insipiens cor ipsorum: dicentes. n. se
esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Quid est. n. dicẽ
tes se esse sapiẽtes, nisi a sese hr̃e sibi suffice-
re, stulti facti sunt? Merito stulti, stultitia vero
est falsa sapientia. Sed erit inter illos de quib.
dr̃, Dñe in lumine vultus tui ambulabunt, & Psal. 88
in nomine tuo exultabũt tota die, & in iusti-
tia tua exaltabunt, qm̃ gloria virtutis eorũ tu
es. Virtutem quærebas: dic, Dñe virtus mea. Psal. 93
Beatã vitã quęrebas: dic, Beatus homo quem
tu erudieris dñe, Beatus enim populus cuius Psal. 43
nõ voluptas carnis, cuius nõ virtus propria,
sed beatus populꝰ cuius est dñs Deus ipsius.
Hæc est patria beatitudinis q̃ omnes volunt,
sed nõ recte q̃rũt. Nos aũt ad talem patriã nõ
nobis viam quasi corde nr̃o machinemur, &
erraticas semitas moliamur, venit ide & via.
Quid vult enim beatus, quid vult, nisi nõ fal-
li, non mori, nõ dolere? Et quid quærit plus C
esurire, & plus mãducare? Quid si melius est
nõ esurire? Nemo beatus est nisi qui viuit in
ęternum, sine vllo timore, sine vlla fallacia.
Nam falli odit aĩa. Quantum falli oderit aĩa
naturaliter, hinc intelligi potest, quoniam q̃
mente alienata ridẽt plorantur a sanis, & eli-
git homo vtiq; ridere quam flere. Si duo ista
præponantur, Ridere vis an flere? quis est
qui respondeat nisi ridere? Iterum si propo-
nantur ista duo, Falli si vis, an verum tenere?
Omnis homo rñdet, verum tenere. Et ridere
eligit & verum tenere, de duob. illis risu &
fletu, ridere: de duob. istis fallacia & veritate,
verum tenere. Sed tantum præualet inuictissi
ma veritas, vt eligat homo sana mente flere,
quam mente alienata ridere. Ibi ergo in illa
patria veritas erit, fallacia & error nusquam.
Sed & veritas erit, & flere non erit. Erit enim
& verum ridere, & de veritate gaudere, quia
ibi vita erit. Nã si dolor erit, vita nõ erit, neq;
enim vita dicẽda est sempiternus immorta-
lisq; cruciatus: Ideo dñs non appellans vitã D
quã habituri sunt impii, quãuis in igne victu
ri sunt vitam non finiunt, ne pœnam finiant.
Vermis enim eorum non morietur, & ignis Mat. 25
eorum non extinguet: tamen eam noluit ap- Esa. 66.
pellare vitam, sed hanc appellauit vitã, quæ
beata & æterna est. Vnde interrogante illo di
uite dominum, Quid boni faciam, vt vitam
ęternam consequar? & ipse quidem vitã æter Mat. 19
nam non nominabat, nisi beatam: nam habe
bunt impii æternam, sed non beatam uitam,
quia cruciatibus plenam. Ergo ille ait, Dñe,
quid boni faciam ut uitam æternam conse-
quar? Respondit illi dñs de mãdatis. Ait ille,
hæc



hæc omnia feci. Sed quãdo respõdit de mandatis, quid ait? Si vis venire ad vitã, non ei dixit beatam, quia misera, nec vita dicenda est, nõ ei dixit æternam, qa vbi mortis timor est, nec vita dicenda. Ergo vita, quæ hoc nomine digna est vita dicat, nõ est nisi beata, & beata nõ est, nisi ęterna. Hanc volunt oẽs, hanc volumus omnes, veritatem & vitam: sed ad tam magnam possessionem, ad tam grandem cęli ciuitatẽ qua itur instruxerunt sibi vias erroris Philosophi. Alii dixerunt, hac alii non hac sed hac. Latuit eos via quia Deus superbis resistit. Lateret & nos, nisi venisset ad nos. Ideo dominus, Ego, inquit, sum via. Piger viator, venire nolebas ad viã, Ad te venit via. Quærebas quò ires, Ego sum veritas & vita. Non errabis quando is ad illum, per illum. Hæc est doctrina Christianorum, non planè conferenda, sed incomparabiliter prępferenda doctrinis Philosophorum, immunditiæ Epicureorum, superbiæ Stoicorum.

Ioan. 4. *Ioan. 14.*

E

TRACTATVS DE EO QVOD dictum est a Deo ad Moysen: Ego sum qui sum, incerti authoris.



Vm diuina lectio legeret, magnum miraculum quod Moysen famulum Dei intentissimũ fecerat, etiam nos corde expectauimus, quia intenti etiã ipsi facti sumus, qũo in rubo apparebat ignis, & rub. non cremabatur. Deinde aduertimus sacram scripturam prius dixisse, q angelus domini apparuerit Moysi in rubo. Deinde Moyses non iam quasi cum angelo, sed tanquam cum domino loquebat. Tertio aduertimus, q cum Moyses nomen Dei quæreret vt hret qd diceret filiis Israel interrogãtib. qd nomẽ Dei esset, qui illum ad eos misisset, respõdit, Ego sum qui sum. Neque hoc trãseunter, sed repetitione commendans adiecit, Dices itaque filiis Israel, Qui est, misit me ad vos. Postremo iam enũciato nomine suo, adhuc adiunxit. Hæc dices eis, Dominus Deus patrum nostrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, et Deus Iacob, misit me ad vos. Et hoc mihi nomen est in æternum. De his quod dominus donat audite. Magna quidem sunt tanquam inuolucra misteriorum Dei. Quæ si cõgruẽter & sufficienter conemur euoluere, nec vires, nec tempus sufficient. Quod ergo breuiter possumus dicere, non frustra, non inaniter, non sine alicuius significatione secreti in rubo flamma erat & rubus non cremabatur. Rub. enim spinarũ est quoddam genus, nec in laude aliqua poni potuit quod peccatori terra produxit. Nam primitus peccãti homini dictum est. Terra spinas & tribulos pariet tibi: Neque idipsum quod rubus non cremabatur, idest, flamma non comprehendebatur bonum aliquid putare debemus. Si enim flãma significat aliquid boni in qua angelus apparebat vel dominus: vnde etiam cum venit spiritussanctus, visę sunt illis linguæ diuisæ velut ignis, comprehẽdi debemus hoc igne, non aũt pp duritiã nõ cremari. Rub. quẽ nõ cremabat, est populus qui Deo reluctabatur. Spinosum igit populum Iudæorũ significabat rub⁹ cui Moyses mittebat. Et ideo rub. nõ cremabatur, quia duritia Iudæorum, sicut dixi, legi Dei reluctabatur, Nam si ille popul⁹ spinis non significaretur, non ab eo spinis Christus coronaretur. Quod autem de ipso qui loquebatur Moysi, & angelus domini, & dominus dicitur, magna quæstio est, nec temerarium debet habere firmatorem, sed cautum inquisitorem. Duæ autem sententiæ quę hinc proferri possunt, quarum quęlibet vera sit, ambæ secundum fidem sunt. Quod dixi, quæ nam earum vera sit: hoc dixi, quid nam eorum senserit qui scripsit. Nam quando nos inquirentes scripturas sentimus aliquid quod scriptor forte non sentit, non tñ hoc sentire debemus, quod abhorret a regula fidei, a regula veritatis. Ergo ambas sentẽtias propono, sit fortassis & tertia, quæ me latet. Ex his autem duabus propositis eligatis quam volueritis. Aliqui dicunt ideo & angelum domini dictum, & dominum, qa Christus erat de quo aperte Propheta dicit, q sit magni consilii angelus. Angelus enim officii nomen est, nõ naturæ. Nam angelus Gręce, qui Latine nuncius appellatur. Nũcius ergo actionis nomen est, agendo, idest aliqd nunciando, nuncius appellatur. Quis neget Christum nunciasse nobis regnum cœlorum? Deinde angelus, idest nũcius mittitur ab eo, qui per eum aliquid nunciat. Et quis neget Christum missum? qui totiens dicit, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui

Exod. 3. F *Gen. 3.* *Acto. 2.* G *Mat. 27.* H *Esa. 9.* *Ioan. 5.* *Ioan. 9.*

qui me miſit:ipſe proprie miſſus.Nam Siloe
illa piſcina interpretaẽ miſſus. Ideo cui ocu-
los lum inunxit,inde lauare faciẽ iuſsit.Nul-
lius enim viſus aperiẽ niſi eius qui a Chriſto
mundaẽ,ergo idẽ angelus,idem dñs. Sed hic
occurrit aliqd præcauendum. Non.n.deſunt
hæretici q̃ dicant,patris & filii diſtare & diſ-
ſonare naturas,& nõ eos eſſe vnius eiuſdem
que ſubſtãtiæ. Catholica aũt fides credit pa-
trem & filiũ & ſpm̃ ſanctum vnũ Deum,vni⁹
ſubſtãtię Trinitatem,inſeparabiliter,æquali-
ter,nõ commixtione confuſam, non diſtin-
ctione ſeparatã. Illi ergo perſuadere moliun
tur filium non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cuius
I eſt pater,argumentanẽ ex hoc, ꝙ filius viſus
eſt patrib.Pater,inquiunt,non eſt viſus.Inui-
ſibilis aũt & viſibilis diuerſa natura eſt.Et iõ,
1.Tim.6. inquiunt, de patre dictum eſt, Quem nemo
hoĩum vidit,nec videre põt, vt ille qui viſus
eſt,non ſolũ Moyſi,ſed etiam Abrahę,nec ſo
lum Abrahę, ſed etiam ipſi Adam & cæteris
patrib.non Deus pater,ſed filius potius,vt in
telligatur creatura.Catholica non hoc dicit.
Sed quid dicit?Deus pater,Deus filius:incõ-
mutabilis pater,incõmutabilis filius,ęternus
pater,coętern⁹ filius. Nam ſi dixeris patrem
inuiſibilem,filium viſibilem: diſtinxiſti,im-
mo vero ſeparaſti ſubſtãtias.Quomodo gra-
tiam inueniſti,qui fidem perdidiſti?Soluiẽ er
go iſta quæſtio ſic. Deus pater & filius & ſpi
rituſſanctus,natura ꝓpria iuuiſibilis eſt. Ap-
paruit autem qñ voluit,cui voluit,nõ vt eſt,
ſed vt voluit,cui ſeruiũt omnia. Si enim aĩa
tua cum ſit inuiſibilis in corpore tuo per qđ
appareat profert vocem,& vox in qua appa
reat aĩa tua cum loqueris non eſt ſubſtantia
aĩæ tuę,aliud eſt illa,aliud eſt vox,& tñ appa
ret, & in ea re quæ ipſa nõ eſt, ſic & Deus,ſi
in igne apparuit, nõ eſt ignis, ſi in fumo ap-
paruit,nõ eſt fumus,ſi in ſono apparuit,non
eſt ſonus. Non ſunt hæc Deus, ſed indicant
K Deũ.Hoc retẽto ſecuri credimus potuiſſe di
ci filium qui apparuit Moyſi, & dominum,
& angelum domini.Qui vero exiſtimant ve-
re eum angelũ domini fuiſſe, nõ Chriſtum,
ſed angelum miſſum, neceſſe eſt vt exigatur
ab eis ratio quare dictus ſit dominus. Quo-
modo enim ab eis qui Chriſtũ fuiſſe dicũt,
exigitur,quare dictus ſit angelus, ſic ab eis q̃
angelum dicunt exigitur quare dictus ſit dñs.
Sed illi qui Chriſtum dicunt fuiſſe,iam com
memoraui,qũo inde exeant, quare dictus ſit
angelus, quia Propheta aperte dixit dominũ
Chriſtum magni conſilii angelum. Illi ergo
qui dicũt angelum, rñdere debent quare ap-
pellatus ſit dominus.Rñdent & ipſi. Sicut in Eſa.9.
ſcripturis Propheta loquiẽ, non quia dñs eſt
Propheta,ſed quia dominus eſt in Propheta:
ſic & cum per angelum dignaẽ dominus lo-
qui,quomodo per Apoſtolum,quomodo ꝑ
Prophetam, recte dr̃ & angelus propter ſeip
ſum,& dominus propter habitãtem Deum.
Certe enim Paulus homo erat & Chriſtus
Deus,& ait tamen ipſe Paulus,An vultis ex-
perimentum eius accipere qui in me loquiẽ L
Chriſtus?Dixit & Propheta, Audiã quid lo- 1.Co.13.
quetur in me domin⁹ Deus. Qui loquitur in Pſal.84.
hoĩe,loquiẽ in angelo. Ideo apparuit Moyſi
angelus domini & dixit, Ego ſum qui ſum.
Habitatoris vox eſt,non templi.Nam ſi pro-
pterea Chriſtus erat cum angelus dictus ſit,
quia vnus erat, q̃d facimus quando Abrahæ Gen.18.
tres apparuerunt?Quid hic dicimus?Tres ap
paruerunt, & Abraham tanquam ad vnum
loquẽs dixit,Domine. Quid dicimus?Quare
tres?An ipſa Trinitas erat? Quare ergo domi
nus? Quia Trinitas vnus dominus, non ſunt
tres domini.Et Trinitas vnus Deus,non tres:
vna ſubſtãtia,tres perſonæ.Neq; enim pater
filius eſt, aut filius pater eſt: aut ſpũſſanctus
vel pater vel filius eſt. Sed pater non eſt niſi
filii:filius non eſt niſi patris:ſpiritus & patris
& filii.Quamuis in illis tribus aliquid dicũt,
ꝙ vnus ibi excellebat, quem dominum ap-
pellat Abraham quando apparuerat cũ duo-
bus,tanquam Chriſtus cum angelis ſuis. Sed
quid agimus, quia cum duo mitterentur ad
Sodomam apparentes fratri Abrahæ Loth,& Gen.19.
ipſe agnoſcit in eis diuinitatẽ, & cum duos
videat,dominum appellat,& ille in trib. do-
minum,& in duob. ille? Ne ſeparemus ergo
Trinitatem, faciam⁹ in Sodoma dualitatem.
Puto quòd melius intelligimus, quia patres
noſtri dominum in angelis agnoſcebant, ha M
bitantem in habitatione intelligebant, non
portantibus, ſed inſidenti gloriam dabant.
Quam ſententiam confirmat non ſolum Epi Heb.2.
ſtola quæ ſcribitur ad Hebræos, vbi dicitur,
Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo,fa-
ctus eſt firmus, loquebatur enim de veteri te
ſtamento,commendauit quòd ibi angeli lo-
quebantur, ſed Deus in angelis ſuis honora-

batur

batur, & per angelos interior habitator audiebatur, sed etiam in Actib. Apostolorũ Stephanus dicit, arguens & increpans Iudæos, *Acto.7.* dura ceruice, & nõ circũcisi corde & aurib. Dura ceruice, spinæ non crematæ. Vos aũt resistit is spirituisancto: ideo rub. non cremabatur quia flammæ spiritus ab spinis peccatorum resistebatur, vos semper resistitis spirituisancto: quem Phophetarum non occiderunt patres vestri? Et vnde agitur, Qui accepistis legem in edictis angelorum, & nõ custo-

A distis. Si diceret angeli, & nõ angelorum, nõ *Isa.9.* deerant illi qui dicerent, Christus est, quia dictus est magni cõsilii angelus. Angelus Christus, nunquid angeli Christus? Dicit & Apo- *Galat.3.* stolus Paulus, Quoniã semen Abrahæ dispensatum est, dispositum, inquit, per angelos in manu mediatoris. Iam ergo angelus, & in angelo Dominus, dicebat Moysi quærenti nomẽ suũ, Ego sum qui sum. Dices filiis Israel, *Exo.3.* Qui est, misit me ad vos. Esse, nomen est incommutabilitatis. Omnia enim quæ mutantur, desinunt esse quod erãt, & incipiunt esse quod non erant. Esse verum, esse syncerum, esse germanum, non habet nisi quia non mu- *Psa.101* tatur. Ille habet esse cui dicitur, Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es. Quid est, Ego sum qui sum: nisi æternus sum? Quid est, Ego sum qui sum, nisi mutari nõ possum? Nulla creatura non cœlum, non terra, non angelus, non virtus non sedes, non dominationes, non potestates. Cum ergo sit hoc nomen ęternitatis, plus est quod dignatus est habere nomen misericordiæ. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: illud in se, hoc ad nos. Si enim hoc solum esse vellet quod est in se, quid essemus nos? Si intellexit, immo quia intellexit Moyses cum ei diceretur, Ego sum qui sum: Quid est, misit me, multum hoc credidit esse ad hoĩes, multum hoc vidit distare ab hominib. Qui enim hoc quod est & vere est intellexerit digne, & qualitercunq; lumine veracissimæ essentiæ, vel strictè sicut coruscatione afflatus fue- *Psal. 30.* rit, longe se videt infra, lõge remotissimum, longe dissimilimum, sicut ille ait, Ego dixi in ecstasi mea. Assumpta enim mẽte vidit nescio quid, quod plus ad illum erat, hoc erat B quod verum erat. Dixi, inquit, in ecstasi mea. Quid? Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Cum ego ad id quod dicebatur, non ad id quod videbatur lõge se imparem videret Moyses & quasi minus capacem, vnde inflãmatus ipso desiderio videndi quod est, dicebat Deo cum quo loquebatur, Ostende mihi temetipsum, *Exo. 33.* quasi vero ab illa excellentia essentiæ longe dissimilis desperaret, erigit desperantem, quoniam vidit timentem, tanquam diceret, Quoniam dixi, ego sum qui sum: &, qui est misit me, intellexisti quid sit esse, & desperasti te capere, erige spem, Ego sum Deus Abraham Isaac & Iacob: sic sum qđ sum, sic sum ipsum esse, sic sum cum ipso esse, vt nolim hominibus deesse. Si quomodo possumus dominum quærere & inuestigare eum qui est, quidem nõ longe positum ab vnoquoque nostrum, in illo enim viuimus & mouemur & sumus: *Acto. 17* Laudemus ergo ineffabiliter eius essentiam, & amemus misericordiam, Amen.

Tomi Sexti operum diui Augustini, Finis.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes sunt Quaterniones, præter n n, qui est Duernio.

Testimonia Judeorum contra Christum Tom 6 pa 19
Concordia contra Judeos [illegible] in monte Crucifixionis
Tom 6 fol contra Judeos 26
Dulcissima expositio super illud [illegible] 7 testimonium
dant in terra Spiritus Sanguis et aqua et fol [illegible]
contra Maximinum fol 244 Tomo 6



